
BIBLIOTECA NAZ
Vittorio Emanuele III
L
H
8
NAPOLI

S. HIERONYMVS.
Respicite ad Abraham Patrem vestrum
Isa. 51

IN RES SANCTI HIERONYMI GESTAS COMMENTARII

Ceu ad singulare operum examen, ceu ad analecticam controuersiarum solutionem:

AVCTORE
D. PIO RVBEO À PLACENTIA
Monacho æquè Hieronymiano, atq; Sancti Carpophori in Comensibus suburbiis priore.

B. LVPVS
Filius accrescens Ioseph filius accrescens, et decorus aspectu.
Genes. 49.

S. PAVLA
Nomen Primogenitę Merob.
1 Reg. 14.

Io. Baptista Lampugnanus delin.

Eq. de Bisschaeus F







CENSVRÆ

Ad Operis Approbationem.

Commentarios in Vitam Sancti Patris Hieronymi, nec non Recensiones operum eiusdem omniũ, atq; Animaduersiones Admodum R. Patris D. Pij Rubei à Placentia, Prioris, ac Definitoris Nos infrascripti ex mandato Reuerendissimi Patris D. Baltasaris Sudati à Mediolano Congregationis nostræ Generalis Præpositi legimus, atq; examinauimus; cumq; in eis nihil a recta fide, aut bonis moribus alienum obseruauerimus, dignos eosdem (quippe qui pietate, doctrina, & eruditione scatentes) vt quam primùm typis mandentur, censuimus. In quorum fidem &c.

D. Desiderius Piola Doct. Theol. Prior Monast. S. Hieronymi de Costellatio propè Mediolanũ, atq; Consultor.

D. Michael Angelus Molossus Doct. Theol. Prior Monast. SS. Geruasij, & Protasij Montisbelli, ac Consultor.

Attenta suprascripta attestatione Imprimãtur, si Reuerendiss. Patri Inquisitorĩ placuerit.

D. Baltasar Sudatus à Mediolano Præpositus Generalis.

Pro Reuerendiss. Patre Inqusitore.

De mandato Reuerendiss. P. Inquisitoris Ego Fr. Franciscus a Malgrato Ordinis Minorum strictioris obseruantia, Prouincia Mediolani, Lect. Theol. vidi, & examinaui Commentarios in Vitam Sancti Hieronymi, cum Recensionibus, ac Animaduersionibus elucubratos ab Admodum R. P. D. Pio de Rubeis Priore S. Carpophori propè Comum: atq; cùm nihil contra fidem Catholicam, ac bonos mores contineant, imo multa curiosè, doctéq; tum ex Scripturis, tum ex Patribus excerpta, & disputata proferant, dignos, qui prælo mandentur, iudicaui.

Fr. Franciscus idem, qui supra.

Visa suprascripta attestatione Imprimantur.

Fr. Iacobus Tinctus de Lauda Inquisitor Comi.

Pro

Pro Admodum Illuſtri, ac Reuerendiſs. D. Vic. Generali.

EGO Fr. Philippus Rumus Ordinis Seruorum, Sacræ Theologiæ Magiſter Conuentus Sancti Hieronymi penes Comum Pro admodum Illuſt. & Reuerendiſs. D. Defendente Vlpio Vicario Generali Comi vidi, diligenterq; examinaui Commentarios hoſce, vnà cum Recenſionibus, ac Animaduerſionibus, cumq; eos Sacris litteris, & bonis moribus reſpondere obſeruarim, poſſe imprimi exiſtimaui.

Ita eſt. Idem Fr. Philippus qui ſupra.

D. Vlpius Vic. Generalis.

V. Saccus pro Excellentiſs. Senat. Mediol,



REVE-



REVERENDISSIMO PATRI

D. BALTASARI

SVDATO A MEDIOLANO,

Congregationis Monachorum Sancti Hieronymi Generali Amplissimo, atq; Domino suo Colendissimo

D. Pius Rubeus Subditus S.





IHIL tam validum, ac forte (Præsul Amplissime) est, quod temporis non inuadat edacitas, nihil tam vulgatum, quod obliterare vetustas non studeat. Ne longius quàm par est rei huius exempla petam, Vita hæc S. Patris Hieronymi a Venerabili Patre Lupo aliàs edita argumento sit. Omnibus quippe primùm nota legentibus, sensim tantis deinceps est obuoluta tenebris, vt eiusdem proprium aliquandiú Auctoris nomen, vtrunq; demùm post ducentos fermè annos prorsus fuerit incognitum. Hanc ipsam ego proximè superioribus annis, Albani solitudine detentus cùm præ manibus haberem, siuè ex summo in Congregationem studio, siuè ex meritis tanti Patris per singula attento animo expendi, Commentarijs insuper dilucidaui, auxi, firmaui, spiritualisq; interdùm etiam intelligentiæ flosculos historicæ explanationi, quò textus, quamplurimis scripturarum obuolutus mysterijs explicaretur, religionisq; simul cultores recrearentur commiscui. Num verò inter omnes ingenio tardus profecerim, aliorum sententia sit. Sanè vt in omnium opinione tenuitas mea delitesceret, nec luci opus reddere animum nuper induxeram; at vbi eruditissimi Patris D. Desiderij Pjolæ, Præceptoris optimè meriti, nec non P. D. Michaelis An-

geli Maloſſi, viri æqué acris,& feruentis, in ſcholaſticis præſertim ingenij ſuper eodem tuo iuſſu iudicium allatum accepi, ita conualui animo, vt illud nominis tui fulgore colluſtratum poſteritati propagare haud ambegerim. Igitur tu ipſe, O BALTASAR, qui capillus illius capitis interpretaris, de quo in Canticis Canticorum ſcribitur *Caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium*; Ex eorumq; optimo iure celebraris, quibus & dicitur *Veſtri autem capilli capitis omnes numerati ſunt* tu, inquam illud egregia animi alacritate, qualecunq; ſit ſuſcipe, & qui magno in Congregationis tutelam amplificationemq; animo ſemel, atq; iterum Generalatus munere donatus incumbis, me quoq; eiuſdem alumnum, & tui ſubditum obſequentiſſimum inſpice, foue, tuere. Sis felix ac fauſtus.

Cant.5. Matt.10.



Ad



AD COMMONACHOS.





VM vnum quodq; propositum principes suos habeat, quos imitetur, & de eo vnusquisq; artifex circa quod eius ars versatur tractationem instituat, non debui ego Monachus, & qui a primis vsq; annis ætatem in Monastica duxi obseruantia militibus Fabritios, Camillos, Philosophis Platones, Aristoteles, Poetis Virgilios, Homeros, Oratoribusq; Demosthenes, ac Tullios, sed Monachis, Monachos, Hieronymianisq; Hieronymos breui ob oculos proferre compendio. Et quidem cùm clarorum virorum res gestæ, virtutumq; exempla testata, eorundem veluti quædam expressæ imagines sint, & viuida simulachra, quibus inspectis illicò hominum pulsantur animi, atq; ad virtutum studia prouocantur: quid aptius (Religiosissimi Patres) vera inclyti Patris vestri gestorum historia, cuius explicatione, & eam, ad quam toto contenditis impetu vitæ rationem assequeremini, & eidem, quem vtiq; Parentem veneramini, morum quoq; imitatione similes redderemini, quid inquam vestræ professioni opportunius hoc ipso aggredi potui? Ita sanè, & Venerabilis ille quondam, cùm pro animi religione, tùm pro meritorum gloria nunquam satis laudatus Vir Lupus in præfato Ordine, multis retrò sæculis collapso, restituendo sapientissimè egit. Quandoquidem ad proprij Parentis primùm admirabiles virtutes, vti ad firmissimum scopum mentis oculos dirigens, mox ad eius Vitam, & signis & prodigijs inclytam conscribendam se conferens, adeo duabus hisce virtutũ incitationibus profecit, vt vna, siuè inter ipsasmet grauissimarũ persecutionum procellas, siuè inter rabidos latrantium morsus, gloriosum opus perfecerit, altera proprios asseclas ad currendam viam illam, de qua Saluator in Euangelio, Si vis (inquit) perfectus esse, vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & veni sequere me, inter vitæ huius discrimina, omni tempore prouocarit, firmaritq;. Posterius hoc nobis virtutis argumentum hereditario iure transmissum, profero vobis, Patres, in quo tametsi multa passim occurrunt, quæ admirari potius cogamur, quàm imitari: sunt tamen non pauca, imo quãplurima, quæ nisi pro viribus ad imitandum accipiamus, digni profectò non simus, qui Hieronymo ad dicti vocemur. Et qui fieri potest, vt inter præsentis vitæ commoda, sæculiq, huius oblectamenta illius nos sobole procreatos gloriemur, quem multiplici, & propè incredibili corporis conflictu, quẽ mundi & eorum, omniũ, quæ in ipso sunt contemptu ex animo, quem solitudinis electione, quò peccandi deuitaret occasiones, quem deniq; perpetuo orandi, legendi, psalendi, meditandi, contemplandi studio Altissimo placuisse non ignoramus? Filij sanè censentur illi, qui veras Parentum imagines exprimunt, quiq; corundẽ vitæ instituta sanctissima pro viribus æmulari contendunt. Conferet autem ad hoc plurimum, si in præsenti veræ religionis exemplari perpetuo studio versabimur. Ad Miltiadis trophæa Themistoclem exsuscitatum Matt.19.

tatum

tatum, ad Achillis nomen Alexandrum, ad Alexandri Cæsarem, ad Cæsaris alios complures ex historijs nouimus accensos. Ità prorsus haud dubium est, quin ad Patris sanctissimum spectrum extimulati, inflammari nunc, vincereq; debeamus, quin plus ex eo viribus deinceps valituri simus, quàm fortassis antea sperare auderemus. Quod ne idipsum aliqua vnquã vetustate conficeretur, quin potius ad sublimioris vitæ institutum comparandum ante oculos posteritatis indelebile figeretur, ad vetustissimorũ, tum manuscriptorum, tùm impressorum exemplarium fidem restitui, atq; explanaui. Decreueram quidem in eo pauculas tantùm signare notationes, at calamo ad id arrepto, reddidit is ita attramentum, vt citra animi consilium, ad Commentariorum etiam prolixitatem (fortassis audacior) effluxerit. Cuiusmodicunq; labor est, placeat vobis mirum in modum opto, vtq; ad communem, siuè in Parentem animi religionem, siuè in ipsummet Restitutorem grati animi significationem declarandam læta fronte suscipiatis, & super Croesi diuitias, atq; Darij opes faciatis exoro. Valete.



IN.

INDEX.

Auctorum, quorum testimonia tam in Commentarijs, quàm in Recensionibus allegantur.



I

Iacobus Pamelius,
Ioannes Columna,
Ioannes Nauclerus,
Ioannes Beleth,
S. Ioannes Damascenus,
Ioannes Climax,
S. Ioannes Chrysostomus,
Iosephus Iudæus,
Iacobus de Valentia,
S. Isidorus,
S. Iustinus Martyr,
Iustinianus Imp.
Isocrates,
S. Innocentius Pontifex,
Ioannes Cassianus,
Ioannes Baptista Mantuanus,
Ioninianus,
Ioannes de Ianua,
Ioannes de Turrecremata.

L

S. Leo Pontifex,
B. Lupus de Olmeto,
T. Liuius,
Laurentius Surius,
Liberij Acta
Laurentius Massotilus,
Lucianus Ethnicus,
Lucianus Presbyter,
Leo a Castro,
Lactantius Firmianus.

M

Marianus Scotus,
Martinus V. Pontif.
Marianus Victorius,
Maryrologium Romanũ,
Metaphrastes,
Marcellinus Comes,
Marcus Antoni⁹ Sabellic⁹,
Marc⁹ Antonius Colũna,
Menander
Melchior Canus,
Marulus,
Micrologus,
Molanus.

N

Nicephorus,
Nazarius,
Nicolaus Liranus.

O

Officium proprium S. Hieronymi,
P. Ouidius,
Origenes,
Onufrius Panuinus,
P. Orosius,

P

Persius,
Plutarchus,
Petrus Natalis,
S. Prosper,
Ptolomeus a Luca,
Philippus Bergomensis,
Philippus Probus.
Paulus Borgasius,
Polidorus Virgilius,
Pindarus,
Pausania,
Petrocles,
Plinius,
S. Paulinus,
Propertius,
Palladius,
S. Petronius,
Philo Iudæus,
Ptolomeus,
S. Petrus Alexandrinus,
Plinius Nepos,
Petrus Paulus Vergerius,
Paulus Cortesius,
Pontanus,
Periander,
Possidius,
Paulus Diaconus,
Paulus Emesenus,
Plato,

Q

Quintilianus.

R

Rufinus,
Remundus Rufus,
Regula S. Benedicti,
B. Rhenanus,
Rodulphus Tungrensis,
Rutilius.

S

S. Vetonius,
Socrates,
Sozomenus,
Synodi Constant. Epistola,
Strabo,
Sophocles,
Seuerus Diaconus,
Seneca,
Solon
Septuaginta Interpretes,
Santes Pagninus,
Seuerus Sulpitius,
Sophronius Episcopus,
Silius
Sixtus Senensis,
Saluianus.

T

Terentius,
C. Tacitus,
Tertulianus,
Theodoretus,
Theodotion,
Trithemius,
Thusanus,
Textor,
Theophilus Alex.
Theodorus Lector,
S. Thomas Aquinas.

V

Vincentius Beluacẽsis
Volaterranus,
Vincentius Lirinensis,
Varius Geminius,
Victor Vticensis,
Valerius Maximus,
Vsuardus,
Vlguerius,
Vranius,
Vitas Patrum,
Vualfridus Strabo.

X

Xenophon.

I N-

INDEX

Capitum præcipuorum Sancti Hieronymi Vitæ.





IN-

INDEX

Controuerſiarum, ſiuè ad Commentarios, ſiuè ad Recenſiones pertinentium.

SANC-

SANCTI HIERONYMI

CHRONOLOGIA





T quæ hinc inde, fusimq; in Commentarijs, nec non in Recensionibus ex occasione textus, temporis interdum minimè seruata ratione explicantur, breui, atq; composito ordine oculis Legentium exhibeantur, hæc ad Operis frontem apposita Chronologia est. Ita autem in ea illustriora Hieronymi Acta distinguuntur, vt quid in vnoquoq; fermè anno is egerit, quò contenderit, quę posteritati propagarit, totus deniq; vitæ eius cursus ab natiuitatis exordio ad exitum vsq; proponatur. Cæterùm ne circa eandem error fortassis obrepat, cùm Panuinus præsertim, atq; Cardinalis Baronius, & cæteri post eos, vigesimum sextum Imperij Magni Constantini annum (a quo certa Hieronymi eiusdem natalitia ducuntur) trecentesimo trigesimo primo Domini anno adscribant, nos verò proximè sequenti; monitos eosdem de hoc vno voluimus: nostram hanc idcircò eorum haud repugnare annorum supputationi, quòd idem vigesimus sextus Imperij Constantini annus mensibus tum trecentesimi trigesimi primi, tum proximè sequentis anni compleatur; Vigesima quippe quinta Iulij die fęlicissimum idem, atq; faustissimum Sacro sanctæ Ecclesiæ, totiq; Mundo Imperium sumpsit Exordium.

Anni Dñi.	Constantini Magni Imperatoris.	Syluestri Summi Pontificis.	Hieronymi.	
332	26	19	1	Gignitur Hieronymus Parentibus sanguinis nobilitate, religionis puritate clarissimis. pag. 15. g.h. Patris nomen Eusebius, Matris verò incompertum adhuc. 13.d. Nascitur autem Christi Domini anno trecentesimo trigesimo secundo, Imperij verò Magni Constantini vigesimo sexto, mensibus aliquot a medio ad finem vergente 14. d. c. In Oppido Stridonis, vbi Patris adhuc sepulchrum. 15. c. d. Nomineq; quo & Pater, ex priuilegio a Romanis Stridonensibus condonato, vocatur. 5. d. e.
336	30	1 Marci 14 Febr. Item Iulij 6. Octobris.	5	Infans Orbilio pedagogo incunabulis tum fidei, tum litterarum imbuitur. 17. b. 59. a. b. Castigatur ab eodem interdùm de puerilibus. 17. a.
346	10 Constantis, atq; Cõstantij Impp. 22. Maij.	10 Iulij.	15	Romam vnà cum Parentibus petit. 15. g.h. 16. a.b. Viris insignibus traditur instruendus. 16. g. h. Donatum in Grammaticis profitetur. ibidem. Græcisq;, ac Latinis eruditur. 18. e. f.
347	11	11	16	Religioni intentus veneratur festis diebus Apostolorum Sepulchra, & Martyrum cryptas ingreditur. 65. f.
348	12	12	17	Victorino in Rhetoricis præceptore vtitur 17. b. c. d. e. f. g. h. 18. a. b. c. d.
351	15 Constantij solum.	15	20	Publicè controuersias Romę declamat, cũq; Rhetoribus, atq; Philosophis congreditur. 18. f. g. h.

Anni Dñi.	Constantij solum.	Liberij 8. Maij	Hieronymi.	
358	22	7	27	In Liberium lapsum totus inuehitur. 22. b. c. d. e. f. g. h. 23. a. b. c. d. E Græco in Latinum sermonem Alexandri Aphrodisiensis Commentarios in Aristotelis philosophiam transfert. 18. g. 350. e.
359	23	8	28	Baptismi Sacramentum Romæ suscipit. 16. h. c. d. 93. a. b. c. Pergit in Gallias 61. e. Item in Patriam, quam simul, ac Parentes deserit. 140. h. Antiochiam contendit. ibidem.
360	24	9	29	Apollinarium Laodicenum audit. 55. h. 56. non tamen contentiosis eius dogmatibus super Scripturarum sensu acquiescit. 57. a. b. c. Varias peragrat rursus discendi studio Prouinciis. 61. f.
361	1 Iuliani 5. Octob.	10	30	Ad Syriæ portum appellitur. 61. f. Eremi Patres visitat. ibidem. 74. c. Malchum Monachum reperit. 73. g. Ab eodem, atq; Theodosio ad Monasticæ vitæ institutum traducitur. 74. a. In solemni votorum professione Gentilitatis nomen, Eusebij scilicet, deponit, & sacrum, ac planè cœlestè assumit. ibidem. 5. d. & seq. 74. f. g. Corporis eius compositio, quæ. b. d. 107. e.
362	2	11	31	Euagrij solitudinem ingreditur vnà cum socijs. 61. f. 63. d. e. 72. d. Secum defert insignem bibliothecam. 142. d. e. Sanctimoniæ initium profitetur. 74. d. e. eidem Sanctarum horret sermo Scripturarum. 143. d. e. Legit Tullium. 142. f. Ardentissima febre cruciatur. 144. eidem exequiæ parantur. 145. a. b. c. Ad tribunal Dei sistitur, atq; diuinitus ob Gentilium librorum immoderatum studium corripitur. 147. c. d. e. f. g. h. 148. 149. 150. 151. 152. 153. Sæcularibus haud deinceps litteris studet. 159. f. g. h. Carnis stimulis vrgetur. 62. b. c. d. e. f. 105. e. f. g. Virginitatem perpetuò colit. 340. b. c. d. e. f. g. h. Hebraicæ linguæ rudimẽta addiscit. 63. a. b. c. d. e.
363	1 Iouiani 27. Iunij.	12	32	Pauli primi Eremitæ Vitam describit. 86. c. d. Item Epistolam vigesimam primam. ibidem.
364	1 Valentiniani, & Valentis. 25. Febr.	13	33	Admodum in Chaldaicæ linguæ studio laborat. 64. h. 65. 66. a. b. c. d. Chrysogono Epistolam dat quadragosimam quartam. 298. g. Abdiam Prophetam Commentarijs explicat. 343. d. g. h. 344 a.
365	2	14	34	Origenis homilias in Pentatheuchum latinitate donat, 206. b. c. d. hoc est, in Genesim homilias decem, & septem: in Exodum tredecim; In Leuiticum sexdecim; In Numeros viginti quinq; 350. b. Item exhortatoriam ad Heliodorum. 292. b. c.
367	4	15 Damasi. 15. Septembris.	36	Vetus testamentum iuxta Septuaginta Interpretum editionem e Græco vertit in Latinum. 201. f. g. h.
368	5	2	37	Prophetiæ dono illustratus ante triginta annos charissimi sodalis iacturam, hoc est Rufini a se alienationem præuidet. 298. b. litteris prodit Epistolam quadragesimam primam. Ibidem. Item Epistolam quadragesimam nonam. 299. f. g. h. 300. a. e.
369	6	3	38	Origenis homilias in Ezechielem quatuordecim, & in Hieremiam totidem transfert. 211. c. Ab hæreticis, atq; Schismaticis mirum in modum diuexatur. 94. h. 95. a. b. 96. 97. 98. 99. Occidentali Ecclesiæ firmiter hæret. 99. d. e. scriptis Epistolam mandat trigesimam

nonam

Anni Dñi.	Valentiani, & Valentis.	Damaſi.	Hieronymi.	
				nonam. 297. h.
370	7	4	39	Aegyptiorum Patrum, eorumq; Catholicorum, ac Sanctiſſimorum partes ſectatur. 99. h. 100. a. Scribit Epiſtolam ſeptuageſimam ſeptimam. Apud Marcum Presbyterũ Celedenſem de perſecutionibus & iniurijs ſibi ab Arrianis illatis conqueritur. 97. f. g. h. De eiſdem apud Damaſum Summum Pontificem, quẽ & de eius ſententia, atq; decreto humiliter exorat. 93. 94. 95. 96. 97. Florentio Epiſtolas dat quintam, & ſextam. 92. h. 93. a. b.
371	8	5	40	Euagrij ſolitudine diuino conſilio egreditur. 101. Hieroſolymam primùm contendit. 61. g. 141. h. 142. a. b. c. d. Vitas Patrum hiſtoriæ mandat. 343. f. g. h. triennium circiter in Sanctorum locorum veneratione, alijſq; pietatis operibus illic conſumit. 61. g.
372	9	6	41	Chalcidis ſolitudinis ingreſſum meditatur. 61. g.
373	10	7	42	De eadem ſolitudine ingredienda voto firmato, ad idem perficiendum, ſuffragium Theodoſij & cæterorum Anachoretarum implorat, cuius rei gratia Epiſtolam ſcribit trigeſimam octauam. 297. h. 73. b. 74. a.
374	11	8	43	Subducitur e ſęculi tumultibus, & tanquam ſagitta electa in pharetra Domini Sabaoth abſconditur. 101. a. b. c. d. e. f. probatur verò prius, conflaturq; igne tentationum, ne aliquando in hoſtes dimiſſus cedat. g. h. Chalcidis petit ſolitudinem. 103. c. d. deſcribit eandem. 104. h. pœnitentiæ operibus carnem macerat. 105. g. h. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. criminis loco vitæ eiuſmodi inſtitutum Rufinus ponit. 102. c. d. ſub eiuſdem nomine falſas idem Rufinus prodit Epiſtolas. g. h. Conqueritur, & exclamat idcircò Hieronymus. 103. a. b. Angelicis ſolatijs recreatur. 113. c. d. e. f. g. lætuſq; Deo gratiarum actiones concinit. h. 114. a. b. e. f.
375	12 Valentis tãtũ	9	44	Origenis homilias duas in Cantica Canticorum de Græco interpretatur. 79. b. c.
376	13 Valentis cum Gratiano, & Valẽtiniano Cal. Ianuar.	10	45	
377	14	11	46	Vaſtantur a Barbaris cum Illyrio Thracia, Macedonia, Dalmatia Hieronymi ſimul patrium ſolum, atq; prędia clientalia. 15. d. e. 122. h. 123. a. b. c. Euſebij Chronicon in Latinum ſermonem conuertit. 87. d. e. f. g. h. 88. de ſuo ab anno Chriſti trecenteſimo vigeſimo ſexto ad trecenteſimum ſeptuageſimum illud idẽ exaggerat. 346. c.
378	3 Gratiani, & Valentiniani tantùm.	12	47	E Chalcide prodit. 115. a. b. c. Pergit Conſtantinopolim ad audiendum Gregorium Nazianzenum. 53. d. e. f. g. h. ipſoq; Doctore ad contemplationem ſedentis in throno erigitur. ibidem. Excipitur verò non vti diſcipulus, ſed vt condoctor. 54. c. d.
379	4 Gratiani cum Theodoſio, & Valentiniano 16. Ianuarij	13	48	A Gregorio Nyſſeno propriorum adhibetur ſcriptorum cenſor. ibidem.
380	5	14	49	Antiochiam contendit, Presbyterioq; a Paulino Vrbis eiuſdem Epiſcopo inſignitur. 115. g. 183. a. b. c. d. 304.

Anni Dñi,	Gratiani cum Theodosio, & Valentiniano	Damasi.	Hieronymi.	
				304. d. e. Monachi propositum perpetuò retinet. 183. c. De hinc Hierosolymam proficiscitur. 115. Quæstionibus illic a Damaso Summo Pontifice excitatur. 75. 76. 77. 78. Eidem solutionibus occurrit. 78. d. h. 79. a.
381	6	15	50	Damaso exponit hebraicam dictionem *Osanna*, 80. g.
382	7	16	51	Sapientiæ quanplurimis alijs profert arcana. 116.
383	5 Theodosij cũ Valẽtiniano.	17	52	Præsidio Diacono Epistolam dat de Cereo Paschali. 327. c. Romam ad Concilium Romanum tum Pontificijs, tum Imperatorijs litteris euocatur. 164. d. cumq; Paulino, & Epiphanio illuc contendit. 163. d. A Damaso ad Ecclesiastici gubernaculi onus assumitur. 184. e. f. g. Exponit eidem visionem de Seraphim, & calculo. 80. h. 81. a. Scribit aduersus Heluidium de perpetua S. Mariæ virginitate libellum. 224. c. d.
384	6	18	53	Ordinatur a Damaso S. R. E. Præsbyter Cardinalis. 19. e. f. g. h. 20. a. b. de quo, & Controuersia. 23. f. 182. e. Nouum Testamentum, Marcum videlicet, Lucam, & Ioannem ad Græcam veritatem, Matthæum verò ad Hebraicam restituit. 112. f. g. h. 82. c. d. e. Volumen edit in quatuor Euãgelia. 344. c. Scribit in Luciferanos altercationem. 244. g. Damaso exponit parabolam de frugi, & luxurioso filijs. 317. g. & Psalterium ad Septuaginta Interpretum editionem emmendat. 82. f. g. Summo Pontificatu dignus acclamatur. 182. c d.
385	7	1 Siritij. 12. Ianuarij.	54	Paulæ Sanctissimæ feminæ facultatibus alitur. 34. d. cuius vitæ Sanctitas describitur. ibidem, & capite decimo tertio per totum. Eidem Epistolas dat decimamquintam. 35. g. 294. h. & centesimam quinquagesimam quintam. 318. g. Marcellæ item Epistolas XXIII. 295. h. XV. 294. h. XXIII. 295. h. XXIV. ibidem. LIV. 302. f. C. 311. h. CII. 312. e. CXXXVI. CXXXVII. CXXXVIII. 316. h. CXLI. 317. d. CXLVII. g. CXLIX. h. 318. a. Eustochio item XIX. 295. e. f. & XXII. de custodia virginitatis. 246. c. d. Clericos reprehendit inordinatè incedentes. 135. g. h. Romæ Gymnasium aperit, sanctasq; mulieres edocet, ac Virgines. 177. e. f. g. h. 173. d. Acerbissimas patitur persecutiones, 187. h. 188. a. & seq. vsq; ad finem capitis. Libidinis potissimum infamatur. 181. d. e. f. Verùm eiusdem mox innocentia declaratur. h.
386	8	2	55	Roma discedit. 173. 163. h. 164. a. Scribit e portu Romano ad Asellam virginẽ æquè Romanam Epistolam. 171, d. e. f. g. In qua de fictis amicitijs, atq; illatis sibi iniurijs dolet, Capite decimo quarto per totum. Eiusdem Virginis laudes explicantur. 171. d. e. f. g. 192. h. Hieronymi describitur nauigatio, Capite tertio per totum. Hospitio recipitur ab Epiphanio Salaminæ Cypri Episcopo. 41. h. Item a Paulino Antiocheno Episcopo. 43. a. b. c. d. Sanctam Hierosolymorum Ciuitatem ingreditur. e. f. In eaq; multa miracula obseruat. g. h. 44. a. b. c. Super Caluariæ montem Crucis loco erectum simulacrum comminuit. 97. a. b. c.
387	9	3	56	Contendit in Aegyptum. 44. f. g. Didymo præceptore vtitur. 57. g. h. 58. condiscipulo Rufino Aquileiense. 232. f. g. h. Nitriæ Monasteria lustrat, interq; Sanctorum choros aspides latitantes rimatur. 44. h. 45. 46. 47.

Reuer-

Anni Dñi.	Theodosij, cũ Valentiniano	Siritij. 12. Ianuarij.	Hieronymi.	
				Reuertitur Hierosolymam. 59. g. Edit Epistolam CXXXV de emmendatione Psalterij, iuxta Septuaginta Interpretum versionem, iterum aliàs restituet. 316. g. de cuius posteriori emmendatione agitur. 86. b.
388	10	4	57	A Cyrillo Hierosolymorum Episcopo construendi Monasterij facultatem impetrat. 117. d. e. Eidem vicissim Episcopalis muneris perfectam normam dicat g. Bethlehemitici cœnobij situs describitur. 118. c. d. Barhanina ad obscuriora scripturæ sacrę mysteria, atq; eiusdem Scripturæ ex Hebræo translationem præceptore vtitur. 29. b. c. d, e. f. g. h. Lyddæum item Hebræorom peritissimum ad idem adhibet. 64. d. e. f. g. de quibus a detractoribus carpitur. 51. b. e. litteris prodit librum de Nominibus. 246. a. Item Quæstiooes hebraicas in Genesim. 205. d. e. f. g. h. Distrahitur ab incœpto opere a Paula, & Eustochio. ibidem. Palladium Origenistam ad hæreseos Paolam solicitantem oretenus conuincit. 225. h. 226. 227. 228. 229. Transfert ex Hebræo Libros Salomonis, Psalterium, Libros Regum, & Exodum. 313. e.
389	11	5	58	Bethlehem ad Christi Domini incunabula Ordinis sui iacit fundamenta. 120. 121. Commmentarijs illustrat Pauli Apostoli Epistolas ad Philemonem: ad Galatas: ad Ephesios: ad Titom: 213. e. f. g. h. Prophetiæ dono Nestorij hæresim confutat. 273. f. g. h. Conuertit e Græco in Latinum sermonem triginta nouem Origenis homilias in Lucam 211. d. e. f. g. h. Aggreditur librũ de locis hebraicis. 245. f. g. h. Epistolas scribit XVII. XVIII. XIX. 295. d. e. f.
390	12	6	59	Veteris Testamenti ex Hebræo Translationem absoluit. 313. d. e. f. g. h. 202. a. b. e. d. e. Reuelatq; abscondita a sæculis, & generationibur. 201. d. e. Opus prodit in singulos scripturæ sacrę libros de locis ad corrũpendũ procliuibus. 216. a. Aliud item opusculum, de occasionibus, quibus exemplaria deprauari solent. 216. b. e. Malchi, & Hilarionis Monachorum res gestas conplectitur. 74. b. Iouinianom duobus libis exagitat, 223. 224. a. b. in quos Romæ obtrectatores insurgunt. Verùm eosdem ipsemet acri aplogia conprimit. 31. b. Edit Epistolam CXXXI de Iudicio Salomonis. 115. f. g. Quinquagesimam pro libris suis aduersus Iouinianum. 301. b. c. d. Quadragesimamquintã. 298. h. 299. a. In septẽ Psalmos tractatus luculentor. 344 d.
391	13	7	60	Didymi de Spiritu sancto librum Latinitate donat, Paulinianoq; fratri inscribit. 81. d. e. f. g. h. 82. a. b. 321. f. g. Dictat Epistolam XXVIII. 82. b. c. 296. f. Commentarios item in Ecclesiastem. 211. b.
392	14 Theodosij tãtùm.	8	61	Nahum, Micheam, Sophoniam, Habacuch, & Aggęum interpretatur. 320. a. b. e. e. librũ exarat de Scriptoribus Ecclesiasticis. 242. b. c. d. e. f. g. h. Nec non Epistolas X. 293. g. XXIX. 296. g. h. 297. a. XXXII. 296. c. Cum suis Monachis, Eusebioq; inprimis Cremonense Regulam Apostolicam profitetur. 123. d. e. f. g. h. 124. a. Matutinas preces, & reliquas horas Canonicas primus instituit. 125. 126. 334. e. f. g h. 335. c. d. Comitem item, siuè Lectionarium conponit. 349. b. c. d. E-

Anni Dñi.	Theodosij Iũ-ram.	Siricij	Hieronymi.	
				uãgelia & Epistolas in Missa disponit. 335.a.b.c.d. Auctor idem hymni Glorificationis. 130 b.c.d. e. 335.f. g. Item cantus *Alleluia*. 130. f. g. h. 335. h. 336. a. b.
393	15	9	62	Christo Sacratis Virginibus Sermonem tradit Assumptionis B. M. V. 169. d.e.f.g.h. 170. 325. c.d.e.f.g h. Ioannem Hierosulymitanum Episcopum Origenianæ factionis, Epistola LXI. seu verius libro perstringit. 304. d. e. Epistolamq; CLIV. dictat. 318. f. Alipius Tegastensis Augustini familiaris in Palæstinam proficiscitur, ab Origenistisq; in Hieronymum nesciens concitatur. 253. d.e.f.g. Inuisit idem illuc Hieronymum. h.
394	16	10	63	Monumentis prodit quæstiones hebraicas in Libros Regũ & Paralipomenon. 206. e.f.g.h. 207. a.b.c. d. Librum æquè De optimo genere interpretandi ad Pammachiũ, 222. b e.f. eiusdem rogatu Antonij Vitam. 346. a.b.c. Reuertitur in Africam Alipius, & ab Origenistis in Hieronymum accepta bono animo Augustino defert. 203. g.h. 254. a. Scribit Augustinus Epistolam apud Hieronymum LXXXVI. qua eundem de multis redarguit, ac præsertim de expositione capitis secũdi Epistolæ ad Galatas. 309. d. e.
395	1 Arcadij, & Honorij 17. Ianuarij.	11	64	Nepotianum ad vitam Clericalem ritè ducendam erudit Epistola secunda 86 g. h. 87. a.b.c. Commentatijs explicat Ionam, & Abdiam. 320. a.b. e. f. Martyrologiũ conficit. 348. d.e. 346. f.
396	2	12	65	De institutione Paulæ neptis senioris pareneticam prodit Epistolam. 167. b.c. item. LI. 301. d.e.f. Ab Augustino salutatur Epistola octogesima septima, simulq; ad controuersias prouocatur. 309. f. g.
397	3	13	66	Libris aduersus Iouinianum aliàs euulgatis Romæ iterum Rufinus nuper illuc profectus detrahit. 301. b. c. Quãobrem inter vtrunq; Hieronymum nempè, & ipsum Rufinum arctissima dudum soluitur necessitudo, ibid. Paulo post iterùm restituitur. ibidem. Scripitis mandat Epistolam CXXVIII. de veste Sacerdotali ad Fabiolã, 314. g.h. Ex omnibus orbis terræ partibus Monachos suscipit erudiendos. 131. d. Eosdemq; & vitæ exemplis & doctrinæ monitis instruit. h. 132. & seq. Diuersoriũ pro peregrinis construit. 121. b. c. d.
398	4	1 Anastasij. 14. Maij.	67	Delegat Paulinianum fratrem in Patriam ad distrahendũ in peregrinorum commodum patrimonium. 122. e. f. g. Semirutas videlicet Villulas, & parentum communiũ census. h. 123. a. b.c. Vertit e Græco in Latinum sermonem Origenis Periarchon libros, Pammachio petentibus, & Oceano. 305. g. Damnantur eorundem a Rufino euulgatæ versiones. 235. c. Paulinæ Pammachij vxoris funeris exequias prosequitur. 120. b. c. Aduersus Ioannem Hierosolymorum Episcopũ Epistola insurgit LXII. 304. f.g.h. 305. a.b. c. d. Theophilum in Origenistas incitat Epistola. LXVIII. 306. d. Cuius primũ librum Paschalem transfert. 349. h. Rufinum sub persona Magni Oratoris comœdiam agentis, reprimit Epistola LXXXIV. 309. b. De Melchisedech origine scribit Epistolam CXXVI. 314. b.c. De libris item diuinæ Scripturæ CIII, 138. d.e.f. CLIII Paulino, de quibusdã quæstiunculis. 318. e. Matthæum interpretatur. 213. a. b. c. d. e.

Ex-

399 Anni Dñi.	5 Arcadij, & Honorij 17. Ianuarij.	2 Anastasij 14. Maij.	68 Hieronymi.	Explanationem exorditnt in omnes psalmos Dauidicos. 82. h. 83. a. b. c. Diuersis dat Epistolas LXV. LXVI. 305. h. 306. a. LXIX. LXX. LXXI. 306. c. LXXVI. 307. c. Romam ad dicẽdam causam euocatur ab Anastasio Summo Pontifice Rufinus. 235. c. damnatur idem illuc addesse contemnens. ibidem.
400	6	3	69	Fabiolæ laudes funebri Epistola cõplectitur. 296. g. h. 297. a. Sanctæ eiusdem memoriæ Epistolam de quadraginta duabus mansionibus consecrat. 314. d. e. & Vigilãtium in se oblatrantem Epistola LXXV verberat 306. h. 307. a. b. furit in eundem Rufinus, tribusq́ calumniarum libris adoritur. 235. g. h.
401	7	4	70	Epistolam scribit LXXXIII de Matrimonio ante Baptismum contracto. 309. Theophili secundum Paschalem librum e Græco conuertit. 349. h.
402	8	1 Innocentij. 18 Maij.	71	Prosequitnt cœptam explanationem in omnes Psalmos. 83. a. Tribus libris iactata in se a Rufino conuitia refellit. 336. a. b. Pammachio, atq; Marcellæ inscribit Epistolã LXXVIII. 307. Item Augustino XCI. 309. h. 310. a. In sugillationem Rufini, Anastasij Summi Pontificis, Ioanni Hierosolymorum Episcopo legatur Epistola. 331. c.
403	9	2	72	Aggreditur interpretationẽ in Iob. 64. b. c. Augustino prodit Epistolam LXXXXVIII. 310. b. c.
404	10	3	73	Paulæ Romanæ exequias hominum sempiternæ memoriæ tradit. 269. a. b. 296. d. e. f. Apud Theophilum excusat Epistola XXXI. 297. b. eiusdem tertium Paschalem librum vertit. 349. h. Itẽ Regulas Monachorũ Pachomij, Oriesij, & Theodori. 248. f. g. Vigilantium insectatur Epistola LIII. 301. g.
405	11	4	74	Versionẽ libri de sacris suppellectilibus eiusdẽ Theophili Latinis litteris consignat. 350. a. b. c. e. Præsidiũ tertiũ adhibet Augustinus apud Hieronymum. 310. d. e. f.
406	12	5	75	Vigilantiũ hæresiarcham rursus explodit. 246. e. f. 301. h. 302. a. b. c. d. e. Epistolas scribit III de obitu Nepotiani. 392. c. d. IV ad Rusticum Monachum De viuendi forma. 292. e. f. g. h. XI ad Ageruchiam de monogamia. 293. h. 294. a. CL ad Hedibiam. & CLI ad Algasiã de quæstionibus Legis 318. a. b. c. CLII ad Alexandrũ & Minerium, de Apostoli verbis: *Omnes quidem dormiemus* 318. d. Exponit Zachariam, Malachiam, Osseam, Ioel, & Amos. 269. g. h. 320. e. f. Ab Augustioo prouocatur Epistola LXXXVIII 310. f. g.
407	13	6	76	Eidem dat Augustinus Epistolam XC. 310. g. Respondet Hieronymus Epistola XCII. 310. h. Læsus mulcetur ab eodem Augustino Epistola XCIII. 311. a. b.
408	14 Honorij cum Theodosio nepote. Kalen. Maij.	7	77	Commentarios in Danielem edit 210. a. b. c. in quorũ elucubratione superno lumine illustratus Vrbis excidium a Barbaris inferẽdum intelligit. d. Exorditur Explanationem in Isaiam. 53. e. f. Prodit Epistolam XLVI. 299. b. c. Auitũ aduersus Origenis errores instruit Epis. LIX. Tuetur se ipsum aduersus Augustinũ Epis. LXXXIX. 311. b. c. d. Excusat de feruore, atq; seueritate Epistola XCVI. d. e. Morbis frequentibus atteritur. 252. a.
409	15	8	78	Laborat in explanatione Isaiæ 208. b. c. d. e. Augustini recipit Apologeticã Epĩam XCVII. veritateq́; in vtroq; vincente firmior pax, & cõcordia sequitur. 311. f. Epistolam scribit. XXXIII. c.

450 Anni Dñi.	16 Honorij cum Theodosio nepote, Kal. Maij	9 Innocētij. 18. Maij.	79 Hieronymi.	Vastatur Roma a Gothis sub Alarico Duce, & aufugientes inde ex vtroq, sexu nobiles Bethlehem suscipit. 269. h. 270. a. Charitatis officijs peregrinos conplectitur. 325. e. g. Noctium furtiuis horis Ezechielis prophetias interpretatur. 209. h. Caligāt eiusdē oculi senectute. 251. h. Expedit Epistolas, XII de educatione Pacatulæ. 294, a. b. LXXXII ad Marcellinū 308. b.c.d.e. f. CXXXII ad Vitalem de Salomone, & Achaz quomodo vndecimo ætatis anno filios genuerint. 315. h. 316. a. b. Rufinus in Sicilia moritur, Catholicorū hospitio prohibitus. 236. c.
411	17	10	80	Commentarios in Ezechielem perficit, litterisq; simul mandat Epistolam VII de Virginitate seruanda ad Demetriadem. 293. c. d.
412	18	11	81	Theodosij atq; Valentiniani res gestas conplectitur. 349. a. Pelagiū explodit. 246. g. Debachantur idcircò in eū furore, direptionibus, atq; incendijs Pelagianistæ, annuente Ioanne Hierosolymorum Episcopo. 303. d. Solatio erigitur Innocentij Summi Pontificis Epistolis. ibid. Epistolas prodit, XVI super Marcellę dormitione: LV Ripario. 302. h. 303. a. b. c. d. CXXXIX Cypriano. 357. a.
413	19	12	82	Principiæ Virgini psalmū exponit quadragesimumquartum Epistola CXXXX. 317. b. c.
414	20	13	83	Pelagij hæreses iterum inpugnat 246. h. 247. a. b.
415	21	14	84	Homilijs quatuor Salomonis Cantica interpretatur 80. c. d. e. f. g. 322. g. Orosium Presbyterum Hispanū ab Augustino sibi legatū cū libro de Ratione animæ suscipit. 311. f. g. 331. e. Epistolam item eiusdem Augustini de eo, quod scriptum est: *Qui tota legē seruauerit*, 331. *d.*
416	22	15	85	Hieremiam exponit. 208. f. g. Lamētationes insuper eiusdem h. 209.
417	23	1 Zosimi. 19. Augusti.	86	Sauciato leoni medetur. 357. 358. cuius vicissim obsequio Monachi eius recreantur. 357. a. b.
418	24	1 Bonifacij. 26. Decembris.	87	Scribit de mystica promissionis terra Epistolam CXXIX. 315. d.
419	25	2	88	Extrema lassitudine obruitur. 251. c. In strato iacens funiculo trabi appenso vtitur quò erigatur. d. Monasterij curam non dimittit. 252. c. d. e. sensus semper sinceritate uiget ad rationem reddendam vndecunq, interrogatur. 252. f. g. h.
420	26	3	89	253. a. Epistolas prodit LXXIX. & LXXX. 307. e. f. Dissolui cupit, & esse cum Christo. 250. a. g. 251. g. Superræ glorię quasi particulam quandam attingit. 250. e. f. Mortis tempore confidentius agit. f. 251. g. Altaris Sacramento, ministrantibus Monachis reficitur 275. e Aduersus tandem Ecclesię hostea constructa per eum scriptorum copia inexpugabili turre, octogesimo octauo ætatis suæ anno migrat a sæculo. 267. d. h. 268. a. b. c. d. in senectute nimirum bona. 274. a. b. c. vltima Septembris die. d. & eiusdem diei hora vltima 275. b. c. cum sol occumberet. d. ad cuius animæ exitū Angeli, miro splendore fulgentes occurrunt, eantibusq; eandem excipiunt. 275. e. f. g. h. Bethlehem in ingressu speluncæ præsepis Domini sacrum eius corpus in sepulchro cōditur, quod sibi viuens parauerat. 276. f. g. h. non longè a sepulchro SS. Paulæ, & Eustochij. Eiusdem ad Christum progessum grauissimi Auctores vocibus comitati sunt. 277. d. e. f. g. post omnes Pios ipse, Parentis immeritissimus filius h. c. De eodem Sanctissimo Viro Patrum elogia. 351. Translatæ quando sacræ eiusdem reliquiæ. 277. h. 278. 279. 280.

D. PII

D. PII RVBEI A PLACENTIA
IN VITAM
S. PATRIS HIERONYMI
A Venerabili olim
PATRE LVPO HISPALENSE
editam
COMMENTARII



PROOEMIVM.

Non recedet memoria eius, & nomen eius requiretur a generatione in generationem.
Ecclesiastici XXIX.



CVM in externorum bonorum numero fama potissimũ sit, eo ipso immensam Omnipotentis Dei benignitatem seruos suos, quibus centuplicata omnia dimissa spondentur, apud posteros cumulasse iure optimo constat. Et quidem, cum ij mortali adhuc carne circundati terrena omnia, quantumuis sublimia pro Christo abiecerint: sæculi item triumphos, omnesq; eius delectationes (longè maiores secretò experti) fastidiuerint, atq; mortui mundo, consepultiq; in omnium opinione latuerint, æquum, inquam omnino, vt post mortem eiusmodi etiam præconijs celebrarentur, quòd in omnis posteritatis memoria reuiuiscerent, dicente Scriptura. *Non recedet memoria eius, & nomen eius requiretur a generatione in generationem.* Et alibi. *Memoria iusti cum laudibus.* Et. *In memoria æterna erit iustus.* Sanè horum gloriosa facinora, perinde ac balsamum Omnipotentis etiam Dei nares demulserunt, propterea eiusmodi virtute operum, tamquam pretiosissimis vnguentis perfusos, atq; a corruptione seruatos, post vitæ mortalis adhuc interitum immortali debuisse eosdem laude florere, omnis ratio suadet; Sed & quemadmodum fracta lagena balsamum suauius, longiusq; perflat, intantum, vt etiam cunctos in sui admirationem trahat; ita & horummet corporibus temporali morte solutis, cunctorum hominum voces ad eorum protinus glorificanda prodigia quàm maximè excitari decuisse, neminem arbitror, qui non intelligat. Igitur illorum nunc meritò præclaras res gestas in omnes orbis terræ fines Ecclesia personat; nunc cunctorum oculis aliàs abscondita, priuatisq; tantum cellulis cognita sublimibus præconijs effert, vt ideo cum veritate concordet. *Non recedet memoria eius.* Ast & per singulas succedentes generationes eorum quoq; nomina

A (margin) · Matt. 19. · Eccl. 39. · Psal. 117. · Prou. 10. · B (margin) · Eccl. 37.

A perquiruntur, vt laudibus perpetuò uigeant, quomodo Abrahæ, Moysis, Sa-
muelis, Iudit, & omnium humilium in Scripturis Sanctis floruisse leguntur.
Requiruntur, vt veniam nobis culparum, & beneficiorũ postulationumq; in-
dulgentiam obtineant. Requiruntur deniq; vt imitatione comitentur, cum
eadem Summus rerũ omnium Opifex in tabulis cœli descripserit, quò non il-
lorum tantum pulchritudo atq; splendor nos oblectaret intuentes, sed & ad
imitationem prouocaret. De his profectò Domini in Euangelio oraculum
Luc.10. arbitror, quo dictum est. *Gaudete, & exultate, quia nomina vestra scripta sunt
in cœlis.* Et reuera si apud Romanos (teste Hugutio) clarorum virorum no-
mina litteris aureis pro Imperij Maiestate in tabulis æneis ad perennitatẽ in-
sinuandam cõscribi consueuisse (vnde & postmodum Patres Conscripti ap-
B pellari) litteris proditum est: qui pietatem, & veram religionem coluere,
quosq; Deus secum in cœlestibus conregnare, tamquam Imperij sui Princi-
pes decreuit, in eminentissima, atq; prorsus indelebili materie, exarari mi-
nimè debuere? Igitur aptissimè eorumdem nomina, hoc est, virtutes, atq;
opera ex Christi gratia oculis omnium declarata, multò præstantioribus lit-
teris, atq; in solidioribus ære tabulis, in cœlo nimirum conscribi par fuit.
Iob.37. De quibus, & dictum. *Tu fabricatus es cœlos, qui solidissimi, quasi ære fusi sunt.*
Prou.22. Atq; de fulgentibus vndiq; characteribus. *Super argentum, & aurum gratia
bona.* Deniq; hi omnes stellæ sunt, quarum multidinem numerare, singula-
rumq; nomina, illarum tantum Opificem vocare, testatur Dauid dicens.
Psal.146. *Qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocat.*

At contra neq; in memoria impios futuros, neq; illorum nomina perman-
C sura ex sacris litteris admonemur. *Delesti*, quippe scribitur, *nomina eorum* Psal.9.
in sæculum sæculi, perijt memoria eorum cum sonitu. Et certè quod ad huius homi-
num generis pertinet famã cum tumultu atq; fragore ea deperit, cũ, vt Gre- Moral.5.
gorius testatur, omnes, qui vel illicita appetunt, vel in hoc mundo videri ali-
quid volunt, densis cogitationum tumultibus in corde comprimantur: san-
cti verò, qui nulla huius diligunt magna meritorum tranquillitate perfruan-
tur: De eodem sonitu Amos secundo scribitur. *Morietur in sonitu Moab,
& in clangore tubæ.* Quandoquidem perinde vt ingentis ædificij machina
ruens horribiliter perstrepit, sic & perditorum hominum, qui habitacula, &
Ciuitates Dæmonum affirmantur, vita finiens horrendum emittit sonitum,
quia ad profundum vsq; inferni illorum infelices animæ colliduntur. Pul-
chrè horum quoq; memoriam Iob explicans. *Memoria*, inquit, *vestra compa-* Iob.13.
D *rabitur cineri.* Enimuero quemadmodum cinis flatu leuissimo dispergitur;
sic & de terra illorum memoria pro commerito supplicio ad punctum peruo-
lantis temporis cedit. Deniq; & iure horum nomina delentur, cum indi-
Psal. 48. gna prorsus sint, quòd requirantur. *Vocauerunt* Luxuriosi *nomina sua in terris*,
quia scripserunt illa in fluminis vnda: in aere superbi & vani: in puluere aua-
ri: at cum haud stabiles membranæ eiusmodi fuerint, illico in abolitionem
exterminata sunt: in punctoq; desierunt, quasi non fuissent. Extat & rei
Luc.16. huius apud Lucam in Euangelio argumentum, vbi loquens Dominus de pau-
pere meritis refulgente, & de diuite epulis dedito, pauperis nomen, Laza-
rum nimirum expressit, diuitis verò silentio præterijt. Cæterùm quamquã,
quæ de ijs, quos ab his sempiterna memoria, & nomine ad finem vsq; sæ-
culi Dominus discretos esse voluit, paulò superius allata sunt, de omnibus
accipiantur, qui se totos eidem addixerunt: præcipue tamen de ijs, qui sa-

pientia

pientia præditi mundum illustrarunt, Spiritus sanctus paulò superius osten- A
Eccl. 39. dit, cum ait. *Collaudabunt multi sapientiam eius, & usq; in sæculum non delebitur:* atque mox: *Non recedet memoria eius, & nomen eius requiretur a generatione in generationē.* Porrò si de Ecclesiæ proceribus distinctius sermo habeatur, quæ stella in cœlo, de qua aptius elogium prædicetur *Non recedet memoria*
Iudic. 5. *eius*, fulgentior Hieronymo? Stella is apprimè, quæ in ordine atq; cursu suo consistens aduersus Sisaram, Diabolum videlicet, eiusq; hæreticorum exercitum dimicauit. Stella, quæ ad meridiem contemplationis elata, atq; ad custodiam Ciuitatis sanctæ, & murorum eius euocata: *Adsum*, respon- Baru. 3. Dan. 12.
dit, *& luxit ei cum iucunditate qui fecit illam.* Stella, quæ procul a terra, atq; in Ezec. 1.
perpetua æternitate defixa ad iustitiam plurimos erudiuit, suisq; item sanæ doctrinæ, quasi æris candentis scintillis ad amorem Dei inflammauit. B
Stella, quæ omnem hominum statum ad virtutum gloriam accendens, tantū profecit, vt innumeros etiam in cœli vsq; faciem deduxerit. Stella deniq; matutina, quæ quasi in crepundijs Ecclesiæ consurgens, cæteras omnes in sacrarum interpretatione scripturarum, abditissimorumq; sacramentorum
Eccl. 39. reuelatione præcessit. *Non recedet* ergo *memoria eius, & nomen eius requiretur à generatione in generationem.* Fertur Empedoclem, cuidam interroganti cur vi-
Apodvin cent. lib. 4. hist. ueret. *Vt astra cœli inspiciam*, respondisse: cui Sanctus quoq; Iob adstipulatus. *Suspice*, inquit, *& intuere, & contemplare astra.* Profectò, quis ex his, natum ho- Iob. 15.
minem, vt ad superiora mente consurgat, & Sanctorum virtutes, atq; merita demiretur, non intelligat? *Tolle*, inquit Empedocles, *cœlum, & nullus ero*: Et nos, si eiusmodi astra tollamus, abiecti prorsus erimus: Enimuero cum absq; charitate essendi careat homo actu, dicente Apostolo. *Si habuero om-*
1. Cor. 13. *nem scientiam &c. charitatem autem nō habuero, nihil sum.* Ipsiq; Sancti Doctores C
almis suis prædicationibus diuinę in nos charitatis vim excitēt, hinc & sine illis contemptibiles, abiectosq; futuros consequitur. Rursus, cum illi, qui libros conficiunt sempiternę hominum memorię monumenta tradere affirmentur, Hieronymi ex posterorum mentibus nunquam fama abolitura est, qui tanta scripsit, quanta nec legi possunt. Requiritur post omnia in dies magis magisq; vbiq; sacrum eius nomen ab omnibus, quia in cunctis bibliothecis aurea illiusmet prorsus opera, atq; Prophetales, in Isaiamq; potissimū Commentarij requiruntur: habita tota auiditate leguntur: passim allegantur: amplissimis honoribus afficiuntur, vt de eo etiam sapientię dictum intelligatur: *Habebo per hanc immortalitatem: & memoriam æternam his, qui post me*
Sap. 8. *futuri sunt, relinquam.* Deniq; quamuis duo hęc, Vitā videlicet eius sanctissimā, quò ad memorię perennitatem; & nomen gloriosum, quò ad propriorū ingenij monumentorum peruestigationem recolere cunctis conueniat, pręcipuè tamē ad Monachos Religionis eius, qui se ab eo procreatos augustissimis moribus & institutis gloriātur: maximè autem, atq; pręcęteris omnibus ad me, qui a primis vsq; annis omnia eijpsi mea studia debeo, quemq; vicissim, (& quidem indignissimè) Parentem profiteor, munus ipsum spectare intelligo, vt Ecclesiastici in medium sępius allatum testimonim locum D
Eccl. 39. habeat: *Non recedet memoria eius, & nomen eius requiretur a generatione in generationem.* Quod vt vtrumq; aptè in sequenti mox opere oratione complectar, Clementissimus adsit Dominus gratia sua: adsit auxilio suo Hieronymus, cui, qualecumq; illud est, supplicibus a me votis offertur. Exordium itaq; capio.

A a Tit-

A E

Titulus Prior.

Incipit Vita Beatissimi Hieronymi Presbyteri, quam quidam deuotus, & eius operum studiosus ex illius, & aliorum scriptis excerpsit fideliter.

COMMENTARIVS.



AEC Sancti Patris Hieronymi Acta, quorum explanationem aggredior, anthoris proprij nomine suppresso aliàs edita in multis
B antiquis codicibus diminuta, quibusdam etiam locis Interdum immutata sub eiusmodi titulo legi, videlicet. [Incipit Vita Beatissimi Hieronymi Presbyteri, quam quidam deuotus, & eius operum studiosus ex illius, & aliorum scriptis excerpsit fideliter] At inter Venerabilis Patris Lupi de Olmeto Hispalensis opera, ac vetustissima manuscripta exemplaria a me, vti primùm ab eo memoriæ tradita sunt, deprehensa, ad illorum verum sensum vnà cum ipsius Anthoris inscriptione iterũ in lucem hoc ipso volumine produtur. Nec eorũ ideò Lupum authorem affirmare tantùm au-
C sim, quòd in eius scriptorum serie apud nos circumferantur, verùm ex eiusdem etiam Lupi id manifestissimo testimonio compertum habeo. Quandoquidem, sub extremo Opusculi, quod Epilogum S. Hieronymi inscripsit, quodq; Martino V. Summo Pontifici, sanctæq; Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Collegio dedicauit, remipsam hisce testari videtur [Cuius clypeo loricatus Sanctæq; Sedis Apostolicæ gratia firmatus, contra detractores, qui quasi iure hæreditario pertranseundi sunt, Hieronymi Ordinem, Vitam, & Sanctitatẽ cunctis Gentibus reuelaturus accessi.] Hisce præterea Actis tantùm tunc temporis idem Summus Pontifex concessit, vt eadem in S.
D Hieronymi die festo, & per totam eius Octauã quotannis in Ecclesia legenda præfato Patri Lupo permiserit. Perspicuum id ex antiquis Congregationis nostræ officijs habetur. Deniq; hoc vnum lectorem non lateat, non illa hæc Hieronymi esse Acta, quæ Cardinalis Baronius in suis ad Martyrologium Romanum Adnotationibus. Tomo nono Operum eiusdem S. Hieronymi edita infidelitate notauit, sed alia omninò, diuersaq;, perinde ac etiam ex mutua vtrorumq; collatione facilè vnicuiq; videre est. His præmissis ad verborum sensum accedo.

Titulus. Idem quod inscriptio, & pro quorumq; initio accipitur, a verbo autem tueor deducitur, quod cuilibet operi affixus authoris memoriam in posteros aduersus succedentem obliuionem transmittat. Suetonius in Domitiano, capite quinto. [Plurima, & amplissima opera incendio consumpta restituit,
sed omnia sub titulo tantùm suo, ac sine vlla pristini authoris memoria.] Ad hoc idem, & F
illud Fasti pertinet, quo & milites olim ab eodẽ verbo, tueor, nimirũ titulos fuisse dictos Scribit. Cui & Persius apertè adstipulari videtur, dum Titi, Titorumq; apud Romanos prænomen ab eo ipso ortum duxisse, quod scilicet Patriam tutati essent, ita canit.

Hic nec more probo videas, nec voce serena
Ingentes t-epidare Titos.

Sed rectius a nomine Græco *τιτάνω*, quod sol, seu illuminans in nostrum sermonem vertitur, desumptus titulus videtur, quasi videlicet Titanus illuminans, quia librum illumi-
nat. Enimuero quemadmodum sol tenebras G
fugans vniuersum suo splendore collustrat; ita libri titulus eundem, cunctaq; in eo contenta luce perfundit. Alij titulum a Tito Liuio, qui primus historiarum librum in decades diuisit, & singulis quibusq; titulum præfixit deductum autumant. Non defuerunt, qui titulum, quasi theculum a Theta Græca littera, quæ apud nos valet th aspiratum, interpreten-tur, enimvero eiusmodi signum, seu littera apud Græcos in iudicijs frontibus hominum inusta pro nota erat condemnationis; ad quã eleganter & Persius alludens cecinit.

Et potis es vitio nigrum præfigere theta. Satyr. 4.

Quemadmodum ergo iuxta horũ sentẽtiã
figura huiusmodi impræssus homo optimè H
cunctis patebat; sic ex titulo liber, atq; in eo contenta dignoscuntur, vt propterea definiri possit. Titulus est breuis adnotatio eorum, quæ diffusius in ipsomet opere continentur. Deniq; in politicis pro eo tantum titulus sumitur, quod ad virtutem vti notã spectat. Hinc tituli vulgò honorarij, quibus, & Ecclesia ipsa præstitisse, quæ opus sunt, videtur, dũ ipsos cum dignitatibus non temerè confundit. Aristoteles in politicis titulum Heroi tantum adscribit. Econtrà Plato in Gorgia titulo rectè posse quemlibet animo insignem etiam ab initio illustrari affirmat: hoc vnum præcauendũ admonens: titulos plebi nullo modo conce-

dea-

A dendos , ne inanis ſex cum liquore perutili
copuletur .
Prior . Aptè hic in littera prior titulus di-
citur, quia & poſterior huiuſmet Vitę titulus
ſubſequitur, de quo paulo infra.
Incipit Vita . Non pro coniunctione animę
& corporis, ſed pro optimis moribus Vita hic
ſumitur . In hoc ipſo ſenſu apud Comicum in
Terent. Adelphis legitur : Inſpicere tamquam ſpecu-
lum vitas hominum iubeo . Idcirco vero San-
ctiſſimos mores vitæ nomine ſignificari arbi-
tror, quòd vitam alteram hac naturali longè
præſtantiorem hominibus tribuant. Et certè
quemadmodum hi vitam huiuſmodi perenni-
tate donant, ita e contrà perditi mores perpe-
B tua eandem morte afficiunt. De prioris ge-
neris hominibus Eccleſiaſtici quadrageſimo
ſexto ſcribitur : Nomen eorum viuet in gene-
ratione, & generationem . De poſterioris ve-
rò Eccleſiaſtis ſexto . Fruſtra venit, & per-
git ad tenebras, & obliuione delebitur nomen
eius. Eſt igitur ſenſus. Incipit Vita, hoc eſt
oratio, ſeu hiſtoria, mores iuſtos, mores inte-
gros, religioſoſq; complectens.
Beatiſſimi . Beatus is dicitur, qui in eo ſtatu
eſt, quo omnia bona habet, nec vllo indiget.
Vnde & Auguſtinus Beatus, inquit, non eſt ni-
Ep. ad Probum ſi, qui & habet omnia, quæ vult, & nihil vult
mali . Iuxta quam nominis definitionē Deus
propriè beatus dicitur, quòd ipſe eſſentialiter
C huiuſmodi ſit, habeatq; in ſe omne bonum,
cuius participatione creaturæ rationales, ſiue
intellectuales efficiuntur beatæ . Minus verò
propriè & beatus etiā Hieronymus ſcribitur,
quippequi ad diuinæ eſſentiæ, quæ ſola ſua
infinitate omnem, ſiue intellectus, ſiue volun-
tatis potentiam terminat, viſionem aſſumptus
ſit . Enimuero in ea, & ſumma, & æterna bea-
titudo ſtatuitur . Nec ita obiectiuè Deo fruē-
tes poſſunt quandoq; velle malum, quia im-
mobiles illi hærent. Et reuera eiuſdem Hie-
ronymi in operis fronte id genus excellentia
indicari debebat, vt, & qui eius Vitam ſuſce-
piſſent explicandam, & qui eiuſdem lectioni
D deinceps daturi eſſent operam, qua vitæ pro-
bitate pollere debuiſſent, effingerētur. Enim-
vero Beatiſſimum virum, quem Domino vi-
tæ puritate, atq; munditia gratiſſimum fuiſſe
omnibus perſpectum eſt, pollutis vel ſtylo, vel
lectione proſequi nefas eſt.
Hieronymi . Hieronymus non nomen eſt
gentis in ſæculo, neq; familiæ per adoptionē,
ſed religionis per aſſumptionem . Siquidem
germanum huiuſce Doctoris nomen Euſebius,
non Hieronymus iure optimo aſſeritur. Con-
ſtat hoc ex impreſſis omnibus (vt cæteros ma-
nuſcriptos prætercam) codicibus, in quibus,
ac ad primi quidem tomi Epiſtolę primę exor- E
dium huiuſmodi legitur inſcriptio .
*Epiſtola D. Euſebij Hieronymi Stridonienſis
ex multis antiquiſſimis libris in priſtinam inte-
gritatem reſtituta* . Et poſt pauca .
*Ad Heliodorum De laude vitæ ſolitariæ Epi-
ſtola prima* .
Cùm itaq; Euſebius Hieronymi Pater ex-
ploratiſſimus (quemadmodum, & idemipſe
in libro de ſcriptoribus Eccleſiaſticis apertè te-
ſtatur) fuerit , hinc etiam eſt , vt tali eundē
primitus nomine ex Romanorum facultate
Stridonienſibus conceſſa in rigore appellatum
fuiſſe colligam. Vſurpabant Romani olim
hæreditaria aliquot nomina , quæ progreſſu
temporum propter ſupremam Imperij autho- F
ritatem a cæteris Gentibus aſſumpta , quaſi
ex priuilegio in prænomina abierunt. Huiuſ-
modi noſtra tempeſtate memorantur Caij ,
Quinti, Titi, & aliorum, quæ liberis iure hæ-
reditario conceſſa, familias ipſas maieſtati Im-
perij adſeruabant . Nomina verò filiorum ea-
dem perpetuò erant, quæ paterna, vt etiam
agnomina: Caij enim Valerij filius, Caius Va-
lerius, & ipſe denominabatur, addito tantū
ad diſtinctionem geniture ordine : ita vt, ſi
primogenitus , Caius Valerius primus dice-
retur : ſi ſecundo genitus, ſecundus , & ſic de
cæteris. Cum autem Liberti huiuſmodi pri-
uilegijs gauderent, Patronorum & ipſi nomi-
na ſumebant . Hinc Caij Valerij Libertus, & G
ipſe a Patrono primùm per adoptionem, de-
inde a cæteris per cognationem inſcribebatur,
addito tantùm agnomine ad Patroni libitum,
vel Grecolatino, vel Greco, aut Latino ſim-
plici ad diſtinctionem. Ex quo factum , vt
Romæ præſertim Caij Valerij Libertus cum
agnomine huiuſmodi legatur in antiquis in-
ſcriptionibus. Igitur ex hac ipſa a Stridonien-
ſibus quoq; (vt dictum eſt) recepta conſuetu-
dine, Hieronymus Patris nomine Euſebius in
ſæculo dictus, nouo idemmet, Hieronymi vi-
delicet in monaſtici cultus profeſſione dona-
tur . Nomen (inquam) ſi communis etymo-
logiæ vis ſpectetur non terram , ſed cœlum H
reſpiciens , cum non niſi conflatum dignoſca-
tur ex Græcis ἱερὸς, quæ vox eadem eſt, ac ſa-
cer, & νόμος, quæ ac lex apud Latinos . Nec
obſtat prioris litteræ immutatio, quę in I ſim-
plicem, non in compoſitam, nempe cum H
vertenda ex vſu foret. Nam ſi e contrà con-
flatum potius contendatur ex Ἥρως, & νόμος
in eundem penè ſenſum coincidet, cùm &
Ἥρως aereum ſignificet, & aer ad ſenſum cœ-
leſte quid paſſim ſapiat . Vnde & volucres Luc. 8.
cœli dicuntur . Et Helias curru raptus in cœ- 4. Reg. 2.
lum aſſeritur.

Cæ-

A Cæterùm in Monastici habitus assumptione, sæcularia consueuisse olim Monachos ex religionis potissimum honestate (quæ accedentes ad se sæculare quid, licet minimum, retinere prohibet) nomina abijcere, eorumq; loco alia, quæ vel pietati, vel affectui Monachi vt plurimum responderent, sumere: patet ex quamplurimis id generis nominibus inter ipsosmet Monachos celeberrimis, Paulo, Hilarione, Malcho, & alijs. Paulus enim ex paruitate, & temperantia; Hilarion ex hilaritate, Malchus (qui rex interpretatur) ex regendi virtute, qua proprios rebellesq; corporis sensus rexit, appellati sunt: quā & ipsā con-
B suetudinē hac quoq; nostra tēpestate in claustris obseruari in dies singulos experimur. At quàm appositè Sanctissimo viro Hieronymi nomen impositum conuenerit indicemus.
Ex tribus potissimum nomina olim quædam (seu verius agnomina) ab antiquis vsurpati interdum consueuerant: aut ex animo, vt Superbus, Pius: aut ex corpore, vt Crassus, Pulcher: aut ex præclarè gestis operibus, vt Africanus, Asiaticus, Gothicus. Sanè quo aptiori potuit vnquam Hieronymus a Sanctis illis Patribus insigniri vocabulo, quod omnia simul, & animi affectiones, & corporis imaginem, structuramq;, ab eo ipso deniq;
C præclarissimè edita toti mundo ob oculos poneret? Et quidem imprimis animi affectum vox græca ἱερὸς indicat, cum reuera sacer is fuerit, & sacro vsui a primis vsq; annis diuino cultui mancipatus. Sacer, quia Sanctus, idest firmus, vel mundus, vel sanguine tinctus: firmus, quia ad mundi, carnis, ac Sathanæ congressus stabilis perpetuò manens a recto nunquam deflexit: mundus, quia a sordibus vitiorum liber, mentem cogitationibus sanctis insignitam Deo habitationem adseruauit: sanguine etiam tinctus, quia longo persecutionū martyrio, nisi gladij ictu coronatus asseritur. Vnde & in eius officio proprio quotannis legitur. Gladius tibi non contigit tyran-
D norum, qui te optato martyrio decoraret, nō tamen defuit hæreticorum malleus, qui te perpetuis incussionibus coronaret. Corporis præterea compositionem eius non concretam quidem, aut pinguem, sed pœnitentiæ prorsus operibus attritam gracilem fuisse, non sanè tetream, atq; grauem, sed ex continuo cœlestium vsu, & consuetudine tenuem, vt etiā spiritus potiùs, quàm hominis intuentiū iudicio censenda foret, vox eadē ἱερὸς, siue ἱερὸν ad viuū exhibet. Sed & gloriosè deniq; ab eo patrata opera altera vox græca, ὄνομα videlicet apertè indicat, quia tum ob incredibiles in litterarum studio ab eo perpessos labo-
E tes, quibus siue ex Hæbreo, siue ex Græco idiomate alma tandem lex prodijt, tum ob probatissima vitæ exempla (quibus omne hominū genus, Monachosq; præsertim in regulari disciplina instruxit) lex proculdubio omnium testimonio fuit. De quo Ecclesia item canit. Hieronymus norma vitæ, lex morum omniū.

Presbyteri a Græco πρεσβύτερος, quod seniorem significat, nomen deducitur. Et quidem non propter ætatem tantum, siue senectutem presbyter senior dicitur, sed propter honorem etiam, & dignitatem, qua ornatur. Fuit autē Hieronymus, & Monachus professione, & Presbyter ordinatione. De vtroq; sæpius idem
F meminit in suis tractatibus, ac de Monachatu inprimis Epistola prima ad Heliodorum, vbi inquit. Alia Monachorum est causa, alia clericorum. Clerici pascunt oues, ego pascor. Illi de altario viuunt, mihi quasi infructuosæ arbori securis ponitur ad radicem, si munus ad altare non defero. Et Epistola decimatertia ad Paulinum, ibi. Nos autem habemus propositi nostri principes Paulos, Antonios, Iulianos, Hilariones, Macharios. Item Epistola vigesimasexta ad Pammachium. Nos in ista Prouincia ædificato Monasterio, & diuersorio prope extructo de toto orbe confluentibus turbis obruimur Monachorum. Ad Augustinum
G præterea Epistola octogesimanona in fine, & nonagesimaoctaua ad eundem, atq; alibi. Deniq; & de eodem singulis annis in eius die festo Martyrologium Romanum meminit. De Presbyteratu verò scribit idemipse Hieronymus satis superq; Epistola sexagesimaprima, capite decimosexto, & Epistola præcedente, sexagesima, videlicet Epiphanius Salaminę Cypri Episcopus. Cæterum cùm Presbyteri nomen commune sit, & Presbyteris simplicibus, & Presbyteris Cardinalibus, ita vt eiusdem appellatione æquè veniant vtriq;, dubitatio suboriri posset, de quanam ordinatione Hieronymi Presbyterium intelligendum sit, Num de simplici, an potius de Cardinalitio? Sed de hac controuersia in sequentibus.

H *Quamquidam*. Deuotus, idem quod destinatus, siue constitutus. Vnde hostia propriè deuota dicitur, & constituta. A deuoueo autem, quod sanctè aliquid promittere significat, seq; ad illud reddendum adstringere, & præcipuè Deo, nomen deducitur. Hincq; cū religionū cultores trium votorum emissione, veluti tribus quibusdam clauis obstringantur Deo, fieri arbitror, deuoti eiusmodi hoc loco nomine, religione præditam indicari personā, qualis Lupus fuit. Et quidem ipso nomine nonnisi talem virum accipi posse eius Acta a nobis aliàs edita declarant, ex quibus erga Sanctissi-

ctissi-

ctissimum præcipuè Hieronymum adeo animi religione succensus habetur, vt nemo magis. Vitam siquidem eiusdem, mores, ac instituta, sibi tamquam virtutum omnium exemplar optimum ad vnguem imitanda proposuit. Militare certe is aliquando nomine tantùm Hieronymo usus est, sed militiam ipsam totis postmodum professus viribus inclytam eiusdem Herois veram, germanamq; progeniem, multis ante suam ætatem sæculis penitus collapsam, in integrum restituit.

Et eius operum studiosus. Deniq; quantum in Hieronymi operibus idemipse Lupus studij adhibuerit illud apertè demonstrat, quòd summa ingenij dexteritate, cum pari religionis ardore ad Monastices compositionem spectantia ex eiusdem operibus decerpsit. Porrò in eiusmodi lucubratione diuino eundem fuisse afflatum spiritu Martinus V. Summus Pontifex in suis litteris testatum reliquit.

Ex illius. Patebit hoc in sequentibus, cum singulorum videlicet ex eiusmet scriptis hinc inde desumptorum testimoniorum loca afferentur.

Et aliorum scriptis. Quorum æquè nomina in explanatione immediatè sequentis tituli sigillatim adducentur.

Excerpsit fideliter. Nil prorsus de eorum dictis, aut sententijs, quòd sensum inuertat, addito vel immutato.

Titulus posterior.

Incipit Vita Sancti Patris Hieronymi, collecta ex tractatibus eius, ac Sanctorum Augustini, Damasi, Gelasij, Gregorij, & aliorum.

COMMENTARIVS.

HIC proprius Vitæ huius titulus est, quẽ Lupus, & ad personam, cuius sanctissimos mores suscepit enarrandos, & ad scriptores, ex quibus eandem collegit, explicandos præfixit. Recensuit autem in ipsa operis fronte eiusdem Hieronymi, Damasi, Gelasij, & Gregorij nomina, vt ex his non historiæ tantùm veritas indubitata, sed illius quoq; plenum robur haberetur. Et reuera si hanc ipsam historiam ex Hieronymi tantummodo testimonijs author intextam edidisset, fidem profectò dictis allatisq; a lectoribus aucupatus fuisset, cæterùm absolutam rerum gestarum narrationem minimè perstrinxisset. Et quamuis Hieronymus quàmplurium nobis Sanctorum insignes vitas diuino instinctu, vt habetur in Reuelationibus Beatæ Birgittæ, libro tertio, capite vigesimoprimo prodiderit, non tamen propriam aliquando aggressum fuisse in cũctis eius scriptis reperitur. Quàmplura de se (verum est) suis tractatibus, quæ temporis, atq; loci opportunitati interdum debebantur frequenter immiscuit; at integrum vitæ curriculum conscripsisse, nemo est, qui affirmare audeat. De hoc autem idcirco lectorem monitum voluimus, ne illorum caperetur errore, qui quoniã hoc, vel illud de seipso in proprijs scriptis Hieronymum retulisse non agnoscũt, tanquam falsum protinus, & commentitium damnare contendunt. Sed ad singulorum verborum expositionem attendamus.

Titulus posterior. Posterioris dictio ad superiorem referẽda est titulũ, qui non a proprio Vitæ authore, sed a Librarijs quondàm, primisq; impressoribus adiectus est.

Incipit. Plutarcus, Suetonius, & quotquot alij Ethnicorum res gestas stylo sunt prosecuti, ab huiusce tituli exordio penitus abstinuissent, ne tamen quis Lupũ prima facie temerè irrideat, hoc vnum silentio haud prætereundum, ipsum videlicet Sanctissimi P. Hieronymi Vitam non ad Summi, seu minoris Pontificis nutum, neq; ad inanem gloriam conscripsisse, sed ad simplicem Monastices institutionem, proptereaq; ijs tantum præceptis vsum fuisse, quæ tunc temporis Religioni, potissimumq; Claustralibus opportuna existimabantur. Formulam ipsam Hieronymus Angerianus in opusculo de conscribenda historia Ecclesiasticam vocat; eamq; inter Euangelicas enumerari posse affirmat, in quo non reprehendendus. Enimuero cum Ecclesia circiter millesimum a Christi ortu annum, sublatis vt plurimum diuersorum hæreticorum insidijs, nonnisi de Fidelibus ad puram Euangelij normam instruendis cogitaret, hocq; Catholici scriptores omnes reciperent, formulæ aliquot aboratorijs, politicisq; alienæ inter Latinos irrepserunt, quæ postea processu temporis non reiectæ, vsq; ad superioris sæculi exanimationem peruenere. Hoc præsertim Monachis commune, qui instructiones idgenus, etiam extra horas canonicas adhibentes, titulis vulgò simplicioribus opera quæq; prænotarunt. Cuiusmodi Lectionaria, Instructoria, & similia. Quæ certè cum indistincta vt plurimum ad rectæ orationis formam, vel si distincta longioribus interdum, quàm par erat, ver-

borum

A borum anfractibus conflarentur, vt fingulis tamen momentis pareret processus, initijs, & consequentibus ad moram proponebantur; ita vt lector æquè, ac ex officio in eorum exordijs verbum hoc nempe. INCIPIT, & post exordia aliud, idest SEQVITVR, pro opportunitate assumeret. Cæterùm qui viri inter Catholicos ob sanctimoniam præclarissimi Vitam scriptis tradit, non in rem politicam, sed in Ecclesiasticam toto animo efferatur necesse est. Non enim Ecclesia ingenium quærit, quæ in consilio acquiescit, vt potè simplicioribus, rudioribusq; contenta methodis, dummodo honestatem non inficiant,

B atq; veritatem auferant. Audax proculdubio, & prauè affectus nimium Erasmus, qui cum a Catholicis recessisset, formulas quasdã, cuiusmodi est hęc, Claustralium & Notariorum proprias vsurpatas asserebat, quæ neq; Grammaticem sapiant, neq; ad Rhetores accedant: cum e contra Genealogis quibuscunq; (si de hac sermo sit) non repugnet: quin potius damnandi, nisi etiam per plebeia ab arborum titulis exordiantur. Non me latet ab elogiorum conscriptoribus (qui cum insigniora tanũ gesta prosequantur, humilibus non videntur ad titulos exordiaq; legibus

C teneri) plebeia huiusmodi remouenda. Enimuero eos decet vel insinuatio, quæ oratio quædam est dissimulatione (vt ait Cicero) & circuitione obscurè subiens lectoris animum, vel admiratio, a qua eiusdem animus deuincatur.] Sed longè ab his Lupus. Porrò historiarum exordia penes inscriptiones a nominibus auspicati sunt Herodotus, Aelianus, Alicarnasseus, & Liuius: a temporum serie Tacitus: a consilijs Eusebius, & Nicephorus, vt Ethnicos prætermittam: huc q; librorum tituli huiusmodi spectant, qui si a contentis digrediantur, nulla prorsus facultate recipiendi, cum vitio scatere dignoscãtur] Damnandi deinceps qui in hisce titulorum exordijs symbola proponunt, moxq; in ipso operum pro-

Lib. de Inuētione.

Cic. de Orat. 3.

D gressu vix de notissimis agunt, vt in quamplurimis æquè recentiorum libris obseruare est. Lupus igitur in ipsa operis fronte vulgatissimo tunc temporis inscriptionis vsus exordio (alterum quidem magis proprium peculiareq; mox adhibiturus) quo stylo, quoue ordine illud esset aggressus indicauit. Hocq; puris addictus Monachorum regulis, non varijs abstractus Gentium rudimentis. Monachi autem regulas hasce nonnisi ex sacris litteris hauserunt, ac ex veteri quidem imprimis Testamento vbi dicitur. *In principio creauit Deus cælum, & terram.* Et alibi. *Principium loquẽdi Domino in Osee:* tum ex nouo, ijs videlicet.

Gen. 1. Osee 1.

E *Initium Euangelij Iesu Christi filij Dei.* Deniq; ex ipsius nascentis Ecclesiæ vsu, quæ in sacris, ad diuinas præsertim horas recensendis historijs, præfationem eiusmodi punctuatim induxit. Incipit liber; Genesis Incipit liber Exodi, & sic in cæteris. Porrò in huiusmodi initijs tanta Claustralium pietas elucet, vt maior pro exordijs non queat apud ipsos desiderari, cum per ipsamet satis superq; eorum animi ad reliquas dictiones comparentur, attenti, dociles q; fiant. Honesta penes vota siquidem sunt nullis circuitionibus inuoluta, cuiusmodi esse quibuscumq; conuenit] vt optimè admonet Cicero, qui exordium in princi-

Marc. 1.

Cic. lib. 1 de Inuēt.

F pium, & insinuationem diuidens, illud prorsus commendat, quod perspicuè, & protinus perficit auditorem beneuolum, aut attentum. At honestum sanè exordij genus est, cui statim sine oratione nostra fauet lectoris, vel auditoris animus, vt in claustris ex hoc accidit. Nulla ergo ratione contra præcepta dici posse ex his constat, cum nihil eorum efficiat, quorum causa ab oratione diuertatur, sed beneuolos, attentos, & dociles proprios Monachos statim constituat.

Vita. Veteres item proprium eius nomẽ, cuius res gestas narratione vel litteris expo-

G suissent, pro titulo posuissent, vti apud Dionem, & cæteros, qui Cæsarum Vitas publicis monumentis consignarunt, videre est: tituli enim loco absolutè, & sine alia verborum circuitione in eisdem legitur. MARCVS VLPIVS TRAIANVS. ADRIANVS. ANTONINVS PIVS. & sic in cæteris. Attamen cum Cicero vitæ nomen pro viuendi ratione accipiat, non inconsultè dictionem hanc pro rerum gestarum narratione Lupus vsurpauit. Habet enim Cicero de finibus Vita acta, & Vita consequens, & Vita beata. Et in Topicis: Vita constans, & probata. Et in Tusculanis Quæstionibus: Vita vmbratilis & delicata.

Sancti. Sanctus idest decretus: Vnde, &

H sancta lex, & sanctum fœdus, idest decretũ, & inuiolabile. At iuxta sacrarũ idioma scripturarum, sanctum omne illud est, quod omni obseruatione inuiolatum, & mundum, & purificatum, atq; expiatum. Vnde & sanctus locus in Psalmo asseritur. *Quis stabit in loco sancto eius?* Sancti item Fidelium fili, quod quasi candidati sint, & nullis idolatrię sordibus polluti. Sancta deniq; vasa in tabernaculo leguntur, cum vtiq; sancta esse non possint, nisi ea, quæ sentiunt, & venerantur Deum. Sanctitas imprimis Deo adscribitur, cum ab eo omnis sanctitas dimanet, de quo & dicitur. *Non est sanctus, vt est Do-*

Psal. 23.

1. Reg. 2

minus

A *minus. Et cùm dicitur* Sanctus absolutè, pro Deo sumitur, qui est Sanctus absolutè. Ex participatione verò creaturis rationalibus Sanctitas etiam congruit, quia eius beneficio in easmet transfunditur. Et quamuis, qui in via adhuc, qui mundi atq; innocentes homines sunt, Sancti dicantur, quemadmodũ
Psal. 131. in Psalmo canitur. *Sacerdotes tui induant iustitiam, & Sancti tui exultent.* Et in Exodo
Exod. 22. idem loquitur Dominus. *Viri Sancti eritis mihi:* illos tamen solùmmodo nos tales prædicamus, veneramur & colimus, quos ita habendos esse Ecclesiæ Romanæ authoritas declarauit, & iussit: eos (inquam) quos æterna
B gloria donatos ad immortalis Dei statum quàm proximè accedere nouit, vti de Hieronymo nunc est.

Patris. Non generatione naturali, sed metaphorica, seu spirituali. Porrò hæc posterior triplex est: Prima, qua Deus sibi filios per gratiam, quæ vocatur generatio iusta, populus Dei, gens Sancta, populus acquisitionis generat. Secunda, qua Dæmon per peccatum filios procreat, se ducem & præceptorẽ ad peccandum præbens, causasq; peccatorum suggerens. Quæ generatio peruersa di-
Deut. 32. citur, & adultera in Deuteronomio; appella-
Ezec. 16. turq; illius author in Ezechiele Ammorrhęus,
C & Pater Hierusalem, hoc pater amarus, & rebellis, & loquax animæ peccatricis. Tertia generatio est, qua homo hominem in moribus, & doctrina gignit. Hac postremò generatione Pater meritò asseritur Hieronymus, quia numerosissima Monachorum prole, tum vitæ exemplis, tum doctrinæ monitis, quasi quibusdam seminibus Sanctam propagauit Ecclesiam. Certè cùm natura nil magis appetat quàm sobolem, quantum eidem in re spirituali naturæ authorem tribuere putabimus? Hæc tantò naturali præstantior, quantò copiosior: tantò eminentior, quantò non impuris aut fœtidis, sed fœcundis seminibus in nouis hominibus propagatur. Huic
D non Hieronymus tantùm, sed Basilius, Augustinus, Benedictus, Franciscus, Dominicus. & alij innumeri, operam dederunt, de quibus
Eccl. 44. & scriptũ est. *Omnes isti in generationibus gentis suæ gloriam adepti sunt, & in diebus suis habentur in laudibus. Qui de illis nati sunt reliquerunt nomen narrandi laudes eorum: & sunt, quorum non est memoria.* Gaudent hi iure optimo omnes de proprijs filijs, cùm in eisdem se se, & conseruari in hoc mundo, & viuere sentiant: cùm in ipsismet suum adhuc spiritum vigere percipiant. Ex horum procul dubio numero Lupum operis huius authorem fuisse nemo est qui possit ambigere.

E Consequens enim est, vt si Hieronymum Patrem appellat is, & eius filius dignoscatur. Filius sanè Patris similitudinem non exprimens tantùm, sed eiusdem quoq; extinctum iam penè semen noua prole fœcundus exuscitans. De quo fusius in eius Vita.

Hieronymi De eodem satis superq; in præcedentibus.

Collecta ex tractatibus eius. Non ita tractatus vocem accipias, quod eiusdem Hieronymi Epistolas, quarum quamplurimę tractationem non sapiunt, Commentariosue (qui, vt latissimo excurrentes stylo, digniori videntur indicandi vocabulo) excludas. Apagè. Sed ita
F accipias, vt eiusmodi dictione vniuersam scriptorum multitudinem intelligas. Fortassis, & tractatus vocabulo omnia eius scripta veniũt, quoniam tractatus ad seipsum maximè, verbum ad populum dicitur. Porrò consueuisse Hieronymum, & Prophetas, & cœteras Sanctas scripturas priuatim, ac cellulæ clausum angustia præmeditari primùm, mox easdem explanare, passim ex eo habetur. In Ezechielis autem potissimum ad octauum librum præfatione ita scribit. Quid alijs prosit in Prophetas nostra dictatio, Dei iudicium est, eorumq; conscientiæ, qui omissis declamationibus, ac plausu, & compositione verborũ, cupiunt scire,
G quid eorum sermo, vel manet præteritum, vel præsens arguat, vel prædicat esse venturum. Nobis interim prodest. Dum enim hoc facimus, & nihil aliud cogitamus in modum furti, explanationes aggredimur, & dierum miserias noctium studio compensamus, pascitur animus, & obliuiscitur sæculi calamitatum. hæc ibi. Sigillatim de ijsdem tractatibus in sequentibus, proprijs quibusq; locis.

Ac Sanctorum. Plurimum namq; refert eorum, quos loquentes audituri sumus, nomina scire, sapientiam, atq; dignitatem.

Augustini. Ex Epistola videlicet decima quinta apud eundem Augustinum, apud Hieronymum Epistola nonagesimatertia. Item
H ex libro aduersus Iulianum, libro primo, capite septimo.

Damasi. Ex Epistola centesima vigesimaquarta. Habetur hæc apud ipsummet Hier. Tomo tertio.

Gelasij. Ex prima Decreti parte, distinctione decimaquinta, capite tertio. Sancta Romana Ecclesia.

Gregorij. Ex libris Moralium in Iob, circa principium. Ex commentarijs item in Ezechielem, capite primo.

Et aliorum. Ioannis videlicet Cassiani, Aurelij Cassiodori, Sigiberti, Incerti, aliorumq;, de quibus suis locis in opere.

S. P. HIERONYMI
PRESBYTERI
Sanctitate, & Doctrina toto Orbe Clarissimi
VITA
Authore Venerabili P. D. Lvpo Hispalense.



PRAEFATIO.

A *EATI 1 Hieronymi vitam diuersis authoribus editam cum legissem, 2 comperi eos inseruisse quaedam 3 non magnopere ad eius praeconium pertinentia: 4 rursumq; opportuna plurima omisisse, 5 & ea maximè, quae ab eodem suis tractatibus tradita 6 in eius festo legi congrua videbantur: 7 Vnde eiusdem 8 prouocatus exemplo, 9 qui in diuinis voluminibus 10 ea, quae ab antiquis translatoribus 11 addita fuerant, 12 amputauit, 13 quae verò praetermissa 14 addidit: 15 Tentaui & ego 16 (licet vt meritis, ita & stile impar) 17 tam ex scriptis praefatorum authorum, 18 quàm ex sacris eius, & aliorum Sanctorum assertionibus 19 ea, quae congruere videbantur 20 excerpere, & seriò, pro vt oportebat inserere, 21 vt ex multis quasi vnum opus efficiens, laborem eorum sublenare aliquatenus possem, qui ea, quae de Vita, & virtutibus sancti Viri per diuersa sunt digesta volumina, habere sine taedio voluissent. 22 In quo si temeritas reprahenditur, 23 attendatur deuotio, quam ei non immeritò debeo, qui matrem meam, cum me haberet in vtere a mortis periculo liberauit.* B

COMMENTARIVS.

B QVamuis quae de Hieronymo sub Eusebij, Cyrilli, & Augustini nomine; tum in quibusdam Epistolis tomo nono operum eiusdem; tum in Sermonibus sub Augustini nomine ad Eremitas, Sermone vigesimoquinto referuntur, cõmuniter vti commentitia, & Bellarminus in Libro de Scriptoribus Ecclesiasticis, propria ad eundem Hieronymum censura, & Baronius siue in Annalibus Ecclesiasticis, siue in Notis ad Martyrologiũ Romanum teijciant: non ideo tamen infidelitatis sugellatione coarguẽda omnia, sed ex eisdem accipienda esse quamplurima, alibi ostendemus. In hoc certe commẽdandus Lupus, qui in summa rerũ ambiguitate eiusdem Hieronymi Vitam conscripturus cautè sic incessit, vt dubia omnia refugerit, & ex ipsomet Hieronymo Hieronymi Vitã primus collegerit. Hoc idẽ post ipsum Marianus quoq; Victorius Episcopus Amerinus aliquantò, vt vera fateat, fusius, aptiusq; assumpsit; Sed, Lupo adhuc vt primo inuentori habendas gratias, nemo negare potest. Exordium autem is a praefatione sumit, quam aptè ante omnem narrationem, quò audientium aures instruat, praemittit. Porrò praefatione, quando praesertim materies explicanda paulò eminentior est, Scriptores promiscuè vti solere docemur passim exemplis. Igitur eam ipsã Sanctorum quoq; historijs, siue ex argumenti vi, siue ex personarum dignitate atq; praestantia, quae in illis proponuntur, multò magis arridere, perspicuum est. Sed & exemplis illustrari idipsum potest. cum apud Su- C

In Recensionibus, & cap. 54

tium,

A riam, Metaphrastem, & Lipomanum, quã-
plurimos, quinimò, & eundem S. Hierony-
mum in Vita præsertim Hilarionis Mona-
chi præfationibus Luculentissimis vsos fuisse
passim constet. Ratione itaq; & authori-
tate suffultus nunc Lupus hoc idem nunc in
Hieronymi Actis absoluit, & attentionem in-
primis, non quidem modularissima oratione
& harmonia, quæ Gentilium litterarum Lec-
tores protinus ad se rapit, sed ostensione
initio rei, quæ maxima delectatione, & liben-
ter ab Ecclesiasticis viris propter nouitatem,
excellentiam, & religionem legi debet, aucu-
patur: præsertim, cum ea, quæ suis etiam
B temporibus de Beati Hieronymi Vita circun-
ferebantur, non tantùm dubia, sed imminu-
ta: imò nec magnoperè ad eiusdem Sancti
præconium spectantia, haberentur. Dociles
secundò reddit, cùm, a quibus authoribus hi-
storiam mutuari animo intendat, subiungit:
eos nimirum intelligens, quorum nomina in
priori titulo paulò superius explicauit. Eius-
modi quippe ab omnibus ijdem cẽsendi sunt,
vt siue ipsorum in Ecclesia authoritas, siue
meritorum gloria spectetur, digni prorsus
sint, quibus certa fides, indubitatusq; assen-
sus præbeatur. Beneuolentiam postremò eli-
cit, vbi animi, amorisq; sui, cùm erga ipsos
C Lectores, tum erga Sanctissimum virum ex-
perimenta profert. Illinc aduersus varietatẽ,
multiplicitatemq; scriptorum legentium tan-
tùm commodum: Hinc eiusdem Hierony-
miani cultus propagationem, nec non ingen-
tis beneficij ex vtero vsq; Matris accepti,
compensationem patentibus verbis contes-
tans. Primum ibi. *Beati Hieronymi Vitam*.
Secundum ab illis verbis. *Tentaui & ego*.
Tertium verò. *Vt ex multis* prosequitur. Tex-
tus igitur est.

1 *Beati Hieronymi Vitam diuersis authori-
bus editam cùm legissem*. Non habentur nos-
tra tempestate eiusmodi authores, quos
D hic Lupus se legisse commemorat; excidisse
verò omnes, vno excepto, qui sub incerto no-
mine in calce operum eiusdem Hieronymi
circunfertur, omnibus perspectum est.

2 *Comperi*. Lectionem consequitur peri-
tia; comperire enim, rem certam habere est.

3 *Eos inseruisse quædam non magnopere ad
eius præconium pertinentia*. Vnus hic error
in ijsdem authoribus consideratione dignissi-
mus fuit. At non Hieronymi Vitæ tantùm,
sed quàmplurimis etiam alijs Sanctorum
Actis infortunium hoc accidisse Gelasius in
Romano Concilio apertè verbis hisce testa-
tur. Gesta Sanctorum Martyrum secundum
antiquam consuetudinem singulari cautela
in Romana Ecclesia non legitur: quia eorũ, E
qui conscripsere, nomina penitus ignorantur,
& ab infidelibus, aut idiotis superflua, & mi-
nus apta, quàm rei ordo fuerit, scripta esse
putantur: sicut cuiusdam Quirici, & Iulitæ,
sicut Georgij, aliorumq; huiusmodi passio-
nes, quæ ab hæreticis perhibentur composi-
tæ, propter quod (vt dictum est) ne vel leuis
subsannandi oriretur occasio, in Sancta Ro-
mana Ecclesia non leguntur. Hactenus Ge-
lasius. Sed & ad hoc ipsum sextæ quoq; Sy-
nodi Canon sexagesimus sextus his verbis
conscriptus habetur. Quæ a veritatis hosti-
bus falsò confictæ sunt Martyrum historiæ,
vt Dei Martyres ignominia afficerent, & qui F
eas audituri essent ad infidelitatem deduce-
rent; in Ecclesia non publicari iubemus, sed
eas igni tradi: qui eas admittunt, vel tan-
quam veris, his mentem adhibent, anathe-
matizamus] Hæc sancta Synodus.

4 *Rursumq; opportuna plurima omisisse*.
Error hic alter, ad quem ijdem prolapsi scrip-
tores, absoluta gestarum rerum narratione
Sanctum Virum fraudarunt. Et certè prima
historiæ lex est, nequid falsi vnquam dicatur,
vera dehinc, memoriaq; digna nõ negligãtur.

5 *Et ea maximè, quæ ab eodem suis tracta-
tibus tradita*, quippe quæ certa, & indubi-
tata forent. Ex his Lupus primus author con- G
uincitur, qui Hieronymi Vitam ex eiusdem
testimonijs desumptam edidit.

6 *In eius Festo legi congrua videbantur*.
In hoc enim authoris consilium fuit, vt Hie-
ronymi Vitam scriberet, quò illam Ecclesia
in eius potissimùm die festo legendam com-
probaret. Mos namq; Ecclesiæ vetus ad eius
vsq; vigebat ætatẽ, vt non pro secundi tantũ
nocturni ad Matutinas preces lectionibus Sã-
ctorum, quorũ natalitia celebrabantur, Acta
legerentur, verum ad primum quoq;, atq;
tertium eadem vsurparentur. At voti com-
potem factum Lupum superius iam diximus.
Est & festũ lignũ illud in fastigio domus, ad H
quod cætera omnia diriguntur, & in quo cõ-
ueniunt: ab eo festi vocabulum pro solemni-
tate ductum creditur. Porrò à Gentilibus
dies quoq; festos agi consueuisse: cùm nimi-
rum falsis eorum Dijs sacrificia inprimis of-
ferenda forent: deinde cùm epulationes ce-
lebrandæ: rursus cùm ludi in honorem Deo-
rum agendi: demum, cùm obseruandæ fe-
riæ, facilè intelliget, qui eorum historias scru-
tabitur. Cæterùm horum vsum a sacris lit-
teris mutuatos eosdem fuisse haud obscurè
colligimus. Et quidẽ sacrificij causa festiui-
tates iubentur, Nahum primo. *Celebra Iuda
festiuitates tuas, & redde vota tua*. In epu-
latio-

A latione itidem Hester. nono: *Die quartadecima cadere desierunt, quem constituerunt esse solemnem, vt in eo omni tempore deinceps vacarent epulis, gaudio, atq; conuiuijs.* De solemnitate pariter ludorum scribitur tertiodecimo primi Paralipomenon. *Porrò Dauid, & vniuersus Israel ludebant coram Deo omni virtute in canticis.* Et Exodi trigesimosecundo. *Cras solemnitas Domini est; Surgentesq; mane obtulerunt holocausta, & hostias pacificas, & sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere.* Deniq; pro Ferię cultu atq; religione præcipitur Exodi vigesimo: *Memento vt diem Sabbati sanctifices.* Hisce omnibus aliam nos festiuitatem addimus, cum nimirum præclarissimas
B Sanctorum victorias, triumphos insuper, atq; coronas, quibus affatim Christi Ecclesia ditata est in singulos annos læti recolimus, quemadmodum, & de inclyto Confessore Hieronymo in textu nunc dicitur.

7 *Vnde eiusdem* Hieronymi videlicet.

8 *Prouocatus exemplo* Sunt enim veluti quidam stimuli Sanctorum exempla, quę & gloriosos viros magis incitent, & planè torpentes vrgeant, vt aliquid conentur.

9 *Quæ in diuinis voluminibus.* Sacrarum libros accipe scripturarum. Ideo enim libri volumina dicuntur, quod ex corticis
C olim conflati quàmpluribus vicibus, quò commodius circumferentur, voluerentur. Frequens autem id genus appellatio ad sacræ Scripturæ libros indicandos in ijsdemmet est, præsertim verò Exodi vigesimo quarto: *Assumensq; volumen fœderis legit audiente populo.* Item in Deutoronomio vigesimoseptimo, vigesimo octauo, vigesimonono, in Iosue decimo octauo, vigesimotertio, vigesimoquarto. In Paralipomenon libro primo capite vigesimonono. Esdra libro primo cap. sexto. Hester nono. Hieremia trigesimosexto, & alibi. Diciturq; sacra Scriptura Zachariæ quinto volumen volans, quia dum de cœle-
D stibus loquitur ad superiora mentis nostræ eleuat intentionem. Continet pręterea idem
Ezec. 2. volumen Ezechielis testimonio lamentationes, carmina, & vę, quia præcipit lacrymas, prædicat gaudium, & pręssuras atq; angustias indicat.

10 *Ea, quæ ab antiquis translatoribus* Septuaginta nimirum, atq; alijs Interpretibus.

11 *Addita fuerant* Veteri dicas Testamento: vti Manassæ Regis oratio, atq; Esdræ libri duo.

12 *Amputauit*, a Canonicis eadem rescindendo libris, id enim ei ex officio incumbebat, quippe cui agri istiusmet excolendi, in quo pascuaq; sunt vberrima cura demandata esset, vt eradicaret, euelleret, sereret, plantaret, & amputaret. E

13 *Quæ verò prætermissa* ab eisdem Septuaginta Interpretibus in Noui potissimum Testamenti editione.

14 *Addidit*, de quibus sigillatim ipsemet sepius, ac Epistolis præsertim centesimaseptima, & centesimanona, & nos proprijs locis inferius.

15 *Tentaui, & ego*, non quidem versutè insidiando, sed honestè inquirendo: est enim tentare, quasi manu extensa aliquid experiri, & rem non intellectam, atq; incertam aggredi.

16 *Licet vt meritis ita, & stylo impar.* Etenim quò ad vnum Hieronymi merita huiusce- F
modi virtutis atq; excellentiæ gradum obtinuerunt, vt optimo simul iure, & Lupus, & quicunq; alius illi se inferiorem fateri omnino debeat. Fuit virgo, fuit Ecclesiæ doctor, fuit martyr desiderio. Sed de his alibi. Quo ad alterum, diuinum planè, atq; incredibile dicendi genus eius fuit, ad illudq; dignè extollendum eiusdem solius eloquentia opus foret. Vnde ob eiusdem aliquando etiam vehementius studium ad æterni Iudicis tribunal exthatica visione compulsus, eiusdem Iudicis sententia, quòd totus Ciceronianus esset, cœlesti verbere punitus est. Deniq; totius vitæ G
eius cursum non nisi Sanctitatis exemplum fuisse, eloquentiam, stuporem, doctrinam, miraculum, nemo ignorat.

17 *Tam ex præfatorum authorum* Augustini, Damasi, Gelasij, & Gregorij, de quibus in titulo proximè superiori.

18 *Quam ex Sacris eius, & aliorum Sanctorum assertionibus.* Eius autem inprimis meritò scribitur testimonijs, vt potè illorum temporum, rerum, atq; euentuum scriptoris diligentissimi, simulq; fidissimi.

19 *Ea, quæ congruere videbantur* cum ipsa historiæ veritate.

20 *Excerpere, & seriò pro vt oportebant inserere.* Aptè quidem serió, vt illi coarguantur H
tur authores, qui aduersus omnes Ecclesiastici candoris leges, nugis atq; iocis hanc ipsam historiam publicis litteris prodiderunt.

21 *Vt ex multis quasi vnum opus efficiens, laborem eorum subleuare aliquatenus possem, qui ea, quæ de Vita, & virtutibus Sancti viri per diuersa sunt digesta volumina habere sine tædio voluissent*: Multæ etenim difficultatis est rerum veritates, quæ diuersis continentur codicibus, reperire. Vnde, & Salomon ait.
Multum quæsiuit Ecclesiastes, vt inueniret verba voluntatis, & scriberet recta verba veritatis. Eccl. 12.

22 *In quo si temeritas reprahenditur* Certè

si te-

A si temeritas cùm sapientia non commiscetur, temerariusq; est, qui nullo adhibito consilio, sed ex leuitate, atq; dementia credit, quomodo in Lupo culpanda temeritas, qui de hoc ipso conscribendo opere, maturè prius, sanctèq; cogitauit ? Sed proprium, quo plus fortassis spetatur qoàm oportet, consilium temeritas nunc appellatur ex humilitatis virtute, quam vnam piæ omnibus eundem coluisse eius Acta declarant.

E 23 *Attendatur deuotio, quam ei non immeritò debeo, qui matrem meam, cum me haberet in vtero a mortis periculo liberauit* extremis nanq; eadem partus tempore exaggitata doloribus, meritis Sancti viri, cuius opē exanimo obtestata fuerat, ab omni vitæ discrimine erepta est.

VITÆ HISTORIA.

B F

De Hieronymi natali, educatione, & progressu in Ecclesia.
Caput Primum.



Rafatus 1 igitur doctor 2 patre Eusebio genitus est, 3 sicut ipse in libro de Viris Illustribus asserit 4 vigesimo sexto anno Imperij Magni Constantini 5 in Oppido Stridonis 6 quod a Gothis euersum 7 Dalmatia quondā, Panoniaq; confinium fuit, 8 qui cum parentibus Christianis in pueritia 9 Romam venisset, 10 vbi primùm Christi vestem suscepit 11 viris insignibus traditur instruendus. 12 Nam in Grāmatica Donatum habuit praeceptorem 13 in Rhetorica Victorinum. 14 Cumq; in Liberalibus tam Graecè quàm Latinè polleret, 15 probatissimorum Monachorum factus imitator 16 per congruos Ecclesiasticos gradus 17 ad Cardinalatus dignitatem conscendit. 18 Nam annorum factus vigintinouem 19 a Liberio Sedis Apostolicae praesule 20 presbyter Ecclesiae Romanae 21 Tituli Sanctae Anastasiae ordinatur. 22 Sed cùm idem Apostolicus 23 post annos ferè quatuor 24 in apostasiam C *versus 25 Arriano dogmati consensisset, 26 multiq; se ob metum persecutionis, quae a Constantio excitabatur, absconderent: 27 Iste iuxta sermonem propheticum opposuit se murum pro domo Israel, 28 vt staret in praelio in die Domini.* G *29 Nam licet afficeretur iniurijs, terroribusq; pulsaretur, nunquam tamen haereticis acquieuit. 30 Immò secundum datā sibi sapientiam eloquij sui sagittas emittens dissipabat eos, 31 & diuinarum sententiarum fulgura multiplicans, conturbabat eos. 32 Eodem autem tempore prohibebatur Catholicis liberè proprijs vti, 33 dum eos Constantius Augustus, & Liberius Pontifex persequerentur.*

COMMENTARIVS.

PEr singula tum in manuscriptis, tum in impressis exemplaribus vita hęc primùm distinguebatur capita, coeterùm ad ea ipsa tituli omnino desiderabantur, quae nos ideo nuper addidimus. Ita verò narrationem Lupus exorditur. D

1 *Praefatus igitur doctor*. Et re verà Ecclesiae doctor Hieronymus, qui ob insignem, omnibusq; saeculis admirādam eruditionem eiusmodi cognomen, non paucis ab hinc annis, sed viuens adhuc à Sanctis Patribus consecutus est.

2 *Patre Eusebio genitus*. semel tantùm patris meminit Hieronymus, matris verò nunquam; indeq; est, quod huius a scriptoribus adhuc ignoretur nomen. Ab εὐσέβεια autem Graeco nomine, quod pietatem latinè significat Eusebius ducitur. Caeterùm cùm pietas Dei imprimis cultum, patrię mox, parentum deniq;, vel eorum qui, parentum loco sunt, respiciat, ex ipso iam nominis etymo qualis Eusebius hic Hieronymi pater assertus, quātusq; eiusmet Hieronymus filius, qui Sacra Lex vertitur forent, apertè monstratur. Ille sanè integerrimę, impollutęq; fidei. Hic verò huiusmodi virtutis, & ingenij, vt nihil terrenum, H nihil vulgare, nihil angustum, sed omnia excelsa, ampla, mira, diuinaq; prorsus profiteretur. Probè autem cum filiorum nominibus, patrum quoq; nomina attexuntur, ne in historiae veritate circa personas Lectoribus error obueniat. Sed & aliud argumentum suppetit: ne videlicet ab ijsdem, qui probitate, & iustitia per singulas ante generationes floruissent traducta progenies a parētū, maiorumq; exemplis aliquando deflectat, quin potius ad illorum imitationem animi mores perpetuò componere studeat. Iuxta quem sensum, &

A Isaias loquitur. *Attendite ad Abraham patrem vestrum, & ad Saram, quæ peperit vos.*

Isa. 51.

3 *Sicut ipse in libro de Viris illustribus asserit.* Habetur liber in calce primi tomi, de quo plenius cap. decimonono.

4 *Vigesimosexto anno Imperij Magni Constantini.* In quem præcipuè annum Hieronymi natale obtigerit, scriptorum diuersitate valde ambigitur.

De Hieronymi Natalitio anno.

CONTROVERSIA I.

B VT Hieronymi Natale quò fieri potest certius habeatur, quo imprimis anno Constantinus Magnus Imperium obtinuerit ex historijs proferendum est; ex huius enim explicatione difficultatis cognitio pendet.

Sunt qui eiusdē Imperij exordium ab anno Domini trecentesimo octauo sumant. b Alij ab anno Domini trecētesimonono. c Nónulli ab anno trecentesimoquinto. Sed re vera, tum ex Olympiadum supputatione, tum ex Consularibus Fastis in Domini annum tercentesimū sextū reijciendum est. Assignatur omnimodè & dicto Imperij exordio annus ab historia tripartita, a Socrate, & alijs; cui assignationi, & Bellarminus in sua breui Chronologia subscribit, & Baronius Tomo tertio Annalium Ecclesiasticorum adstipulatur dicens. Trecentesimo sexto Christi Redemptoris nostri anno, Olympiadis ducentesimæ septuagesimæ primæ anno primo, Constantio atq; Galerio Augustis sextùm Consulibus, cùm octauo calendas Augusti idem Constantius Eboraci in Britannia diem clausisset extremum, Constantinus eius filius maior natu ex Helena genitus Imperij hæres ex testamento relictus, id decernente diuino Numine, ac totius exercitus suffragantibus votis paternum accepit Imperium. Hæc ipse. Explorato hinc breuiter ipso, quo Constantinus Imperium auspicatus est anno, qui itē dictus eiusdē Imperij vigesimussextus præsenti loco expressus Christi Domini annus fuerit supputanti liquet: annus nimirū trecētesimus trigesimus secūd⁹, quo ipsū Hieronymum appositè natum intelligimus. Nec obstat, quòd ab alijs, Baronioq; præsertim præfatus vigesimussextus Imperij Constantini annus, in Christi annū trecentesimum trigesimum primum referatur. Quandoquidem, cùm idem ipse Constantinus proximè post Constantij patris obitum Imperium tenuerit, obieritq; ipse Constantius (vt dictum est) vigesimaquinta die mensis Iulij, meritò etiam consequitur, vt dictus vigesimus

a Cassiodorus in chronico.
b Franciscus de Scandrilia in lib. de Mirab. Romæ.
c Petrus Martyr
C
Ord. Seruorum in lib. item de Mirabilib. Romæ, Socr. lib. 1. cap. vlt.

D

E sextus Constantini filij Imperij annus, cum mensibus anni trecentesimi trigesimiprimi, tum trecentesimi trigesimisecundi compleatur. Et hinc manifestò deducitur, ipsummet vigesimum sextum Imperij Constantini annum ex aliquibus mensibus binorum Christi annorum perfici.

Dissentit ab hoc Hieronymi ortus tempore Sanctus Prosper in Chronico, natalitiumq; eiusdem annum non in vigesimumsextum, sed vigesimumsecundum dicti Imperij affirmat. Alij vigesimumquintum eum fuisse dicunt. Quidam, decimumquintum. Plurimi trigesimumprimum ponunt. Nec desunt,

F qui difficultatem omnino dissimulantes, ipsum Hieronymi ortum in incertum tempus reijciant, e quorum numero Sanctus Augustinus, Marcellinus, Marianus Victorius, & alij. Postremò Baronius a prædictis omnibus dissentiens, non sub Constantino Magno, sed Constantio filio eundem Hieronymi natalem diem testatur, quem pariter annum eiusdem Constantij, ac Constantis fratris sextum, Christi verò trecentesimum quadragesimum secundum fuisse enumerat. Colligitur supputatio ex Tomo quinto Annalium, dum eundem Hieronymum anno Christi quadringentesimo vigesimo morte sublatum, vixisse verò annis septuaginta, & octo tradit. Demptis enim a quadringentis, & viginti Christi annis, septuaginta & octo annorum numeris (quos Hieronymum natum affirmat) illicò præfatus Christi annus trecentesimus quadragesimus secundus consurgit, quo nimirum secundum eius sententiam Hieronymus nasceretur. G

Lupus igitur in tanta scriptorum varietate probabiliorem iudicio suo deligens opinionem, vigesimumsextum annum Constantini Magni Hieronymi ortui assignauit, annum nempe Domini trecentesimum trigesimum secundum. Et huiusmodi annus verò idcirco magis similis censetur, quia si superior, nimirum annus decimusquintus Constantini accipiatur, tunc Hieronymum valde decrepitum, & centenarium, centenarioq; maiorem ex hac vita migrasse necessariò consequitur, vt affirmetur, quod certè Augustini assertioni aduersari videtur, dum eundem ad decrepitā tantū ætatē peruenisse, eiusdemq; vltimę ætatis aliquot annos percurrisse libro primo aduersus Iulianū testatur. Si verò ad inferiores annos, nimirū trecentesimum quadragesimū, vel trecentesimum quadragesimumsecundum descendatur, dubium aliquibus redditur, quòd paulò post in textu subditur, Victorino nempe Hieronymum fuisse vsum in Rhethoricis præceptore H

A ceptore (de qua item difficultate paulò infra) Illud verò hoc loco prætereundum non est, Marianum Victorium superiores omnes de hoc ipso Hieronymi natalitio anno Scriptorum assertiones (vna tantùm excepta vltima) carpere, quod se idem ipse Hieronymus Iuliani obitus tempore puerum in Habacuc Commentarijs testatus sit. Cęterùm cùm Iuliani obitum (inquit Victorius) anno Christi trecentesimo sexagesimo secundo contigisse nemo ignoret, vtiq; ex ipsius etiam Hieronymi testimonio, proprium eiusdem natale, neq; in quintumdecimum Imperij Magni Constantini, neq; in proximè sequētes eiusdem potuisse cadere constat. Sed huic difficultati paulò
B post, cum de Victorino rhetore mentio coincidet, occurretur. Deniq; & de hac ipsa controuersia plenius, cum eiusdem Hieronymi annorum numerus, capite nimirum vigesimo primo explorabitur.

COMMENTARIVS.

5 *In Oppido Stridonis*. Huius Oppidi nomen Strignam nunc, non Stridonem Blondus Foroliuiensis vocat. In agro autem Iustinopolitano, qui Istriæ pars est, situm esse communiter scriptores asserunt. Diuidit istud frequenter Hieronymus ab Illyrico, & Dalmatia, Pan-
C noniaq;, & quidem meritò, est enim Istria Italiæ Regio Illyrico contermina. Porrò huiusmodi Oppidum ex illis ego arbitror, de quibus idem Hieronymus ad Pammachium scribit: Quia penè nobis illud de Euangelio contigit, vt futuræ turris non ante computaremus expensas, compulsi sumus fratrem Paulinianum ad patriam mittere, vt semirutas Villulas, quę Barbarorum effugerant manus, & parentum communium census venderet.] Ad hæc eiusdem etiam Blondi testimonium spectare videtur, quo nimirum Eusebij Hieronymi Patris hactenus extare sepulchrum affirmat. Quod sanè, vel ob structuræ magnificentiam,
D qua insignes viri, post lucis huius vsuram honorati consueuerant, seruatum, par est credere: Vel fortassis etiam superstes eiusmodi moles posterorum in Virū religionem, quam & nomine proprio præferebat, indicat.

6 *Quod a Gothis euersum*. Anno videlicet Christi trecentesimo septuagesimo septimo, iuxta Baronij sententiam in Annalibus, sub Alarico, & Fritigerne. Et quidem cum hi per legatos apud Valentem Imperatorem egissent, vt Thracię ipsis darentur ad habitandum, spondentes se Romanis subditos fore, tutaturosq; fines Romani Imperij ab omnibus alijs Barbarorum incursibus; permissum id eis omninò fuit. At paulò post alijs sibi adiunctis E
nationibus cum Istrum transissent, magno Romani Imperij damno oras illas omnes depopulati sunt. Miserandum id genus excidium idem Hieronymus in exemplum super Sophoniam ita adducit. Iram quippe Domi- Soph.c.1.
ni etiam bruta sentiunt animalia, & vastatis vrbibus, hominibusq; interfectis solitudinem, & raritatem bestiarum quoq; fieri, & volatilium, pisciumq;, testis Illyricus est, testis Thracia, testis in quo ortus sum solum: vbi præter cœlum, & terram, & crescentes vepres, & condensa siluarum cuncta perierunt. Idem super Osee quartum repetit dicens: Hoc qui non credit accidisse populo Israel, cernat Illyricum, cernat Thracias, Macedoniam, atq; F
Pannoniam, omnemq; terram, quæ a Propontide, Bosphoro vsq; ad alpes Iulias tenditur, & probabit cum hominibus, & animantia cuncta deficere.

7 *Dalmatiæ quondam, Pannoniæq; confinium fuit*. Dalmatia Illyrici Regio Liburniæ contermina est versus occasum. Pannonia verò, diuiditur in superiorem, & inferiorem. Superior ab Occasu Norico, a Septentrione Germania, & Istro terminatur, Ab Oriente habet Pannoniam inferiorem, a Meridie Illyricum. Inferior a Septentrione Germaniam, & Danubium, ab Occasu Pannoniam superiorem, a
meridie Liburniam, quam Sclauoniam appel- G
lant, prospicit: ab Ortu vero Iaziges, Metanastas. Ex hac vtriusq; Pannoniæ descriptione satis constat, quomodo Stridonis Oppidum Iustinopolitani agri Istriæ regionis, in Dalmatiæ Pannoniæq; confinio quiuerit extare.

8 *Qui cum parentibus Christianis in pueritia*. Multæ quippe laudis, ac dignitatis in Ecclesia Dei est a parentibus nunquam in fide suspectis, vel aliqua interdum hæresi pollutis, sed Catholicis, qui fidem suam vsq; in finem immaculatam seruauerint, traxisse originem. Vndè, & meritò aduersus Rufinum idem gloriatur dicens. Quantò magis ego Chris- H
tianus de parentibus Christianis ortus, & vexillum Crucis in meà fronte portans.] Quod ijsdem etiam verbis in Præfatione in Iob iterum adducit. Eundem autem, tanquam humilitatis exemplar singularissimum idcirco cunctis exhibet ad imitandum Alphonsus Rodriquez, quòd clarissimo sanguinis genere idem ortus, nullibi vnquam in suis scriptis eiusdem meminerit. a. p. Tract. 3. cap. 31. de exer. perfect.

9 *Romam venisset*. Vti nimirum ad cunctarum Ecclesiarum Matrem, & doctrinarum omnium fontem. Cum eo verò commigrasse parentes non credit Victorius in Vita eiusdem.

Ma-

A Maximè cùm ipsemet Hieronymus ad Eusto-
chium Virginem oppositum videatur assere-
Epist. 22. se, ibi. Cùm ante annos plurimos domo, pa-
rentibus, sorore, cognatis, & quod his diffi-
cilius est, consuetudine lautioris cibi propter
cœlorum me regna castrassem.] Nec insuper
(idem Victorius addit) ad Barbarorum im-
petum euitandum eò illos accessisse suspicari
quispiam potest, quoniam necdum Gothi in
illas oras irruerant: propterea a parentibus
Romam Hieronymum missum, non deductũ
idem affirmat. At circumspectus nimis in
verborum sensu omnium iudicio Victorius
B est: pluralem enim numerum singularis vi-
ce scriptoribus esse vsitatum optimè omnes
norunt. Sed quid incredulitatis continet, pa-
rentes eius tum opibus, tum religione floren
tissimos Romã, ad quam ex toto terrarũ Orbe
homines assiduè confluunt, cũ filio adhuc pue-
ro, inde quamprimum recessuros semel in vi-
ta accessisse? Deniq; quod ex eiusdẽ ad Eus-
tochium Epistola adducitur, non de accessu
hoc Romam, sed Hierosolymam intelligen-
dum esse, proximè sequentia verba testan-
tur.

10 *Vbi primùm Christi vestem suscepit.* Bap-
tismi idest Sacramentum. Accepta ex ipso
Epist. 58. Hieronymo metaphora est, vbi: Ego, inquit,
Christi vestem in Romana Vrbe suscipiens,
C nunc Barbaro Syriæ limite teneor; primitus
enim Baptizati vestem accipiebant, in cuius
rei adhuc testimonium post aquæ intinctionẽ
Ex Sacer dot. S.R. Eccl. protinus Sacerdos dicit. *Accipe vestem can-
didam, & immaculatam, quam perferas ante
tribunal Domini nostri Iesu Christi, vt habeas
vitam æternam.* Significat vestis eiusmodi in-
nocentiæ puritatem. Capito. Post Baptis-
mum, & capite. Accepisti. De eadem Am-
brosius, libro de Sacramentis. Accepisti, in-
quit, post Baptismum vestimenta candida;
vt esset indicium, quod exueris voluptatem
peccatorum, & indueris casta innocentiæ ve-
lamina.] Vel dicatur ideo Baptismi Sacra-
D mentum vestem esse, quia fides, quam sacri
fontis vnda perfusi profitentur, vestis ea alle-
goricè sit, de qua Saluator in Euangelio.
Matt. 22. *Quomodo huc intrasti non habens vestem nup-
tialem?* Vel quia Christum, qui vestis filio-
rum regis, & principum indumentum est,
induant, de quo pariter dicitur. *Quicunq; in
Christo Baptizati estis, Christum induistis.* Et
Gal. 3. Rom. 13. alibi. *Induite vos Iesum Christum.*

Cæterùm non statim post suum in Vrbem
ingressum sacri fontis vnda perfusum fuisse
Hieronymum, illorum temporum a quamplu
rimis suggerit retentus vsus, Quo vel Chri-
sti ad idem Sacramentum expectare consue-
uerant ætatem, vt quoto vitæ suæ anno Bap- E
tizatus est, & ipsi aqua intingerentur: vel
(quod deterius erat) ad obitum vsq; illud
differebant, vt sic absq; macula post obitum
reciperentur in cœlum. (Tametsi aduersus
posteriorem malum hunc vsum quàmplures
tum Græcorum tum Latinorum Patrum, Ba-
silij nimirum, Gregorij Nazianzeni, Gregorij
Nysseni, & Ambrosij legãtur declamationes.)
Sed & huic ipsi sententiæ de Baptismi ab eo-
dem Hieronymo dilato Sacramento haud ob-
scurè adstipulari Marianus Victorius in eius
Vita videtur, dum eundem ante ipsammet
sacri fontis ablutionem carnis labe pollutum
perperam ex proprijs eius testimonijs com- F
probat, virginitatemq; eidem propterea se-
cundã non primam tribuit. Verùm opinioni
huic in priori Recensione, Animaduersione vl-
tima occurremus. Baptizatũ ergo eundẽ ego
dicerem non nihil ante suum inde discessum,
Christi cum anno trecentesimo quinquagesi-
mo nono, ætatis verò suæ, vigesimo octauo.
Ijs potissimùm epistolæ primę ad Heliodorum
verbis fretus, quibus ait. Et hoc ego, non
integris rate, vel mercibus, nec quasi ignarus
fluctuum præmoneo, sed quasi nuper naufra-
gio eiectus in litus doctus nauta timida naui-
gaturis voce denuncio] hæc ipse, quibus, ac
dictione præsertim [nuper] nupertimã æquè G
in Baptismi Sacramento a Deo impartitam
sibi gratiam significare, qua nimirum a sæcu-
li, mundiq; fluctibus ereptus, in securæ statio-
nis, seu Ecclesiæ litus eiectus est. Nec aliquẽ
esse arbitror, qui eundem de sæculi periculis
cunctos ibi admonentem non intelligat.

11 *Viris insignibus traditur instruendus.*
Filijs non sufficit a parentibus, vel sanguine,
vel virtute clarissimis, ad vitam postmodum
gloriosè ducendam traxisse principium.
Enimuerò optima educatio necessaria est.
Res quidam efficax natura, sed potentior in-
stitutio est, quæ malam naturam corrigit, &
vertit in bonam. Quales nascantur liberi H
nulli in manu est; at, vt recta institutione eua-
dant boni, nostræ potestatis est. Viris ideo in-
signibus traditur Hieronymus erudiendus, vt
quemadmodum a pietate ducebat originem;
ita non multò post effectus in nullo ab ea ab-
horrentes gigneret vberrimos. De vtroq; tàm
patre, quàm filio dictum impletur. *Pater pro-
bus benè educat filios: animus autem eius filio
sapiente letabitur.*

12 *Nam in Grammatica Donatum habuit
præceptorem.* De eodem sępius ipsemet Hie-
ronymus, ac præsertim sub Constantij anno
vigesimo, Christi trecentesimo quinquagesimo
septimo in Chronicis, & super Ecclesiastis

primum

A primùm ita scribit. Vnde, & Comicus ait; Nihil dictum, quod non sit dictum prius. Vnde, & præceptor meus Donatus, cùm hunc versiculum exponeret. Pereant, inquit, qui ante nos nostra dixerunt. Eundem fuisse, qui in Terentij Comœdias, ac Virgilium Commentarios edidit, testatur idem Epistola quinquagesima septima ad Pammachium. Puto quod puer legeris Aspri in Virgilium, & Sallustij Commentarios, Vulcatij in orationes Ciceronis, Victorini in dialogos eius, & Terentij Comœdias præceptoris mei Donati æquè in Virgilium, & aliorum in alios. Alteroquoq; vsus est præceptore, a quo prima tum B litterarum, tum fidei Christianæ rudimenta suscepit Orbilio nomine. De quo idem aduersus Rufinum. Lib. 3. cap. 7. Memini me, inquit, puerum cursitasse per cellulas seruulorum, diem feriatum duxisse lusibus, & ad Orbilium sæuientem de auiæ sinu tractum esse captiuum.

13 *In Rhetorica Victorinum.* Summo hic in honore apud Romanos fuit, ex quo viuens adhuc in foro Traiani statuam meruit. Eiusdem ingenij præstantiam Hieronymus in suo Virorum illustrium catalogo verbis huiusmodi exornauit. Victorinus natione Afer Romę sub Constātio Principe Rhetoricam docuit, & in extrema senectute, Christi se tradens fidei, C scripsit aduersus Arrium libros dialectico more valde obscuros, qui ab eruditis modò intelliguntur, & Commentarios in Apostolum.

Num Victorinum præceptorem Hieronymus adhibuerit?

CONTROVERSIA II.

A Victorino Rhetoricem edoctum Hieronymum communis antiquorum admitit opinio, Cęterùm Victorius in Vita eiusdem, nec non Baronius Tomo quarto Annalium sub Christi anno trecentesimo sexagesimotertio, Liberij duodecimo, Iuliani verò secundo aduersus eundem reclamant: hac D imprimis ducti ratione, quòd illum nequaquam præceptorem suum nominet, vti de Donato sæpius eundem meminisse contigit. Huic aliud etiam argumentum addunt, Iuliani nimirum Imperatoris tempore puerilem ipsummet egisse ætatem, Habac. 1. Grāmaticæq; studio intentum fuisse, quod & ex proprio in Habacuc testimonio comprobant, vbi scribit. Dum adhuc essem puer, & in Grammaticæ ludo exercerer, omnesq; Vrbes victimarum sanguine polluerentur, ac subitò in ipso persecutionis ardore Iuliani nuntiatus esset interitus, eleganter vnus de Ethnicis. Quomodo (inquit) Christiani dicunt Deum suum esse patientem? E nihil itacundius, nihil hoc furore præsentius: ne modico quidem spatio indignationem suam perferre potuit. Hæc ibi, ex quibus Victorino ex lege antea cathedra prohibito pręceptore vti eundem haud potuisse colligunt. Verùm a communi omnium sententia haud recedendum arbitror, cum potissimum hæc in contrarium allata non conuincant. Quod vanq; primò affertur a veritate alienum hinc deducitur, quòd nunquam, vel saltem minus sæpe Donatum suis ingerit scriptis Hieronymus, quòd æquè Victorinum non adijciat. Ex quo, & in Chronico: Victorinus, inquit F rhetor, & Donatus præceptores mei. Et quamuis Victorius legat [præceptor meus] non [præceptores mei] quotquot tamen Hieronymi Vitam litteris primùm consignarunt, omnes legebant, [præceptores mei] quemadmodum tum in antiquis codicibus Lugduni anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo impræsis, tum in recentioribus, Coloniæ nimirum anno millesimo sexcentesimo decimo sexto editis obseruare est. Tollitur pariter Tom. 9. quod subijcitur; quoniam cum Iulianus anno Domini trecentesimo sexagesimo secundo ex Theodoreto, Ammiano, Sozomeno, Baronio, ac alijs ferro necatus sit, & hoc ipso tantummodo anno Victorinus decreti a Iuliano, quo a docendo Christiani doctores prohibebantur promulgati vigore, cathedram ex D. Augustini testimonio reliquerit, Lib. 8. Confess. c. 2. & 5. haud impossibile, vel dubium, quin potius ex temporum ratione veritati consentaneum est, Hieronymum (qui supra anno Domini trecentesimo trigesimosecundo natus asseritur.) Victorino in rhe- G toricis præceptore vsum fuisse. Sed, & hoc ipsum ex eodem Baronio, qui ipsummet Hieronymum postremis annis, *nimirum* anno Christi trecentesimo quadragesimo secundo natum ait, deducitur: siquidem ab anno Domini trecentesimo quadragesimo secundo ad trecentesimū sexagesimū secundū decurrunt anni viginti, quo temporis interuallo Hieronymum rhetoricen audire potuisse indubitatissimum est. Quod verò se tunc idem Iuliani interitus tempore puerum Grammaticæ studio deditum scripserit, non vrget profectò ad eundem a Victorini disciplina submouen- H dum. Enimuero qui figuratum eius loquendi modum attentè non obseruat in errorem facilè deducitur. Quandoquidem, & cum primos in Abdiam edidit Commentarios, tunc triginta annis natum se in Præfatione ad Pammachium testatur, & tamen se in ea etiam puerum fuisse declarat. Quid igitur (inquiēs) condemnamus in quibus pueri lusimus, Et

A paulò inferius. Infans eram; nec dum scribere noueram; titubabat manus: tremebant articuli. Qua ergo ratione puerum le hìc, & infantem scribit, cùm tamẽ tricenarius esset, eadem & Iuliani obitus tempore se puerum testatus est.

Verùm vt sibi erratum nullatenus vnquam constare posse intelligatur, Baronij hìc recensenda obtrectatio est, ex qua etiam demum totius difficultatis solutio patet. Sub Tom. 4. anno igitur Christi trecentesimo sexagesimo tertio præallegata Hieronymi verba [Dum adhuc essem puer, & in Grammaticæ studio exercerer] diligentius examinans: Erudiebatur, inquit, B hoc tempore Hieronymus sub Donato Grammatico, quem sępe suum magistrum appellat, non autem sub Victorino, qui excultiori litteratura insignior habitus desiuit tunc publicè profiteri, cùm aduersus Christianos professores idem Imperator apostata (vt diximus) promulgauit edictum. At sub Tom. 4. anno trecentesimo septuagesimo secundo opposito omnino adhærens; hæc tradit. Verùm attende verba illa Hieronymi [Dum adhuc essem puer, & in Grammaticæ ludo exercerer] haud ita accipienda esse, quasi tunc addisceret rudimenta Grammatices; sed quod eadem voce significatur, in ipsa versaretur arte loquendi, atq; scribendi scientia, quæ ita ex sen- C tentia Quintiliani, quòd multiplex, & varia sit ac copiosa, viros quoq; faciat esse discipulos: hisq; Sanctum Hieronymum non modò vsq; ad illum ætatis annum fuisse detentum, sed Epist. 4. & 104. etiam (vt ipse testatur) vsq; ad protectionem in eremum, dum ait. Post Quintiliani, Ciceronis, Frontonis, atq; Plinij perlecta volumi- Lib. 1. cõtra Pelag. & ad Gal. 2. na cœpisse hebraica addiscere elementa. Sed & cùm dicat alibi se puerum in controuersijs lusisse, planè declarat quid est, quod idem ait, se puerum obitus tempore Iuliani in ludo Grammatices exercuisse, cùm tamen aliarum scientiarum facultates minimè prætermisisset: Nam ipse alio in loco, ab ipsis (inquit) incu- D nabulis inter Grammaticos, & Rhetores, atq; Philosophos detriti sumus: vt intelligas, qui se Grammatices tradit imbutum disciplinis, alijs simul facultatibus excultum fuisse: ac planè cognoscas, haud tunc sub ferula puerum, sed adolescentem etiam inter philosophos, versatum esse. Hæc Baronius, in quibus, Iuliani primo obitus tempore Hieronymum adhuc ignorasse Rhetoricen planè testatur, demum eodem ipso tempore, & Grammaticum, & Rhetorem, atq; Philosophum fuisse commendat: quæ omnino inter se pugnare, non est cui non pateat. Igitur cùm Hieronymi sub Victorino disciplinę tempus, locus, per sonæ, & ab ipsis contradicentibus concessæ as- E sertiones adstipulentur: perinde, ac ad veritatis etiam comprobationem satis, superq; explicatum est, non est, quod diutius immoremur.

COMMENTARIVS.

14 *Cumq; in Liberalibus, tam Græcè, quàm Latinè polleret.* Liberalibus adde doctrinis, vel artibus. Ars sine epitheto malè audit, vt propterea bonas, & malas artes dicamus. Liberalis autem ideo Grammatica, Rhetorica, Dialectica, Geometria, & cęterę id genus artes dicuntur, quòd hominẽ liberum deceant, ad F distinctionẽ Mechanicarũ, quæ labore potius corporis, quàm mentis comparantur. Et quidem manibus, corporisq; labore victum quæritare illiberale quiddam habet, & seruile. Meminit de hoc a se in liberalibus scientijs adhibito studio idem Hieronymus in Ezechielis quadragesimum hisce verbis. Dum essem Romæ puer, & in liberalibus studijs erudirer. Porrò de progressu in ijsdem super Epistolam ad Galatas verba faciens: Aliquoties (inquit) Gal. 2. cùm adolescentulus Romæ controuersias declamarem, & ad vera certamina fictis militibus exercerer, currebam ad tribunalia iudicum, & disertissimos Oratorũ tanta inter se videbam G acerbitate contendere, vt omissis sæpe negotijs in perpetuas contumelias verterentur, & ioculari se inuicem dente morderent. Hæc ipse. Sed & Græci idiomatis comparatam sibi hoc ipso adolescentiæ, iuuentutisq; tempore eruditionem ex eiusdem ad Domnionem planè intelligimus testimonio, dum nimirũ se Alexandri Aphrodisæi commentarios in Aristo- Ep. 51. telis philosophiam Latinitati donasse fatetur. Deniq; hæc de eius in liberalibus disciplinis studio atq; peritia habet Victorius. Didicit autem Romæ non solum Latinas ac Grę- cas pariter litteras, sed nullum doctrinæ genus intactum reliquit. Porphirij Ἰσαγωγὰς le- H git, Alexandri Commentarios vertit, Platonem, Aristotelem, demum Philosophos omnes, omnesq; Poetas percurrit, quod ex eius operibus omni doctrinarum genere refertis compertissimum est: in Latino autem ab ipsis incunabulis inter Grammaticos, Rhetores, & Philosophos detritus fuit: Rhetoricam ita didicit, vt adolescentulus controuersias declamarit. Hucusq; Victorius.

15 *Probatissimorum Monachorum factus imitator.* Idem ex Martyrologio Romano, & scriptis proprijs passim habetur. De quo etiã libro primo De Origine Ordinis nostri satis disputatum est. Nec est, quod impiè Erasmus,

Hie-

A Hieronymi ætate nec dum verè trium votorum Monachos professores fuisse contendat,
quandoquidem præterquam quod & ratione, & authoritate conuincitur, iudicio etiam
Sanctæ Matris Ecclesiæ damnatur. Qui nam
verò probatissimi hi Monachi fuerint, quos
primùm imitatus est, & a quibus viuendi normam hausit, latè Epistola decimatertia ad Paulinum exprimit dicens. **Nos autem habemus**
propositi nostri principes, Paulos, Antonios,
Iulianos, Hilariones, & vt ad Scripturarum
authoritatem redeam, noster princeps Helias,
noster Helisæus, nostri duces filij Prophetarum, qui habitabant in agris, & solitudini-
B bus, & faciebant sibi tabernacula propè fluenta Iordanis. De his sunt, & illi filij Recab,
qui vinum, & siceram non bibebant, qui morabantur in tentorijs, qui Dei per Hieremiam
voce laudantur. Hæc Hieronymus, de cuius
Monastica professione latius infra cap. nono.

16 *Per congruos Ecclesiasticos gradus*. Primùm enim in ministrorum Dei sortem a Religiosissimis viris Epiphanio Salaminæ Cypri, &
Paulino Antiochiæ Episcopis adscriptus, Præsbyter deinde ab eodem Paulino factus, postremò cùm Romam Damasi Pontificis tempore
venisset, ab eodem inter Sanctæ Romanæ Ecclesię Cardinales Præsbyteros relatus est.

C 17 *Ad Cardinalatus dignitatem conscendit*.
Meritò Cardinalatus munus dignitas nuncupatur, cùm inter cæteras Ecclesię ad supremã,
Pontificiam nimirum proximè accedat. Eius
porrò sublimitas ex proprij muneris perfectione intelligitur. Enimuerò S. R. E. Cardinalium munus perfectius esse, quàm quorumcũq;
Religiosorum ex eo facile declaratur, Quòd
Religiosi ratione status ad perfectionem tantummodo tendere tenentur, & sibi consulunt.
Cardinales verò non sulum ad perfectionis
metam anhelant, & sibi attendunt, sed Summo Pontifici assistunt, illiq; adhibentur ad regimen vniuersalis Ecclesiæ; peculiari insuper
quadam ratione pro Christo eiusq; Ecclesia
D sanguinem profundere tenentur, de cuius vitæ generis perfectione Saluator in Euangelio
Ioan. 15 loquitur. Maiorem hac dilectionem nemo
habet, vt animam suam, quis ponat pro amicis suis. Deniq; idipsum ex actu martyrij constat, qui perfectissimus est, maximæq; charitatis declarat perfectionem. Cęterùm Hieronymi Cardinalatui ex recentioribus Baronius
Tomo quarto Annalium sub Christi anno trecentesimo septuagesimooctauo, ac Damasi
duodecimo contradicit: similiter, & ante
eum paulò supra commemoratus Erasmus,
qui prior eundem Sanctissimum Virum ab eiusmodi Collegio segregare contendit. Verùm

oppositæ sententiæ, seu vt verius dicam, ipsimet veritati, Scriptorum omnium, tum antiquissimorum, tum veterum, ac postremæ tempestatis adstipulatur consensus. De hac ipsa E
difficultate latius paulò infra.

18 *Nam annorum factus viginti nouem*.
Circa rationem temporis nonnihil titubant
Scriptores. Hic etenim annorum describitur
Hieronymus viginti nouem: ab Equilino viginti ponitur: a Beluacensi verò Speculi Historialis libro decimosexto, cap. decimo octauo,
quem sequuntur Ioannes Columna Historicus Romanus, Ioannes Andreas Doctor Bononiensis in libro, qui Hieronymiana dicitur,
Turrecremata in quæstionibus super Euangelia libro septimo cap. decimotertio, & ex recentioribus Ciaconus & alij, annis triginta F
nouem. Verùm communis in hoc omnium
lapsus facilè dignoscitur, si primùm annus
repetatur, quo supra natus idem Hieronymus
asseritur, deinde si Pontificis promotoris nomen exprimatur. Annus igitur natalis eius
iam trecentesimus trigesimus secundus supra
enumeratus est: Promotoris verò Pontificis
nomen, omnes vnanimi consensu (vno excepto Turrecremata, qui erroris Lupo huic
loco, ac Equilino tribuit occasionem) Damasum fuisse affirmant. Hisce duobus additur tertio loco: Hieronymum videlicet, tũc G
a præfato Summo Pontifice Cardinalẽ creatum, cùm ad Romanum Concilium, vnà
cum Sanctis Episcopis Paulino, & Epiphanio Tom. 4.
ad ipsam Vrbem accessit. At huiusmodi adventus annus trecentesimus octogesimus secundus sub initio hyemis a Baronio asseritur in principio an. 382.
nulla idcirco ratione potuisse Romanam Hieronymi Ordinationẽ in annum a præfatis authoribus enumeratum referri, exactissima tẽporum ratio demonstrat. Cùm igitur non
antequam circa extremum anni trecentesimi
octogesimi secundi in Vrbẽ Hieronymus aduenerit ex Baronij sententia (nonnihil enim
nos ab eo inferius dissentire continget) & nõ- H
nisi posteaquam Summo Põtifici aliquamdiù
in Concilij consultationibus inseruierit S. R. E.
Presbyter fuerit ordinatus, annus consequenter Ordinationis eius proximè sequens habetur, trecentesimus nimirum octogesimustertius.
Atq; ita ab anno trecẽtesimo trigesimosecũdo, quo iam natus assertus est, ad trecẽtesimũ
octogesimumtertium Romanæ ordinationis,
annus illicò ætatis, quem tunc præcisè Hieronymus percurrebat consurget, quinquagesimus nimirum secũdus, vel quinquagesimus
tertius. Quod si pro quinquagesimosecũdo vigesimumnonũ, vel trigesimumnonũ ex incuria Librarij posuerunt, Authores a culpa liberi

ſſ.

19 *A Liberio Sedis Apostolicæ Præsule.* Pro Liberio Damasum legendum esse paulò adhuc infra explicabitur. Nec multum refert, si in singulis proferendis circumstantijs, circa res potissimum a sæculis nostris longè remotissimas Scriptores interdum cœcutire contingat, dummodò in veritatis historia (quemadmodum in proposita Cardinalatus assertione est) omnes conueniant. Distantia etenim temporum tot, ac tanta inuoluit & perdit, vt eorum etiam paucula discernere, vel reperire difficilimum sit.

20 *Presbyter Ecclesiæ Romanæ.* Nunc iam indicatus error ex hoc vno optimè dignoscitur loco. Quì enim fieri potest, vt a Liberio planè adhuc Catholico Presbyter Hieronymus sit ordinatus, qui post annos fermè viginti a Paulino Antiochiæ Episcopo circa Christi Domini annum trecentesimum octogesimumprimum, Damasi verò decimũquartũ Presbyterio item insignitus traditur Epistolis sexagesima, & sexagesimaprima? Non vtiq; verum hoc esse potest. Et quidem tolerabilior lapsus, si Presbyteri loco, [Diaconus Ecclesiæ Romanæ] legeretur: non enim defuerunt, qui idipsum senserunt. Accedit, quod neq; temporum rationi, neq; insuper posteriori Antiochenæ Ordinationi tam apertè lectio eiusmodi repugnaret.

21 *Tituli Sanctæ Anastasiæ ordinatur.* Nõnulli ad S. Laurentij Martyris titulum promotum Hieronymum tradunt. Sed & hæc difficultas in propria de Cardinalatu eiusdem controuersia dissoluetur.

22 *Sed cùm idem Apostolicus.* De lapsu Liberij Pontificis in Arrianam hæresim, quàm plura habentur fide digna testimonia. Ad historiæ veritatem pro comperto tenendum, Liberium ipsum, quòd primò Arrianæ perfidiæ virili fortitudine restitisset a Constantio Imperatore exilio damnatum fuisse: eiusq; loco Felicem Secundum ex consensu etiam Arrianorum (quòd speraret impia factio ad se eundem pertrahere) electum, cui item electioni vicissim consensit, & ipse Liberius. Cæterùm cum in omnibus catholicè Felix ageret, Constantiumq; propterea, & Valentem, ac Vrsacium hæreticos sacra communione priuasset, ipse quoq; Martyrio tandem sub die vigesimonono Iulij ex Martyrologio Romano coronatus asseritur. Liberius interim, dum ad Felicis perniciem totus Imperator incumbit, a Fortunatiano Acquileiensi Episcopo deprauatus Arrianis subscripsit. Quamobrem a Constantio reuocatus ab eisdem Arrianis triumphantium more Romæ exceptus est. Extat de hoc ipso apud Hieronymum in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis huiusmodi testimoniũ, Fortunatianus, natione Afer, Acquileiensis Episcopus imperante Constantino in Euangelia, titulis ordinatis, breui & rustico sermone scripsit Commentarios: & in hoc detestabilis, quòd Liberium Romanæ Vrbis Episcopum pro fide ad exilium pergentem primus sollicitauit, ac fregit, & ad subscriptionem hæreseos compulit: hæc ille. Quæ æquè in Chronico repetens. Liberius, inquit, tædio victus exilij in hæreticam prauitatem subscribens, Romam quasi victor intrauit. In quam sententiam Hilarius quoq; ad Constantium sermonem dirigens: Vertisti (ait) vsq; ad Romam bellum tuum, eripuisti illinc Episcopum: o te miserum, qui nescio, vtrum maiore impietate relegaueris, quàm remiseris. Deniq; & in libro de Vitis Summorum Pontificum legitur eundem Constantio consensisse, communicasseq; cum hæreticis, extra tamen secundum Baptisma. Quod nimirum, & si cum Arianis communicasset, non tamen Arianum fuisse factum per secundum Baptisma, quo solerent illi Catholicos ad se deficientes iterum Baptizare. Multos alios ad hanc eandem sententiam citat Henricus Grauius authores in Annotationibus super Hieronymi librum de Scriptoribus Ecclesiasticis, præsertim verò Rufinum libro decimo, capite vigesimoseptimo. Socratem libro secũdo, capite quadragesimo. Sozomenũ libro quarto, capite vigesimoquinto. Theodoretum libro quinto, capite nono. Et Epistolam Synodi Constantinopolitanæ apud præfationem Theodoreti libro quinto, cap. nono. Baronius verò in Annalibus Tomo quarto ad annũ Christi trecẽtesimũ sexagesimũ septimũ ab hæresi eundem abluere studens, ita concludit: Planè apparet (de Liberio loquens) maculam, quam olim exul Arrianorum ad tempus communione, & si non hæresis prauitate, contraxerat: posteriori illa confessione, tempore Concilij Ariminensis prorsus deletam, atq; omnino fuisse obliuione sepultam. Sed quicquid sit, sub Pontificatus sui etiam extremum, Eustathium, Macedonianos, aliosq; hæreticos in communionem recepisse eius acta declarant. Tribuitur eius electio Christi anno trecentesimo quinquagesimo secundo, obitus verò trecentesimo sexagesimo septimo iuxta Baronij calculum.

23 *Post annos quatuor.* Tot siquidem cum nonnullis mensibus ab eius ordinatione numerantur ad Christi annum trecentesimum quinquagesimum septimum, quo Imperatoris decreto ab exilio idẽ ipse Liberius reuocatus Romam intrauit. Ex his, cum per id temporis interuallum Catholicus omnino Liberius vi-

xerit,

A xerit, dictusq; Felix vnum tantùm annum, menses tres, ac totidem dies sedem tenuerit: Tres fermè annos eundem Liberium Romæ sedisse inconcussum euidenter intelligimus. Eodem tempore niuis miraculum in Exquilijs contigisse, eiusdemq; per somnium cœlestem intelligentiam meruisse, par est credere.

24 *In apostasiam versus*. Ita ex quibusdam Manuscriptis exemplaribus locus restitutus est: in impressis enim [in apostaticum versus] antea legebatur, quæ æquè lectio non dissonat, si [apostaticum] ad dogma referatur. Græcum autem vocabulum apostasis est, & rebel-
B lionem, seu defectionem significat. Ita autem definitur: Apostasis est temerarius a statu fidei, obedientiæ Ecclesiasticæ, vel Religionis recessus. Consequenter Apostata dicitur, qui benè operari iam cœperat, sed postea in deterius versus, malè agendo retrò abit. De hac ipsa Liberij apostasia quamuis multi ex pauló ante relatis meminerint, eandem tamen præ cæteris Rufinus præallegato loco breuiter ita perstringit: Liberius Vrbis Romę Episcopus Constantio viuente regressus est; Sed hoc, Vtrum quod acquieuerit voluntati suæ ad subscribendum, an ad populi Romani gratiam, a quo proficiscens fuerat exoratus indulserit, pro certo
C compertum non habeo. Hęc ipse. Numeratur subscriptionis huiusce Christi annus (vt dictum est) trecentesimus quinquagesimus septimus.

25 *Arriano dogmati consensisset*, quo nimirum Filius in diuinis Personis creatura Dei asseritur, & consubstantialis Patri negatur. Eiusmodi enim Arrij dogma fuit. Cęterùm, quomodo, quone impulsu perfidiæ huic Libe-
Lib. 4. cap. 14. rius aliàs Sanctissimus subscripserit, ex Sozomeno, qui rem ipsam satis apertè explicat, accipe. Haud (inquit ipse) longo tempore post, Imperator Roma Sirmium reuersus, rogatu Legatorum, quos Episcopi Occidētis ad ipsum miserant, Liberium Beroea reuocauit, atq;
D præsentibus Legatis Episcoporum Orientis, & quibusdam Sacerdotibus, qui erant fortè in exercitu in vnum coactis, compellere eum tentauit fateri, Filium Patri non esse consubstantialem. Instabant porrò, & Imperatorem ad hanc rem incitabant Basilius, Eustathius, & Eleusius, qui apud eum authoritate, & gratia plurimum poterant: hiq; id temporis, cùm decreta de Paulo Samosateno, & Photino Sirmiano: quin etiam formulam fidei in Ecclesię Antiochenæ consecratione editam in vnum libellum congessissent, causa conficta, nimirum quòd quidam simulatione huius verbi, Consubstantialis, hæresim priuatè stabilire molirentur, conantur vt Liberius, & Athana-

sius quoq; (alter tamen ab Alexandrino) Alexander, Seuerianus, & Crescens, qui in Africa Sacerdotij munere fungerentur, huic consentiant. E Consentiunt itidem Vrsatius, Germinus Episcopus Sirmij, Valens Mursorum Episcopus, & quotquot Orientis Episcopi ibi forte aderant. Vicissim autem confessionis fidei formulam a Liberio abduxerunt, quæ illis, qui Filium Patri non substantia, & cæteris omnibus rebus similem asseuerarent, interdixit Ecclesia. Nam cùm Eudoxius, & cęteri cum eo Antiochiæ hæresis Arrianæ fautores Epistolam Osij nacti fuissent, rumorem dissiparunt, Liberium quoq; verbum consubstantiale reiecisse, asseruisseq; filium Patri dissimilem es- F
se. Vbi verò hæ res Legatis Episcoporum Occidentis hoc pacto successere, Imperator dat Liberio potestatem Romam reuertendi; atq; Episcopi Sirmij congregati scribunt litteras Felici tum Romanæ Ecclesiæ Antistiti, & Clero eiusdē Ecclesię vti Liberium recipiant) Ita Sozomenus.

26 *Multiq; se ob metum persecutionis quæ a Constantio excitabatur, absconderent*. Desęuit intantùm Constantij Imperatoris ira in Catholicos omnes, vt aliquandiù Iuliano successore peior habitus sit: siquidē persecutionis nullū genus extitit, quod in Sāctos potissimum G
Patres non exercuerit. De his idem Hieronymus aduersus Luciferianos scribit: Pericli- Tom. 2. in dialog. aduers. Lucif.
tabatur nauicula Apostolorum, vrgebant venti, fluctibus latera tundebantur, nihil iam superat spei. Dominus excitatur, imperat Matt. 8.
tempestati, bestia moritur (Constantius videlicet) tranquillitas redit: Manifestius dicam: omnes Episcopi, qui de proprijs sedibus fuerant exterminati, per indulgentiam noui Principis ad Ecclesias redeunt. Tunc triumphatorem suum Athanasium AEgiptus excepit] Hæc ille. Ex quibus, & persecutionis acerbitas, & fidei Catholicæ tunc imminens discrimen haud obscurè declaratur. Cęterum de H
tempore, quo hæc ipsa concitata est, breuiter subiungamus. Dato igitur de Liberij reditu in Romanam sedem rescripto, Romam is concito cursu pergens, eandem (sicut tradit Hieronymus) ingressus est. At cū Catholicos in ea omnes, quòd adeo turpiter eidem Imperatori, Arrianisq; consensisset, a se subalienatos, & Felici omnino deditos expertus fuisset, Instarentq; propterea Imperatoris prò Liberij restitutione conscriptæ Magistratibus Epistolæ, inde totius persecutionis exordium: dum nimirum pro Liberio aduersus Catholicos Imperatoris Ministri, & pro Felice contra Liberium Catholici omnes ad Romanæ Ecclesię Præsulatum incumberent. Tunc planè con-

B tigit,

A tigit, quod in Commentario de Romanis Pontificibus scribitur, videlicet. Ab eodem die (quo nempe Liberius in Vrbem ingressus est) fuit persecutio maxima in Clero, ita vt intra Ecclesiam Præsbyteri, & Clerici plures necarentur, & martyrio coronarentur. Et infra. Persecutio magna fuit in Vrbe Roma, ita vt Clerici, & Sacerdotes neq; in Ecclesiam, neq; in balnea haberent introitum. Hæc de persecutionis tempore Constantij in Catholicos, a cuius etiam ministris, & ipse Felix Pontifex martyrio tunc temporis affectus est.

27 *Iste iuxta sermonem Propheticum opposuit se murum pro domo Israel.* Ab Ezechielis prophetia, capite decimotertio dictum desumi-
B tur. Multis igitur ob iam enarratæ persecutionis terrorem se occultantibus, non abscondit se Hieronymus: quinimo tota libertate se prodens, hostibus pro Ecclesiæ defensione murus, & propugnaculum occurrit. Per muros, licet quidquid forte, ac validum est, aliquan-
Ezec. 26. do signetur, Vnde Dominus ad Ezechielem: *Et dissipabunt muros Tyri, & destruet turres eius:* frequenter tamen sapientes quoq; viri iisdem accipiuntur, de quibus ad Isaiam quadragesimonono dicitur: *Ecce super manus meas depinxi muros tuos, & in conspectu meo sunt semper.* Hi profectò sunt, qui circa Hierusalem constructi, defendunt eam ab hæreticis.

28 *Vt staret in prælio in die Domini.* Dies
C Domini, in quo Ecclesiæ Sanctæ Doctores in prælio stare præcipiuntur, dies iræ est; quando nimirum ipsemet Deus peccantibus irascitur, & ad emendationem flagella adhibet, &
Amos. 5. correptiones. Et de hoc alibi dicitur: *Væ desiderantibus diem Domini.* Stetit ita in prælio
Num. 16. in die olim indignationis Domini Aaron, quando contra ignem Israelis populum deuorantem occurrit, & stetit medius, & opposuit murum pro salute populi. Stetit sæpius, & Moyses, quando eiusdem iræ vltioniq; obuiam fa-
Exod. 32. ctus, audiuit. *Dimitte me, & percutiam populum istum.* Stetit cum eo, & Samuel, de qui-
Hier. 15. bus Dominus per Hieremiam dixit. *Si steterit Moyses, & Samuel contra me, non est anima*
D *mea ad populum istum.* Stetit deniq; & Hieronymus, quando ex hominum culpis Ecclesiã idem Dominus hæreticorum incursionibus aggitari permittens, aduersus illos ascendit: nulli eorum quantumcunq; sublimi cessit: cùm nunquam se inflexit, sed ipsa collabentia suffulsit: quando deniq; pro Ecclesiæ munimine, non tantùm vti murum terrenum, vel lapideum (qui & rubigine violatur, & imbrium cæsione deperit) aduersus impia se dogmata opposuit: sed in murum quoq; æneũ (qui vetustate fit fortior) aduersus Reges, & Principes, ac mundi Potestates fortiter dimicando se extulit. E

29 *Nam licet afficeretur iniurijs, terroribusq; pulsaretur, nunquam tamen hæreticis acquieuit.* Hieronymi virtus, & animi constantia quanta fuerit hinc potissimum declaratur, quòd nec iniuriarum grauitate, nec terrorum acerbitate tantillum deprimi, vel infringi aliquando potuerit. Imo tanto fidei zelo accensus in castra processit, vt non expectasse hostium congressus, sed prouocasse ex proprijs eiusdem verbis constet. Breuiter (inquit) respondebo In Proœ. aduer. Pelag.
nunquam me hæreticis pepercisse, sed omni studio egisse, vt hostes Ecclesiæ mei quoq; hostes fierent. Et alibi. Elegisti me ad insectan- Ep. 75.
dum, qui omnia contra Ecclesiam dogmata reprehendo, & publica voce condemno. De F
iniurijs autem sibi illatis, sæpius in suis tractatibus, & infra capite septimo, & decimoquarto, & in Sophoniæ tertium. Tribue (inquit) nobis Iesu Christe expressis, & afflictis, & repulsis in isto sæculo, vt nos recipias, & ponas in gloriam. Confundatur quod superbit, cessent sibila, venena torpeant, confusio eius proficiat in gloriam.] Idem de minis, ac terroribus in Proœmio aduersus Pelagianos repetit dicens: Qui minas, iniuriam, paupertatemq; ferre non possumus, quomodo flammas Babilonis vincemus? Quod bellum seruauit, pax ficta non auferat. Nolo timore perfidiam di- G
scere, cùm veram fidem meę Christus reliquerit voluntati.] Et alibi. Itaq; licet Simon incendia iactet, nunquam meum Christo iuuante silebit eloquium. Etiam præcisa lingua balbutiet.]

30 *Imo secundum datam sibi sapientiam eloquij sui sagittas emittens dissipabat eos.* Sapientem virum, quem fide cataphractum hostes, siue Principes, siue Reges, mundiq; aliæ quæuis supremæ Potestates adoriuntur, tantùm abest, vt deijciant, quòd eędem pronaus in ipso congressus exordio succumbant dissipenturq;. Nec immeritò veræ sapientiæ verba H
sagittæ nomine recensentur, Enimuero quemadmodum sagittæ ab arcu emissæ huc atq; illuc volitantes prosternũt, quæ vulnerant, sic illa ex Scripturæ sacrę ad corda inimicorum directa desolantur, quæ feriunt. Vnde, & Dauid in Psalmo. *Arcum suum tetendit, & pa-* Psal. 7.
rauit illum, & in eo parauit vasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit. Et iterum. *Sagitta* Psal. 119.
potentis acuta, cum carbonibus desolatorijs.

31 *Et diuinarum sententiarũ fulgura multiplicans conturbabat illos.* Fulgur & coruscatio dicitur ignis splendens in nubibus præcipuè cùm tonat. Fulmen verò est spiritus igneus eximia violentia a nube seu telum iaculatus,

celer-

A celerimeq; terram petens. In ſacra ſcriptura vt plurimùm pro fulmine fulgur accipitur: quem loquendi morem, & hìc author ſecutus eſt. Sunt autem ſententiæ diuinarum ſcripturarum fulgura, quia ſplendorē habent doctrinæ, & veritatis, de quibus dicitur. *Illuxerunt fulgura eius orbi terræ, vidit, & commota eſt terra:* Psal. 96. Igneaq; apparent & micantia, quia a Spiritu ſancto, qui ignis eſt, prolata conſumunt ſpinas vitiorum. *Fulgur* item *ab Oriente exiens & parens in Occidente* Matt. 24. earundem ſententiarū ſonum, doctrinam, ac veritatem in omnem terram exeuntem deſignat. Deniq; fulgur egrediens de igne in Ezechiele, Ezec. 1. B manifeſtatio veritatis eſt a Spiritu ſancto. Vtraq; autem, ſagittæ nimirum & fulgura cōtra hæreticorum perfidiam aptiſſima arma eſſe, Dauid quoq; teſtatus eſt dicens. *Miſit ſagittas ſuas, & diſſipauit, fulgura multiplicauit, & conturbauit eos.* Psal. 17. In fulgure ſplēdor primùm eſt, mox imber conſequitur, iuxta id quod dicitur. *Fulgura in pluuiam fecit.* Psal. 134. Vt ergo fidelium mentes diuinis Scripturæ ſacræ ſententijs illuſtrantur, mox imbre cognitionis diuinæ infunduntur; ſic ad earundem repentinum ſonitum ac ſplendorē hæreticorum ingenia horrent primùm & cæcutiunt; mox imbrium copia atq; impetu opprimuntur.

C *32 Eodem autem tempore prohibebatur Catholicis liberè proprijs rebus vti.* Ad rei huius comprobationem illud ſpectat, quod Sozomenus libro quinto, capite item quinto refert. Iulianum nimirum eiuſdem Conſtantij ſucceſſorem in ipſo Imperij ſui exordio, vt omnium ſibi Chriſtifidelium conciliaret animos publica edita ſanctione, & eos, qui in exilium pulſi fuerant, reuocaſſe, & omnibus etiam proſcriptis lege. bona reſtituiſſe. Quod & ſi nō multo poſt, (ſequēti videlicet anno) idem-ipſe in eorundem Catholicorum bona manus rurſus iniecerit, id tamen non manifeſ-D to perſecutionis titulo, vti Conſtantius & Liberius, ſed alijs ficticijs coloribus, quibus & ſua reſcripta delineare non erubuit aggreſſus eſt: quippe qui Chriſtianos ex Euangelij præcepto nequaquam diuitijs affluere, ſed eas petentibus impendere, & ſuperaddere debere. Immo, & perfectionis adipiſcendæ gratia omnia penitus erogare debere aſſereret; adderetq; inſuper ab illis terrenæ ſubſtātiæ diſpendium non eſſe curandum, quibus regnū in cœlo maneret.

33 Dum eos & Conſtantius Auguſtus, & Liberius Pontifex perſequerentur. Conſtantius quidem fidei Catholicæ odio, ob quod & ab Athanaſio Antichriſtus dicitur. In Ep. ad ſolitarios Liberius verò, Felicis ſuam ipſius ſedem occupantis æmu- E latione dum nimirum pro eius repetione, ſui oblitus adeo ignominioſè ab Arrianis implorat auxilium, ex quo cædes (vt dictum eſt) & carceres, & flagella, & exilia in Catholicos omnes conſequuntur.

Fuerit ne S. R. E. Presbyter Cardinalis Hieronymus?

CONTROVERSIA III.

VVlgata ſatis quæſtio hæc de Cardinalatu Sancti Hieronymi inter Scriptores eſt, & eò magis inter eoſdem controuerſa, F quò & non multò ante conſepulta iam penitus, a recentioribus quibuſdam, Baronioq; præſertim tum nominis, tum doctrinæ fama celeberrimo ſæpius in Annalibus Eccleſiaſticis excitata, atq; repetita eſt. Continet ſane (vt vera fatear) quàmplurium propoſita dubitatio aliarum rerum difficultates, quo fit vt nō vno, aut altero, ſed pluribus eam ipſam dictis dircutere opus ſit. Igitur antequam mihi quidpiam certi proponam, nominis ipſius (ne Lectorem per incerta deducam) ſignificationem imprimis afferam, mox ad oppoſitæ partis firmitatem argumenta nonnulla recenſebo, Propoſitionibus deinde, ſeu dictis G quibuſdam difficultati ſacere ſatis enitar. Poſtremò in oppoſitum allata diſſoluam.

Vt a priori itaq; exordiar. Cardinalis nomē nō vna tantùm, ſed & altera acceptione communi nimirum & propria venit. Iuxta communem, Rector proprius, ſeu principalis cuiuſlibet Eccleſiæ Cardinalis eſt. Epiſcopus præterea Cardinalis appellatur, capite Relatio, vigeſimaprima, quæſtione prima, Gloſſaq; in rubrica: De numero & qualitate Cardinalium in Concilio Baſileienſi, circa principium in verbo Cardinalis. Immo Compoſtellana, & Rauenatenſis Eccleſiæ Cardinales habere dicuntur, licet ex priuilegio, H Gloſſa in capite Pudor, trigeſima ſecunda, quæſtione ſecunda. Bernardus Compoſtellanus in capite Cùm acceſſiſſent, De Conſtitutionibus. Propria verò atq; ſingulari ſignificatione Cardinales dicuntur, qui Summo Pontifici in Conſiſtorio vel aſſiſtunt, vel aſſiſtere poſſunt, qui etiam partes corporis eiuſdem appellantur in Sexto, libro quinto, titulo nono, capite Felicis, De pœnis. Item ibidem, libro primo, titulo ſexto, De electione, capite Fundamenta: quiq; quamplurimis, & quidem infinitis prærogatiuis inter Eccleſiaſticas perſonas gaudent. Quod etiam Andreas Barbatius conſilio primo, volumine primo

mo

A mo latè prosequitur. Qui deniq; ad cętero-
rum distinctionē, S. R. Ecclesiæ Cardinales
nunc appellantur. Quęstio de posteriori Car-
dinalis sensu intelligitur; non de priori. An-
tequam verò secundo loco propositum in me
dium afferatur, hoc Lectorem monuisse sat sit,
Erasmum nimirum in ijs, quæ ad Grammati-
cen faciunt satis quidem versatum, sed supe-
riorum scientiarum, ac Sacrarum inprimis
Scripturarum omnino ignarum, inter cætera,
quæ aduersus Ecclesiasticas traditiones, cære-
monias, atq; omnem penitus religionem pro-
tulit, hoc quoq; fuisse temerè ausum affirma-
re. Non fuisse videlicet Hieronymum Presby
B terum Cardinalem, quòd & eius ætate eius-
modi nomen non pateret, & res ipsa noua, non
autem priscum institutum. Tribus (inquiēs)
verbis dixi nomen Cardinalis fuisse ignotum
ætate Hieronymi. Certè hoc Cardinalis ge-
nus non erat. Nec Hypodiaconi, nec Archi-
diaconi nomen non extat in Apostolicis litte-
ris, quemadmodum, nec Archiepiscopi] Hæc
ipse. Cæterum Baronius alio diuersoq; om-
nino processit instituto, satisq; comprobare
sententiam arbitratus est, si ex aduerso attol-
lentia se argumenta e medio tolleret, quod re-
ipsa sæpius præallegato loco aggressus est.
Pluribus agetur a nobis seorsim de eiusdem
C solutionibus, capite nimirum decimoquarto,
ne præsenti quæstione plurima complecti stu-
dentes, vel minus attentè eadem inspiceremus
vel Lectoris fortè memoriam confunderemus.

1 Oppugnare igitur coniectura hæc inpri-
mis quæstionis titulum videtur, quòd simpli-
cem se frequenter idem Hieronymus presby-
terum, nunquam autem Cardinalem, vel Ro-
manum Presbyterum nominat, aut subscribit.
Et reuera cùm alia is longè minoris momenti
de se ipso passim scriptis prodat, vtiq; hoc ip-
sum etiam, si veritati fuisset omnino conso-
num silentio minime pretereijsset.

2 Sed neq; oppositum sentientes inter se
D conueniunt. Quandoquidem aliqui ad titu-
lum S. Anastasiæ, nonnulli ad Sancti Lauren-
tij martyris: Quidam à Liberio, alij à Damaso
Summis Pontificibus Presbyterum Cardina-
lem creatum asserunt. Cæterùm tantam affir
mantium dissensionem ambiguam penitus
reddere opinionem, nemo est, qui non videat.

Tom. 2. apud eundem. 3 Additur, de eiusdem Hieronymi Antio-
chiæ facta à Paulino ordinatione euidenter
constare in Epistola sexagesima, & sequenti.

4 Deniq; in capite Sancta Romana Eccle-
sia, distinctione decimaquinta, dum Sanctorū
quorundam Patrum opera recensentur. Sāc-
tus Basilius, Ioannes Chrysostomus, & alij ho
norum suorum aptis titulis introducuntur, Sā-
ctus verò Hieronymus simplici Presbyteratus E
tantùm sine addito exprimitur: haud igitur ex
his S. R. E. Presbyterum Cardinalē fuisse, satis
manifestò liquet. Ex aduerso veritatē ipsam
communi ferè omnium consensu corroboratā
insurgere & rationibus, & authoritatibus os-
tendetur inferius. Sit itaq; ad eiusdem eluci-
dationem.

PROPOSITIO I.

SAnctæ Romanæ Ecclesiæ dignitas Cardi-
nalitia antiquissima est. Est propositio ex
directo Erasmi opinioni atq; Caluini libro
Institutionis (seu verius destructionis) Chris- F
tianæ fidei opposita. Nititur autem hæc his,
quæ singulis annis ex Breuiario Romano in
natalitio S. Cleti Pontificis die recitantur, vi-
delicet. Is ex præcepto Principis Apostolo-
rum in Vrbe viginti quinq; Presbyteros ordi-
nauit. Cæterùm Presbyterorum nomine S.
R. E. Cardinales accipiendos esse, præter-
quam quod Damasus, vel alius sub eius no-
mine in Vitis Pontificum, Anastasius Biblio-
thecarius, Ptolomęus a Luca, & alij pro com-
pertissimo habent, idipsum ratione etiam cō-
probatu, quoniam in Ordinationis Pontificię
serie (de qua propositione sequenti) Presby-
teri, & Diaconi Episcopis præponuntur, quod G
profectò obseruare non esset, nisi æquè Car-
dinales & ijdem fuissent, eorumq; Vitæ ratio
dignitate tunc temporis etiam Episcopis præ-
stitisset. Extat ad hoc idē ex Concilij quoq;
Romani Canone primo altera huic similis de-
ducta coniectura. Dicitur namq; ibi: Sylues-
ter igitur Episcopus Vrbis Romæ congrega-
uit Fratres Compresbyteros, & Coepiscopos,
vel Diaconos suos ciues Romanos. Vbi Præs-
byteri Episcopis præponuntur. Item in Con-
cilio Nicęno, Præsbyteri illi duo, qui pro eo-
dem Syluestro interfuerunt, ante omnes fermè
Episcopos subscripti leguntur. Deniq; per
Presbyteros atq; Diaconos, Cardinales acci- H
piendos esse propositione sequenti expressè
patebit.

2 Hyginius pręterea nominis huius primus,
octauus post Petrum in serie Pontifex, in vno
quoq; Titulo, seu Paręcia plures Presbyteros es
se decreuit, cum numero Christifidelium cre-
scente, vnus quemadmodum ante non suffi-
ceret. Ita præfatus Damasus in eiusmodi
Summorum Pontificum Vitis, quæ deniq;
verba Anastasius examinans, hæc adnotauit.
Hic clerum composuit, & distribuit gradus:
Hinc prodijt prima Cardinalium institutio,
vt is presbyter Cardinalis, seu principalis di-
ceretur, qui cæteris in eodem Titulo superior

A exiſtebat. Satis enim conſtat aliquot annis
poſt Hyginum, etiam ante B. Syluestri tem-
pora, Cardinalis nomen in Eccleſia Romana
vſurpari cœpiſſe, quod nonniſi ex Hyginij
Papæ inſtituto oriri potuit: cū antea eo nomi-
ne opus non eſſet, quod ſinguli Presbyteri ſin
gulis Titolis ſine aliorum conſortio præſide-
rent.] hæc ipſe.

3 Huc etiam pertinet, quod in Romana
Synodo ſub S. Sylueſtro coacta, cui & Ma-
gnus Conſtantinus Imperator interfuit anno
Chriſti trecenteſimo vigeſimoquarto, legitur,
videlicet. Presbyter autem Cardinalis, non-
B niſi quadragintaquatuor teſtibus, Diaconus
autem Cardinalis, aliàs Cardinarius conſti-
tutus Vrbis Romæ niſi triginta ſex non condē-
nabitur, quæ etiā Gratianus in Decretis trāſ-
ferens ſub eadem generis forma retulit.
Præſul non damnetur niſi ſeptuaginta duo-
bus teſtibus. Presbyter autem Cardinalis niſi
quadraginta quatuor teſtibus non deponatur.
Diaconus autem Cardinalis Vrbis Romæ,
niſi viginti octo teſtibus non condemnabitur.
Quod item decretum S. Thomas ſecunda ſe-
cundæ, quæſt. ſeptuageſima, articulo ſecundo
arg. tertio allegat. De numero præterea Dia-
conorū, Parochiarum, & Cardinalium Vrbis
C Romæ in eodem Concilio hæc Canone ſexto
decernuntur. Et vt Diaconi non eſſent plu-
res per Parochiarum examen niſi duo, &
Cardinales Vrbis Romæ ſeptem.]

4 Addantur verba capitis ſeptimi ſupraci-
tatæ Synodi, videlicet. Ita quoq; Sylueſter
clara voce dicebat ad Epiſcopos, qui ducenti
octoginta quatuor in ea Synodo præſentes
erant, vt a Subdiacono vſq; ad Lectorem,
omnes ſubditi eſſent Diacono Cardinali Vr-
bis Romæ in Eccleſia eidem honorem repre-
ſentantes.] Habetur item ex D. Gregorio li-
bro ſecundo, Epiſtola quinquageſima ſecun-
da, & vigeſimaquinta Cardinalis Sacerdos,
D cui palij vſus conceſſus, Epiſcopus eſſe non
deſiuit.

Lib. 22. Antropologiæ. 5 Sed & Volaterranus refert in Eccleſia
Catherali Aretina ſchedulam quandam exta-
re antiquiſſimam, quæ donationem Zenobij
cuiuſdam Romani Senatoris continens, eiuſ-
modi ſubſcriptione ſignatur. Et ego Ioannes
S. R. E. Diaconus Cardinalis ex parte Da-
maſi Pontificis laudo & confirmo.]

6 Tuentur poſtremò hanc eādem propo-
ſitionem communiter omnes, præcipuè com-
memoratus modò Volaterranus libro vigeſi-
moſecundo Antropologiæ; Albertus Pius
Carporum Comes in Poſtilla ad Eraſmi Epiſ-
tolam; Cornelius Schultingius in Quæſtione
de Cardinalatu S. Hieronymi, ad Hierony-
mianam Confeſſionem; & Remundus Rufus E
iurium doctor in doctiſſima ſua defenſione
pro Pontifice Maximo, Cardinalibus, Epiſ-
copis totoq; Ordine ſacro in Carolum Mo-
linæum. Vbi & tria, munus nimirum, ori-
ginem nominis, & inſignia Cardinalium di-
ligenter explicans hæc ſcriptis proſequitur:
Munus quidem ipſum ortu ſuo æquale eſt
Presbyterio, & Diaconatui, quod intellexi-
mus iam dudum ex Ignatio, qui vixit Apoſ-
tolorum temporibus, in Epiſtola ad Tralli-
anos. Quid eſt, inquit, Presbyteriū, niſi inſti-
tutio Sancta Conſiliarij, & confeſſoris Epiſ-
copi? Quid Diaconi niſi imitatores Chriſti
miniſtrantes Epiſcopo? Iſtud autem eſt mu- F
nus Cardinalis, quod nemo negatit, & Mo-
linæus ipſe fatetur. Concilium item Cartha-
ginēſe quartū Canone vigeſimoquinto, quod
eſt in Gratiani diſtinctione nonageſimaquin-
ta tranſcriptum. Epiſcopus (inquit) in Ec-
cleſia in conſeſſu Presbyterorum ſublimior
ſedeat, intra domum verò collegam Preſ-
byterorū ſe eſſe, cognoſcat. Et hæc quidem
de munere. De nomine verò iſta comperta
habemus ex Auguſtino libro primo, de Bap-
tiſmo cōtra Donatiſtas, capite ſexto; Vbi Au-
guſtinus Cardinales Donatiſtarū vocat grā-
dioris partis Presbyteros, quę pars Cartha-
gine erat, eiuſq; Epiſcopus ille Primianus G
(Carthaginenſem enim ſępenumero intel-
leximus Afrorum Primatum, Primatem eſ-
ſe, vt vulgò dici ſolet) Ex Auguſtino igitur
diſcimus Cardinales Presbyteros, vel Dia-
conos, non omnium quidem Epiſcoporum,
ſed primę & maioris Sedis. Diſtinguebātur
ergo magnitudine Epiſcoporum ſuorum, Preſ
byteri iſti, ab alijs aliorum Epiſcoporum: ge-
nere quidem omnes Presbyteri, Conſiliarij,
Confeſſores Epiſcopi, & commune munus
iſtud omnium: At non omnes Cardinales,
vt nec omnes maiores Epiſcopi. Cardinalis
enim nil niſi Presbyter erit, vel Diaconus pri-
marum ſedium, præſertim primates primatū. H
Et ante Auguſtinum nomen iſtud fuiſſe ex
Concilio Romano a Sylueſtro circiter annū
trecenteſimum vigeſimumquintum habito in-
telligitur, capite ſexto. Diaconi (ait) Cardi-
nales Vrbis Romæ ſunt ſeptem. Non eſt itaq;
nouum, & recens Cardinaliū vocabulum; vt
iam milleſimā centeſimam ætatem ab Augu-
ſtino, qui illa ſcripſit, ſuperet, & a Sylueſtro mil
leſimā ducenteſimā.] Hæc Remundus, apud
quem & multa alia, eruditiſſima quidem, atq;
acuratiſſima de vi nominis atq; Cardinalium
inſignibus leguntur. De eodē argumento li-
ber Antonij Scappi Iuris Conſulti Bononiēſis
extat Gregorio decimoquarto dedicatus.

A Paulus quoq; Borgasus Feltrensis, Episcopus Nemosiensis in tractatu de Irregularitatibus, & impedimentis Ordinū, Officiorum, & Beneficiorum Ecclesiasticorum, parte sexta, De origine Cardinalium prolixè varias diuersorum commemorat opiniones, vbi primum ortum Cardinalium refert ad tempora Pontiani Papæ, qui floruit anno Domini ducentesimo trigesimo septimo, & fuit decimusnonus in ordine post Petrum, vel ad Marcelli Papæ ætatem, qui fuit trigesimus primus post Petrum, & vixit anno Domini ducentesimo nonagesimoquarto. Sed fallitur Paulus, quia non authores, sed amplificatores eiusmodi Titulorum fuerunt dicti Pontifices, quemadmodum Damasus, & Platina testantur.

B Polidorus Virgilius de Inuentoribus rerum lib. 4. cap. 9. ad Euaristum, seu Eucharistum, natione Græcum, a patre Bethlemita Bethlemiten cognominatum, qui floruit anno Domini centesimo duodecimo primam Cardinalium originem refert. De eadem Guido Archidiaconus in Commentarijs in sextum iuris Pontificij librum, & Franciscus Zabarella Cardinalis: quorum omnium testimonijs atq; authoritatibus, quàm inepta, & falsa Erasmi, Caluini, & aliorum opinio sit, qua Hieronymi ætate, ne nomen quidem Cardinalis auditum

C fuisse iactant, satis perspectum est. Quod si adhuc hoc verùm esset, ad quid per inanem logomachiam de verborum apicibus litigandum, cùm de ipsa re liquidissimè constet?

PROPOSITIO II.

Minus sępe antiquis temporibus personas Cardinalat' dignitate donatas cōsueuit Ecclesia Cardinales appellare. Habetur ex illis comperta propositio, quæ passim in Breuiario Romano leguntur. Enimuerò quoties Summorum Pontificum in eo ordinationes enumerantur, toties Cardinalis nomen supprimitur,

D etiam si indubitatissimum sit, quàmplures ad eiusmodi dignitatem ipsos mer assumpsisse. Ordinationes verò ab illis habitæ hac verborum forma recenseri solent. Fecit. N. ordinationes duas, quibus creauit presbyteros decem, Diaconos sex, Episcopos per diuersa loca vndecim; Vbi & Presbyterorum appellatione S. R. E. Sacerdotes Cardinales: Diaconorum verò S. itidem R. E. Cardinales haud Sacerdotes designari ex ipsa ordinationis serie, in qua Episcopis præponuntur, quemadmodum propositione superiori constitit, nemini dubium est.

2 Sed, & idem ex officio S. Laurentij Martyris auspicari licet, in quo ne verbum quidem de Cardinalatu eius, etiãsi pro certo haben- E dum sit fuisse eundem S. R. E. Cardinalem diaconum, siue quod Summo Pontifici celebranti ministraret, siue quod Ecclesiæ Thesaurarij munere fungeretur. Defferebatur autem officiosa eiusmodi Prouincia solis Cardinalibus.

3 Manifestius hoc ipsum ex Tomo primo capite septimo Conciliorum, in quo & hæc adamussim leguntur, habetur; nimirum: Syxtus (tertium eius nominis intellige) Episcopus Vrbis Romæ conuocauit vniuersam Synodum Episcoporum, & Presbyterorum Romanorū, Clerosq; in Basilicam Constantinianam, & ibi sedens cum Episcopis, Clerosq; de omni Vrbe F Roma astante. Sedentibus itaq; octoginta vno Episcopis, & quadraginta octo Presbyteris, & sex Diaconibus, cum alijs, quæ ibidē sequuntur: quibus per Presbyteros Cardinales sacerdotes, per Diaconos verò, Cardinales æquè non Sacerdotes euidenter indicari, neminē arbitror esse, qui nō videat. Sed, & hoc ipsum ex sequentibus ibidem perspicuū habetur, cū nō longè post multa subdatur. Ordinauit aūt vniuersa Synodus, & elegit de suo ordine tres Episcopos, Castum, Felicem, & Abundium, & tres Presbyteros Vrbis Romæ, Archidamū, Petrum, & Demetrium, & duos Diaconos ciues Romanos, Lollianum, & Leonem, & mi- G sit eos Hierosolymam. Prosequitur item Concilij eiusdem Scriba, vel compilator cœptam iam narrationem, & capite octauo: Subscripserunt (inquit) omnes in eius damnationem Episcopi numero septuaginta sex, & duo Diaconi Cardinales Romani, & tres Presbyteri, & tres Episcopi, qui directi fuerant, concluserunt subscribentes in eius damnationem. Tamquam igitur in clarissima luce versatur, quos paulò superius simplices Diaconi commemorati sunt, eosdem & Cardinales non multò post fuisse nuncupatos.

PROPOSITIO III. H

Hieronymi tempestate rubeis pileo, ac vestibus S. R. E. Cardinales non vtebantur. Manifestum ex Ecclesiasticis historijs assertū habetur, in qu bus de vtrorumq; concessionibus constat. Innocentius enim quartus, anno Christi millesimo ducentesimo quadragesimoquarto in Concilio generali Lugdunensi, in Vigilia Natiuitatis Domini, creatis duodecim Cardinalibus iuris eminentissimis, concessit eisdem purpurę vsum, & pilei rubei insigne. Platina in Vita eiusdem, & referunt Chronistæ, Cassanus in Catalogo Gloriæ mundi, conclusione quarta, & Marcus Antonius

A tonius Marsilius de Columna, in tractatu de
redditibus Ecclesiasticis, cap. decimotertio,
numero trigesimosexto. Vltimo verò loco.
Paulus secundus eisdem Cardinalibus concessit
vsum purpuræ in birreto, vt per eundem
Platinam in Vita eiusdem, & præfatum Marcum
Antonium Columnam loco citato, certis
promitur. Et quamuis eiusmodi purpuræ
vsus, siue in vestibus, siue in pileo ante præfatorum
Pontificum tempora prohiberetur,
permitteretur(q)ue ijs tantùm Cardinalibus, qui
vltrà mare Legationibus perfuncti fuissent,
quorum, & insignia, vestes rubeas fuisse, palafrenum
album, & calcaria deaurata tradunt
B Hostiēsis, capite antiqua. de priuilegio, quod
est Innocentij IV. & Antonius de Butrio ibidem:
sic tamen deinceps omnes eiusmodi decuit
vestium colore cohonestari, quo & eorundem
vitæ propositum perspicuè omnibus
demonstraretur. Nec enim ad splendoris decorem,
vel admirationis excitationem, sed ad
sanguinis effusionem, ad quam se peculiari
quadam ratione pro Christo atq; Ecclesia obstringunt
præsignandam, vestium vsus, & color
donatus est: quo nimirum illis semper
votum, quod spondent, coloris eiusdem
purpurei symbolo ante oculos versaretur.
De quo & in Cæremoniali Sanctæ Romanæ
Ecclesiæ (cum nimirùm illis nuper
C creatis Summus Pontifex galerum imponit)
sub hac verborum forma, videlicet. *Ad Laudem
Omnipotentis Dei, & Sanctæ Sedis Apostolicæ
ornamentum, accipe galerum rubrum, insigne
singulare dignitatis Cardinalatus, per quod
designatur, quod vsq; ad mortem, & sanguinis
effusionem inclusiuè, pro exaltatione Sanctæ Fidei,
pace, & quiete populi Christiani, augmento,
& statu Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ te
intrepidum exhibere debeas. In nomine Patris
✠ & Filij, & Spiritus sancti. Amen.* Hucusq;
Cæremoniale. Quamuis ergo Plurimū
decoris, ac pulchritudinis indumentum præseferat,
hoc tamen illi accedit, vt propterea id
D posteriore loco. ratio autem ipsius coloris
inprimis habeatur.

PROPOSITIO IV.

Hieronymus simplex primùm fuit Presbyter
ordinatus. Non vehementer in
propositionis huius comprobatione elaborandum,
cùm vnanimi omnium consensu affirmetur,
desumatur(q)ue ex Vita eiusdem, quam
singulis annis in eius die festo legit Ecclesia.
Extant de hac ad Presbyteratum ordinatione
Antiochena, Epistolæ sexagesima, & sexagesimaprima
apud eūdem Hieronymum Tomo
secundo: factam(q)ue anno ætatis eius trigesimo B
astruit Marianus Victorius in Vita: antequā
nimirum Romam ad Damasum Pontificem
cum Paulino, & Epiphanio proficisceretur.
At de huiusmet ordinationis tēpore exactius
alibi.

PROPOSITIO V.

FVit, & postmodum Hieronymus Presbyter
Romanus creatus. Testimonio Adonis
viri Sanctissimi, qui claruit anno Domini
millesimo septuagesimotertio, roboratur assertū:
in Martyrologio enim, quod edidit: Hieronymus
(inquit) vestē Christi puer Romæ F
suscepit, ibi litteris Græcis, ac Latinis apprimè
eruditus est. Postquā antē omium mundanarum
studium litterarum adeptus est, probatissimorum
quoq; Monachorum habitum,
factum(q)ue imitatus est, Romanæ Ecclesiæ postmodum
Presbyter ordinatus. Hęc Ado, quæ
pariter recipit, atq; recensét Aloysius Lippomanus
Tumo quarto. Idem in Breuiario fratrum
Prædicatorum posteaquam ab Apocryphis
ex decreto Iulij tertij Salmanticę expurgatum
est, ad Clementis vsq, octaui recognitionem
perlectum est: videlicet: Hieronymus
ingenti doctrina, ac Sanctitate celebris Romā
reuocatur, ac Presbyter efficitur. Nec est, G
quod quispiam de simplici Presbyteri ordinatione
dictum hoc suspicetur. Enimuero iam
supra propositione quatra, de pręcedenti ordinatione
Antiochena ad eiusmodi Presbyteratum
constitit.

2 Firmatur præterea idipsum, roboratur(q)ue Tom. 9. Epist. 52.
ex his, quos Damasus Hieronymo scribens titulos
vsurpauit, videlicet. Damasus Fratri,
& Compresbytero Hieronymo.] De quibus
in calce eiusdem Epistolæ. Peto ergo (inquit)
per fratrem, & Compresbyterum nostrum Bonifacium,
vt iubeat Fraternitas tua rei huius
nobis aperire vestigia.] Si itaq; Damasi Compresbyter,
& Frater Hieronymus, consequens H
etiam est, vt ex numero Presbyterorum Romanorum
is quoq; foret, cum ille æquè antequam
ad Summum Pontificatū promoueretur
ex eisdem esset. Sed, & Bonifacius in ipsa
Epistola Compresbyter memoratus Romanus
& ipse Presbyter ex Vita propria conuincitur,
cum post Zosimum sedem eandem obtinuerit.
Confirmatur idem ex Epistolæ Concilij
Africani ad eundem Bonifacium primum Vrbis
Romæ Episcopum verbis: Quoniam Domino
placuit, vt de his, quæ nobiscum egerūt,
Sanctificatus nostri Coepiscopus Faustinus, &
Compresbyteri Philippus, & Asellus:] quos
Compresbyteros Concilium appellat, paulò
supe-

A superius Presbyteros Romanos ordinatos, dictoq; Concilio pro Bonifacio præfuisse constat. Nullos præterea, quauis dignitate, aut honore fulgentes viros Summus Pontifex, præter S. R. E. Cardinales vocare fratres consueuit, quippe qui, vt Augustinus de Ancona libro, de potestate Ecclesiæ tradit, apud eundem se habeant, sicut Apostoli ad Christum, qui eosdem in Euangelio Fratres nominauit, illis verbis: *Ite, nuntiate Fratribus meis:* Et alibi sub Persona eiusdem Dauid in Psalmo: *Narrabo nomen tuum Fratribus meis:* eo igitur dignitatis gradu vt insignitus esset Hieronymus, dicendum est, qui eiusmodi honoris titulo responderet. Certè, & impræsentiarum vsq;, cùm idem Summus Pontifex, aliquos ad eiusmodi dignitatem promouet, hac verborum forma vtitur dicens: *Estote Fratres mei, & Principes mundi.* Sed reclamabit quispiam, Damasi ipsam minimè esse Epistolam, quemadmodum neq; illi alteram adiacentem Hieronymi: Communi namq; scriptorum iudicio vtraq; tanquam spuria, & suppositia in Tomum nonum coniecta est. Non diuertamus nunc a proposito, cum præsertim de illis in Recensionibus agendum sit, authorumq; eorum esse, quos proprij tituli præseferunt pariter ostendendum.

Matt. 28. Psal. 21.

C 3 Deniq; aduersus Iulianum Pelagij sectatorem Augustinus Hieronymum testem inducens: Nec Sanctum (inquit) Hieronymum, quia Presbyter fuit, contemnendum putes] Cæterùm Presbyteri nomine Romanum ibi Presbyterum esse accipiendum suadetur ex his, quæ ipsemet Iulianus Orthodoxę Ecclesię impingere nixus est: Zosimum nimirum Papam, virum Sanctissimum, totumq; Romanũ Clerum præuaricatum fuisse; quos & multis alijs calumnijs exagitans, satis ostendit, non toti Clero, Presbyterisq; omnibus indistinctè, sed Romanis tantum derogasse. Vt propterea optimo iure Augustinus Hieronymum nõ contemnendum ab eodem Iuliano asseruerit,
D etiamsi omnibus perspicuum foret fuisse eundem Præsbyterum, Romanum videlicet. De hoc alibi. Tempus verò huiusce Ordinationis trecẽtesimus octogesim⁹ quart⁹ Christi annus conuenienter accipitur, quo nimirum, & totus in Romanæ Ecclesiæ negotijs ipsemet Hieronymus versabatur. De hoc item supra, & plenius in sequentibus.

Lib. 1. cõtra Ep. Pelag. ad Bonif. pp.

Cap. 20.

PROPOSITIO VI.

PResbyter Romanus, siue Romanæ Ecclesiæ, & S. R. E. Cardinalis in sensu non differunt. Perspecta satis propositio habetur

E ex his, quæ propositione prima, atq; secunda explicata sunt. Confirmatur rursus tamen ex Concilijs sub Siricio nec non Gregorio magno habitis. Enimuero omnes, qui illis interfuere Cardinales, Cardinalis nomẽ in subscriptionibus suppressisse leguntur. Vt etiam propterea hac verborum forma singuli vsi sint, videlicet. Ego Ludouicus S. R. E. Presbyter Titulo Sancti Laurentij me subscripsi] similiter & Cardinales Diaconi. Ego. N. S. R. E. Diaconus Titulo S. N. me subscripsi] nec vnquam in eiusmodi subsignationibus Cardinalis alicuius fit mentio. Imo in Concilio Nicæno duo illi Cardinales, qui eidem pro Syluestro
F præfuerunt, non aliter subscripsisse ex eiusdem Actis habetur, nimirum: Victor, & Vincentius Præsbyteri Vrbis Romæ pro Venerabili viro Papa, & Episcopo S. Syluestro subscripsimus ita credentes, sicut supra scriptum est. Huiusmet argumenti aliud in Liberij Actis capite secundo legitur testimonium, quod vtiq; Baronius vsurpans Tomo quarto Annalium sub Christi anno trecentesimo sexagesimo septimo ita retulit. Nolite (*scribentis Liberij verba sunt*) timete, quoniam ecce fratrem, & Presbyterum Damasum, cuius testimonium vos mihi perhibetis &c.] Porrò Damasum a Felice ante Presbyterum Cardinalem ordinatum
G constat ex Marcellino, de Schismate Vrsicini. Postremò Hieronymi verba in tertium Isaiæ caput, a Gratiano æquè decimasexta, quæstione prima relata, ad hoc idem sunt. hæc namq; ibi idem Hieronymus litterarum monumentis consignauit. Ecclesia habet Senatum, cœtum Presbyterorum: Senatum quoq; Romani habent, cuius consilio cuncta agebant, & nos habemus Senatum nostrum, cœtum Præsbyterorum, quæ communiter de Collegio S. R. E. Cardinalium dicta intelliguntur: Cum, & eisdem Constantinus Magnus authoritatem Senatorum concesserit, ex capite Constantinus, distinctione nonagesima sexta, vbi, & idem ita
H decernit. Viris etiam diuersi ordinis Reuerendissimis Clericis S. R. E. seruientibus illud culmen singularis potentiæ, & præexcellentiæ habere sancimus, cuius amplissimus noster Senatus videtur gloria adornari.]

PROPOSITIO VII.

FVit Hieronymus S. R. E. Presbyter Cardinalis ordinatus. Confirmatur inprimis propositio vniuersali fermè Scriptorum omniũ consensu, mox rationibus ab authoritate acceptis. Triplici autem ordine studiosi, fautoresq; authores distinguntur. In prima serie coæui eidem Hieronymo numerantur,

in

A in ſecunda veteres; In tertia recentiores. Ex
primis Cyrillum Hieroſolymorum Epiſcopum
Sancto viro neceſſitudine coniunctiſſimũ pro-
fert Alphonſus Ciaconus. Porrò Cyrilli eiuſ-
dem teſtimonium huiuſmodi eſt. Hierony-
mus dum in Romana adhuc Vrbe eſſet, ons
Papæ Damaſi, & Sacræ Bibliothecæ ſcruta-
tor, diuinorum diſertor voluminum: dum per
triennium continuò charus, acceptuſq; po-
pulis veneraretur, omniumq; iudicio Ponti-
ficatu dignus decerneretur, ordinatuſq; a
præfato Papa Presbyter Cardinalis fuiſſet,
quidam ex Clericorum, Monachorumq; or-
dinibus pro petulantia, ingluuieq; diſcurſan-
B tes ad effugandum de Vrbe eundem Hiero-
nymum, qui vitorumq; ſcribens vitia, eos re-
præhenderat, inſidias parauerunt.] Hucuſq;
Cyrillus apud Hieronymum, in Vita eiuſdẽ,
quam perperam ſub incerto authore editam
affirmat idem Ciaconus. Sanctus etiam Pe-
tronius Epiſcopus Bononienſis, qui circa Do-
mini annum quadringẽteſimũ quadrageſimũ
floruit, idipſum in tractatu Apophtegmatum
Selectorum Sanctorum Patrum, qui Manu-
ſcriptus extat hiſce teſtatur. Hieronymus
(inquiens) vir in omni doctrinarum genere
abſolutiſſimus S. R. E. Presbyter Cardinalis,
cùm ab æmulis ſuis accuſaretur ex volumini-
C bus Origenis innumera in ſua tranſtuliſſe ope-
ra, dixit. Laus, quæ debet Origeni afferri, ma-
xima eſt, & cum illum in meis operibus imi-
tatus ſum, illum imitari propoſui, quem no-
bis, & omnibus prudentibus placere minimè
vereor.] Hæc ipſæ. Quibus, & S. Auguſtini
verba, Sermone vigeſimo quinto ad Eremitas
adſtipulantur, quibus ait. Legimus Sanctum
Patrem Hieronymum Cardinalem fuiſſe in
Eccleſia S. Laurentij Martyris.] Quamquam
igitur verum ſit, tria hæc ſub nomine eiuſmo-
di Patrum pro ſua opinione, quæſtione propria
De Cardinalatu S. Hieronymi Ciaconum af-
ferre teſtimonia: non tamen illius ego ſenten-
D tiæ ſum, vt propria eorum, ab eiſdemq; verè
dimanata contendam. Enimuerò quod ad
primo loco allatum attinet, Cyrillum Hiero-
ſolymorum Epiſcopum, ante ipſummet Hie-
ronymum longè diem clauſiſſe extremum ex
Hieronymi libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis
conſtat. Neq; de Petronij præallegato opere
apud quempiam, Gennadiumq; præſertim
mentio habetur, vt iure propterea optimo pro
incerto incognitoq; illud cenſendum ſit. Do-
ctorum poſtremò Louanienſium, aliorumq;
doctiſſimorum virorum ſententia, Sermonum
eiuſmodi liber a germanis Auguſtini ſcriptis
reijcitur. Igitur niſi ſub eiuſmodi Patrum no-
mine teſtimonia in medium prolata vim ha-
bent, valeant ſaltem vt antiquiſſima, a vetuſ- E
tiſſimiſq; monumentis cõſignata Scriptoribus.
Quis etenim vnquam in Auguſtini atq; Hiero-
nymi manuſcriptis toto orbe diffuſis exẽpla-
ribus Recentioris cuiuſpiam immixta ſcripta
ſuſpicetur?

Porrò in ſecundæ atq; tertiæ claſſis recen-
ſendis authoribus diligens adeo idem Ciaco-
nus mea ſententia fuit, vt ad eiuſdem ſtudium,
cuiuſcunq; alterius laborem ſuperuacaneũ ar-
bitror. Gratias itaq; eidem quod multo nos
ſudore prohibuit agentes, hic propria texui-
mus verba, quibus ſcribit. Ad alios mediæ
claſſis authores accedamus, qui inter vetuſtiſ-
ſimos, & recentiores medij collocantur. Inter F
hos primus ſe ſe offert Ioannes Kelde Pariſien
ſis Theologus, qui vixit anno Chriſti milleſi-
mo ducenteſimo, in eo libro, quem de Vitis
Sanctorum inſcripſit, Beati Hieronymi me-
minit in hæc verba. Hieronymus ſub ſex Pon-
tificibus fuit Romæ, & Cardinalis in Eccleſia
S. Laurentij. Vnde cum Romanos repræhen-
deret de Auaritia, deriſus ab eis, Roma egreſ-
ſus eſt cum Paula, & Euſtochio, quas in fide
erudierat. Item Vincentius Beluacenſis Or-
dinis Prædicatorũ vir inſignis, qui floruit anno
Chriſti milleſimo ducenteſimo quadrageſimo
quarto, lib. decimoſexto Speculi hiſtorialis,
capite decimo octauo. Diuum Hieronymum G
cùm ætatis triginta nouem eſſet Presbyterum
Cardinalem Romæ ordinatum aſſerit. Idem
quoq; affirmat Ioannes de Columna hiſtoricus
Romanus Ordinis Prædicatorum, & Archie-
piſcopus Meſſanenſis, qui vixit anno Chri-
ſti milleſimo treceteſimo. Sub Theodoſij
(inquit) Imperio, multi viri claruerunt inſi-
gnes, & imprimis B. Hieronymus, qui ex
Dalmatiæ partibus filius Euſebij fuit, qui Ro-
mam veniens ibi Baptizatus eſt, & paulo poſt
anno ætatis ſuæ trigeſimo nono Presbyter Car-
dinalis eſt creatus. Ioannes item Andreas Bo-
nonienſis Iure conſultus, qui vixit anno Chri-
ſti milleſimo treceteſimo, vrgenti deuotione H
(vt ipſe fatetur) edidit librum, quem inſcripſit,
Hieronymianum opus, qui liber in Bibliotheca
aſſeruatur Vaticana, inibi namq; legitur: Hie-
ronymus cum eſſet annorum triginta no-
uem Cardinalis Presbyter ordinatus eſt ad
Titulum S. Anaſtaſiæ. Ioannes item Turre-
cremata Ordinis Prædicatorum Cardinalis
Sabinenſis, qui floruit anno Chriſti milleſimo
quadringenteſimo quadrageſimo in quæſtio-
nibus, quas ſuper Euangelia totius anni diſpu-
tauit, & in Summa Eccleſiæ, Libro primo,
capite octogeſimo tertio. Latiſſimè probat
S. Hieronymum Presbyterum Cardinalem S.
Anaſtaſiæ a Liberio Papa fuiſſe creatũ, diluitq;

A singulas obiectiones, quæ ab aliquibus in con-
trarium afferuntur. Author etiam Sequentię,
quæ in missa ipsius S. Doctoris in Ecclesia ca-
nitur, quam puto antiquiorem esse, quàm de-
beat in numero Authorum mediæ classis ad-
scribi, eam effert sententiam. Cardinalis
(inquit) post effectus ad orientem profectus
est abiecto onere.] In lectionibus item Vitæ
ipsius, quæ leguntur, & dicuntur decerptæ ex
Augustino, Damaso, Gregorio, Gelasio idem
habetur: Hieronymum fuisse Romæ Presby-
terum Cardinalem. Et ne molesti procedа-
mus de Authoribus mediæ classis, hucusq;
satis.

B Veniamus ad Recētiores, quos in extrema
classe collocauimus, quorum primus occurrit
Ioannes Nauclerus Præpositus Tubigensis,
qui vixit anno Christi millesimo quingente-
simo in secundo suæ Chronologię libro, Ge-
neratione decimaquinta. Hieronymū Doc-
torem Sanctissimum, Romanæ Ecclesiæ Pres-
byterum Cardinalem profitetur. Philippus
itē Bergomensis Ordinis Eremitarū S. Augu-
stini, qui vixit anno Christi millesimo quadrin
gentesimo nonagesimotertio in nono Libro
Supplementi Chronicorum, eiusdem est cum
superioribus sententiæ. Consentit Marcus
Antonius Sabellicus libro nono Aeneadis sep-
C timæ, Presbyterum Cardinalem Romæ Hie-
ronymum nominatum. Andreas item Bar-
batia Syculus, patria Messanensis insignis Iu-
re Consultus, in Tractatu de præstantia Car-
dinalium quæstione prima, communem fore
ait opinionom Hieronymum fuisse Presbyterū
Cardinalem; scripsit autem illum tractatum
ad Bessarionem Nicęnum S. R. E. Presbyte-
rum Cardinalem Tusculanum, tunc Bononiæ
Legatum, anno Christi millesimo quadringē-
tesimo septuagesimo, Philippus præterea Pro
bus non ignobilis, nec contemnendus au-
thor in Sexto Decretalium, Tractatu de Hæ-
reticis, capite: Per hoc. in sententiam aliorum
D descendit. Claudius a Rota Doctor Theo-
logus Ordinis Prædicatorum in Vita ipsius
Hieronymi subscribit sententiæ etiam supe-
riorum. Laurentius item Massorilus Fulgi-
nas in Hymno Sancto Hieronymo dicato sic
canit.

Hunc tantum aspiciens generosi Pastor ouilis
Fulgere Cardineo fecit honore virum

Hæc Ciaconus de vtriusq; classis Autho-
ribus, quibus si placet, Pauli Borgasi Sum-
mi Chronistæ, Doctissimiq; viri adde te-
stimonium, loco enim supra propositione
prima allegato, Hieronymnm Cardinalem
Presbyterum nominare non veretur. Ad idē
Cornel j Schultingij in Dedicatoria primę par

E tis Hieronymianę cōfessionis, Gregorio XIII.
Summo Pontifici, & in propria De Cardina-
latu S. Hieronymi quæstione assertio est, qua
& eundem Presbyterum Cardinalem affirmat
& tuetur. Deniq; Alphōsi Vuillegæ, noperti-
mi atq; probatissimi authoris in libro de Vi-
tis Sanctorum consensus accedit. Hierony-
mi nanq; in eo vitam describens, reuera
Cardinalitij honore insignitum eundem con-
tendit. Sed do his satis.

Argumentis deinde ab authoritate ductis
ipsamet proposita assertio vim acquirit; quòd
inprimis Cardinales a cardine dicantur. Vn-
de & Summus Pontifex creatis ijsdem in pu-
F blico Consistorio, hisce eosdem alloquitur:
Vos successores Apostolorum circa thronum sede- Ex Cære. S.R.E.
bitis: Vos Senatores Vrbis, & Regum similes,
eritis veri mundi Cardinales, super quos Mi-
litantis ostium Ecclesia voluendum, ac regendū
est. Idipsum habetur ex Anacleto vigesima-
secunda distinctione. *Sancta Romana Ecclesia*
circa finē. Vbi Cardinales cardines ostij Sā-
ctæ Ecclesiæ dicuntur: quia sicuti ostium re-
gitur Cardinibus, ita Ecclesia Cardinalibus.
Cæterùm hosce Orbis Cardines Hieronymus
ab ipsa Ecclesia singulis annis in eius die Fes-
to illustrare asseritur in Hymno ad Nocturnū,
carminibus hisce, videlicet:

G *Illustras Orbis Cardines*
Diuinus iste Lucifer

Ex illorum igitur collegio fuisse, censendus.

Fuisse præterea Hieronymum Presbyterū
Cardinalem inde conijcitur, quòd Auditora-
tus Generalis Sanctæ Ecclesiæ munere is fun-
geretur. Haberurq; de hoc ipso proprium
eiusdem testimonium Epistola vndecima ad
Ageruchiam, quo ita testatur: Ante annos
plurimos, cùm in chartis Ecclesiasticis iuua-
rem Damasum Romanæ Vrbis Episcopum,
Et Orientis atq; Occidentis Synodicis consul-
tationibus responderem.] Et re vera Summo
H Pontifici non seruire, sed eundem in partem
Ecclesiasticæ Gubernationis Opera, atq; con-
silio iuuare: decernere insuper de his, quæ
sunt fidei, quid credendum, quiduè non cre-
dendum, adeo vt ipsamet circa Synodicas
Consultationes decreta, tum Orientalis, tum
Occidentalis Ecclesia, vti Spiritus sancti ora-
cula excipiat, teneat, ac veneretur simplicis
Sacerdotis non esse munera, sed præstantissi-
mi Cardinalis, neminem arbitror esse, qui non
videat.

Sed, & firmissimnm aliud subministrant
nobis argumentum propria eiusdem verba ad
Asellam Virginem, quibus ait: Antequam do- Epist
mum S. Paulæ nossem totius in me Vrbis stu-
dia consonabant, omnium penè iudicio di-

gnus

A gnus Summo Sacerdotiu decernebar.] Si igi-
tur in ipsa Vrbe, Pontificio totus subiectus
oneri Hieronymus (vt dictum est) Pontifica-
tu dignissimus, in Damasiq; locum post eius-
dem è vita discessum subrogandus acclama-
tur, vtiq; etiam Presbyterum tunc Cardina-
lem illum fuisse necessario consequitur, cum
nemo præsertim ea ætate ad Pontificatum as-
sumeretur, qui Cardinalis, siuè Presbyter, siuè
Diaconus antea Romanus non fuisset initiatus.
Manifesto sanè hoc declaratur exemplo: quan-
doquidē sex successiuè Pontifices ante Dama-
sum, videlicet, Marcellus, Melchiades, Sylue-
ster, Marcus, Iulius, Liberius, & octo post eun-
B dem, Siricius nimirum, Anastasius, Innocen-
tius, Zosimus, Bonifacius, Celestinus, Sixtus,
& Leo Magnus, Cardinales omnes antea, siuè
Presbyteri, siuè Diaconi, Petri deinceps Ca-
thedram tenuerunt.

Addatur S. item Augustini testimonium ex
eiusdem Epistola, apud Hieronymum nonage-
simaseptima a Gratiano in decretis, capite
Quamquam, secunda, questione prima recep-
tum, atq; in hæc verba relatum. Quamquam
secundum vocabula, quæ vsus obtinuit Episco
patus sit Præsbyterio maior, Augustinus tamē
Hieronymo minor est. Vbi Glossa Hierony-
mum fuisse Cardioalem testatur. Idipsum
C sensit author Glossæ finalis, capite Placet de-
cimasexta, quæstione prima. Adstipulatur in-
super Ioannes Cardinalis Turrecremanta, in
Summa Ecclesiæ libro septimo capite octo-
gesimotertio super allatum caput: Quamquā,
Episcopatus sit Presbyterio maior, scilicet Or-
dine, Augustinus tamē Hieronymo minor est,
administratione scilicet, & dignitate, quoniam
Hieronymus Presbyter Cardioalis fuit, & om-
nis Presbyter Cardinalis maior est quolibet
Episcopo non Cardinali, vt quidam dicunt, &
refert Vgo in Glossa:] hęc dictus Turrecrema-
ta. Addit Ciaconus. Episcopi nomen, Ordi-
nis potius, & officij esse, quàm dignitatis, licet
D vtrunq; concernat: Cardinalis verò dignitatis
tantum insigne, non Ordinis. Vnde, & Sum-
mus Pontifex cum Ordinem vult exprimere
Episcopum se nominat, cum verò dignitatem,
Papam, vel Summum Pontificem, quòd ea
dignitate cunctis emineat, & vniuersa ei pare-
at Ecclesiastica potestas, propterea Hierony-
mum Augustino fuisse maiorem dignitate.
Porrò Cardinalium dignitas supra Episcopa-
lem ex eo haurienda mihi videtur, quòd Epis-
copi ad alicuius Ecclesiæ peculiaris administra
tionem assumuntur, Cardinales verò Summo
assistunt Pontifici, illiq; adhibentur ad regi-
men vniuersalis Ecclesiæ. Arctiori insuper
Episcopis vinculo obstringuntur ad sanguinē,
vitamq; ipsam pro Christo eiusq; Ecclesia E
profundendam, quòd æquè vinculum purpu-
reo illo colore, quo vtuntur aptissimè decla-
ratur. Et re vera, quò cæteris ipsi capiti, hoc
est Sūmo Pontifici proximius hærent, eò & in
vinculo arctius Episcopis obstringuntur, etiā si
vtriq; pro ouibus animam ponere teneantur.
Hac ipsa fermè ratione Augustinus de Anco-
na, author millesimi trecentesimi in sua Sum-
ma De potestate Ecclesiæ vtitur. Cardinales
(inquiens) Et Episcopi habent se, sicut exce-
dentia, & excessa: quia in dilectione Dei vi-
dentur Cardinales perfectiorem tenere statū,
quàm Episcopi. Cardinales quippe repræ-
sentāt statum Episcoporum assistentiū Chris- F
to, & contemplationi vacantium: Vnde si-
cut Seraphim ardentes interpretantur, qui
assistētes Deo viciniores sunt incensi charita-
te Dei: ita Cardioales statum assistentium
repræsentantes dicuntur esse ardentes in Dei
charitate. Episcopi vero, qui statum Apos-
tulorum repræsentant, vt missorum per Or-
bem ad prædicandum, curam animarum ha-
bentes in charitate proximi, dicuntur omnes
alios præcellere, & alios ad ipsam inflam-
mare. Sicut ergo dilectio Dei est perfectior
dilectione proximi, ita status Cardinalium,
qui ordinatur ad dilectionem Dei perfectior
est statu Episcoporum, ordinato ad proxi- G
mi dilectionem.] Ita Augustinus.

Deniq; non video quid Hieronymi Pres-
byteratui Cardinalitiu obstet, cum præsertim
Damasus Pontifex in eundem potuerit illum
conferre: voluisse insuper: proindeq; con-
tulisse omnis ratio suadeat. Et quidem non
potuisse, neminem sanæ mentis arbitrur esse,
qui affirmet: enimuero nunquam tam exhaus-
ta authoritas Pontificia fuit, quominus & in
nouos Titulos Ecclesias erigere, & pro mor-
tuis Cardinalibus alios præstantes viros sub-
rogare non posset. Nec noluisse, suspicari po-
test, qui mutuam, atq; parem inter vtrunq;
beneuolentiam spectat. Damasus, vt ex pro- H
prijs eiusdem Epistolis ad ipsummet Hiero-
nymum directis, centesimaq; inprimis, vige-
simaquarta, & centesima quadragesimaquar-
ta constat, Hieronymum vnicè diligebat, mi-
ramq; eius eruditionem, atq; ab eodem
elucubrata opuscula super Croesi diuitias æsti-
mabat. Eius in omnibus causis, & grauissi-
mis Ecclesiæ negotijs decidendis, Epistolisq;
sacris scribendis, insuper in ipsis scripturis ex-
plicandis consilio, & opera assiduè vtebatur:
Propria eidem ingenij monumenta credebat:
Habebatq; eum apud se, vti Petrus Apostolo-
rum Princeps Paulum Apostolum. Hierony-
mus vicissim Damasum omni veneratione

atq;

A atq; obſeruantia proſequebatur. Ad eius nu-
tũ plurimos Eccleſiaſtici operis tractatus edi-
dit, de quibus, & ſigillatim infra capite ſexto.
Deniq; officijs alter in alterum ita certabat,
vt vtrùm cedendum eſſet, non facilè cogni-
tu foret. Igitur, quis hoc voſ Damaſi officiũ
Hieronymo ad Cardinalatum defuiſſe credat?
Creaſſe profectò illum Presbyterũ Cardinalẽ
pro compertiſſimo habendũ; aliter non tanto-
pere illum dilexiſſe, vti explicatũ eſt, dicendũ.

PROPOSITIO VIII.

A Damaſo Summo Pontifice Cardinalis
B S. R. E. Presbyter Sanctæ Anaſtaſiæ
Titulo ordinatus Hieronymus eſt. Commu-
ni penè ſcriptorum conſenſu propoſitio reci-
pitur, quæ & coniecturis, rationibuſq; modò
ſupra allatis firmatur. Solus Turrecremata
loco iã prænotato circa ipſum promotorẽ er-
roris cæteris tribuit occaſionem, cùm eundem
Hieronymum a Liberio creatum Cardinalem
ſcripſit. Verùm de hoc ſupra in textus expla-
natione. Nec illud conſideratione dignum
eſt, quod nonnulli eum ipſum Titulo Sanctæ
Anaſtaſiæ, aliqui verò S. Laurentij Martyris
cohoneſtatum aſſerant: poteſt enim vtrunq;
fuiſſe, vt nimirum ad vnum primùm, ad alte-
C rum deinde ſucceſſiuè promoueretur: de quo
paſſim exẽpla. Quod ſi quis a Liberio Hierony
mum Cardinalitio affectum contenderet, id
quidem de Diaconatu, non Presbyteratu, con-
cedendum foret: Enimuero poſt multos annos
a Liberij obitu, de eiuſdem Antiochena ad ſim
plicem Presbyteratum ordinatione conſtat, de
qua & ſupra propoſitione quarta dictum eſt.
Cardinalitio Diaconatu Hieronymum dona-
tum, nonnullos ſenſiſſe ex Antonio Scappo,
libro de birreto rubeo, Reſponſione octaua,
numero trigeſimo octauo, & trigeſimo nono
accepi. Porrò, qui ita contenderet ad Roma-
num etiam Concilium eundem Hieronymum
D cum Paulino, & Epiphanio, non ob Eccleſia-
ſticas tantùm quorundam aliorum Epiſcopo-
rum veniſſe controuerſias, ſed ad proprij mu-
neris partes obeundas, atq; ex officio tamquã
Cardinalem acceſſiſſe, æquũ eſſet vt aſſereret.
Quod illius itidem probari poteſt teſtimonio.
Deniq; (inquit ipſe in Epitaphio Marcellæ)
cùm, & me Romam cum Sanctis Pontificibus
Paulino, & Epiphanio Eccleſiaſtica traxiſſet
neceſſitas] Cæterum altera opinio, vt dictum
eſt, communior, probabiliorq; cenſetur.

Supereſt tandem, vt oppoſitas initio con-
trouerſiæ allatas rationes explodamus. Et qui-
dem Eraſmi falſæ opinioni Albertus Pius hiſce
occurrit. Tribus, ſiuè pluribus verbis nihil re-
fert dixiſſe Cardinalis nomen fuiſſe ignotum E
ætate Hieronymi, cùm paucula nonnunquam
plus noceant multis. Non parũ autẽ (Eraſmũ
enim alloquitur) detrahebas Cardinalitię digni
tati, aſſerẽs rẽ eſſe nouiciã, nec priſcũ inſtitutũ,
quod tum falsũ, & ſi nõ nomen. Eccleſia enim
tum priſca, tũ Euangelica ſemper ſuos habuit
Senatores quod eſt videre, tum in ueteri Teſ-
tamẽto, tũ in Apoſtolorũ Actis. Pariter, &
Patriarchas, ſiue Archiepiſcopos, quod proba-
tur ex Ioanne Euangeliſta, qui cunctis Aſiæ
Eccleſiæ præfuit. Titi quoq; Cretæ Hiero-
nymus etiam meminit, Archiepiſcopi, & Ar-
chidiaconi.] hæc Albertus. Primo igitur
loco adductæ rationi quid reſpondendum ex F
propoſitionibus ſecunda, & ſexta iam patet.
Honoris præterea, ſeu Tituli, ac dignitatis,
cum Cardinalis nomen propoſitione prima,
& ſeptima aſſertum ſit (Primatium nimirum
atq; præcipuum inter cæteros Presbyteros,
vel Diaconos ſignificans) nulla omnino ra-
tione decuit Hieronymum Cardinalem ſe
aliquando appellare, vel ſubſcribere: quem-
admodum neq; hac noſtra tempeſtate, quem-
piam in ſubſcriptionibus Titulos, quibus deco
ratur, exprimere conſueuiſſe animaduertimus.
Sequenti item rationi reſpondetur propoſitio-
ne octaua. Quod verò de Ordinatione Antio-
chena ſubditur, Hieronymi Cardinalitio non G
contradicit; multos enim, quàmplurimoſq;
legimus aliàs Sacerdotes ordinatos, ad Car-
dinalatũ aſſumptos. Nec quod vltimo loco ad-
ducitur, vrget, quandoquidem iam ſatis ſupra
propoſitione ſecunda explicatum eſt, nõ fuiſſe
tunc in vſu eiuſmodi Cardinalis nomen; Imo
nec ſub Gregorio Magno, qui centum poſt
annos a Gelaſio ſedit, frequẽtari cœpiſſe pro-
poſitione ſexta comprobatum eſt. Quod ſi
rem attentius perſcrutari voluerimus, non om-
ninò verum fuiſſe, ſingulos in ipſo capite [San-
cta Romana Eccleſia] propriorum graduũ Ti-
tulis authores introductos comperiemus. Siqui
dem Sedulius atq; Oroſius Preſbyteri in eo H
minimè appellantur, & tamen Preſbiteros fuiſ-
ſe, perſpicuum eſt. Cùm ergo ſimplices ibi
Sacerdotes Preſbyteri Titulo haud decorẽtur,
ſed Hieronymo tantùm deferatur, retorquen-
da potius ratio eſt, neceſſarioq; concludendũ,
Gelaſium eodem in loco Preſbyteri nomine
gradum maiorem ſimplici Preſbyterio ſigni-
ficaſſe, maximè cum Preſbyteri Romani, &
Cardinalis nomina ex propoſitione ſexta in ſe-
ſu non differant. Hæc pro nunc de Cardina-
latu S. Heronymi attuliſſe ſat ſit. Plenius ite-
rum de eodem in ſequentibus, capite nimi-
rum decimo quarto, in quo & ſingulis Baro-
nij obiectionibus occurretur.

A qui-

A *A quibus beneficijs, persecutionibusq; affectus sit.* *Cap. II.* E



*Vnc 1 quadam matrona Paula nomine 2 nobilis genere 3 sed nobilior san-
ctitate, 4 videns Beatum Hieronymum in defensione fidei admodum virili-
ter laborantem 5 auxilium ei cæpit impendere, ac de suis facultatibus mi-
nistrare, 6 cuius deuotionem, & meritum vir prudentissimus intuens, 7 fre-
quenter eam, & Eustochium eius filiam in suis commemorauit tractatibus:
8 curans etiam eas imbuere diuinarũ scientia scripturarũ 9 Nam & affectuo-
sis Paulam consolatus est scriptis, 10 de filiarum suarum, Blesilla scilicet
11 & Paulina obitu consternatam: 12 Vnde quidam pseudo clerici, ac Monachi, quorum scri-
bens vitam reprehenderat, occasione adlatrandi accepta, 13 eum infamia subnotare miserimè
homines conabantur. 14 Et quia ipsi vitijs subiacebant carnalibus, 15 ad excusandas excusa-
B tiones in peccatis idipsum Hieronymo imponebant. 16 Vt ergo vidit Hieronymus non minus se
a falsis fratribus, quàm ab hæreticis infestari: attendens illud Euangelicum. Si vos persecuti fue- F
rint in ciuitate ista, fugite ad aliã, deliberat cedere, & ad Orientales regiones militaturus Do-
mino commigrare. 17 Quod quidem & Iacob in fratre suo Esau fecisse legitur, & Dauid in
socero suo Saul, quorum vnus ad Syros, alter ad Philistæos se contulit 18 malens hostibus, quã
inuidis subiacere.*

COMMENTARIVS.

1 T*Vnc quadam Matrona Paula nomine*
Consularium feminarum, quæ Hiero-
nymi admirabilem doctrinam, vitæq; Mo-
nasticæ institutum sunt consecutæ, omnium
celeberrima mulier hæc fuit: vt iure propte-
C rea optimo Victorius quoq; eandem huius-
modi celebrarit elogio: Hæc est Paula illa tot
laudibus vbiq; a Hieronymo celebrata. Et
meritò. Illum quippe facultatibus aluit, &
extructis in Bethlehem duobus Monasterijs,
vno in quo viri, altero in quo mulieres vir-
gines Deo inseruirent: & tertio pro susci-
piendis peregrinis, qui eò ad inuisenda loca
sancta vndiq; confluebant, perpetuã Hiero-
nymo sedem locauit, non sine magno Eccle-
siæ hominum, Principumq; dedecore, tam
præcellentem virum, cui nec Græca nec Lati-
na me, iudice, parem vnquam habuit, ab illis
derelictũ, vnius mulieris substantijs, fortunisq;
D vsq; ad obitum sustentatum.

2 *Nobilis genere*. Genus siquidem eius
maternum ex nobilissimis Gracchorum, ac
Scipionum familijs: paternum verò ex regio
Græcorum stemmate erat prognatum. De
vtroq; idemipse Hieronymus Epistola vigesi-
maseptima capite primo ita meminit. Alij al-
tius repetant, & a cunabulis eius, ipsisq; (vt
ita dicam) crepundijs matrem Blesillam, &
Rogatum proferant patrem: quorum altera
Scipionum Gracchorum, Scipionumq; pro-
genies est: alter per omnes ferè Græcias vsq;
hodie stemmatibus, & diuitijs, ac nobilitate
Agamemnonis fertur sanguinem trahere, qui
decennali Troiam obsidione deleuit: nos ni-
hil laudabimus, nisi quod proprium, & de
purissimo sanctæ mentis fonte profertur.] hęc
ipse:

Quod igitur ad paternum spectat, Aga-
memnon Homeri carminibus celeberrimus, a
quo & Agamemnones, Atrei, & Aeropes
filius, Menelai frater, & Mycenarum Rex
is fuit, qui vniuerso Græcorũ consensu ad- G
uersus Troianos ob Helenæ raptum totius
exercitus dux expeditus in decimo anno vic-
toria potitus est. Hic in Græciã rediens a Cly-
temnestra coniuge, Aegisti ope peremptus
est, relicto filio Oreste, qui postea Patris in-
dignam mortẽ vltus vtrumq; interfecit: aliaq;
multa gloriosè edidit, de quibus Pindarus, So-
phocles, Pausania, & Petrocles. Porrò idẽ
ipse Orestes in Macedonia Ciuitate construe-
ta, eandem suo nomine Orestidem appellauit.
Verùm ab Adriano Cæsare culta Adrianopo-
lis (vt Lampridius quoq; testatur) mox dicta
fuit. Deniq; Agamemnones nulli Græcorum
Gentilitati virtute, nobilitate, imperio poste- H
riores Latium quoq; suo splendore collustra-
runt.

Quod verò ad Gracchorũ atq; Scipionum,
maternum videlicet genus spectat. Adnotat
Victorius maxima inter se Corneliorũ, Aemi-
liorum, & Gracchorum familias fuisse affini-
tate coniunctas: nam superioris Africani filius
cum prole mascula careret, adoptauit sibi
vnum de Pauli Aemilij filijs, eumq; de suo se
mine Scipionem appellauit: Is postea vxorem
duxit Semproniam Graccham, Sempronij
Gracchi, & Corneliæ, sororis patris sui, filiã:
& ita inter Cornelios, Aemilios, & Gracchos
maxima affinitas contracta est.

A *3 Sed nobilior Sanctitate.* Quippe quæ virtutibus longè clarior reddita, veræ nobilitatis laudes non ex sanguinis traduce, sed ex sanctissimis vitæ meritis ac operibus sibi perpetuo comparanit. Quod æquè nobilitatis fastigium in filias atq; cognatos transmittens tantùm profecit, vt vsu, conuersationeq; sua eosdem ad perfectionis Euangelicæ normam breui temporis interuallo euexerit, totamq; insuper domum veluti in Ecclesiam commutarit, Eius planè cœlestem vitam idem Hieronymus pluribus in locis, sed Epistola potissimùm vigesima septima latè percensuit; In qua illud memoriæ proditum est, Euangeli-
B cæ veritatis mysteria, infantem pannis inuolutum, vagientem in præsepe Dominũ, Magos adorantes, Stellam fulgentem desuper, Matrem virginem, Nutritium sedulum, Pastores nocte venientes, aliaq; permulta oculis corporis videre meruisse.

4 Videns Beatum Hieronymum in defen-
s.Thess.7 *sione fidei admodum viriliter laborantem.* Non vrgeat corporis propriè laborem esse, mentis verò studium; Enimuero labor in sacris litteris pro doctrina accipitur, in quo sen-
Ad Tit.4. su dixit Apostolus. *Ne fortè tentauerit vos is, qui tentat, & inanis fiat labor noster.* Et alibi, *Tu verò vigila, in omnibus labora, opus fac E-*
C *uangelistæ:* Totus ergo iureoptimo labori intentus Hieronymus asseritur, quippe qui in propugnatione fidei, necnon sacrorum librorum explicatione ab hęreticorum insectatione vix aliquando respiranit. In hoc sanè sacræ legis Doctoribus, quomodo in talentorum sibi creditorum negotiatione gerere se debeant expræssa norma proponitur, quemadmodum enim planta sine aqua, sic animi habitus sine continuo labore atq; exercitio perduntur. *Fidelis profectò & iustus* (vt propheta ait) *Dominus, qui cùm oculis omnium in se sperantiũ, adhuc & ipsis cornorum pullis eundem innocantibus det escam in tempore,* multò minus vineæ
D suæ laborantes operarios congrua vnquam mercede, aut in præsenti, aut in futuro sæculo fraudat vel minuit; quin immensa ea potius, qua vniuersa regit, moderaturq; prouidentia, corpori etiam huic corruptibili necessaria tribuere nouit, Vnde & subditur.

5 Auxilium ei cœpit impendere, ac de suis facultatibus ministrare. Quamquam aliquantò serius prę alijs quibusdam condiscipulis Paula Hieronymum nacta sit (vt ex proprijs eiusdem verbis, nimirum: Antequam
Epist.99. domum S. Paulæ nossem, totius in me vrbis studia consonabant) ardentiori tamen pietatis studio in illum præ cæteris propensior fuit. Siquidem, quod in veteri olim Testamento Sareptana mulier in Heliam, & Sunamitis E
in Hęlisęum, & in nouo quoq; quamplurimæ 3.Reg.17
aliæ, nimirum Maria, Martha, Ioanna, & Su- 4.Reg.4.
sanna in Cęlestem Mundi Præceptorem (cui Angelus de cęlo ministrasse, in sacris Scripturis legimus) contulerunt: Idipsum omnino in seruum magnificẽtissimè Paula absoluit: Quo & in virtutis genere adeo omnium iudicio excelluit, vt & omnes Gentilitatis Principes, Męcenates, Alexandrosq; post se reliquerit, & Christianitatis ad illud idem exemplum imitandum Potentatus omnes concitarit. Præstantem sanè, ac propè diuinam fęminę huius in omnes beneficentiam sæpius commemorat Hieronymus præsertim verò in Epitaphio super eiusdem gloriosum e vita transitum hisce F
verbis. Solent pleræq; matronarum buccinatoribus suis dona conferre, & in paucos largitate profusa, manum a cæteris retrahere: quo illa omnino carebat vitio; ita enim singulis suam pecuniam diuidebat, vt singulis necessarium erat, non ad luxuriam, sed ad necessitatem, nemo ab ea pauperum vacuus reuersus est. Et infra, Testis est Iesus, ne vnum quidem nummum ab ea filiæ derelictum, sed, vt ante iam dixi, derelictum magnum æs alienũ, & quod his difficilius est, fratrum & sororum immensam multitudinem, quos & sustentare
arduum, & abijcere impium est. Quid hac G
virtute mirabilius, fœminam nobilissimæ familiæ, magnis quondam opibus, tanta fide omnia dilargitam, vt ad egestatem pene vltimam perueniret? Iactent alij pecunias, & in corbonam Dei æra congesta, funalibusq; aureis dona pendentia. Nemo plus dedit pauperibus, quàm quæ nihil sibi reseruauit. Hactenus ipse.

6 Cuius deuotionem, & meritũ vir prudentissimus intuens. De eius æquè animi religione, atq; virtutum meritis superuacaneum omnino arbitror quidpiam inpræsentiarum asserere vel afferre, cum vtrumq; mentis ipsemet acie complectens Hieronymus admiratione captus
hæc habeat. Si cuncta corporis mei membra H
verterentur in linguas, & omnes artus humana voce resonarent, nihil dignum Sanctæ, ac Venerabilis Paulę virtutibus dicerem. Et infra. Testor Iesum, & Sanctos eius, ipsumq; proprium Angelum, qui custos fuit & comes admirabilis fęminę, me nihil in gratiam, nihil more blandientium loqui, sed quidquid dicturus sum pro testimonio dicere, & minus esse eius meritis, quàm totus orbis canit, Sacerdotes mirantur, Virginum Chori desiderant, Monachorum, & pauperum turbæ deplangunt. Ita ipse.

7 Frequenter eam, & Eustochiũ eius filiam in

suis

A *fuis commemorauit tractatibus*. Fęlices fęminę,
quarum virtutes, & merita Hieronymum præ-
conem nactæ funt: quarum indelebilem me-
moriam tantus Ecclefiæ doctor perhennitatis
clauo fcriptorum fuorum præconio affixit.
Epift.17. Exegi ò Paula (inquit) monumentum tuum
ære perhennius, quod nulla deftruere poffit
vetuftas. Incidi elogium fepulchro tuo,
quod huic volumini fubdidi, vt quocunq; fer-
mo nofter peruenerit, te laudatam, te in Beth-
lehem conditam lector agnofcat. Et de Eu-
Epift.26. ftochio, Quid Euftochio fortius, quę nobili-
tatis portas, & arrogantiam generis Cõfularis
virginali propofito fregit, & in Vrbe prima,
B primum genus fubiugauit pudicitiæ.

8 *Curans etiam eas imbuere diuinarum fcien
tia fcripturarum*. Ad Hieronymum in ipfa
Vrbe commorãtem multarum illuftrium tam
mulierum, quàm virginum, frequens, vt ab eo
in facris litteris erudirentur, acceffus fuit; in-
ter quas Principia, Afella, Felicitas, Lea, Albi-
na, Marcella, Paula, Euftochium, Blefilla,
aliæq; quàmplures enomerantur. De quibus
in genere, Epiftola nonagefimanona, & infra
capite decimo quarto fcribitur: De Marcella
in fpecie Epiftola decimafexta: Nunquam
conuenit, quin de fcripturis aliquid interroga-
ret. De Albina verò in Præfatione ad Gala-
C tas: Certè cum Romæ effem nunquam tam
feftina me vidit, vt non de Scripturis aliquid in-
terrogaret. At omnium Paulam, Euftochi-
umq; eius filiam proculdubio fuiffe pręcipuas,
nemo, qui legit eius fcripta, eft, qui nõ animad
uertat: Enimuero non tantùm Romæ manẽs
aliquot annis fcripturas facras illas edocuit.
Verùm, & Bethlehem poftmodum ad præfe-
pe Domini idem munus in vtramq;, in Pau-
lam nimirum ad viginti, in Euftochio verò ad
triginta, & fex annos plenius abfoluit. Vtriq;
(vt tractatus alios, ac Epiftolas penè innume-
ras omittam) infrafcripti in diuerfos vtriufq;
Teftamenti libros infcribuntur Commentarij;
D Paulæ nimirum

In Ecclefiaften Liber vnus
In Michaeam Libri duo
In Nahum Liber vnus
In Sophoniam Liber vnus
In Aggaeum Liber vnus
In Epiftolam ad Galatas Libri tres
In Epiftolam ad Ephefios Libri tres
In Epiftolam ad Titum Liber vnus Itèm
In Epiftolam ad Philemonem Commentarius

Euftochio vero hęc Imprimis:

In Ifaiam Libri decem & octo
In Ezecchielẽ Libri quatuordecim, & deniq;
De Virginitate feruanda Liber vnus.

Officia igitur eiufmodi fęminarum memo-
ratis, alijfq; in Sacræ Scripturæ Libros elucu- E
brationibus cõpenfans Hieronymus, nil illi po
tius erat, quàm vt earundem religione præ-
ditos animos notitia imbueret Scripturarum:
Profundebãt illæ terrenas facultates, quibus
corporis neceffitatibus confoleretur. Dabat
ifte Spirituales, quæ non auferentur, alere-
turq; infuper eifdem efuriens animus. Ero-
gabant illæ calcandas, perituráfq; diuitias.
Reddebat ifte de abfcondito in Scripturis San-
ctis Thefauro myfteriorum ineftimabilem co-
piam. Diftribuebant illæ, quæ Domini voce
ad perfectionis viam tenendam egenis erogan
da erant, Proferebat ifte de legis doctrina,
quod poterat, dicente eodem Saluatore. F
Ideo omnis Scriba doctus in regno cælorum fimilis Matt.13.
*eft homini Patrifamilias, qui profert de Thefauro
fuo noua, & vetera*.

9 *Nam, & affectuofis Paulam confolatus eft* Rom.12.
fcriptis Iuxta Apoftoli præceptum: *flere cum
flentibus*: & Domini Saluatoris exemplum,
quando Sanctas fęminas, fororefq; Mariam,
& Martham vnici fratris occubitum deplorã
tes, & lacrymis, & dictis confolatus eft. In hoc
profecto charitatis munere perfoluendo ardẽs
omninò comprobatur Hieronymus, quippe
qui non Paulam tantùm funebribus Epiftolis
proftratam erexit, fed & cum dolentibus pe-
nè omnibus pariter ingemuit. In cuius rei G
teftimonium quàmplura fuis fcriptis eiufdem
argumenti leguntur intexta ad diuerfos opu-
fcula.

10 *De filiarum fuarum, Blefilla fcilicet*.
Super Blefillæ dormitione extat Hieronymi
Epiftola vigefima quinta, quæ cum in ipfa Vr-
be edita, ex Hieronymi mox adducendo tefti-
monio dignofcatur, Annus confequenter dor-
mitionis fęminæ habetur: Chrifti videlicet
trecentefimus octogefimus quintus. Cæte-
rùm quemadmodum ea inter reliquas Paulæ
filias, Paulinam nempe, Euftochium & Rufi-
nam primo fuit loco genita, fic itidem pri-
mam omnium ex hac vita migraffe contigit. H
Dum verò ipfa hac luce frueretur, fummæ vir-
tutis fuiffe illud declarat, quod vigefimo ętatis
fuæ anno viro orbata (quo cum menfibus tan-
tum feptem vixerat) amiffam magis deplora-
uerit virginitatem, quàm mariti obitum. De
eiufdem ad Sacratum litterarum, diuerfarũq;
linguarum peritiam inftitutione, idem magif-
ter, & doctor Hieronymus Epiftola centefima
decima fexta: Memini me (inquit) ante hoc
fermè quinquenium, cum adhuc Romę effem,
& Ecclefiaftem S. Blefillæ legerem, vt eam ad
contemptum mundi huius prouocarem, &
omne, quod in mundo cerneret, putaret effe
pro nihilo, rogatum ab ea, vt in morem Com-

meta-

A mentarioli obscura quæq; differerem, vt absq; me posset intelligere, quæ legebat. Itaq; quoniam in procinctu nostri operis subita morte subtracta est, & plura huiusmodi. Epistola item vigesima quinta. Si Grecè loquentem audisses, Latinè eam nescire putares: Si in Romanum suum lingua verterat, nihil omnino peregrini sermo redolebat. Et paulò post. Imo non paucis dicam mensibus, sed diebus, ita hebraicæ linguæ vicerat difficultates, vt in discendis, canendisq; Psalmis cum matre contenderet.

51 *Et Paulinæ obitu consternatam*. Phrasis vsitata Hieronymo, Epistola vigesimaseptima. B Immaturo funere pium matris constrauit animum. Huius e vita transitum Roma accepit mater, cùm multis iam annis in Bethlehemitico cœnobio vitam ageret Monasticam. Porrò quo tempore eiusdem extrema prosecutus sit Hieronymus, ex ipsius ad Oceanum trigesima Epistola ita declaratur. [Quartæ æstatis circulus voluitur, ex quo ad Heliodorum Episcopũ Nepotiani scribens epitaphium, quidquid habere potui virium, in illo tunc dolore consumpsi: & ante fermè biennium Pammachio meo pro subita peregrinatione Paulinę breuem Epistolam dedi, erubescens ad disertissimum virum plura loqui.] Cùm igitur duos Hieronymus a dormitione Nepotiani numeret annos; C & Nepotiani obitus ex infra dicendis trecentesimo nonagesimo sexto contigerit, sequitur Paulinæ eiusdem exequias ab Hieronymo trecentesimo nonagesimo octauo persolutas. Cæterùm quod hoc loco silentio haud prætereundum est, Paulinæ in Christo quietis tempus censetur: Enimuero tametsi anno nuper memorato Hieronymi funebri Epistola illustrata sit; non eo ipso propterea diem clausit extremum, sed biennium ante. Extat de hoc euidens Hieronymi in Epistola vigesima sexta ad Pammachium, virum eius testimonium eiusmodi.] Qui importunè per biennium tacui, vereor ne nunc importunus loquar, & at- D trectans vulnus pectoris tui, quod tempore, & ratione curatum est, commemoratione exulcerem. Deniq; & hanc ipsam secundo loco genitam fœminam, atq; secundo æquè loco e viuis morte sublatam, eiusmodi paulò infra celebrat Hieronymus elogio; Quid Paulina Heb. 13. temperantius? quæ legens illud Apostoli: Honorabiles nuptiæ, & cubile immaculatum, nec sororis fœlicitatem, nec matris continentiam ausa appetere, maluit in humilioribus tuta pergere, quàm pendulo gradu in sublimioribus fluctuare.] Hæc autem ideo adnotauimus, vt Hieronymi erga Sanctas fœminas efficax studium in docendo, & charitatis ardorem in compatiendo: reciproco sanè, religiosissimoq; earundem in illum ministerio dignissimũ, A aliquomodo ostenderemus.

52 *Vnde quidam pseudo Clerici, ac Monachi, quorum scribens vitam reprahenderat, occasione delatrandi accepta*. Certus rei huius euentus in annum Domini trecentesimũ octuagesimũ quintũ refertur, sed de hoc distinctius in sequentibus: *Pseudo*, greca vox indeclinabilis, Latinè decipiens, vel falsus vertitur. Vnde pseudo Apostolus, pseudo Propheta, pseudo Christianus dicuntur. Sanctarũ autẽ, est dictio Scripturarũ, non prophanarũ: vti apud Apostolum secunda ad Corinthios, & apud Matthęum, nec non Marcum videre est. 2.Cor.11 Matt.24. Marc.13. B Sed beatus qui tam sanctè, tamq; grauiter disponit vitam propriam, vt de eo ne sinistri quidem fingi quidpiam possit. Difficile hoc sanè, arduumq; est, cum nullus pene Sanctorum procellosum huius temporis agonem absq; tribulationis tempestate excesserit, & tantorum odia, insectationesq; pertulerit, quantos vitæ suæ dissimilitudine castigant. Etenim castigare aliũ videtur, qui ab eius conuersatione dissentit. Virtutum insuper decus, meritorumq; magnitudo, aduersus inuidos, obtrectatoresq; perenne flagellum est. Vnde, & Sapientiæ capite secundo eorum ita conciliabulum inducitur: *Venite circumueniamus iustum, quoniam inutilis, & contrarius est operibus nostris*. C Deniq; hoc totum in ipso Hieronymo vsu comprobatum ostenditur. Is enim dum in Vrbe plurimos ex vtroq; sexu per Sacrarum litterarum, perfectæq; vitæ cacumina, nunc quidem viros ad Monachatus professionem deligendam, nunc fœminas ad virginitatis propositum custodiendum; nunc viduas ad continentiæ decus seruandũ adhortando traducit; nunc ad declinandas vitiorum, ipsis virtutibus aduersantes insidias consilia adhibet, & remedia; nunc aduersus eadem, & dictis & scriptis insurgit, illicò oblatrantium armat exercitum, & quod illi laudis apud omnes esse debet, in D opprobrium cedit. Detestari idem in genere Clericorum atq; Monachorum vitia consueuerat (quod præsertim expressius Epistola vigesima secunda, quarta, & secunda patet) at quoniam communem vitiorum correctionem haud recta conscientia in sui contumeliam refert, hinc ijdem pseudo clerici, & Monachi in ipsum monitorem maledicta congessere, eidemq; varijs modis illudere pro viribus studuerunt. Perstringit hæc omnia inter recentiores Cornelius Schultingius in præfatione ad quartam partem Hieronymianæ Confessionis: Præco (inquiens) Hieronymus erat disertus, eloquentissimusq; rhetor supremi regis celestis:

A tis: norma, exactissimaq; regula, noo modò
lasciuorum Clericorum, sed & lubricorũ Mo-
nachorum crimina omnis honestatis speculũ
lucidissimum detestabatur, acerrimeq; repræ-
heodebat. Quare Ecclesiastici vitæ impuræ
non ferentes sua vulnera & vlcera attrectari,
in sanctum virum insidias struxerunt, nulla
noo mendacia viperarum genimioa effinxe-
runt, atq; excogitauerunt, nil nõ moliti sunt,
vt iustum, quia contrarius erat opetibus eorũ,
e medio tollerent. Sed innocens ad exem-
plum Christi furori Herodis cedit, seq; ad ri-
gidam pœnitentiam agendam confert in soli-
tudinem. Quod quidem cleri odium D. Hie-
B ronymo cum S. Chrysostomo commune fuit,
omnibusq; pijs Dei Sacerdotibus, & Episco-
pis. Ita Cotoelius. De eisdem persecutori-
bus infra Cap. decimo, & decimoquarto.

*13 Eum infamia subnotare miserrimi homi-
nes conabantur.* Quæ verò in specie in eundẽ
præfati iactarent conuicia, illud inprimis fuis-
se putat Baronius, quod idem ipse de se sub
commoni oomine Monachorum Epistola vi-
gesimaquinta refert. Cùm enim Blesilla post
viri obitum, Doctore eodem Hieronymo
austerum vitæ genus arripuisset, & breui tem-
poris spacio, sub eodem vitæ cœpto instituto
ipsa quoq; diem extremum clausisset, pro-
C tinus susurrantium coouentus, matrem in il-
lios funere nimium dolentem attendens, sub
pietatis specie in ipsum Hieronymum insa-
nioit, vociferatusq; est: Quousq; genus detes-
tabile Monachorum non Vrbe pellitur? non
lapidibus obruitur? non præcipitatur in fluc-
tus? Matronam miserabilem seduxerunt. Hęc
ibi. De alijs id genus conuicijs alibi ita con-
Epist. 23. queritur: Nos quia serica veste non vtimur
Mooachi iudicamur, quia ebrij non sumus,
nec cachinoo ora dissoluimus continentes
vocamur & tristes. Si tunica oon cãduerit,
statim illud e triuio: Impostor, & Græcus
est. His, alijsq; pluribus sub communi nomine
D Monachorum eundem fuisse detractionibus
laceratum, idem Baronius Tomo quarto An-
nalium, sub Christi anno trecentesimo octo-
gesimoquiuto, Siricij Papæ primo scribit.
Alij, vt ex Ioanne Beleth Equilious refert, libro
octauo, capite centesimo trigesimo secundo,
eundem tanquam carnis lapsu reum ex eo
ab æmulis fuisse habitum, quòd ad eius lec-
tulũ mulieris veste per dictos clericos & Mo-
nachos fraudulenter illata, ea (superpelliceũ
suum credens) nocte ad matutinum consur-
gens se induerit, & sic ad ipsam Ecclesiam
processerit, asserunt. Aliter author sermo-
num ad Eremitas sub Augustini nomine vul-
gatorum, sermone vigesimoquarto, eundem
turpissime derisum & infamatũ tunc fuisse tra- E
dit, cùm ab ipsa Vrbe muliebri indutum veste
expulsum testatur. At Mariauus Victorinus
eius famam in eo potissimum fuisse subos-
curatam, quod ioci, & amoris inhonesti
causa nobilium, ac diuitum matronarum,
sanctioris vitæ prætextu deceptor corruptorq;
ab æmulis assereretur, astruit. Cuius opinio ma-
gis etiã, & cũ veritate, & cum littera con-
uenire videtur, quod proprijs Hieronymi
verbis infra capite vigesimoquarto attrideat.
Interim pro compertissimis mendacijs ea,
quæ Ioannes Beleth, & author sermonum
ad eremitas ingerunt, habenda sunt. Enim- F
uero si huiuscemodi Rufinus (qui impostu-
ras omnes, & leuiora quæq, alia mendacia
in Sanctum virum conficta implacabili odio
collegit, in eundemq; inuexit) aliquomo-
do somniasset, nullum, quantumuis magnum
pretium fuisset, quod pro illis redimendis
non profudisset. Imo nec Orbis angulus eius-
modi infamiæ rumore immunis superfuisset.
Porrò id genus hominum, viros Deo charos
subsannaotium miserrimum in textu dicitur,
quod iuxta eiusdem Hieronymi sententiam:
Non qui patitur, sed qui facit iniuriam mi-
ser sit. Vel fortassis etiam ad æterni ignis
cruciatum io inferno ab eisdem sustinendum G
alluditur, de quo & scribitur: Terram mi- Iob. 10.
seriæ, & tenebrarum, vbi vmbra mortis, &
nullus ordo, sed sempiternus horror inha-
bitat.

14 Et quia ipsi vitijs subiacebant carnalibus.
Adumbrat eadẽ Hieronymus Epistola vigesi-
ma secunda capite sexto ibi: Clerici ipsi, quos
magisterio esse oportuerat & timori, osculãtur
capita matronarum, & extenta manu, vt be-
nedicere eos putes velle, si nescias prętia ac-
cipiunt salutandi. Et infra capite duodecimo.
Sunt alij (de mei ordinis hominibus loquor)
qui ideo Presbyterium, & Diaconatum am-
biunt, vt mulieres licentius videant. Omnis
his cum de vestibus, si bene oleant.] Hos H
igitur cum eiusmodi pœnitere debuissent,
atq; ex præcordijs dicere. Domine nos ipsi
peccauimus, peccata peccatis addentes pro-
prias culpas falsis calumnijs in Hieronymum
vertebant, & nouo veluti scelere semper cu-
mulabant.

*15 Ad excusandas excusationes in peccatis
idipsum Hieronymo imponebant.* Ex Psalmo
centesimo quadragesimo sententia desumi
videtur. Porrò excusare excusationes in pec-
catis profligatorum homioum proprium est:
credunt enim ipsi alienæ infamiæ exemplo
proprias prætexere culpas, vel saltem ex-
tenuare.

A 16 *Vt erga vidit Hieronymus non minus se a falsis fratribus, quã ab hæreticis infestari, attendens illud Euagelicum: Si vos persecuti fuerint in Ciuitate ista, fugite ad aliam, deliberat cedere, & ad Orientales regiones militaturus Domino commigrare.* Quoniam qui ab æmulis ex inuidiæ liuore conflictatur, dum in longinqua properat, nunnihil respirare videtur, merito Saluator in Euangelio ad ipsorum consolationem dessolatorum præcepit diceos. (Matt. 10.) *Si vos persecuti fuerint in Ciuitate ista, fugite in aliam.* Hoc planè Hieronymus, anteq; eum quamplurimi alij mente retinentes, ad externos & prorsus incognitos se cootulisse percepimus. B Sic sanctus Iacob Genesis vigesimo octauo fratris Esau odium in se contuens ad Laban coofugit. Sic Dauid cum uitæ discrimine a Saule hasta impetitus ad Achis filium Maoch (1. Reg. 17) Regẽ Geth pertexit. Sic deniq; Sanctissimus (Gen. 37.) Ioseph ex patrio solo, Pater credentiũ Abraham (Gen. 12.), modo ex Aegypto, modo ex terra Geraris, & innumeri alij peregrinationis sentire coacti sunt iniurias. E

17 *Quod quidem & Iacob in fratre suo Esau fecisse legitur, & Dauid in socero suo Saul, quorum vnus ad Syros, alter ad Philistaos se contulit.* Ex epitaphio Paulæ verba desumpta, vbi habetur. Ego aiebam liuori esse cedeodum, & dandum insaniæ locum: quod fecisset Iacob in fratre suo Esau, & Dauid in pertinacissimo inimicorum Saul, quorum alter in Mesopotamiam fugerit, alter se Allophylis tradiderit.

18 *Malens hostibus, quam inuidis subiacere.* O detestandam inuidiæ fortunam inter hostiũ agmina securitate potitur homo, ab inuidis, & æmulis nõ est vbi tutò qoiescat. Hostes virtute aliquando vincuntur, & sibi inuicẽ F etiam pactum fœdus adseruant; Inuidi cùm virtuti semper aduersentur, superari nequaquam possunt. Quin potius nullis fidei legibus adstricti, vel proprijs fratribus vitam adimuot, vel eosdem alienigenis pecunia vendunt.

De eius ab Vrbe discessu atq; nauigatione. Cap. III.



C *Rofectionis 1 autem sua de Vrbe ordinem, ipse ad Rufinum scribens, sic enarrat. 2 Mense Augusta 3 flantibus Etesijs. 4 cum Sancto Vincentio Presbytero, & adolescente fratre, 5 & alijs Monachis, qui nunc Hierosolymæ cõmorantur 6 nauim in Romano portu securus ascendi, 7 maxima me Sanctorum frequentia prosequente 8 Veni Rhegium, 9 In Scyllæo litore paululum steti, 10 vbi veteres didici fabulas, 11 & præcipitem fallacis Vlyxis cursum, 12 & Syrenarum cantica, 13 & insatiabilem Charybdis varaginẽ. 14 Cùmq; mihi accola illius loci, multa narrarent, 15 darentq; consilium, vt non ad Protei columnas, 16 sed ad Iona portum nauigarem: 17 Illum enim fugientium & turbatorũ, 18 hũc securi hominis esse cursum, 19 malui per Maleas, 20 & Cycladas 21 Cyprum pergere, 22 vbi susceptus a venerabili Episcopo Epiphanio, 23 cuius tu testimonio gloriaris, 24 veni Antiochiam, 25 vbi fruitus sum communione Pontificis, 26 Confessorisq; 27 Paulini: 28 & deductus ab eo media hyeme, & frigore grauissimo 29 intraui Hierosolymam. 30 Vidi multa miracula, 31 & quæ prius ad me fama pertulerat, 32 oculorum iudicio comprobaui. 33 Inde contendi in Aegyptum. 34 Lustraui Monasteria Nitriæ, 35 & inter Sãctorum Choros 36 aspides latitare perspexi. 37 Protinus concito gradu Bethlehem meam reuersus sum, vbi adoraui præsepe, & incunabula Saluatoris. 38 Vidi quoq; famosissimum lacum. 39 Nec me inerti tradidi otio, 40 sed multa didici, quæ ante nesciebam.* G D H

COMMENTARIVS.

1 P*Rofectionis autem suæ de Vrbe ordinem, ipse ad Rufinum scribens sic enarrat.* Quantopere in Topographiæ, atq; Geometriæ studijs Hieronymus versatus fuerit, ex hoc vno capite vnusquisque haud obscurè intelligit. Tam exactè quippe locorum, quos proprijs oculis peragrando conspexit descriptiones prosequitur atq; proponit, vt & ipsi legẽtes eum eo vidisse videantur. Reuera autem scientiarum id genus cognitionem Theologo, Ecclesiæq; doctori ad sacræ scripturæ intelligentiam necessariam interdum esse ex eodem Hieronymo initio sequẽtis Capitis afferemus. Sed, & Iosephus testatur, eos, qui ad describẽdam explorandamq; terram Sanctam legati sunt ab Ieso filio Naue, fuisse Geometras. Posteaquam igitur iniquorum fratrum, & pseudo clericorum perfidia ex ipsa Vrbe eiectus Hieronymus est, quando nunc idem ipse e portu Romano soluerit, qui fuerint eius nauigationis comites, quò sigillatim appulerit, qui illum exceperint, quæ oculis proprijs conspe-

A xerit, ac ipse postmodum egerit sequenti descriptione, vt ipsum Rufinum, qui cunctos gressus eius, sermones, & actus cauillabatur magis deuincat, & confundat, exactissimè declarat. Id quod ex proprijs quoq; verbis in eundem libro tertio Apologiæ, capite sexto, & septimo sans expressè conijcitur, vbi scribit: Nunquid & ego nō possum enarrare tu quomodo de Vrbe discesseris? quid de te in præsenti iudicatū sit? quid postea scriptū? quid iurraueris? vbi nauē cōscēderis? quā sanctè periuriū vitaueris? poteram pandere, sed plura seruare statui, quàm referre. Cuius item perfidiæ memoriam non longe post refricans:
B Nunquid (inquit) & ego non possem profectionem tuam discutere? cuius ætatis fueris? Vnde, quo tempore nauigaueris? vbi vixeris? quibus interfueris? Sed absit, vt quod in te repræhendo, faciam, & in Ecclesiastica disputatione anilium iurgiorum deliramēta compingam. Nec solum prudentiæ tuæ dixisse sufficiat, vt caueas in alterum dicere, quidquid in te statim retorqueri potest. Hæc autem Hieronymi profectio illamet est, de qua etiam infra capite decimoquarto agitur, & cuius occasione idem ipse scripsit Epistolam nonagesimam nonam. Totum verò caput istud ex præallegato libro tertio Apologiæ aduersus
C eundem Rufinum, capite septimo adamussim acceptum est. Adscribitur profectionis huiusce tempus a Baronio Christi anno trecentesimo octogesimo quinto: sed nos in mox sequentem referemus, sub initio capitis decimiquarti.

2 *Mense Augusto.* Distulisse Hieronymum ad octo circiter menses post Damasi Pontificis obitum hanc suam profectionem ex hoc loco monemur: quod & Baronius Tomo quarto Annalium recipit, Marianus Victorius non reijcit. Enimuerò a superioris anni extremo, die nimirum vndecima mensis Decembris, quo dictus Summus Pontifex vita functus
D est, ad sequentem Augusti mensem, nonnisi temporis præfatum interuallum intercedit. Ita autem octauū hunc anni mensem ab Octauiano Augusto vocatum fuisse, quod vel in eo idem ipse natus, vel victoria de Antonio, & Cleopatra in eodem potitus esset, auxisserq; propterea mirum in modum Imperium Romanum, neminem arbitror qui ignoret.

3 *Flantibus Etesijs.* Eorum flatu nimios temperari calores, & ab eisdem maritimos cursus celeres, & certos dirigi, libro secundo de Natura Deorum testatur Cicero. De eisdem Plinius libro item secundo capite decimo nono: Ijdem sunt, quos Strabo lib. primo subsolanos vocat, idest Euros. Etesiç autem, idest annui, ab ἔτος Græca dictione, quæ annum Latinè significat ideo dicti sunt, quòd ex omnibus ventis hi maximè stati, certiq; sint, & singulis annis in vigore çstatis perflent quadraginta diebus post caniculæ exortum.
E

4 *Cum Sancto Vincentio Presbytero, & adolescente fratre.* Quis qualisq; Vincentius hic fuerit diximus in libro secundo de origine Ordinis nostri. Ibidē de Pauliniano (quem hoc loco adolescentem fratrem vocat, quia vltimo loco natus.) Romam autem tunc a fratre cum Damaso Pontifici in Ecclesiasticis negotijs auxilio erat, vocatum fuisse, omnis ratio suadet.

5 *Et alijs Monachis, qui nunc Hierosolymæ commorantur.* Eos fortassis intelligas, de quibus frequenter in suis meminit tractatibus; F
Eusebio videlicet, Rufino (altero tamen ab hoc, quem nunc alloquitur) Euagrio, & alijs.

6 *Nauem in Romano portu securus ascendi.* Quoniam qui in portu est, omni periculo vacat, vti & prouerbio fertur. In portu res est, quando de eius securitate non restat ambigendi locus, Hieronymus ideo prouerbio communi aptè vsus (inquit) in portu Romano securus ascendi. Locus conclusus portus dicitur, quo importantur merces, & inde exportantur, & vbi naues hyemant a ventorum, vndarūq; molestijs tutæ.

7 *Maxima me Sanctorum frequentia prosequente.* Charitas enim non patitur separationem, & maximè erga aduenas, & peregri- G
nos, de quibus in Leuitico loquitur Dominus: Leuit. 19.
Si habitauerit aduena in terra vestra, & moratus fuerit inter vos, non exprobretis ei, sed sit inter vos quasi indigena; & diligetis eum quasi vosmetipsos; fuistis enim, & vos aduenæ in terra Aegypti.] Sic & Paulo a Mileto Hierusalem nauigaturum contigisse scriptura testatur: *Magnus (inquiens) fletus factus est* Act. 20.
omnium, & procumbentes super collum Pauli osculabantur eum, dolentes maximè in verbo quod dixerat, quoniam amplius faciem eius non essent H
visuri, & deducebant eum ad nauem.

8 *Veni Rhegium.* Rhegiū Siciliæ Ciuitas ad marginē Italiæ, cui Græci a fractura, quod nimirū hic Sicilia ab Italia auulsa, abruptaq; sit nomen dederunt, ῥῆγμα enim Græce, Latinè ruptura dicitur. Eiusdem nominis, & altera est Galliæ Cisalpinæ Ciuitas a Lepido instaurata, sed sine adspiratione ad distinctionem prioris scribitur.

9 *In Scyllæo litore paululum steti.* A Scylla siculi maris scopulo Scyllæum dictum.

10 *Vbi veteres didici fabulas.* Veteres siquidem Scyllam Phorci filiam in eiusmodi saxum fuisse conuersam, quemadmodum etiam

in

A in alterum illi oppositum Charybdim rapacem quandam anum, ideo fulmine ictam, quod Herculis vaccas rapuisset, in eius nominis monstrum mutatam fuisse fabulati sunt. Ab hisce autem duobus scopulis, Charybdi nempe naues attrahi, absorberiq; a Scylla verò illidi, & frangi traditur. At secundum spiritualem intelligentiam, aliquando per Scyllam libido, aliquando obtrectatores: per Charybdim verò nunc luxuria, nunc auaritia indicantur. In quibus sensibus Hieronymus Epistola quarta. Noueris (inquit) vbi Charybdis, & radix omnium malorum auaritia: vbi Scyllęi obtrec- (Gal. 5.) tatorum canes, de quibus Apostolus loquitur: B Ne mordentes inuicem mutuò consumamini. Et Epistola prima. In illo æstu Charybdis luxuriæ, salutem vorat. Ibi ore virgineo ad pudicitiæ perpetranda naufragia Scylla, ceu renidens libido blanditur.

11 *Et præcipitem fallacis Vlyssis cursum.* Hoc est periculosum. Contigit enim Vlyssis cursus inter hosce Scyllæ, ac Charybdis scopulos, qui transeuntes (vti explicatum est) nautas certo naufragio perdere consueuerant. Aptè autem fallax, idest dolosus Vlysses asseritur, quippe, qui licet multa præditus sapientia, egregiusq; bello foret, astutia, calliditate, & malitia longè superauit omnes. Pellacis C Vlyssis cursum alij legunt. Vnde Virgilius.

Inuidia postquam pellacis Vlyssi.
(Haud ignota loquor) superis concessit ab oris.

Et Hieronymus in Procemio sexti in Ezechielem: Pellacis Vlyssis venena non deserunt. Cæterùm pellax idem quod fallax.

12 *Et Syrenarum cantica:* σειρὰ dictio Greca apud nos vinculum ferreum, quo vel seruos, vel captiuos, vel animalia irretimus, ne fugiãt, significat. Ex hac ipsa Siren, & Sirenes dictæ creduntur, quia incautos aduenas amore sui, velut vinculo quodam iniecto retinebant. Iuxta autem Gentilium errorem hæ Acheloi fluminis, & Calliopis nimphæ filiæ fuerunt, D quarum, & nomina Parthenope, Lysia, & Leucosia celebrantur. Habitare verò inter memoratos Scyllæ, & Charybdis scopulos, vt prętereuntes nauigantes suauitate cantus in naufragium pellicerent, consueuerunt: Superiori quidem sui parte virginis formam referebant, inferiore verò in piscis caudam desinebant. Hæc vt Vlysses illac nauigaturus monstra deuitaret, sociorum aures glandibus obturasse, se verò ad nauis malum alligari iussisse, atq; ita incolumen euasisse Poetæ fabulantur. Reuera tamen meretrices fuisse, quæ transeuntes viatores ad egestatem vltimam perducerent, illisq; omnium mercium iacturam, veluti naufragium inferrent, tenendum est. Horummet E commentis pręclatè alludit idem Hieronymus in procemio tertij libri in Hieremiam dum scribit. Lernęum anguem fabulæ ferunt, multis ex medio capite pullulasse serpentibus, & Scyllam Siculi monstrum freti, facie quidem virginali, sed succinctam canibus, miserorum lacerasse naufragia, iuncto in eodem litore Sirenarum mortifero carmine: quæ vt vitaret Vlysses Homericus, clausisse aures dicitur, & malum inexnpetabile, prudenti vitasse consilio. Mysticè Sirenes hæreticos exprimunt, quia eorum dulcia sunt carmina, & suaui populos voce decipientia. De his illud Isaiæ est: *Glorificabunt me bestiæ agri, dracones, & struthiones:* (Isaię 43.) F vbi pro draconibus Interpętes omnes (vno excepto Theodotione) Sirenes semper interpætantur: Quippe, cũ hæretici ipsi in fine mundi ad Domini seruitutem futurum sit, vt conuertantur. Nec dulcisona eorundem carmina in præsentis vitæ curriculo præterire potest, nisi qui obturauerit aurem suam, & quasi surdus euaserit. Pro Sirenibus item homines (In Isaiæ cap. 43.) voluptati, ac luxuriæ deditos indicari testatur Hieronymus, cum aduersus Iouinianum, vir- (Lib. 1. cap. 2.) ginitatem matrimonio coęquantem: Audite (inquit) patienter virgines, audite quæso voluptuosissimum concionatorum: Imo quasi Sirenarũ cantus, & fabulas clausa aure trãsite.

13 *Et insatiabilẽ Charybdis voraginem.* G Quia iuxta rei veritatem Charybdis Scopuli fretum contrarijs iugiter fluctuum cursibus collisionem faciens fluitantia in eo quæq; absorbet, & reijcit, hinc in eundem quoq; conuersam olim fœminam Charybdis nomine, extremæ atq; insatiabilis omnino voracitatis fuisse ijdem Poetæ effinxerunt.

14 *Cumq; mihi accolæ illius loci.* Scyllęi videlicet litoris *multa* de eiusmodi fabulis a Poetis, Ouidioq; inprimis libro primo Męta-morphosæos carmine decantatis, quarum, & narrationem nunc texere superfluum est *narrarent*,

15 *Darentq́; consilium vt non ad Protei columnas.* H Proteus AEgypti rex Pheroni in regno successit. Ab eo, cùm tempestatis vi ad Canopicum Nili ostium Paris appulisset, retentam fuisse Helenam, vt marito Menelao seruaretur, Herodotus, (qui historiam hanc pluribus prosequitur) enarrat. Porrò eundem in varias se mutare consueuisse figuras Poetæ excogitarunt. Vnde Virgilius Georgicorum tertio.

——— *formas se vertit in omnes;*
Occupat ille sua contra non immemor artis;
Omnia transformat se se in miracula rerum.

Ob hanc eandem causam Iouinianum Hiero- (Lib. 2.) nymus eludens scribit: Miror quomodo serpẽs (cap. 3.)

lubricus

A lubricus, & Proteus noster in variarum se mutat portenta formarum, qui enim in coitu & in saturitate Epicureus est, subitò in retributione meritorum Stoicus efficitur: Hierosolymam Cithie, Iudeam Cypro, Christum Zenone commutat. Cæterùm vnde res id genus ficta, transmutationis videlicet Protei in quálibet formam originem duxerit, ex Calepino accipe: Quæ (inquit) de Protei mutabilitate Poetæ sunt commenti, ab Aegyptiorum regũ consuetudine videntur emanasse: Illis enim (teste Diodoro) mos erat, aut leonis, aut tauri, aut draconis priorẽ partẽ in capite ferre, insignia principatus, quandoq; vero arborẽ, aliquá-
B do ignem, quandoq; redolentia super caput vnguenta. Hæc quamquam ad decorem spectabant, atq; ornatum, tamen stuporem etiam aspicientibus inijciebant: Vnde factus locus fabulę, Proteum in ea omnia, quæcuoq; capite gestabat, solere transformari. hæc ipse. Protei autem columnæ ideo dictæ sunt, quod vel iuxta Aegyptum, vbi ipse regnauit, gemini scopuli, qui procul spectantibus columnæ viderentur, consurgerent: vel quod reuera ab eo in regni proprij confinio primùm columnæ defixæ fuissent. Meminit de eisdem & Virgilius vndecimo Aeneidos libro ita canens.

Atrides Protei Menelaus ad vsq; columnas
C *Exulat.*

16 *Sed ad Iona portum nauigarem:* idest Ioppen. Hic in Assur & Accaron in Samaria positus est, Ideo vero Ionæ retinuit nomen, quod ibi Ionas Propheta a facie Domini fugiens nauem conscendit. Vide & Herodianum libro primo, qui de Ione agit, a quo Iones dictos autumat. Is Xuthi filius fuit: Vnde Pelasgi Aegiales, qui Achaiam Peloponẽsi regionem incolebant, Iones primum appellati sunt.

17 *Illum enim fugientium, & turbatorum.* Aegypti nauigationem fugientium ac turbatorum viam seu cursum Hieronymus appel-
D lat, propter ingentes, quę tenentibus illam occurrunt, difficultates. Quandoquidem, sicuti qui ab hostibus fugit, dum ab eis a tergo inuadi suspicatur, incultas & asperas, ne compræhendatur, vias quærit, sic & in maritimis cursibus, ab ipsis fugientibus atq; de propria veluti desperatis salute nauigationes quæruntur difficiles, periculisq; plenæ. Et fortassis ad fugientis Paridis raptæ Helenæ occasione nauigationem historiamq; alludit.

18 *Hunc securi hominis esse cursum.* Et quidem rem ita esse, securiorem nimirum intra insularum terras, quàm in altum pelagus cursum esse, nauigationibus dediti norũt omnes.

19 *Malui per Maleas.* Malęa Laconiæ promontorium est, quod per quinquaginta millia passuum in mare protenditur, ita dicta Malęa a Malęo Argiuorum rege, qui in ea templum construxit, quod Malæoticum appellauit, inde Malææ insulæ. E

20 *Et Cycladas.* Cyclades ex Græco alij legunt: Insulæ in mari Ionio a Strabone libro decimo referuntur, quibus ab ortu solis Aegæum mare est, ab occasu Myrtoum occupant ad septuaginta millia: A Cycli autem figura ideo appellatæ, quod in rotunditatem disponantur. Nam a promontorio Ceraſto circa Delum in orbem sitæ sunt. Alij Cyclades vocari contendunt, non F propter rotunditatem, sed quòd longo ordine eas circuire necesse sit, propter promontorium. Vnde Virgilius Aeneadũ libro tertio cecinit.

—— Sparsasq; per æquor
Cyclades & crebris legimus freta concita terris

Sunt numero omnes quinquaginta tres. De eiusdem Hieronymus in Vita Paulæ: Per Malęam (inquit) & Cytheram sparsasq; per æquora Cycladas, & crebris freta concita terris: post Rhodum, & Lyciam tandem vidit Cyprum.

21 *Cyprum pergere.* Cyprus inter Cy- G cladas insulas numeratur, quæ a Septentrione Ciliciæ opposita: a Meridie Aegyptum spectat, ab Oriente Syriam, ab Occidente Pamphiliam. Ambitu trium millium quadringentorum, ac viginti stadiorum teste Strab.lib. 22. Strabone est. Eandem ab anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo Turcæ occuparunt. Igitur Hieronymi nauigatio, non ad Protei columnas, hoc est, ad Aegyptum per altum mare, sed ad Ioppen, Ionæ portum intra terras & insulas Græciæ contigit.

22 *Vbi susceptus a venerabili Episcopo Epiphanio.* Extabat olim in Cypri insula celebris Vrbs Salamin, seu Salamina, dehinc H Constantia, postremo Famaogusta nuncupata: Huius cum Sedem Epiphanius Episcopus teneret (de cuius & in sacris literis peritia, fidei zelo, ac quinq; linguarum cognitione passim Hieronymus in suis scriptis) ab eo, vti sibi charitate coniunctissimo se idem fatetur exceptum.

23 *Cuius tu testimonio gloriaris.* Gloriabatur Rufinus Epiphanij testimonio, quod Roma rediens (vulgatis paulò ante per eum in ipsamet Vrbe Origenis περὶ ἀρχῶν libris innumeris vndiq; scatentibus hæresibus) ab eodem facti omnino nescio receptus ad cõmunionẽ, dimissusq; in osculo pacis fuisset. Cæterùm

A Anastasij Pontificis in eundem Rufinũ anathematis sententia non multo post inuulgata; cũ & ipse Epiphanius aduersus Rufinũ Ioãni Hierosolymorum Episcopo litteras dedisset, quẽadmodum apud Hieronymum Epistola sexagesima capite quarto videre est, doluit idem Rufinus de eiusmodi in se conscripta Epistola, eamq́; protinus ad propriam prætexendam malitiam, non quidem ab Epiphanio, a quo paulò ante pacis osculum acceperat, sed ab Hieronymo confictam calumniatus est. Accipe rei huius ex ipsomet Hieronymo testimonium. In Sancti (Rufinum alloquens scribit) Epiphanij nomine mira tua tergiuersatio: vt post osculum, post orationem, neges B eum contra te potuisse scribere: quomodo si contendas non potuisse eum mori, qui paulò ante vixerat: aut certior sit tui repræhensio, quàm post pacem excommunicatio.

Lib. 3. apol. contra Ruf. cap. 2.

24 Veni Antiochiam. Hæc Syrię Vrbs potissima, olim Reblam, seu Reblatha, ac Emath magna in sacris litteris dicta, Patriarchatus Orientis Sedes, cuius etiam primus Episcopus Princeps Apostolorum Petrus fuit.

25 Vbi fruitus sum communione Pontificis. Pontifex a posse & facere dicitur: & quanquam iuxta hanc nominis acceptionem Imperatores, Reges, Duces, Principes, & quicumq; alij potestate pollentes, cuiusmodi Se- C natores, Pontifices appellari possent, propriè tamen ijs tantùm accomodatur, qui sacram habent iurisdictionem. Estq́; maior, & Maximus Pontifex: Maximus dicitur, qui summã immediatamq́; a Christo in omnes credentes habet, exercetq́; potestatem. Vnde & nominis interprætatio illi tantum conuenit, qui solus vtranq; in Ecclesia habet authoritatem, temporalem videlicet & spiritualem. Minor vero Pontifex Episcopus est, quippe qui potestatem a Summo Pontifice in dominici tantum gregis partem accipit. De huiusmodi scribit ac loquitur nunc Hieronymus: Episcopum enim fuisse Paulinum paulò infra pate- D bit.

26 Confessorisq́. Non idem vocis huius apud nos, ac apud antiquos. Enimuerò nullus huiusmodi primitus nomine veniebat, nisi qui Christi fidem interpellatus, coram fidei hostibus confessus fuisset. Quod si quidpiam ob id tormentorum, non tamen martyrio extinctus foret, tunc aliquando Martyr, interdũ etiam Cõfessor, quod vitam Martyrio non consumasset, vocabatur. Deniq;, qui in tormentis occubuisset Martyris propriè nomine apud omnes circumferebatur. Plura de hoc apud Tertullianum, Sanctumq́; inprimis Cyprianũ Epistolis 7. 9. 10. 15. 30. 37. 52. & 81. Pamelius item in scholijs super eandem Cypriani Epistolam nonam: Qui (inquit) non interpellatus Martyrio se ingerebat, hic dicebatur E Professor: Si adhuc autem quis timore correptus, ne fidem proderet sua, suosq́; relinquens exilio spontaneo procul a patria vitã ageret, hic appellabatur Extorris: cuius non erat despicienda conditio: nã & numero martyrum recensendus erat, si ea de causa mortem oppetijsset. Hæc omnia more maiorum, atq; vetusto loquendi genere. Obtinuit postmodum Ecclesiæ vsus, vt omnes qui sancta ac laudabili vita functi fuissent, sanctoq́; demũ, ac probato fine Spiritum Deo reddidissent, Confessores appellarentur, quippe qui verbo F & opere viuentes, atq; extremum vitæ claudentes Christum confessi fuissent. Nec enim Dominus Iesus omnes Martyres esse voluit, sed quosdam testes Euangelij sanguine, alios moribus, & vita singulari: cuius & testimonium illud habetur, quod Petrus Apostolorũ princeps post Saluatoris verba. *Cum autem senueris extendes manus tuas, & alius cinget te, & ducet quo tu non vis:* post item ab eodem de prædilecti Ioannis exitu, atq; fine factam interrogationem, audiuit. *Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te? Tu me sequere.* Ex quibus nõ debuisse eundẽ Ioannem Martyrio vitam finire colligitur. Sed nec præex- G cellsam eius Matrem, aliosq́; innumeros, e quorum etiam numero Paulinus hìc asseritur (quando enim hæc de eo testatus est Hieronymus, multo iam ante a sæculo migrasse ex temporum ratione, manifesto constat) fidei suæ testimonium sanguine comprobasse legimus. Postremò & hoc memoria dignum est. Tametsi Confessores eiusmodi, non dicantur Martyres, quod non violenta morte, sed naturali obierint, Martyres tamen & eos aliquo adhuc modo esse dicendos, quod Iesu Christi amore tormenta, pœnas, dolores, & cruciatus in duro atq; perpetuo certamine aduersus propriam carnem, affectus humanos, mun- H dum, aduersus deniq; Sathanam perpessi sint. Quo ipso martyrij genere innumeros, ac Paulam præsertim Sanctissimam fęminam affectam, atq; coronatam testatur Hieronymus. Et quidem, si diligenter rem ipsam quis expẽderit, ita esse, Christianam nimirum vitam perpetuum esse martyrium agnoscet: de quo, & illud Christi facilè intelligitur. *Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud:* Vt enim ad cœlorum regnum perueniatur laboribus, sudore, præssuris, angustijs, & conatu maximo, statutum est: quasi oporteat illud subituros portas eius ante fortissimè expugnare. Vnde, & magnus Gregorius: Ad magna, inquit

Ioan. 21.

Io. 21.

Epist. 27.

Matt. 11.

Homil. 37. in Euang.

A inquit pręmia perueniri non poteſt, niſi per magnos labores. Sed hæc de diſcrimine inter Martyres, atq; Confeſsores, nec non cultu, quem meritò erga ipſoſmet Confeſsores ab initio adhibere conſueuit Eccleſia ex antiquis monumentis indicaſse ſufficiat.

27 *Paulini*. Hic ille Paulinus eſt, a quo ſe Hieronymus in Presbyterum ordinatum, & cũ quo Romam ad Damaſum Põtificem fuiſſe profectũ ſępius commemorat: Vir planè Sanctus, & Catholicus. Et quamuis illũ Sabellianæ hæreſis a Flauiano, Meletij ſucceſſore accuſatum referat Theodoretus libro quinto capite tertio, eius tamen teſtimonium fide haud di-
B gnũ cõmuni ſentẽtia habetur, cũ Flauiani partibus (teſte quoq; Baronio) plus æquo addictus fuerit, quam ob etiam rem ab iniquiſſimis eundem calumnijs vindicare frequenter conatur. Sed, & falſam id genus accuſationem ex eo iure optimè deducit Victorius, quod ipſe Hieronymus hæreticorum omnium hoſtis acerrimus cum eo arctã perpetuo retinuit neceſſitudinem. Cui poſtremò rationi alia additur e quia eundem in communione S. R. E. iugiter vixiſſe, & diem deniq; extremum clauſiſſe conſtat. Hoc verò loco is Antiochenæ Eccleſiæ non immeritò Pontifex aſſeritur, quia tametſi Meletius quoq; (& ipſe apprimè Catholicus, & Martyrologio Romano adſcriptus) in Epi-
C ſcopatum eodem ſimul tempore ab altera factione fuiſſet aſſumptus; illius tamen electionem Apoſtolica nunquam ſedes approbauit, quod ab Arianis ex Armenia facta contigiſſet. Sed de hoc infra, capite ſeptimo, & tertio decimo.

Tom. 4. Annal ſub Christi anno 389 Sic. 5.

28 *Et deductus ab eo media hyeme, & frigore grauiſſimo*. Ardens ex his ad Sacra loca Hieronymi deſiderium prudens Lector attende. Quandoquidem nec longę nauigationis tędio affectus, nec dura aeris temperie diſſolutus, nec ſibi coniunctiſſimi viri familiaritate, amplexibuſq; retardatus, media hyeme, grauiſſimo frigore intrauit (vt inquit ipſe) Hieroſolymã.
D Quod verò ſe a præfato Pontifice deductum teſtatur, non ita accipias, vt eundem vna cum Hieronymo Hieroſolymam perexiſſe putes: ſed quod moris eſſet a temporibus vſq; Apoſtolorũ, vt quos Chriſtiani ſuſcepiſſẽt hoſpitio, eoſdem ad certum viæ terminum cum abſcederent comitarentur: Iuxta illud Ioannis:
Epiſt. 3. *Fideliter facis, quod operaris in fratres, & hoc in peregrinos deducens dignè Deo*. Et Hieronymus aduerſus Rufinum; Iunximus (inquit) dexteras: abeuntes proſecuti ſumus, vt vos eſſetis Catholici, non vt nos eſſemus hęretici.

Apol. Lib. 3. cap. 17.

29 *Intraui Hieroſolymam*: Sub extremo videlicet (iuxta a nobis notãda) anni Chriſti

Infra cap. 13. & 14.

E treceenteſimi octogeſimi ſexti. Cæterùm dignum planè, vt qui ad Sancta loca viſenda ſe contulerat, Hieroſolymã primùm, quæ Ciuitas Sancti, ſolium Domini, gloria mundi toties propheticis vocibus conclamata eſt, ingrederetur. Vnde, & de ea ipſa hæc alibi ſcribit: In hac Vrbe habitaſſe dicitur, & mortuus Adã. Epiſt. 17.
Quantos hæc Vrbs Prophetas, quantos emiſerit Sanctos viros longum eſt recenſere. Totum Myſterium noſtrum iſtius Prouincię, Vrbiſq; vernaculum eſt. In tribus nominibus Trinitatis demonſtrat fidem. Iebus, Salem, & Ieruſalem appellatur. Primum nomen Calcata, ſecundum Pax, tertium Viſio pacis. Paulatim quippe peruenimus ad finem. Et F
poſt conculcationem ad pacis viſionem erigimur, ex quo Salomon, Ideſt Pacificus in ea natus eſt: Et factus eſt in pace locus eius. Et in Pſal. 75.
figura Chriſti ſub etymologia Vrbis, Dominus dominantium, & Rex regum nomen accepit. Quid referemus de Dauid, & tota progenie eius, quæ in hac Ciuitate regnauit? Quantò enim Iudæa cæteris Prouincijs, tãtò hæc Vrbs cuncta ſublimior eſt Iudęa. Et vt coactius diſſeramus, totius Prouinciæ gloria, Metropolis vindicatur. Nunquam eam fleret Dominus corruentem, niſi diligeret. Flebat Lazarum, quia amabat eum. Venerabantur quondam Iudæi Sancta Sanctorum: nonne Venerabilius videtur ſepulchrum Domini?] Hæc Hieronymus. G

30 *Vidi multa miracula*. De eiſdem idem Hieronymus in Epiſtola vigeſima ſeptima ſuper obitu Paulæ: Cernebat (inquit) varijs Dæmones rugire cruciatibus, & ante ſepulchra Sanctorum vlulare homines more luporum: vocibus latrare canum; fremere Leonũ, ſibilare ſerpentum; mugire taurorum: alios rotare caput, & poſt tergum terram vertice tangere, ſuſpenſiſq; pede fęminis veſtes defluere in faciem. De his Hieronymũ intelligẽdũ arbitror. Quibus S. Hilarius libro de Synodis, nec non Sanctus Paulinus, atq; Seuerus
Diaconus libro tertio de fęminis arreptitijs ad H
duot, quod pedibus, & ſi ſuſpenſę eſſent, deorſum capite, nihilominus veſtes inhærerent diuino miraculo pedibus, quo fęmineo eſſet pudori conſultum. Vnde, & ex hac Patrum adſtipulatione in proximè ſuperiori Hieronymi allegato teſtimonio, corrigendũ errorem addendamq; negationem ibi arbitror vbi ſcribit *veſtes defluere*. Itaut legendum ſit *veſtes non defluere in faciem*, aliter miraculum id non eſſet, nec cum Sancti Hilarij, atq; Paulini, nec non Seueri Diaconi aſſertione conueniret. Verùm quoniam de miraculis hìc mentio coincidit, paucula nunc ad textus intelli-

gentiam

A gentiam animaduertenda. Miraculom licet de quocunq; admirationem excitante promiscuè dicatur: propriè tamen de ijs tantùm est, quorum causa in se omnino occulta est: Ita etiam, quod in re secundum rei veritatem est aliqua virtus, per quam secus contingere deberet. Huiusmodi a solo Deo, qui est causa abditissima, & non eo modo, quo naturalium exigit ordo causarum, operatur, fiunt: nimirũ, vt cũ cœcum illuminat, mortuum ad vitam reuocat, & similia producit, quæ propria miracula sunt, & in se ipsis simpliciter mira. Id genus autem miracula, vel supra naturam, vel præter naturam, vel contra na-
B turam fieri contingit. Supra naturam tunc dicuntur, quando in substantiam veritatemq; natura non potest, vti in diuisionem maris rubri, in cadaueris exsuscitationem. Præter naturam, quando in substantiam quidem facti potest, non tamen ad eiusdem productionem concurrit. Istiusmodi miracula tribus fiunt modis: inprimis propter excessum, & singu-
Gen. 8. larem modum, sicuti ranæ in AEgypto: Ex temporis deinde statuto puncto, vti Hieroboam in Prophetam manus extensa illicò arefa-
3.Reg.13 cta est: Ex communi tertio in omnes conse-
Num.5. quente effectu, sicuti de aqua zelotypiæ legitur, quæ ab adulteris mulieribus epotata ven-
C tris putredinem inducebat: Contra naturam postremò miracula fiunt, quando in re aliquod contrarium illi est, quod fit, sicuti enim grauo mouetur sursum, virgo parit, & similia fiunt, in quibus miraculosè datur actus, manente contraria natura, quæ contrarij actus est principium. Liquet igitur satis ex prædictis, de quorum genere miracula, quæ se vidisse testatur Hieronymus, & de quibus S. Hilarius, & cęteri, fuerint. Vestium nimirum haud defluxus in faciem contra naturam: vlulatus verò more luporum, ac cætera, quæ subduntur supra naturam.

31 Et quæ prius ad me fama pertulerat.
D Hoc est, traditio vulgatissima *pertulerat* aliàs detulerat. Differunt fama, & rumor, quod hic de recenti, illa vero de inueterata, & in hominum opinione firmata, etiamsi incerta
Aenead. re dicatur. De fama Virgilius cecinit.
4. *Extemplo Libya magnas it fama per Vrbes;*
Fama, malum quo non aliud velocius vllum:
Mobilitate viget, viresq; acquirit eundo.
Parua metu primũ, mox se se attollit in auras,
Ingrediturq; Solo, & caput inter nubila condit.
De rumore item Propertius.
Lib. 2. *Et terram rumor transilit, & maria.*
Eleg. 18. A poetis autem fama terræ filia fingitur. Enim verò cum inter Gigantes Titani, & Terræ filios, & Iouem ob regni cupiditatem bellum
E esset obortum, iamq; passim terrę filij a Ioue, & cæteris Dijs trucidarentur, percita nimio dolore terra, cũ sibi aduersus tãtis uiribus pollentes arma deessent, de vlciscenda tamen, quo cunq; modo posset illata sibi iniuria cogitans, coacta vtero famam enixa est, quæ superum scelera per orbẽ vulgaret. Hæc de fama Poetæ. In Sacris verò litteris, vt plurimùm Christi prædicationem, quæ peruenit ad Gentes, signi ficat, quemadmodum Matthæi nono, decimo quarto, & Luc. 4. videre est. Publicationem etiam virtutum electorum, in Saulis victoriæ vulgatione figuratã aliquãdo exprimit, primo Reg. decimotertio: Iosue nono: Hester nono.
F Deniq; in Genesi famosi gigantes asseruntur, non quod iuxta Poetarum fabulas Famæ fra-
Gene 6. tres forent, sed quod terrena prorsus saperent, nec cœleste quidpiam cogitarent, Vnde & scribitur, *Gigantes autem erant super terram in diebus illis: Illi sunt potentes a sæculo viri famosi. Videns autem Deus, quod multa malitia hominũ esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore. Penitus &c.*

32 Oculorum iudicio comprobani. Aliàs [iodicio] sed minus aptè.

33 Inde contendi in Aegyptum. Profectionis huius causam in Procemio Epistolæ ad Ephesios ita exponit: Deniq: ob hanc vel maxime causam Alexandriam perrexi, vt viderẽ Didymum, & ab eo in Scripturis omnibus, quę
G habebam, dubia sciscitarer. hæc ibi. Porrò eiusdem discendi studium oratione complecti quis valeat? Quæstionibus antea a Summis Pontificibus propulsabatur: ad Synodicas paulò antè Episcoporum consultationes rescribẽs omnes Ecclesias instruxerat; iamiam totius penè terrarum orbis in Doctorem assumptus fuerat, & tamen discendi hactenus cupiditate detentus Aegyptum petit, & canis iam sparsum caput discipulum Sacris litteris adhuc imbuendum se Didymo tradit Alexandrino. De eo capite sequenti, ex proprio eiusdem Hieronymi testimonio. Hanc autem eius in Aegyptum profectionem Christi Domini an-
H no trecentesimo octogesimo septimo tribuendam esse, temporis ratio nauigationis eiusdem ab Vrbe, alibi habenda probabit.

34 Lustraui Monasteria Nitriæ. Non sat Hieronymo fuit Nitriæ Monasteria toti orbi notissima oculis inspexisse, sed lustrasse eadem, hoc est examinasse diligenter, & quasi in orbem explorasse decuit, vt & incolentium Patrum virtutes, quas imitaretur, mẽtis acie perstringeret, & latitantes in eorundem agminibus aspides distinctè cognosceret. Nitria autem Aegypti quondam Vrbs fuit, ex qua nitrum, seu Salnitrum inde productum asportabatur:

A batur: ex quo & Nitriç Monaſteria dicta,
quod iuxta illam, & per circuitum eius in ma-
ximo numero eſſent conſtructa. De eiſdem
apud Scriptores, Sanctiſq; præſertim Patres
frequens habetur mentio. Et ea ipſa ſunt, quę
Paula Romana, Rufinus Acquileienſis, & Me-
lania, alijq; complures inuiſere. Hæc itaq;, vt
diximus inprimis luſtrauit Hieronymus, vt
perfectiorem adhuc ex Sanctis illis Patribus,
(de quibus mox dicturi) vitæ normã hauriret.
Sic & Sanctus Baſilius, quanquam Cæſareæ
ab adoleſcentia Monachi antea vitam egiſ-
ſet, ſublimiorem tamẽ adhuc viuendi ratio-
nem ex celeberrimis Aegyptiorum Patrum
B agminibus ſe perueſtigaſſe ita fatetur: Inue-
Epiſt.79. ni ſane multos apud Alexandriam, nec non
paucos apud reliquam Aegyptum, deinde &
alios in Paleſtina, & in Cœleſyria, & Me-
ſopotamia, quorum admiratus ſum tum in ſer-
uanda dicta temperantia, tum in obeundis la-
boribus tolerantiam, ad quorum obſtupui
præcandi vigorem, & conſtantiam: cum ob-
ſeruarem quo pacto, nec ſomno victi, ne ali-
qua alia naturæ neceſſitate deflexi ſublimem
ſemper, & inuictũ animi ſenſum in fame, &
ſiti, in frigore & nuditate ſeruarent, nec cor-
poris rationem habentes, nec ab alijs aliquid
illi curæ impendi ſuſtinentes: ſed quaſi in
C aliena carne degerent, ipſo opere oſtenden-
tes, quid ſit in rebus vitæ, peregrinum eſ-
ſe, & conuerſationem in cœlo habere. Cùm
illa admirarer, vitamq; illorum ob id beatã
iudicarem, quod ipſo opere ſe mortificatio-
nem Ieſu circumferre declararent, cupiebam
& ipſe, quantum mihi poſſibile eſſet illos æ-
mulari.] Hæc Baſilius. Idem poſt vtrunq;
maximus quoq; Monachorum Patriarcha fe-
cit Benedictus; dum nimirum, & ipſi Mo-
nachi vitam in ſolitudine ducentis Monacha-
tus ſublimiora inſtituta a Sancto Romano di-
diciſſe in Dialogorum Libro Sanctus Gre-
gorius refert. Hæc iuxta litteram. Quod
D ſi de ſublimiori aliquid adhuc proferre vo-
luerimus intelligentia: Nitrum in Sacris lit-
teris pro Lomento ſeu balneo accipiemus,
quo ſenſu Hieremiæ dictum intelligitur:
Hier.2. *Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi her-
bam Borith, maculata es in iniquitate tua co-
ram me, dicit Dominus.* Aliquando pro pę-
nitentia: interdum pro ſermone Eccleſia-
ſtico vſurpatur. Omnibus myſticis hiſce in-
telligentijs, Monachorum Monaſteria pul-
chrè, perbelleq; Nitriæ appellatione ve-
niunt. Quandoquidem, qui a ſęculi huius
via ad eapſa deſcendunt, peccatorum pro-
tinus maculis, quaſi quodam nitri balneo
ſalubertimo deterguntur. Vnde idem Hie-
ronymus: Venit (inquit Paulam intelligens) E
ad Oppidum Domini Nitrium, in quo pu- Epiſt.27.
riſſimo virtutum nitro ſordes lauantur quo-
tidie plurimorum. Quinimo ipſummet Mo-
nachatũ, veluti alterũ baptiſmum eſſe, idem
alibi teſtatus eſt, dicens: Reuera ſi Paulinam Epiſt.25.
ſæculare deſiderium, & (quod Deus a ſuis
auertat), delicias vitæ huius cogitantem mors
imatura rapuiſſet; plangenda erat, & omni la-
crymarum fonte ploranda: nunc vero cùm
propitio Chriſto ante quatuor ferme men-
ſes ſecundo quodamodo propoſiti ſe Baptiſ-
mo lauerit, & ita deinceps vixerit, vt calca-
to mundo ſemper Monaſterium cogitarit,
non veteris &c.] Monachorum deinde Mo- F
naſteria Nitriæ, hoc eſt pœnitentiæ dicuntur,
quia in illis degentes Monachi, in eiuſdem
pœnitentiæ operibus exercentur, in cuius rei
confirmationem illud aduerſus Vigilantium Lib.1.
eſt: Monachus non doctoris, ſed plangentis
habet officium, qui ſe, vel mundum lugeat, Epiſt. 8.
& Domini pauidus præſtoletur aduentum.
Et ad Demetriadem: Poſt cogitationũ dili-
gentiſſimã cautionẽ, ieiuniorum tibi arma ſu-
menda ſunt, & canendum cum Dauid. *Hu-* Pſal.34.
miliaui in ieiunio animam meam. In illis de-
mum Eccleſtiaſtici ſermonis nitrum recondi-
tur; quia eodem mordatioris nitri ſimilitudine
infirmi, pigri, & delinquentes arguuntur cor-
ripiunturq;. G

35 Et inter Sanctorum Choros. Macha-
rios videlicet, Iſidoros, Pambones, Paph-
nutios, Moyſes, Beniaminos, aliosq; tunc
temporis ſanctiſſimos viros, de quibus Epiſ-
tola vigeſima ſeptima: Quid ego narrem Ma-
charios, Arſenios, Serapiones, & reliqua
columnarum Chriſti nomina? Et Epiſtola vi-
geſimaſecunda: Macharius vero, & Pambo,
& Iſidorus, & cæteri, quos Patres vocant,
Sancto in eis loquente Spiritu, decreuerunt
infodiendos eſſe, cum eodem dicentes. Pe-
cunia tua tecum ſit in perditionem. Aped H
autem Sãctorum patrum multitudines chori
dicuntur, quippe, qui in diuinis laudibus,
atq; cæremonijs, genuflexionibus nimirum,
& totius corporis profundiſſimis inclinatio-
nibus totum fermè tempus conſumerent. Eſt
enim propriè chorus canentium atq; ſaltan-
tium multitudo.

36 Aſpides latitare perſpexi. Euagrium
intelligit, atq; Palladium, quibus non multò
poſt Rufinus Preſbyter Acquilienſis, Melania
ſenior Romana, Pelagius, Iſidorus, & alij
Monachi, atq; Anachoretæ acceſſerunt.
Hi etenim omnes, cùm Origeniſtæ doc-
trinæ idolo a Didymo ibi erecto thus in-
cauti adhibuiſſent, contigit vt latitantem

A etiam in eorum pectore peruersam doctrinam
tunc ad suum aduentum subodoraretur Hie-
ronymus; quem in eo postmodum non fuisse
deceptum rei exitus comprobauit. Quando-
quidem non longè post eius abicessum, cum
eorummet perniciosissima dogmata in vniuer
sum orbem irrepere gestirēt obuius idem ipse
factus Hieronymus acuto scriptorum suorū
mucrone truncauit. Nec inconcinnè aspidis
nomine signantur hæretici, cum illorum pro-
prium sit idgenus serpens hieroglyphicum:
Psal. 90. Vnde & in Psalmo dicitur: *Super aspidem & basiliscum ambulabis*. Et Isaiæ quinquagesimo
nono scribitur: *Oua aspidum ruperunt, qui co-*
B *mederit de ouis eorum morietur.* Tradit Aelia-
nus libro de natura animalium primo, aduer-
sus serpentium omnium morsus remedium
reperiri, vno aspidis excepto. Sed & eiusdē
veneni vis atq; natura est, vt nullum afferat
enecando hominem cruciatum, quin potius
non desit voluptas, si Plinio credamus. Iam
ergo quam pestiferi hæretici, eorumq; exitiosa
falsa doctrina sit intelligimus, qui aspidibus cō-
parantur. Quod ne me hoc loco quispiam
mendacij in dictorum Origenistarum enume-
ratione arguat, Vel lectores in errorem labi
contingat, cum diuersa apud diuersos de eis-
dem legerint, de singulis paucula perstringe-
C re duxi.

De Euagrio Abbate.

EVagrius igitur Iberus, quem idcirco Hy-
perboritam, & Ponticum, Hierony-
mus appellat, a Sancto Basilio primum Lector,
mox a Sancto Gregorio Nazianzeno Diaco-
nus ordinatus, Nectario relictus fuit. Inde
Hierosolymam ad Melaniam seniorem se cō-
ferens, postea in Aegyptum profectus est; v-
bi & Monachus factus, in Nitriç Monasterijs
magni nominis fuit. Cęterùm Didymi con-
suetudine vsus, atq; ideo in Origenis paula-
D tim errores prolapsus, plures tandem & ipse
in fraudem impulit. Multa scripsit, quæ su-
reoptimo non tantùm Hieronymus in Epis-
tola ad Ctesiphontem damnat, sed & Climax
sequentibus carpit, nimirū: Putauit Euagrius
sapientissimū se omniū alacritate sensus fieri,
sed fraudem passus sibi mentitus est miser,
insipientiūq; insipientissimus ex hoc ipso os-
tensus est.] Sic autem Origenis errores in om
nibus sectatus est, vt ipsius Hieronymi, Epi-
phanij, Theophili, & aliorum Orthodoxo-
rum eum perspectum habentium sententia
Pelagianis materiam præpararit delirandi.
Hunc, qui a principio Origenis errores mini-
mè exploratos habuerūt plurimum commen-
darunt. Sozomenus libro sexto, capite trigesi- E
mo, Prosper in Chronico, & alij. Eundē Palla
dius in Vitis Sanctorū Patrū, capite vigesimo-
quinto, & Gennadius in libro de Viris Illustri-
bus summis laudibus efferunt. Additq; Gen-
nadius eundem signis & prodigijs inclytū ha-
bitum fuisse. De quo vtiq; mirandum nō est,
cum Origenistę, Symmistæq; tam Gennadius,
quàm Palladius fuerint, vt rectè adnotauit
Victorius in Scholijs super præallegatam Epis
tolam ad Ctesiphontem, & Baronius in An-
nalibus Tomo quarto, sub Christi anno tre-
centesimo octogesimo octauo, Siricij Pontifi-
cis quarto Eumipsum postremo suo Sancto-
rum Catalogo Equilinus libro quarto, capite F
vigesimo octauo præposterè adscripsit.

De Palladio Monacho.

DVbitatum a quibusdā est, an Palladius
ille, qui in Epistola sexagesima apud
Hieronymū natione Galata, professione Ori-
genista traditur, ille idem fuerit, qui dicti E-
uagrij Commonachus & discipulus in Aegyp-
to commoratus est. Cui dubitationi ipsemet
Palladius in præcitato, de Vitis Sanctorum
Patrum libro, capite vigesimosecundo occur-
rens, eam ita de medio tollit: Respondi me
esse peregrinum, & de Galatiæ partibus veni- G
re; & vnum ex Euagrij fratribus esse confes-
sus sum. Iam igitur dubitatio sublata liquet,
vnumq; atq; eundem fuisse, & qui a Hiero-
nymo hæreticus proditur, & qui Euagrij disci-
pulus, libri author de Vitis Sanctorum Patrū
conuincitur. Vt autem Euagrij disciplinam
professus est, sic & eiusdem morbi vitio, quo
& Præceptor, ex eiusdem Hieronymi testi-
monio in Procemio aduersus Pelagianos, la-
borauit. Idem & Epiphanius Epistola sexa-
gesima apud eundem Hieronymum tradit.
Palladium, inquiens, Galatam, qui quondam
nobis charus fuit, & nunc misericordia Dei in-
diget, caue, quia Origenis hæresim prædicat, H
& docet, ne forte aliquos de populo tibi cre-
dito ad peruersitatem sui inducat erroris. Is
ex Nitriç eremo aliquando subductus, atq; in
Palestinam profectus, Paulam Romanam,
Sanctissimam fęminam ad Origenis hæreses
primus sollicitauit. Sed de hoc infra, capite
nimirum decimo septimo.

De Isidoro Monacho.

Ep. 22. cap. 14.

ISidorus Abbas, & Presbyter Alexandrinus
vocatus idem ipse, de quo paulò superius
Hieronymus: Macharius, inquit, & Pambo,
& Isidorus, & cæteri quos Patres vocant,
San-

A Sancto in eis loquente Spiritu, his in Italiam,
teste Paliadio venit, primò videlicet cum A-
thanasio, secundò cum Demetrio Episcopis.
Is præ diues valde omnia pro Christi amore in
pauperes erogauit; sed infelix postmodum
Origenis veneno potatus, non Origenista tā-
Epist. 61. tùm, sed Origenistarum antesignanus, ex
eodem Hieronymo babetur; cuius & testi-
monium est: Isidorus iste, qui in cœlum tuis
laudibus tollitur idipsum infamatur, quod
tu Hierosolymæ, ex quo non Legatus ad-
uenisse videtur, sed socius. Et infra. Vide-
te quid faciat concordia dogmatum, Isidorus,
qui, vt hoc significaret, eius socius erat, homo
B Dei, & Presbyter, & vir potens, & sacro, ac
venerabili incessu, & diuinæ intelligentiæ, &
Hippocrates Christianorum vocatur; Ego
misellus, dum in solitudine delitesco, a tanto
Pontifice repentè truncatus Presbyteri nomen
amisi. Plura Baronius Tomo quatto Anna-
lium sub Christi anno trecentesimo nonagesi-
mo tertio. Siricij nono. Theodosij decimo-
quinto. Hic quoq; perperam in Sanctorum
numerum refertur ab Equilino libro secundo
capite octogesimo.

De Pelagio Monacho.

C Pelagius lupus de silua vocatus prædictis
dexterā iungēs hęreticis, hęresū semina ex
Origenis doctrina delegit; sed maiore postea
impietatis nouæ hæresis accessione author fa-
ctus, non vltra in Origenistarum numero mi-
litauit, sed sibi proprium hæresiarchę nomen
conciliauit. Hunc eundem Hieronymus tri-
bus confutauit libris. De Melania verò senio-
re, quam pręfatus Paliadius, Rufinus, & cęte-
ri Origenistæ laudibus frequenter exornant,
nec non de ipsomet Rufino inferius. Pro nūc
quomodo hactenus memorati, tum doctrinæ,
tum Sanctitatis olim nomine celeberrimi uiri
D a fide defecerint, venenaq; Origenis ab illis
potata alijs propinauerint, indicasse sufficiat.

37 *Protinus concito gradu Bethlehem meam reuersus sum, vbi adoraui præsepe, & incunabula Saluatoris.* Hoc enim potissimum consilio
Romam mundi caput deseruerat, vt eiusdem
In Præf. libri de Spiritu Sancto. paruulæ Bethlehem illam commutaret hospi-
tio, quod & Pauliniano fratri scribens sic vi-
detur exponere: Canticum quod cantare non
potui in terra aliena, hic a vobis in Iudæa
prouocatus immurmuro, angustiorem multò
locum existimans, qui Saluatorem mundi, quā
qui fratris genuit parricidam. Cuius alibi lau-
des atq; præconia explicans: Vbi, inquit latæ
Epist. 17. porticus? vbi aurata laquearia? vbi domus
miserorum pœnis, & damnatorum labore ve- E
stitæ? vbi instar palatij priuatorum extructæ
basilicæ, vt vile corpusculum hominis precio-
sius inambulet, & quasi mundo quidquam
possit esse ornatius, tecta sua magis velint as-
picere, quàm cœlum. Bethlehem, ecce in
hoc paruo terrę foramine cœlorū conditor na
tus est: Hic inuolutus pannis: hic visus a pasto- In Luc. 2.
ribus: hic demonstratus a stella: hic adoratus
a Magis] Ad idem Chrysostomi exclamatio
est, quam ad antiquitatis monumentum intel-
ligendum hic placuit inserere: O si, inquit,
mihi videre liceret illud præsepe, in quo Do-
minus iacuit; nunc nos Christiani quasi pro F
honore tulimus lateritium, & posuimus argen-
teum: Sed mihi preciosius est illud quod abla-
tum est: argentum autem, & aurum meretur
Gentilitas: Christiana fides meretur illud lute-
um: Non tamen condemno eos, qui honoris
causa fecerunt; neq; illos condemno, qui in
templo fecerunt vasa aurea: sed admiror Do-
minum, qui Creator est mundi, non inter au-
rum & argentum, sed in luto nascitur:] hęc ip-
se. Nunc Roma illud possidet, eoq; multo
felicius illustratur, quàm Romuli tugurio] Le-
gi in Venerabilis Patris Lupi Manuscriptis
exemplaribus historiam de translatione eius,
quam, & ab Equilino vsurpatam obseruaui: G
Cæterùm de tempore quo amussim facta est,
nil certi hactenus apud Scriptores habetur.
Deniq; quod Bethlehem suam, ad eamq; se
reuersū fuisse Hieronymus scribat, aliàs vtiq;,
antequam nimirum a Damaso Pontifice in
Vrbem euocaretur in ea fuisse commora-
tum astruit.

38 *Vidi quoq; famosissimum locum.* Non
quod post accessum ad Saluatoris incunabula
nuper memoratum Hieronymus lacum vide-
rit, hoc addidit: sed quasi illius visio refugisset
a calamo, de eo mentionem intulit: in hac
namq; postrema profectione ita accessit, vt H
deinceps nunquam recesserit. Lacus verò is
est, cuius fundus latet: & hic ipse de quo nūc
Hieronymus loquitur pluribus nominibus ap-
pellari consueuit: vocatur enim Asphaltites
lacus, seu bituminosus: mare primum: mare
orientale: & mare mortuum: meritoq; famo-
sissimus dicitur, quod multa ad nos fama, scrip
toresq; de eo pertulerint: quandoquidem So-
doma, Gomorrha, Adama, & Seboim in eo fue-
runt. Nulla insuper in eo animalia, præ nimia
aquarum amaritudine viuunt, ne cochleę qui-
dem, paruiq; vermiculi, & anguillæ, & reliqua,
quamuis minima corpuscula. Iordanis postre-
mò in illum influit, qui si imbribus auctus pis-
ces secum eò inferat, statim moriuntur, & cras-
sis amarisq; supernatant aquis. Nec hoc de

pisci-

piscibus solùm, cum tauri etiam, & cameli in eo fluitent. Longitudine ad centum (referente Plinio) millia passuum se extendit, latitudine, vbi maxima ad vigintiquinq; , vbi minima ad sex. Iuxta solitudinem ad Orientem vergit, illudq; ibi Arabia Nomadum prospicit, a Meridie verò Macherunta, vbi Ioannes capite minutus est.

39 Nec me inerti tradidi otio. Otium propriè a labore vacatio, cuius contrarium negotium est. Alibi idem ipse Hieronymus Paulæ, Eustochioq; scribens loquitur. Illud dicam placere mihi otium meum, & solitudinem omni celebritate iucundiorem videri; quæ sanè cum prædictis omnino pugnare videntur. At sibi perpetuo constat Hieronymus, Duplex enim otium ex Sanctis Patribus babetur, alterum, quod mentem aggrauans, tędium omnino inducit homini, alterum, quod mentem terrenis negotijs, tumultuq; sæculi exuens, illam, quantum humana sinit imbecillitas, Christo connectit. De priori itaq; , quod Dauid quondam Regi adulterij perpetrandi causam præbuit, & de quo in sacris litteris dicitur. (Prou. 6.) *Vade ad formicam o piger, & considera vias eius, & disce sapientiam.* Et alibi: (Prou. 12.) *Qui sectatur otium stultissimus est:* de priori inquam intellexit hoc loco Hieronymus, non de posteriori. Quo etenim pacto fieri potest, vt iners illud aliquando dicatur otium, quod in actione eminentissima consistit? quod Domini etiam in Euangelio celebratur eloquio: (Luc. 18.) *Mariam optimam partem sibi elegit, quæ non auferetur ab ea.* Et. (Psal. 72.) *Mihi autem adhærere Deo bonum est.* Pro tranquillitate item, pace, ac quiete sumitur contra Verrem: Cum bello fugitiuorum tota arderet Italia C. Norbanus in summo otio fuit.

40 Sed multa didici, quæ ante nesciebam. Quænam verò ista fuerint, declarat Epistola sexagesima quinta, vbi Putabunt, inquit, me homines post auditum Dydimum finem fecisse discendi. Veni rursum Hierosolymam, & Bethlehem: quo labore: quo precio Barhaninam nocturnum habui præceptorem? Timebat enim Iudęos, & mihi alterum exhibebat Nicodemum. Hæc ipse de quibus capite sequenti. Multa insuper alia eodem tempore illum fuisse aggressum; vti Commentarios in Epistolas Pauli, ad Philemonem, ad Galatas, & ad Ephesios, eiusdem in dictas Epistolas præfationes, satis apertè declarant.

De emolumentis per eius abscessum a solitudine Ecclesiæ partis. Capue IV.



VIS 1 autem felicem non dixerit fuga huius euentum, Christiq; prouidentia dispensatum? 2 Vt scilicet Romana Ecclesia 3 Petri instituta regimine 4 omnium etiam Veteris, & Noui Testamenti librorum desudante Hieronymo Hebraicam, & Græcam haberet veritatem, 5 Et quorundam Græcorum leuitas, qui cunctas scripturas sibi diuinitus inspiratas Romanos a se accepisse plaudebant, ab insultatione desisteret. 6 Igitur Hieronymus locis venerabilibus perlustratis 7 pergit Constantinopolim ad audiendum Venerabilem virum Gregorium Nazianzenum, 8 vt idem in tertio explanationum Isaiæ libro meminit, 9 vbi Prophetam Domini se vidisse testatur, sic inquiens. De hac visione ante annos circiter triginta, cum essem Constantinopoli, 10 & apud virum eloquentissimum Gregorium Nazianzenum, tunc eiusdem vrbis Episcopum Sanctarum scripturarum studijs erudirer, 11 Scio me breuem dictasse, subitumq; tractatum, vt experimentum caperem ingenioli mei, & amicis iubentibus obedirem. 12 Nil verò de huius viri indefesso studio, & eleganti industria, quam erga Græcos, Hebræos, & Syros, Caldeosq; in discendo habuit præstantius dici potest, 13 quam quod ipsius ad Pammachium, & Oceanum missa profitentur verba dicentis. 14 Dum essem iuuenis miro discendi ferebar ardore, 15 nec iuxta quorundam præsumptionem ipse me docui. 16 Apollinarium Laodicenum audiui Antiochiæ frequenter, 17 & colui: 18 & cum me in Sanctis scripturis erudiret, 19 nunquam illius contentiosum super sensu dogma suscepi. 20 Iam canis spargebatur caput, & magistrum potius, quam discipulum decebat: 21 perrexi tamen Alexandriam; 22 audiui Dydimum: 23 in multis ei gratias ago: 24 Quod nesciui didici: 25 quod sciebam, illo docente non perdidi. 26 Putabant me homines finē fecisse discendi. 27 Veni rursum Hierosolymā, & Bethlehē: 28 quo labore, quo precio 29 Barrabanum nocturnū habui præceptorem? 30 Timebat enim Iudæos, & mihi alterum exhibebat Nicodemum. 31 Item ad Rusticum Monachum. 32 Dum essem iuuenis, 33 & solitudinis me deserta vallarent, 34 incentiua vitiorum, ardoremq; naturæ ferre non poteram, 35 quem cum crebris ieiunijs frangerem 36 mens tamen cogitationibus æstuabat: ad quam edomandam, cuidam Fratri, qui ex Hebræis crediderat, me in disciplinam dedi, 37 vt post Quintiliani acumina, Ciceronis fluuios, grauitatemq; Frontonis, & lenitatem Plinij 38 Alphabetum

A *betum discerem, & stridentia, anhelantiaq́ verba meditarer. 39 Quid ibi laboris insumpserim,* E
40 quid sustinuerim difficultatis. 41 quoties desperauerim, 42 quotiesq́ cessauerim, & contentio-
ne discendi rursus inceperim, 43 testis est conscientia, tam mea, qui passus sum, 44 quàm eorũ,
qui mecum duxerunt vitam. 45 Et gratias ago Domino, 46 quòd de amaro semine litterarum
dulces fructus capio. 47 Et in prologo libri Iob, 48 quem videlicet librum eius studio Latina lin-
gua translatum, 49 expositumq́ promeruit. 50 Memini me inquit, ob intelligentiam huius vo-
luminis Lyddaum quendam in praceptorem, 51 qui apud Hebraos primus haberi putabatur, 52
non paruis redemisse nummis. 53 Porrò ad scientiam Chaldaica lingua, quo labore peruenerit,
idem Hieronymus 54 ità in Prologo Danielis enarrat. 55 Post Quintiliani, & Tully lectionem,
ac flores rhetoricos 56 cum me in lingua huius pistrinum reclusissem, 57 & multo sudore,
multoq́ tempore vix cœpissem anhelantia, stridentiaq́ verba resonare, 58 & quasi per cryptam
ambulans desuper lumen aspicerem 59 impegi nouissime in Danielem, 60 & tanto tadio affectus
sum, vt desperatione subita omnem laborem veterem voluerim contemnere. 61 Verùm adhortante
me quodam Hebrao, & illud mihi crebrius in sua lingua ingerente. 62 Labor improbus omnia
B *vincit. 63 Et qui mihi videbar Sciolus inter Hebraos, cœpi rursus esse discipulus Chaldaicus.* F
64 Et vt verùm fatear vsq; ad prasentem diem magis possum sermonem Chaldaicum legere, &
intelligere, quam sonare.

COMMENTARIVS.

1 Q*Vis autem felicem non dixerit fuga hu-*
ius euentum, Christiq́ prouidentia dis-
pensatum?] Hactenus de fuga Hieronymi,
nunc de consequentibus effectibus subijcitur.
Ex peregrinatione igitur, atq; fuga eiusdem
Hieronymi ex Occidente in Orientem, quã
& præceptis Euangelicis consonam in supe-
C rioribus vidimus bonum, quod inprimis ef-
fluxit, istud fuit, quod cuncta, quæ sacræ lit-
teræ referunt loca, adhibitis Hebræorum eru-
ditissimis viris, ipse tunc circumierit, viderit,
intrarit. Porrò quantum horum omnium co-
gnitio ad eiusdem sacræ scripturæ intelligẽ-
tiam sibi profuerit, sequentibus ad Domnio-
nem ipse testatur. Quomodo Græcorum
historias magis intelligunt, qui Athenas vi-
derint: & tertium Virgilij librum, qui a Troa-
de per Leucaten & Actoceraunia ad Siciliam
& inde ad ostia Tiberis nauigauerint: ita Sãctã
scripturam lucidius intuebitur, qui Iudæam
oculis contemplatus sit, & antiquarum Vr-
D bium memorias, vel eadem vocabula, vel
mutata cognouerit. Vnde & nobis curæ fuit
cum eruditissimis Hebræorum hunc labo-
rem subire, vt circumiremus Prouinciam,
quam vniuersæ Christi Ecclesię sonant] hac-
tenus ipse.

2 *Vt scilicet Romana Ecclesia.* Posterius de-
inde, quod ex eiusdem ab Vrbe recessu Sa-
crosanctæ Romanæ Ecclesiæ nunquam satis
explicatum, laudatumq; obtigit bonum illud
censetur, quòd illa met numeris omnibus
absolutam sacrorum librorum versionẽ e pro-
prio fonte obtinuit. Enimuero cum ad Hie-
ronymi vsq; tempora in quibusdam ijdem im-
minuti & imperfecti, in quibusdam permixti,
in quamplurimis etiam vitiati atq; corrupti,
tum apud Græcos, tum apud Latinos cir-
cumferrentur, is diuino afflatus spiritu in
Bethlehemitica solitudine eos omnes, (vetus
quidem Testamentum ad Hebraicam veri-
tatem restituendo, & nouum iuxta Græco-
rum originem examinando) correxit. De
vtriusq; Testamenti hac a se elaborata ver- G
sione, ac veteris inprimis restitutione in al-
tera Paralipomenon Præfatione ita scribit. Si
septuaginta Interpretum pura, vt ab eis in
Græcum versa est, editio permaneret: super-
fluè me Chromati Episcoporum sanctissime
atq; doctissime impelleres, vt hebræa volumi-
na Latino sermone transferrem: quod enim
semel aures hominum occupauerat, & na-
scentis Ecclesiæ roborauerat fidem, iustum
etiam erat nostro silentio comprobari: nunc
vero cùm pro varietate regionum diuersa fe-
rantur exemplaria, ex germana illa anti-
qua translatio corrupta sit atq; violata, nos- H
tri arbitrij putas, aut e pluribus iudicare
quid verum sit, aut nouum opus in vete-
ri opere cudere. Et in præfatione Isaiæ ad- Epi.117.
dit: Vnde conijcio noluisse tunc temporis
Septuaginta Interpretes fidei suæ Sacramen-
ta perspicuè Ethnicis prodere, ne Sanctum
canibus, & margaritas porcis darent, quę
cum hanc editionem (suam scilicet) le-
geritis, ab illis animaduertetis abscondita.]
De ordinatione verò, ac correctione noui, in Epi.105.
præfatione Iosue ita Lectores admonet: Ma-
ximè cùm apud Latinos tot sint exemplaria,
quot codices, & vnusquisq; pro arbitrio suo
vel addiderit, vel subtraxerit, quod ei visum
est, & vtiq; verũ esse non possit quod dissonat.

A Quod æquè in præfatione quatuor Euangeliorum ad Damasum repetit: Magnus, inquiens, hic nostris codicibus error inoleuit, dũ quod in eadem re alius Euangelista plus dixit, in alio, quia minus putauerint addiderunt. Vel dum eundem sensum alius aliter expræssit: ille qui vnum e quatuor prius legerat ad eius exemplum cæteros quoq; existimauerit emẽdandos. Vnde accidit vt apud nos mixta sint omnia, & in Marco plura Lucæ, atq; Matthæi: rursus in Matthæo plura Ioannis & Marci, & in cæteris reliquorum, quæ alijs propria sunt reperiantur.] Et supra. Si enim Latinis exemplaribus fides est adhibenda, responB deant, quibus? Tot enim sunt exemplaria quot codices. Si autem veritas est quærenda de pluribus, cur non ad Græcam originem reuertentes, ea quæ vel a vitiosis interpretibus malè reddita, vel a præsumptoribus imperitis emendata peruersius, vel a Librarijs dormitantibus, aut addita sunt, aut mutata, corrigimus? Sed me consolatur, quod tu qui Sũmus Sacerdos es, fieri iubes.] hucusq; ipse, ex quibus manifestè, non vtilitas tantùm versionis eius, sed necessitas pariter in Ecclesia Dei comprobatur.

Porrò dignitas, ac præstantia eiusdem ex hoc etiam declaratur, quòd ab ipso promulC gationis exordio, vbiq; terrarum & recepta est, & a Sanctis Patribus summis laudibus exornata. Sanctus Augustinus ex ipsorum quoq; Hebræorũ testimonio hanc ipsam Hieronymi translationem veracem esse cõfirmat. Sanctus Gregorius eandem (quam nouam appellat) cuncta ex Hebræo eloquio verius transfundere dicit. Sanctus Isidorus cæteris omnibus anteponit, eamq; ab Ecclesijs Christianis communiter recipi ac probari testatur, quod sit in verbis clarior, & in sententijs veracior. Ipsanmet nõ tantùm Hebræis sed & Apostolis comprobari idem Hieronymus in præfatione libri Paralipomenon affirmat: Cur, D inquiens, me non suscipiant Latini mei, qui inuiolata editione veteri, ita nouam condidi, vt laborem meum Hebræis, & quod his maius est, Apostolis auctoribus comprobem. Illam tandem sacrum Concilium Tridentinum omnino sectandam esse, cum tot sæculorum curriculis Catholica fides per eam illesa seruata sit, & restituta decernit. Iure ergo felix, ac Christi (vt dicitur) prouidentia dispensata Hieronymi fuga, cùm tot bona protulerit, affirmanda est. Quod autem in textu ponitur.

Vt scilicet Romana Ecclesia. Non sic Romanæ accipiendũ verbum, vt ea tantùm, quæ Romæ Ecclesia est, sed quæ per totum orbẽ longè lateq; diffusa, intelligatur. Enimuero E sãcta & Oecumenica, idest Vniuersalis Ecclesia *Romana* dicitur, quòd illius caput *Romanus* Põtifex iure affirmetur. Vnde & Cyrillus Alexandrinus Episcopus, a Sãcto Antonino in Sũma relatus: 3.par.tit. 22. § 5. Vt membra, inquit, maneamus in capite nostro Apostolico throno *Romanorũ Pontificum*, a quo nostrum, & quomodo, & quid credere, & quid tenere debeamus, ipsum venerãtes, ipsum rogantes pro omnibus, quoniã ipsius solum est repræhendere, corrigere, disponere, statuere, soluere, & loco ipsius ligare, qui ipsum ædificauit, vt nulli alij, quod suum est, plenum; ipsi soli dedit, cui omnes iure diuino caput inclinant, & Primates mũ- F di tanquam ipsi Domino Iesu.] Et Sanctus Thomas in Tractatu contra errores Græcorũ capite sexagesimo sexto Concilij vniuersalis verba allegans, ita habet: Veneramur & dicimus secundum scripturas, & Canonum definitiones, Sanctissimum antiquæ Vrbis Romę Episcopum primum esse, & maximum omnium.] Vel dicatur. Vniuersalem ideo *Romanam* appellari Ecclesiam, quòd cæteris omnibus auctoritate, prȩstantia superemineat. De qua & decreti verba extant, quibus decernitur: Sacrosancta *Romana* & Apstolica Ecclesia, non ab Apostolis, sed ab ipso Domino G Saluatore nostro primatum obtinuit.] Et ca- Dist. 22. pite proximè superiori, *Omnes*: Qui autem *Romana Ecclesia* priuilegium ab ipso Summo Matt. 16. omnium Ecclesiarum capite traditum auferre conatur, hic procul dubio in hæresim labitur] Quantis deniq; eiusdẽ Romanæ Ecclesiæ, ac Romani Pontificis auctoritatẽ efferant præconijs cõtra nostrorum temporum hæreticos, Vide Hieronymi Epistolas quinquagesimam septimam, & quinquagesimam octauam, Cyprianum, Hilarium, & alios. Verùm de his fusius infra Capite decimo sexto.

3 *Petri instituta regimine.* Primus is etenim fuit, qui maxima omnium Pontificatus H præfectura a Christo nobilitatus eandem rexit, fundauitq́. Cui & antea sub eius persona cæteris omnibus successoribus idẽ fuerat elocutus: *Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam.* Matt. 16.

4 *Omnium etiam veteris, & noui testamenti librorum desudante Hieronymo Hebraicã, & Græcam haberet veritatem.* De quo ipso Hieronymi labore, atq; sudore, & hucusq; verba facta sunt, & mox in sequentibus agetur.

5 *Et quorundam Græcorum leuitas, qui cunctas scripturas sibi diuinitus inspiratas Romanos a se accepisse plaudebant, ab insultatione desisteret.* Duo prȩterea alia ex Hieronymi translatione,

confi-

A cõsideratione dignissimã contigisse nunc sub-
iunguntur. Vnum leuitatis quorundã Græ-
corum, Romanos (hoc est Latinos) sacras a se
litteras accepisse affirmantium repressio: Alte-
rum falsę cuiusdam alterius assertionis euersio,
qua sibi nimirum metipsis easdem diuinitus
inspiratas olim fuisse plaudebant.

Quo ad prius, tantùm abest, vt Hierony-
mus veteris Testamenti historiam a Græcis de
sumpserit, quod eorum quoq; Translationem
multis in locis (vti dictum est supra) mancam,
& violatam ad Hebraicam veritatem restitue
rit. Sed nec insuper post eiusdem Hierony-
mi Translationem, ipsorum aliquando Græ-
B corum Latini vsi sunt Translatione, cum Hie-
ronymianam in ipso inuulgationis exordio
vniuersalis Dei Ecclesia amplexata sit. Quod
si rei huius tunc temporis euentum aperire vo
luerimus, viceuersa Grecos a Latinis eorun-
dem sacrorum librorum veritatem mutuatos
fuisse ex proprio Hieronymi testimonio coge-
mur asserere. Quandoquidem Sophronium
apprimè eruditum, Psalterium, ac Prophetas
a se primũ de Hębreo in Latinum sermonem
editos Græcorum bibliothecæ protinus tradi-
disse libro de Viris Illustribus testatur. Id quod
manifestius libro secundo aduersus Rufinum
in obtrectatorum suorum detestationem expli
Cap.7. cans exclamat: O labores hominum semper
C incerti: O mortalium studia contrarios inter-
dum fines habentia. Vnde putabam benemo-
reri de Latinis meis, & nostrorum animos ad
discendum concitare: quod etiam Græci ver-
sum de Latino post tantos interpretes non fas-
tidiunt, inde in culpam vocor, & nauseanti
stomacho cibos ingero. Et quid in homine
tutum sit, si innocentia criminosa est?] Et in
Esdrę atq; Nehemię Prętatione: Quãto magis
(inquit) Latini grati esse deberẽt, quòd exultã-
tẽ cernerent Græciam a se aliquid mutuari (de
versione scilicet sua intelligẽs.) Igitur nõ Lati-
ni à Græcis, sed e contrario Gręci ab ipsis La-
D tinis post Hieronymianam translationem sa-
cras litteras acceperunt. Nec illud obstare vi-
detur, quod Psalterio a Septuaginta interpre-
tibus edito Latini in Ecclesijs vtantur, quoniã
id non nisi post exactissimam ab eodem Hiero-
nymo in eo elaboratam castigationem conti-
git: quemadmodum ipse Libro secundo ad-
Cap.8. uersus Rufinum recenset: Psalterium, inquiẽs,
quod certè emendatissimum iuxta Septuagin-
ta Interpretes nostro labore dudum Roma
Cap.7. suscepit, rursum iuxta Hebraicum vertens præ
fatione muniui.] Et supra. Ego ne contra
Septuaginta Interpretes aliquid sum locutus,
quos ante annos plurimos diligentissimè emen
datos meę Linguę studiosis dedi, quos quoti-
die in conuentu Fratrum edissero? quorum E
Psalmos iugi meditatione decanto?] Nec cui-
piam admirationi hoc esse debet, ex omnibus
nimirum Septuaginta Interpretum libris Psal-
terium tantummodo in vsu Ecclesiæ perseue-
rasse; quippe, cùm ipsius Hieronymi tempore
præ cæteris omnibus Sacræ Scripturę libris in
ore omnium versaretur, ita illud idem, & ipse
canere voluit, vt cum cæteris conueniret: quod
vtiq; vt Roma seruaret, & rogasse Summum
Pontificem, & illud semel, atq; iterum se typis
submisisse testatus est. Quod autem eiusdem
Hieronymi Translatione Græcorum leuitas
repressa dicatur, ad vniuscuiusq; Prouinciæ
proprietates alluditur. Quemadmodum enim F
Cretenses semper mendaces, malas bestias,
ventres pigros ab Epimenide *Poeta* dictos Tit. 1.
Apostolus comprobat: Vanos Mauros: & fe-
roces Dalmatas Latinus pulsat historicus:
Timidos Phrigas, omnes Poetæ lacerant: Athe
nis expeditiora nasci ingenia Philosophi glo-
riantur, sic Græcos leues apud Caium Cæsa-
rem Tullius irridet dicens: Aut leuium Græ-
corum, aut immanium Barbarorum. Et in ora-
tione pro Flacco: Ingenita, inquit, leuitas, &
erudita vanitas.

Quo ad posterius, Quoniam Septuaginta
Interpretibus in Insula Alexandrię, quæ Pha-
rus dicitur, septuaginta item cellulas (quas G
Iustinus Martyr se vidisse testatur) ad legem
interpretandam a Ptolomęo Philadelpho assi-
gnatas fuisse Aristeus, eiusdem Ptolomęi ad
Eleazarum Summum Sacerdotem pro eius-
modi negotio Legatus missus, litteris consigna-
uit: Et illud idem Philo etiam Iudæus in Vita
Moysi confirmasse visus est, dum eosdem Sep
tuaginta Interpretes in vnum locum conuo-
catos, sacros ex Hæbreo libros in Græcum ita
concorditer transtulisse, vt ne in verbo quidẽ
dissenserint chartis prodidit: addiditq; mi-
raculo & prophetię dono id esse assignandum:
Ex his Sacras sibi litteras certo reuelatas Gręci
autumarunt. At quoniam applausus eiusmo- H
di, de quo mirum in modum gloriabantur fal-
so nixus fuit fundamento, iure etiam optimo
ad ipsius Hieronymi translationem protinus
euanuit. Et reuerà cum Sanctos Apostolos, &
Euangelistas (quos Spiritusancto plenos non
ambigimus) aliter, quàm a septuaginta Inter-
pretibus versum est, Scripturæ Sacræ auctori-
tates ex nouo Testamẽto desumpsisse constet;
compertissimum etiam est, Septuaginta Tran-
slationem a Spiritu sancto nullo pacto potuisse
dictari. Quandoquidem vnus atq; idem Spi-
ritus sanctus diuersa non texuisset testimonia,
aliter nimirum loquendo per Apostolos, aliter
per Septuaginta Interpretes. Nec idem præ-

terea,

A cerea, quod a Septuaginta Translatoribus missum voluisset, illud omnino scriptum fuisse per Apostolos, ac Euangelistas protulisset, opponuntur enim hæc sibi inuicem. Igitur a Spiritu sancto Septuaginta Interpretum Translationem dictatam asserere, a veritate alienum, merumq; figmentum est. Et quod ad septuaginta cellulas spectat, eas profecto irridet Hieronymus, non quòd eorum cubicula neget, sed quòd singulos in singulis latuisse, aliumq; dum verteret, de alio ignorasse, cunctos tamen in interpretatione miraculo quodam, non collatione prius facta conuenisse, falsum esse dicat; Quod apertius ex verbis
B eiusdem in Præfatione libri Paralipomenon liquet, vbi: Si igitur (inquit) alijs licuit non
Ep. 107. tenere quod semel susceperant, & post Septuaginta cellulas, quę vulgo sine authore iactantur, singulas cellulas aperuere, hocq; in Ecclesijs legitur, quod Septuaginta nesciert] & libro secundo aduersus: Nescio quis primus author Septuaginta cellulas Alexandriæ mendacio suo extruxerit, quibus diuisi eadem scriptitarint. Cùm Aristæus eiusdem Ptolomæi hyperaspistes, & multo post tempore Iosephus nihil tale retulerint, sed in vna basilica congregatos, contulisse scribant, non prophetasse: Aliud est enim vatem, aliud est esse in-
C terpretem: Aut aliter de eisdem libris per Septuaginta Interpretes, aliter per Apostolos Spiritus sanctus testimonia texuit, vt quod illi tacuerunt, hi scriptum esse mentiti sint. Quid igitur? Damnamus veteres? Minimè, sed post priorum studia in domo Domini, quod possumus laboramus. Illi interpretati sunt ante aduentum Christi, & quod nesciebant dubijs protulere sententijs: nos verò post passionem, & resurrectionem eius, non tam prophetiam, quam historiam scribimus: Aliter enim audita, aliter visa narrantur. Quod melius intelligimus, melius & proferimus. Audi igitur æmule, obtrectator ausculta; non damno, non
D repræhendo Septuaginta, sed confidenter cunctis illis Apostolos præfero] Verùm de Translatione Hieronymi atq; eius præstantia infrà capite decimo quinto, & decimo sexto.

Cur Hieronymo post Septuaginta Interpretes sacras rursus ex Hebræo litteras transferre licuerit?

NVnc causas quibus Hieronymum post Septuaginta Interpterum translationē, quam Ecclesiam recepisse, & approbasse optimè nouerat, vetus iterum Instrumentum ex Hebræo immediatè interpretari decuit, imò incubuit, aspergamus. Multæ quidem hæ ab ipsomet afferuntur, sed sex potissimùm nos enumerabimus. Prima ne Iudæi Ecclesijs Christi diutius insultarent, exprobrātes in Hebræo non ita haberi, quemadmodum eædem Ecclesiæ Christi ex Septuaginta Interpretibus legunt. Hęc ab eo affertur ratio Tomo tertio prefatione centesima decima septima in Isaiā, ad Paulam, & Eustochium. Secunda, ne Iudæi subterfugiendi diuerticula amplius haberent, si quando à Christianis Scripturarum allegatione vrgerentur: quin potius vti proprijs armis confoderentur. Hac idcirco ratione eruditissimos quosq; Hebræorum se consuluisse, cum eisdemq; peregrinationes longissimas assumpsisse fatetur Tomo tertio præfatio- F
ne centesima octaua in librum Paralipomenon ad Domnionem, & Rogatianum. Præfatione centesima decima in Tobiam ad Chromatium & Heliodorum. Et præfatione centesima decima tertia in Iob. Tertia, vt ea, quæ a Septuaginta Interpretibus omissa fuerant, restitueret. Hac ipse vtitur ratione prefatione centesima nona in Esdram, & Nehemiam ad Domnionem: Vbi, & quàmplura in Euangelio reperiri ex veteri citata Instrumento, quæ apud Septuaginta non habentur, ostendit. Quarta, vt ab eisdem Septuaginta Interpretibus consultò occultata propria interpretatione (iam Christi Euangelio Ecclesia coruscante) proderen- G
tur: prefatione centesima decima septima in Isaiam ad Paulam, & Eustochium. Quinta, vt pro voluntate Scriptorum; siue apud Græcos, siue apud Latinos sacra deprauata volumina suæ redderet puritati, de qua & in præfatione centesima quinta in Iosue, & in præfatione centesima nona in Esdram, & Nehemiā verba facit. Sexta (quæ affertur in texto, vt inanis Græcorum tumor compesceretur, quo se Latinis præferentes, eisdem exprobrabant sacros a se tantummodo codices accepisse. His (inquam) alijsq; de causis, post Septuaginta Hieronymus potissimum fecit, quod maximè Sacrosanctę Ecclesiæ interfuit. H

6 Igitur Hieronymus locis venerabilibus perlustratis. Ijs videlicet de quibus supra capite superiori. Hæc porrò quæ de Sanctorum locorum veneratione, ac eius sub S. Gregorij disciplina subijciuntur, non ita accipienda sunt, vt ea cum multis alijs, quę infra describuntur tunc facta credantur, quando Damaso vita functo, Roma idem ipse suam iterum Bethlehem repetijt. Haud quaquam. Sed per id temporis sine vlla controuersia gesta sunt, antequam in ipsam Vrbem à præfato Pontifice euocaretur: quod planè ex Epistolis eiusdem centesima quadragesima secunda, centesima quadragesima tertia ad eundem

Damasum

A Damaſum patet, in quibus expreſſè earum rerum, quarum cognitionem ab eodem Gregorio didicerat, meminit. Auctor autem dummodo Hieronymi Vitam, reſq; ab eodẽ geſtas, quas ſciret eſſe veriſſimas, in vnum (vt in præfatione pollicitus fuerat) colligeret, non curauit illarum omnium perfectam ſeriẽ iuxta temporis rationem texere, cum ſua præſertim ætate, quæ de eodem circunferrentur Acta, deprauata omnino forent. Hoc ſemel attuliſſe ſufficiat, ne me interdum ab ordine nonnihil aberrantem quiſpiam arguat. Litteram enim in hiſtoriæ huius explicatione ſequi intendo. Rectè autem hoc ipſo capite B per totum Hieronymi in ſacris litteris adiſcẽdis pietatis ardor oſtenditur, cum eorum inſtar Philoſophorum, quos luſtraſſe Prouincias, nouos adiјſſe populos, maria tranſiſſe, vt rerum pleniorem ſibi compararent cognitionẽ litteræ loquuntur, non tantùm adoleſcens Italiam, Gallias, ac totum ferè Orientem, Thraciam, Pontum, Bithyniam, Galatiam, Cappadociam, Ciliciam, Atticam, Syriam, ac Aegyptum peragrarit, ſed vir adhuc factus, atq; apud plurimos magiſter potens iam & ſtrenuus, cuius in litteris ingenium, Summi etiam Pontifices conſulebant: cuius doctrinam vniuerſæ per orbem Chriſti Eccleſiæ iã C receperant, hoſpes iterum fieri voluerit atq; diſcipulus: alienaq; prius maluerit verecũdè ediſcere, quàm ſua impudenter ingerere. Et in hoc quidem, non cum Pythagora tantùm, qui ad Memphitycos vates, atq; Platone, qui in Aegyptum ad Architam Tarentinum, & cæteris antiquis Philoſophis, quos ad finitimos alios peragraſſe legimus, comparandus eſt, ſed omnium iudicio longe anteponendus.

7 Pergit Conſtantinopolim ad audiendum Venerabilem virum Gregorium Nazianzenum, Habet enim neſcio quid latentis energiæ viua vox, & in aures diſcipuli de doctrinæ ore transfuſa fortius ſonat. Igitur venerabilis viri D Gregorij Nazianzeni Conſtantinopoli conſuetudine vſus, ſacras ab eo litteras didicit, quemadmodum ſæpius in ſuis tractatibus deinceps profeſſus eſt. Inprimis vero de eo Epiſtola ſecunda ad Nepotianũ hiſce gloriatur: Præceptor quondam meus Gregorius Nazianzenus rogatus a me vt exponeret, quid ſibi vellet in Luca Sabbatum *δευτερόπρωτον*, eleganter luſit: Docebo te, inquiens, ſuper hac re in Eccleſia, in qua mihi omni populo acclamante cogeris inuitus ſcire, quod neſcis, aut certè ſi ſolus tacueris, ab omnibus ſtultitiæ condemnaberis] Deinde in Catalogo de ſcriptoribus Eccleſiaſticis idem repetens: Gregorius, ait, primùm Saſimorum, deinde Nazianzenus Epiſcopus, vir eloquentiſſimus præceptor meus, a quo ſcripturas explanante didici.] De quo pluribus alijs in locis, ad Pammachium videlicet Epiſtola quinquageſima prima, necnõ aduerſus Iouinianum libro primo, & alibi. Ceterùm de profectionis huius tempore mox ſubijciemus. E

(Epiſt. 2.)

8 Vt idem in tertio explanationum Iſaiæ libro meminit, capite nimirum ſexto.

9 Vbi Propheta Dominum ſe vidiſſe teſtatur, ſic inquiens. De hac viſione ante annos circiter triginta, cum eſſem Conſtantinopoli. Cùm in Iſaiam Commentarios, (ex quibus nunc verba promuntur) poſt Danielis interpretationem aggreſſus ſit ſtatim Hieronymus, anno F nimirum Chriſti quadringenteſimo octauo, vt inferius patebit; vtiq; etiam hanc de ſedentis Domini viſione lucubrationem, quæ ante triginta circiter annos elucubrata aſſeritur, in Chriſti Domini annum trecenteſimũ ſeptuageſimum octauum, vel proximè ſequẽtem referendam eſſe conſequitur, Quo tempore Romæ Damaſus duodecimum Pontificatus annum agebat, Hieronymus vero vitæ, iuxta ſuperius a nobis notata quadrageſimũ ſeptimum.

10 Et apud virum eloquentiſſimum Gregorium Nazianzenum, tunc eiuſdem vrbis Epiſcopum Sanctarum ſcripturarum ſtudijs erudirer. G Mirum non ſit, ſi toties a tanto ſe viro eruditũ gloriatur Hieronymus, eumq; ſemper innumeris attollit præconijs: enimuero vt vitæ ſanctitate, ſic & doctrinę ſublimitate in Eccleſiaſticis litteris Gregorius per id temporis excellebat adeo, vt etiam ex omnibus tam Græcis, quàm Latinis ſolus Theologi nomen mereretur. Meritò ergo illi, vt magnæ aquilæ pullus, qui eius interdum humeris portaretur inhærens Hieronymus, auſus eſt ſublimi volatu ſuperare cœlos, & vſq; ad Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatum peruenire: ſeq; admiſcere Seraphinis, vbi quę didicit arcana myſteria ſcriptis deinceps pro- H didit, & Damaſo Romano Pontifici Epiſtola centeſima quadrageſima ſecunda, & centeſima quadrageſima tertia tradidit. In eo ſanè antiquum illud, quo dicitur: Multi diſcipuli prudentiores magiſtris, impletum, dicit Baronius: quandoquidem ſi conferas Hieronymũ cum Gregorio, inuenies aliqua, quibus amplius hic excellat: vt veram iudices Ennodij Ticinenſis eſſe ſententiam, ita dicentis: Hieronymus noſter, niſi præceptorem ſuum Gregorium diceret, illo melior cenſeretur: ſed illi, applicanda ſunt bona, a quo ſumpſiſſe originem videntur. Et certe ſi in his, quę ſpectant ad multiplicium linguarum peritiã,

(Tom. 4. ſub ann. 379.)

A quam in diuinis explicandis ſcripturis, & diuerſarum linguarum ſcriptoribus conſulendis, magni momenti nemo eſſe negauit abſq; controuerſia Gregorium primas dare Hieronymo certum eſt, vt pote qui profiteatur, etiam latinam Linguam toto orbe Romano diffuſam ſe penitus ignoraſſe. Quod ad Poſ-
Epiſt. 71. thumianum Græcam Latinamq; linguam callentem ſcribens ita teſtatur: Sublimis es eruditione, & quidem vtroq; eruditionis genere, & vtraq; dicendi facultate: alterius enim quantam famam audiuimus? (nec enim lingua Romanus ſum, nec Italicam doctrinā calleo) alterius autem periculum ipſi fecimus.
B Hæc ex Baronio. At quanquam tanto Patri tam ſapiente fuiſſe præditum filio gloriæ fuerit; haud tamen in Euagrio Pontico, ſuo itē diſcipulo tam felix euaſit, quandoquidem a S. Baſilio Lector primum; mox ab eodem Gregorio Diaconus ordinatus, atq; ſacris litteris eruditus, demum in Aegypto de amaro Origenis doctrinæ calice potatus, innumeris, & ipſe alijs eundem deinceps propinauit. De eodem proximè ſuperiori capite. Deniq; quo ritu, quo more Gregorium tantum diſcipulum, Hieronymum nempe ſuſcepiſſe putamus? Non certè tumido doctoris faſtu; nō affectata doctinę grauitate; nec eundem vix
C promendo verba, aut iactando doctrinam, ſiue e cathedra perſonando inſtruxit, ac docuit, ſed fraterna aſſidue in omnibus familiaritate, mutua collocutione, diſceptationeq; pari, vt non quaſi diſcipulum, ſed velut condoctorem eum fuiſſe veneratum dixiſſes, ſi vidiſſes. Quod etiam planè ex proprijs Hieronymi verbis ad Epheſios quinto deducitur, vbi habet. Gregorius Nazianzenus, vir valde eloquens, & in ſcripturis apprimè eruditus, cum de hoc mecum tractaret loco ſolebat dicere,] & in libro de Scriptoribus, Gregorium quoq; Nyſſenum virum Sanctiſſimū atq; doctiſſimum intexens, ſic ſcribit: Grego-
D rius Nyſſenus Epiſcopus, frater Baſilij Cæſarienſis, ante paucos annos, mihi & Gregorio Nazianzeno contra Eunomium legit libros, qui & multa alia ſcripſiſſe, & ſcribere dicitur.] Ex quibus ſatis apertè conijcitur quantæ tunc exiſtimationis non ſolum apud Gregorium Nazianzenum, ſed & cæteros Orientis eruditiſſimos viros Hieronymus eſſet: cum ob vulgatam etiam de eo famam atq; eruditionem, & conſuleretur, & alienorum quaſi iudex & arbiter ſcriptorum deligeretur. Vltra verò duos annos apud eundem Gregorium Conſtantinopoli haud fuiſſe commoratum, exactus vitæ eiuſdem calculus perſuadet.

11 *Scio me breuem dictaſſe, ſubitumq; trac-*
E *tatum, vt experimentum caperem ingenioli mei, & amicis iubentibus obedirem.* Comprehenditur Tractatus hic ſupra allegans Epiſtolis centeſima quadrageſima ſecunda, & centeſima quadrageſima tertia, ex quib' inter amicos iubentes Damaſum inprimis Pontificem habitū fuiſſe declaratur, cùm præſertim vtręq; illi inſcribantur. Nec dubitationem hoc loco Hieronymi verba, paulò ſuperius ex libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis allegata debent ingerere: Quomodo nimirum is, Gregoriū ipſum, Nazianzi Epiſcopum, Conſtantinopli ſacras litteras publicè interpraetantem, ac eādem inſuper Eccleſiam regentem audire po-
F tuerit: non inquam vrgere debent, quoniam ad tres Gregorius aſſumptus eſt ſedes, ad Saſimorum nimirum inprimis, mox ad Nazianzenam, poſtremò ad Conſtantinopolitanam. Erat ſiquidem tunc temporis tanta Gregorij doctrinæ ac ſanctitatis fama, vt ſolus ad Orientis neceſſitates ſubleuandas, atq; nunc ad hanc, nunc ad illam Eccleſiam adhiberetur, quemadmodum in Eccleſiæ quoq; Conſtantinopolitanæ turbulentijs, & opportunitatibus cōtigit. Enimuero cū ea ab Arrianis mirum in modum infeſtaretur, is ſub Theodoſio ſeniore Auguſto, Damaſiq; Ponficatus initio ad illius compoſitionem, teſtitu-
G tionemq; delectus eſt: Qua poſtea aliquot annorum curriculis rite compoſita, ita vt nec vnius Arriani hoſpitio pollueretur: Expulſo inſuper ex ea Maximo Cynico, quem Arriani elegerant, vt ſenectam tranquillè ageret Nectarium ſucceſſorem Sāctiſſimum reliquit, & vitæ reliquum in ſolitudine ſancto fine cōſumpſit. Eo igitur tempore, quo Conſtantinopolitanam Eccleſiam regebat, eundem illic docentem coluit Hieronymus.

12 *Nil verò de huius viri indefeſſo ſtudio, & eleganti induſtria, quā erga Græcos, Latinos, Hebræos, & Syros, Caldæosq; in diſcendo habuit præſtantius dici poteſt.* Eſt ſtudiū idē aliquādo
H ac exercitatio, interdum voluntas, quandoq; diligentia: pro aſſidua ac vehementi hoc loco animi applicata occupatione ad rem aliquam cum magna voluptate accipitur. Sed & peruerſas adinuentiones, fabulas, atq; inſidias eodem nomine propheticus ſermo conſueuit apellare, Hieremiæ vndecimo, & Ezechielis trigeſimo ſexto. Quamuis autem de Hieronymi hactenus laborioſiſſima pro diuinis ſcripturæ ſacræ myſterijs intelligendis opera conſtiterit, non minori tamen admiratione eius æque induſtria, qua in ijſdem inſudauit, digna cenſetur. Quandoquidem, quid illi aliquo vnquā tempore deteſtabilius perfidis Iudæis fuit, de quibus, & loquitur. Si ex-

pedit

A pedit odisse hominem, & gentem aliquã de-
testari, miro odio auersor circuncisos: vsq; ho
die enim persequũtur Dominum nostrum Ie-
sum Christum in Syoagogis Satanæ,] & tamẽ
illos ad Sacrorũ librorum iotelligentiã habuit
itineris comites: sæpe ad idẽ adhibuit, vt dein-
ceps de falsitate Ecclesijs Christi nõ insultarẽt:
Illos pariter in Hebræa Chaldęaq; lingua Prę
ceptores consuluit, vt eorũmet armis illos iu-
gularet. Quis vnquã execrabilior dogmao s-
tes Origene, qui sæuissima proferens venena,
totum ferè Orientẽ, Occidentisq; simul partẽ
perdidit? Qui Arrianis, Pelagianis, ioumera
bilibusq; alijs hæreticis materiã præbuit deli-
B rãdi? Et tamẽ se illius libros ad piũ propositõ
Lib. 1. adu ers. Ruf. cap. 4. super cunctos homines congregasse, & legisse
asserit: Nescis me, ait, Origenis habere omnia?
legisse quãplurima?] Et tamen alibi: Arguire
Epist. 65. me, inquit, vbi hæresim defenderim? vbi
prauum Origenis dogma laudauerim?] Et ite-
rum. Per me Latini omnes Origenis bona
norũt, mala verò, & errores prorsus ignorãt.]
Quid tandem Gentilium, ac Sæcularium lit-
terarum lectiooe inutilius? & nihilominus ea-
rum exempla, atq; testimonia, io nostræ argu-
mentum fidei tam concinnè protulit, vt in
Moyse, & Prophetis de suis etiam libris assum-
pta nonnulla comprobarit. Quis enim ne-
Epist. 54. sciat (inquit ipse,) & io Moyse, & in Prophe-
C tarum voluminibus quædam assumpta de
Gentilium libris, & Salomonem Philosophis
Prouerb. cap. 1. Tyri, & nonnulla proposuisse, & aliqua respon
disse. Vnde, & io exordio Prouerbiorum com
monet vt intelligamus sermones prudentię,
versutiasq; verborum, parabolas, & obscurum
sermooem, dicta Sapientum, & æoigmata,
quę propriè Dialecticorum, & Philosophorũ
Ad Damasũ de frugi, & luxurioso filijs sunt.] Et alibi. In his tamẽ ita nos facere so-
lemus, quando enim Philosophos legimus:
quando in manus nostras libri veniunt sæcula-
ris sapientiæ: si quid io eis vtile reperimus, ad
nostrum dogma conuertimus. Si quid verò
superfluum, de Idolis, de Amore, de cura sęcu-
larium rerum, hæc radimus, caluitium induci-
mus, hæc vnguium more ferro acutissimo dis-
D secamus.] Hæc ipse. Igitur ex proprio He-
bręorum testimonio eorummet vicisse perfi-
diam: Ex zizaoiorum pestifera copia solidæ
doctrinæ frumenta in horrea Ecclesiæ congre-
gasse, & ex Ethnicorum litteris, exemplisq;
eiusdem Ecclesiæ decorem aoxisse; eiusmo-
di inquam omnia exquisitissimę industrię atq;
artis, non dicenda argumenta?

13 *Quam quod ipsius ad Pammachium, & Oceanum missa profitentur verba dicentis.* Ha-
betur Epistola Tomo secundo, in ordine se-
xagesima quinta.

14 *Dum essem iuuenis miro discendi fere-* E
bar ardore. Aptè discendi ardor in iuuentu-
te excitatur, foueturq;, quia per id potissimũ
temporis, & in iecore, & in venis ipse sanguis
exæstuat, atq; ebullit in medullitio: quo fit,
vt ætas huiusmodi ad labores subeundos ap-
tior, & ad speculationes perspicacior redda-
tur. At mysticè etiam iuuenes dicuntur, quĩ
ad fidei bella promptissimi sunt, & qui pro Ec-
clesiæ defensione ad vitæ præsentis incommo-
da perferenda contra Diabolum, & eius mem-
bra se exponunt, de quibus S. Ioannes: *Scripsi* 1. Io. 2.
vobis, inquit, *vobis iuuenes, quoniam fortes estis,
& per verbum Dei, quod manet in cælo vicistis
malignum.* Horum iuuentus, vt aquilę reno- Psal. 102.
uata io Psalmo legitur: hoc est, (vt locum nõ F
satis a multis intellectum breui explicemus:)
ita Charitatis vi instaurata, & ionouata est,
vt sit viuax, non secus, atq; aquilæ vita, quæ
est omnium viuacissima. De eo, qui hanc
vitam viuit dici potest. *Aetatem habet*: cum Io. 9.
ad eam venerit ætatem, vt de expetendis, fu-
giendisq; delectum habere queat. Iuxta itaq;
hunc mysticum sensum Hieronymum genero-
sissimum iuueoem, nemo est qui ambigat.
Vnde, & verbum [ferebar] obseruatione di-
gnum est, tanto quippe is sapientiæ desiderio
in Ecclesię propugnationem huc atq; illuc
rapiebatur, vt res noua, & quasi miraculum G
deinde fuerit, tam longinqua terrarum spacia
illum percurrisse, quasiq; toto orbe fugientes
litteras incessanter sectatum fuisse.

15 *Nec iuxta quorundam præsumptionem
ipse me docui.* Præsumptio siquidem in litte-
ratum studio pessimus præceptor est, Vnde &
Demetriadem virginem admoneos: Bonum Epist. 8.
(inquit) est post regulas scripturarum, vitæ
tuæ tramitem ab alijs discere, nec præceptore
vti pessimo, scilicet, præsumptione tua. Qood
sanè, & se inprimis semper inuiolabiliter ob-
seruasse Domnioni, & Rogatiano ita profite-
tur: Fateor mi Domnion, & Rogatiane cha-
rissimi, nunquam me io diuinis voluminibus H
proprijs viribus credidisse, oec habuisse opinio-
nem meam: sed ea etiam de quibus scire me
arbitrabar interrogare me solitum: quanto ma
gis de his, super quibus anceps eram?

16 *Apollinarium Laodicenum audiui Antiochiæ frequenter.* Eruditionis huius sub Apol-
linarij disciplina tempus Christi anno trecen-
tesimo sexagesimo tribuitur, antequam nimi-
rum Euagrij solitudinem ingrederetur. Quan-
tò autem grauiores a discipulis Præceptores
eligentur, tantò illis doctrinæ semina radices
altius figent. Nec superuacanea prętantissimi
a principio doctoris electio existimanda est: li
cet ad imbuendam pueritiã pro ingenij capaci

tate

A tate quilibet mediocriter doctus, ae gregarius
sufficere videatur. Nam quo eruditior præ-
ceptor, & facilior, clariorq; doctrina ministra-
bitur. Certè, & Dionysium, magistrum sibi in
Grammatica Donatum elegisse, in Rhetorica
Victorinum, in Theologia Gregorium Nazian
zenum legimus. Theophrastus pariter Aris-
totelem, Aristoteles Platonem, Plato Socra-
tem, Regina Austri sapientissimum Salomo-
nem audiuit. His itaq; rationibus, & Hierony-
mus non quoslibet præceptores, sed præstan-
tissimos quosq; sibi adoptans, in Grammatica
Donatum, in Rhetorica Victorinum, in Theo-
logia Gregorium Nazianzenum, Apollinarium,
B Didymum, in hebraicis litteris Barhaninam
audiuit, hunc quidem Hierosolymæ, illos Ale-
xandriæ, Antiochiæ, Constantinopoli, postre-
mos deniq; Romæ. Cæterùm quo tempore
Apollinario præceptore vsus idem Hierony-
mus est, a nemine vitabatur (is enim licenter
tunc Antiochiæ, docebat, licentiusq; audieba-
tur) At vbi malè audire cœpit, in illum pij om-
nes stylum exacuerunt. Athanasius ex Epi-
phanio hæresi Septuagesima septima, Basilius
in Exameron Homilia tertia, Gregorius Na-
zianzenus Epistola prima ad Celidonium, &
ipse Hieronymus pluribus in locis, præsertim
C verò Epistola octogesima secunda ad Ocea-
num. Et quidem inprimis tantùm sibi in Ec-
clesia comparauit Apollinarius existimatio-
nis, vt præter Hieronymum auditorem, alios
quoq; Sanctissimos, doctissimosq; viros, Basi-
lium, Gregorium, Cyrillum, Epiphanium, &
cæteros Oriētis Episcopos necessitudinis vincu
lo sibi copularit. Vnde cum nec subnascentes
eius a principio errores ab eisdem Patribus cre
derētur, factū est, vt aliquandiù etiam excusa-
rentur. Verùm eò perductę res, vt vltra dis-
simulari excusariq; minime possent, ab omni-
bus illico (vti dictum est) tanquam fidei Ca-
tholicæ violator, damnatus est, ac inprimis in
Alexandrina Synodo, mox in Antiochena, pos
D tremò in Concilio Romano sub Damaso Pon
tifice anathematizatus. Ex eodem autem
Ex Hier. Epist. 82. Gregorio loco, qui supra inter præcipuas hæ-
reses, quas idem ore sacrilego euomit, pro-
prietates Personarum in Trinitate confudit;
Patrē maximum: Filium maiorem: Spiritum
sanctum magnum dixit. Circa diuini Verbi
incarnationem decem assertiones, hæreticas
omnes protulit. Animas ex traduce generari,
ita vt quemadmodum corpora ex corporibus,
sic animas ex animabus produci, asseruit.
De resurrectione, Scripsit, inquit Basilius, quę-
dam fabulosè, imo Iudicè composita; in qui-
bus dicit, nos iterum ad cultum a lege præscrip
tum reuersuros; ita vt & circuncidamur, &
Sabbatum obseruemus, & a cibis a lege pro- E
hibitis abstineamus, sacrificiaq; Deo offera-
mus, & in templo Hierosolymis adoremus,
atq; prorsus ex Christianis Iudęi reddamur:
quibus, quid ridiculum magis, magisq; alienū
ab Euangelico dogmate dici queat non satis
video. Demum ex eodem Gregorio, plenus
arrogantia, & fastu pro antiquis Ecclesiasticis,
ac Dauidicis etiam canticis, nouos Psalmos,
nouaq; Psalteria Dauidi ex aduerso resonan-
tia, pro tertio quodam Testamento a se edita,
in Ecclesia introduxit. De eo in Confessio-
nis fidei edicto ad Ioannem Pontificem Iusti-
nianus Imperator hæc habet. Inuenimus,
quod multi Sanctorum Patrum quosdam hæ- F
reticos collaudarunt, sicut & Sanctus Dama-
sus, & Athanasius, & Basilius Apollinarem, &
Sanctus Leo Eutychen, & non propter hoc hæ
retici facti sunt, sed cognita eorum impietate
anathemate condemnarunt.] Deniq; de eo
illud quod Vincentius Lirinensis memoriæ
prodidit impletum est: vt quem nimirum qua-
si arietem gregis antea populi sequebantur,
eum deinceps quasi lupum horrere atq; fugere
cœperint.]

17 Et colui: Hoc, & omnes leges in qui-
bus parentum appellatione pręceptores veni-
unt, docent. Aristotelisq; est sententia Magi- 9. Ethic.
stris, Dijs, & Parentibus non posse reddi æqui- Epist. 41.
G ualens. Hoc ipsum luculenter explicans Sene
ca: Multum (inquit) egerunt, qui ante nos
fuerunt, sed non peregerunt: suspiciendi ta-
men sunt, & ritu Deorum colendi. Quam
venerationem præceptoribus meis debeo, ean-
dem illis præceptoribus generis humani, a qui-
bus tanti boni initia fluxerunt. Si Consulem
videro, aut Prætorem, omnia quibus honor
haberi solet faciam, equo desiliam, caput ada-
periam, semita incedam. Quid ergo, Marcū
Catonem, & Lęlium sapientem, & Socratem
cum Platone in animum meum sine dignatio-
ne summa recipiam? Ego illos veneror, &
tantis nominibus semper assurgo.] Hæc ipse.
H Deniq; & Spiritus sanctus Ecclesiastici voce
doctorum laudes, & merita ita proponit:
I *Qui docti fuerint fulgebunt quasi splendor firma-
menti, & qui ad iustitiam erudiunt multos quasi
Stella in perpetuas æternitates.*

18 Et cum me in Sanctis Scripturis erudiret.
Omni quidem doctrinarum genere, & oratio-
nis copia Apollinarius instructus fuit: at in San
ctarum eruditione Scripturarum seipsum ali-
quando superare visus est, maximè cum ad
Homerici poematis exemplar veteris Testa-
menti historiam vsq; ad Saulis regnum heroi-
co carmine viginti, & quatuor libris diuisam
prosecutus sit.

19 Nun-

A *19 Nunquam illius contentiosum super sensu dogma suscepi.* Hæc inprimis Apollinarij casus ac ruinæ causa: vt super scripturę sacræ sensu argutis, insolitisq; vt plurimùm quæstionibus contenderet, quibus aliquando illectus, eò paulatim processit, vt propriæ tandē factus opinionis assertor noua & impia effutierit dogmata quamplutima. Ad hoc Basilius Damaso Summo Pontifici scribens alludit sequentibus. (Epist. 74.) Sunt verò, quæ scribit (Apollinarium videlicet intelligens) etiam ad Theologiam pertinentia, non ex scripturæ probationibus, sed ex humanis argumentis astructionem habentia. Et paulò infra. Deinde, & de Incarnatione tantam mouit B fratribus perturbationem, vt pauci eorum, quibus colloquij cum illo nonnihil intercessit, priscum pietatis characterem conseruent: multi verò rerum mutationi attendentes, ad quæstiones, & contentiosas inutilium verborum hæreses auersi sint. Idem ex Cyrillo Alexandrino ad Acacium: Quid enim (ait) vtilitatis Apollinaris Laodicenus attulit, vnus ex primoribus, magnus ille agonista, qui cū pro recta fide adeo fortiter cōtra inimicos dimicarit sua, ipsius sapientia fretus, velletq; in puram, & sinceram Christi fidem ex perplexis, & inuijs meatus C quosdam introducere: an non hoc effecit; vt inter Schismaticos a Catholica reputetur Ecclesia. Huius ergo ingenij arrogantiā præcauens Hieronymus, se manifestò contentiosa eiusdē dogmata nunquam suscepisse hoc loco testatur. Quod si quis pro *contentioso* in textu *contentiosè* vel *contentiosius* legendum arbitretur, Hieronymi exemplo doctrinæ Magistrorum nunquam aduersari discat. Quin potius Philosophi placitum mente perpetuò teneat, nimirum: Oportet addiscentē credere. (Boet. de Scol. disciplina.) Et illud. Non est dignus scientia, qui scientię insurgit præceptori.

20 Iam canis spargebatur caput, & magistrum potius, quàm discipulum decebat. Quod D stultius, (Epist. 77.) quam, quia diù non didiceris, non discere? Omnis (inquit Seneca) ætatis homines schola admittit. Tamdiù discendum est, quandiù nescias: & si prouerbio credimus, quandiù viuas. Etiam seni discendum est. Enimuero Augustino testante: Nulla ad discendum, quod opus est ætas sera videri potest: Quod & si senes magis decet docere, quàm discere; magis tamē (In Apol.) decet discere, quàm ignorare. Hinc Gregorius Nazianzenus frequenter iactare solebat; (Apud Hier. Tom. 9. Ep. 45.) Optabile est, & mihi præclarum vsq; ad vltimam discere senectutem, quoniam nulla ætas ad perdiscendum sufficere potest. Multos sanè hoc decepit, quod E ante tempus sapientes videri voluerint, & iam simulare inceperint, quod non erāt, & quod erant erubescere, & eò longius a sapientia recesserunt, quò non esse sapientes, sed putati existimarunt. Vacatio itē a studijs, ruborq; in disciplinis ediscendis, cuiuscunq; ignorantiæ prima semina esse idem Hieronymus in Ecclesiastem tradit. Euenit (inquiens) interdum, vt cum modicum scientiæ quis habuerit elatus in superbiam (In Eccl. cap. 10.) discere desistat, & paulatim ex eo quod nihil additur, subtrahatur, vt vacuum disciplinis pectus remaneat, ferrumq; quod acutum fuerat heberetur. In hoc F certè licet breue sapientissimum tamen Solonis dictum iure omnibus videri potest, quo: Senesco (inquit) semper plurima discens. Ita quippe homini, qui docturus alios, præsertim est agendū, vt semper siuè senior, siuè iunior, siuè decrepitus aliquid addiscat. Hieronymi deniq; nobis nunc ob oculos ponitur exemplum, qui totius penè magister habitus, & ex omnibus vndiq; Orbis Terræ partibus quæstionibus propulsatus, canescere tamen incipiens interrogare adhuc, & discere non dedignatur: Quin potius Didymo se discipulum rursum tradit imbuendum. Quid hac ad virtutum studia incitatione G fortius?

21 Perrexi tamen Alexandriam. De hoc (cap. 3.) eiusdem accessu Alexandriam ad Didymum iam dictum est supra. Tempus tantummodo restat assignandum. Cæterum cùm post suum ex Vrbe redditum (qui infra capite decimoquarto Christi annus trecentesimus octogesimussextus numerabitur) hæc ipsa profectio Alexandriam contigerit, vtiq; etiā constat ipsammet anno sequenti fuisse absolutam, quo itidem temporis interuallo Didymum præceptorem coluit.

22 Audiui Didymum: Vix hunc vidisse, non audisse temerè calumniatus est Rufinus libro secundo Inuectiuarum suarum scribens: H Cæterùm iste, qui in tota vita sua, non totos triginta dies Alexandriæ, vbi erat Didymus, commoratus est, per totos penè libellos suos longè, lateq; se iactat, Didymi videntis esse discipulum, & Catechistam, idest pręceptorem in scripturis Sanctis habuisse Didymum. Et omnis ista iactantia in vno mense quęsita est. At Hæreticorum proprium est, Rufiniq; præsertim ab Anastasio mucrone Ecclesiastico cōfossi, in Catholicos Patres verbis inuehi malignis, quos cū in maioribus carpere nequeant, in friuolis lacerare contēdunt. Posset Rufino quidē, quando aliàs de manifestissimis

A mẽdacijs nõ fuiſſet cõuictus aliqua fides habe-
ri, at quoniam in Sanctum virum innumera
alia effinxiſſe, congeſſiſſeq́; commenta, quę
tribus libris idem reffellit omnia, depræhen-
ſus eſt, iſtud ęquè in eorum congeriem meritò
reijcitur. Cęterùm reſpondeat Rufinus nũc,
quid magnum fuiſſet Hinronymo Didymum
ſibi aſſumpſiſſe Doctorem, ſi id omnino a veri-
tate abeſſet. Certè non præſtantiſſimos vi-
ros in litterarum ſtudijs habuiſſe præceptores,
ſed illis accommodatum habuiſſe ingenium
diſcipulis gloriæ eſt; Quot enim diſcipulos
Parmenidem audiuiſſe credimus? Et tamen
ex illis vnicus tantùm Plato diuini nomen
B accepit. Quot Platonem? & tamen Peripa-
teticorum ſolus princeps Ariſtoteles euaſit.
Non recedamus a Sacris litteris. Quid glo-
riæ illis fuit, qui ęterni Patris ſapientiam in
hoc mundo audire meruerunt, ſi ad cœleſtium
poſtmodõ reuelationẽ myſteriorũ retrò eoſdẽ
abijſſe, ſacra ſcriptura commemorat? Quã
gloriam Nicolaus ex Apoſtolica diſciplina, ac
ad ſeptenarij Diaconorum numeri aſſumptio-
nem conſecutus eſt, ſi paulò poſt non tantùm
in hæreſim prolapſus, ſed impiæ hæreſis nouus
factus aſſertor eſt? Præterea Alexandriam
Hieronymus ſe ob hanc vel maximè cauſam
vt Didymum audiret in procemio in Epiſtolã
C ad Galatas pertexiſſe teſtatus eſt. At qui
fieri vnqoam poteſt, vt tam longa peregri-
nationis itinera, ob non integram trigiota die-
rum diſciplinam is aliquando vir factus percur
rerit? Poſtremò ſi Didymo Hieronymus
nũquam vacauit, cur alibi illum, & Rufinus
ipſe, & eius factioſi Didymi diſcipulum calũ-
niati ſont, Et ad calumniæ teſtimonium ipſius
Hieronymi litteras protulerunt? Audet (in-
Ep. 65. quit, Hieronymus) quidam proferre litteras
meas ad Didymum, quaſi ad magiſtrum. Grã-
de crimen diſcipuli, ſi hominem eruditum,
& ſenem magiſtrum dixit. Et volo tamen
inſpicere ipſam Epiſtolam, quæ tanto tempo-
D re in calumniam reſeruata eſt. Nihil pręter
honorem, & ſalutationem continet. Inepta
ſunt hæc, & friuola: arguite potius vbi hære-
ſim laudauerim. Vides ergo ex his tuipſe lec-
tor, quomodo mendacia ſibi non conſteot.
Porrò quanto tempore Didymũ Alexandriæ
Hieronymos audierit, ipſe ſuis non prodit trac
tatibus. Ex eo tamen illud certi deſomitur,
quod ad Domnionem ſcribens ſe Gregorium
aſſerit Nazianzenum, & Didymum in ſcrip-
turis ſanctis catechiſtas habuiſſe, quod alibi
etiam frequenter repetit. Compertiſſimum
autem tam breui, triginta nimirum dierum
ſpacio non poſſe quempiam diuinis ſcripturis
inſtrui, in quibus & ſyllabæ, & apices, &
puncta plena ſunt ſenſibus. Deniq; ad Didy- E
mi verborum attentionem, ſcripturæ dictum
In Hieronymo impletum aduerte: Audiens In cap. 1.
ſapiens ſapientior erit, & intelligens guberna-
cula poſſidebit. Nunc de Didymo, tum ad
loci huius, tum ad aliorum in hoc ipſo ope-
re afferendorum explicationem pauca per-
ſtringenda ſunt.

De Didymo.

HIc igitur Didymus is eſt, qui ab infantia
oculorum lumine deſtitutus a Deo per-
ſpicacem intellectus viſionem obtinuit; vn-
de & Videns frequenter a Sanctis Patribus F
celebratus eſt. Verum in Origenis aliquan-
do doctrina coecutiens eandem quoq; miſera-
biliter amiſit, ſicq́; quantò antea illorum lau-
dibus exornatus, tantò poſtea eorundẽ exe-
crationibus ſuboſcuratus eſt. Merſus io Ori-
genis erroribus, de amaro gurgite innumeris
alijs propinauit, inſigniorumq́; nomina quos
perdidit, Ioannes Hieroſolymitanus Epiſco-
pus, Rufinus, Aquileienſis, Euagirus Ponticus,
Palladius Galata, Melania ſenior, Iſidorus Ab-
bas, & Pelagius Brito fuere. Laudauit quidem
eundem primum Hieronymus Epiſtola ſexta;
In procemio Oſeę: In procemio libri quarti
ſuper Epiſtolam ad Ephesios: In procemio ſu- G
per Epiſtolam ad Galatas, & in præfatione li-
bri eiuſdem Didymi de Spirituſancto dicens:
Didymus verò meus oculum habens ſponſæ
de Cantico Canticorum, & illa lumina, quæ in Cantic. 4
candentes ſegetes ſublimari Ieſus præcepit,
procul altius intuetur, & antiquum nobis mo- Ioan. 4.
rem reddidit, vt Videns vocetur Propheta.]
Hæc Hieronymus, qui illũ & coluit, quod nec
eius noſſet conſota venena; At vbi illum Ori-
geniſtam agnouit, in multis etiam exproteſſo,
damnauit. Vnde & aduerſus Rufinum: In
Didymo (inquit) & memoriam prædicamus,
& ſuper Trinitate fidei puritatem: ſed in
cæteris, quæ Origeni malè credidit, nos ab eo H
retrahimus. Quod vero non ſicut Rufi-
num, ita, & Hieronymum ijſdem hæreſibus Tom. 4.
idem ipſe imbuerit, inde contigiſſe arbitratur ſub ann.
Baronius, vel quod ſentiens ingenium homi- 386.
nis ab eis procul abhorrentis non auſus fuerit
viro adeo perſpicaci propinare venenum: vel
ſi tentauit expertus eum renitentem, mox abſ-
tinuerit, ne apud magni nominis virum con-
cœpta ſemel opinione caderet. Hic perperam
io Sanctorum Catalogo ponitur ab Equilino,
libro vndecimo, capite vigeſimo ſeptimo.

23 In multis et gratias ago: Nulla profe-
cto in ipſo Hieronymo temporis longinquitas
beneficij accepti deleuit vnquam memoriam.

Et

A Et licet in proprios beneficos grati animi signi ficationem indicasse illi cum multis alijs commune fuerit, munificentissimus tamen præ cæteris, & singularis in præceptores suos perpetuo fuit. Enimuerò, quandone admirabilem virum Gregorium Nazianzenum venerari destitit? Vbinam eundem laudibus non cumulauit? Quoties Apollinario Laodiceno, ac Dydymo Alexandrino gratias egit? Nun Barhaninæ, ac Lyddęi Hebręorum interdum oblitus est? Victorinum Rhetorem, & Donatum Grammaticum non ne sæpius commendauit? Quid plura? si Orbilij etiam infantiæ pedagogi meminit? Equidem, quis eorum
B ampliora plus acceperit, aut quis eorum reddiderit non satis video. Docuerunt illi literas discipulum, & eum eo complures alios: verum est. At ipsi ex Hieronymo præ cæteris omnibus singularitatis apud posteros perenne decus consecuti sunt. Et certè Hieronymi calamus illorum memoriam perennius, indelebiliusq; membranis, quoeunq; celte, vel stylo ferreo æneis tabulis infixit: Nec tubarum clangore eorum aliquando ita in orbe celebrari nomina potuisse arbitror, vt Hieronymi ferrea voce, perpetuisq; scriptis.

24 Quod nesciui didici: Iustum quippe erat, vt Ecclesiæ doctor futurus prius disceret,
C quod doceret, ne temerè aliquandò docuisset, quod nesciisset; vel ea docuisset, quæ antea
In Mich. cap.5. non didicisset. De loquentibus namq; (vt idē super Michæam scribit,) & pronunciantibus plenus est orbis: loquuntur, quæ nesciunt: docent quæ non didicerunt: Magistri fiunt, cum discipuli ante non fuerint. Detestabilis huius
Epist.4. ce vitij Rusticum Monachum, suum admonēs: Non ad scribendum (inquit) cito prosilias, nec leui ducaris insania: multo tempore disce, quod doceas.

25 Quod sciebam, illo docente non perdidi. In antiquis alijs codicibus hæc additur dictio [diuersum] ita vt lectio sit [Quòd sciebam
D illo diuersum docente non perdidi] quę vtiq; lectio mirum etiam in modum, paulò superius de Dydimo enarratis arridet. Enimuerò, quamuis eruditissimum virum, in his præsertim, quæ ad Sanctissimæ Trinitatis mysterium spectant, audiret: non ideo tamen illi addictus fuit, vt eum tanquam virtutum exemplar absolutissimum sibi vsquequaq; imitandum proponeret, vti de Alexandro potentissimo olim Rege (qui Leonidis pedagogi sui in moribus etiam, & in incessu vitijs non caruit) accidisse Græca narrat historia: Non sic inquam Hieronymus; sed quod ab incunabulis verum, & rectum cognouit, imo Apostolicæ fidei consentaneum credidit, non aliquando ipso Didymo diuersum docente perdidit, sed tenacius E memoriæ clauo commendauit.

26 Putabant me homines finē fecisse discendi. Se inuicem virtutes ita sequuntur, ac mutuò sibi hærent, vt is omnino in errorem labatur, qui se ad illarum fastigium peruenire posse præsumit. Quandoquidem in Psalmo dicitur: Ibūt de virtute in virtutem. Et alibi. Cum consumauerit homo, tunc incipiet. Quòd sanè verissimum; cùm vna acquisita, alia semper supersit acquirenda. Et quò quis in hoc mundo sapientior est, eò magis in rerū cognitione desudat, quippe sapientiæ pars potissima, iuxta Stoicorum dictum, (Scio quod nescio) sit scire, quod nesciat. Et teuera qui vitam illam diligit, diesq; illos videre inquirit de quibus Propheta loquitur in Psalmo, tantùm abest, vt a discendi studio vacet, quod potius semper legat, semper discat: Enimuerò, vt corpus sine anima, sic nec anima sine disciplina viuere vllo modo potest, Salomone testante qui ait: *Tene disciplinam, ne dimittas eam: custodi illam, quia ipsa est vita tua.* Et alibi. *Propter hoc inuocaui, & datus est mihi sensus, & venit in me Spiritus sapientiæ.* De qua item ipse Hieronymus: Quæ enim potest esse vita sine scientia scripturarum, per quam etiam ipse Christus agnoscitur? qui cibi? quæ mella dulciora, quā Dei scire prudentiam? Ob hanc igitur inprimis causam se in discipulum rursus Didymo tradidisse Hieronymus profitetur, cùm illum homines in studiorum exitu fuisse censebant.

Psal.83.
Eccli.18.
F
Prou.4.
Sap.7.
Ep.155.
G

27 Veni rursum Hierosolymam, & Bethlehē: Intrasse iam grauissimo frigore, sub extremo videlicet anni Christi trecentesimi octuagesimi sexti supra cap. tertio notauimus: nūc ad finē itē anni sequentis, post lustratā Aegyptū auditumq; Didymū iterū Hierosolymā redit.

28 Quo labore, quo pretio. Hoc fermè paulò infrà: Memini me, inquit, ob intelligentiam huius voluminis Lyddæum quendam in præceptorem, qui apud Iudęos peritus habebatur, non paruis redemisse nummis. Et alibi. Nostrum marsupium. Alexandrinæ chartæ euacuarunt. Cur verò Hebraicam linguam tanto labore, ac precio addidicerit, rationem ipsemet reddit: Initium (inquiens) oris, & communis eloquij, & hoc omne quod loquimur Hebręam esse Linguam, eaq; vetus testamentum esse scriptum vniuersa antiquitas tradidit. Sed & plurimum linguæ huius pręsidio eum adiutum, cùm in vertendis, tum in explicandis Sacris litteris, & Commentarij in Prophetas demonstrant, & ipse super Epistolam ad Philemonem testatur scribens. Docti ab Hebræis volumus quoq; eorum traditionem sequi,

H
Epist.65.
In cap.1.

A fequi, & noftris, ideft Chriftianis explanationem Hiftoriæ declarate.] Hæbraicam deniq; linguam fibi, adeoq; omnibus Theologis non minus neceffariam, quàm vtilem effe meritò exiftimauit. Vt enim proprietatē Gręcā Latinus fermo non explicat: fic neq; proprietatem Hebraicam, fetmo Græcus fatis exprimit. Itaq; quam nos Latini vim, imo penuriam, ac inopiam in Gręca Lingua patimur, eandem Græci, vim fuftinent in Hebrea. Addo ex dictis fuperius, ideo Hebræos præceptores, tum labote, tum pretio redemiffe, ne ipfi videlicet de Scriptutarum falfitate in Ecclefiā vltrà infultarent: Vt pro veritate, pro fide, B pro Ecclefia ipfifmet filentium imponeret: Vt ipforum teftimonio, & gladio eofmet peteret, ac iugularet,

29 Barrabanum nocturnū habui præceptorē? Numetatur difciplinæ huius ex commemoratis hactenus Chrifti annus trecentefimus octogefimus octaus fub initio. Quod hunc verò fibi de Synagoga Magiftrum Hieronymos rede-merit in crimen ita vocauit Rufinus: (Lib. 2. In uectiuarum.) Non propter iftos dieit (Hieronymum intelligens) quia nos ipfi docuimus: fed quia Barrabam eius de Synagoga Magiftrum nō fufcipimus, & per Ifagogen Porphirij ad Logicam non fumus introducti. Ignofce mihi (Hieronyme C videlicet) pet hoc quod malui ante imperitus, & indoctus videri, quàm Barrabæ difcipulus dici. Propofito enim Chrifto fimul, ac Barraba, ego quafi imperitus Chriftum elegi. Tu vt video cum illis clamas, qui dicunt. Non hunc, fed Barrabam. (Iob. 58.) Quid te ifti, in quibus tantùm te iactas, vnus ab Idolis Dęmonum, & alius de Synagoga, vt dicis Satanæ Magiftri, docuerunt boni?] Hæc Rufinus Libro Secūdo Inuectiuarum in eundem. Cæterùm hypocritæ fub falfa teligionis fpecie latitantes fraudes detegere, venenatifq; aduerfus immaculatum in occulto eōtortis iaculis occurrere haud difficile eft. Iam fatis fuperq; o Rufine Chrifti Ecclefiæ de te iudicium, Anaftafij inprimis D Summi Pontificis (vt Gelasij in Concilio Romano decretum omittam) fententia, qua tum in Occidente, tum in Oriente damnatus, atq; ab eiofdem Chrifti myftico corpore tanquam mortuum diffectus esmembrum, teftantur, qua fide vixeris, quo animo cum Catholicis confuetudinem aliquando habueris, quem deniq; ex duobus propofitis, Chrifto nimirum, & Barraba elegeris. Sed, & quod fibi Barrabanum Hieronymus pecunijs in præceptorem redemerit, artes, induftriæ, ftudia pro abfolutiffima tori Ecclefię victotia comparanda, tunc temporis debita fuerant: virtutum deinceps argumenta futuris perpetuò fęculis commendanda, non fcandala. E Et quis adeò mente captus, qui inuictiffimi adolefcentis Dauidis, qui caftiffimæ fęminæ Iudith pectoris robur non miretur, non attollat? Qui illorum conftantiam, virtutem, induftriam, quibus, & lætitiam, & gloriam fuis pepererunt æternam non prædicet? Et tamen tu folus, qui Hieronymum damnas, hos etiam tacitè crimini dandos, & tanquam facrilegos ab omnibus habendos aftrois: quippe qui in boftium deiectione, propriamet aduerfariorum arma arripuerint: quod alter, Dauid nimirum gladio ab boftis latere, altera, Iudith videlicet a columna lectuli dormientis Holophernis pugione arrepto, vterq; F inquam gloriofum opus abfoluerit, inimicum deiecerit, victoriam reportarit.

Sed Hieronymom ipfum iniuftam fibi calumniam irrogatam ftrenuè refellētem audiamos: Ego (inquit) non illum (Barrabam fcilicet) Magiftrum dixi, fed meum in Scripturas Sanctas ftudiom volui comprobare: (Lib. 1. Apol. aduerf. Ruf. cap. 5.) vt oftenderem me fic legiffe Origenem, quomodo illum audieram. Neq; enim Hebræas litteras a te difcere debui. Ipfe Origenes, & Clemens, & Eufebius, atq; alij complures, quando de fcripturis aliqua difputant, & volunt approbare, quod dicunt, fic folent fcribere: Referebat mihi Hebræus: Et, Audiui ab Hebræo: & He- G bręorum ifta fententia eft. Certè etiam Origenes Patriarchen Huillum, qui temporibus eius fuit, nominat: & tricefimum Tomum in Ifaiam, in cuius fine ediffetit. [Væ tibi Ciuitas Ariel, quam expugnauit Dauid] illius expofitione concludit: vt cùm aliter prius fenfiffe fe dicat, dictum ab illo, id quod eft verius; confitetur. Octogefimum quoq; nonum Pfalmum, qui fcribitur [*Oratio Moyfi hominis Dei*] & reliquos vndecim, qui non habent titulos, fecundum Huilli expofitionem eiufdem Moyfi putat: nec dedignatur Hebræam fcripturam interpretans, per fingula loca, quid Hebręis videatur inferere.] Et paulò ad idem H fcribit. Quod Demofthenes in vna littera fecit exprimenda, vt a cane *Rho* difceret: (Cap. 4.) tu in me criminatis, quare homo ab homine Hebręas litteras didicerim. (Lib. 2. Apol. Cap. 6.) Inde eft, quod quidā inerudité fapientes remanent, dum nolunt difcere, quod ignorāt. Et alibi. Nifi prolixum effet, & tedoieret gloriolam, iam nunc tibi oftenderem, quid vtilitatis habeat Magiftrorū limina terere, & artem ab artificibus difcere: Et videres quanta fit fylua apud Hebræos ambiguorum nominum, atq; verborum. Quæ tes diuerfæ interpretationi materiem præbuit, dum vnufquifq; inter dubia, qood fibi conuenientius videtur, hoc transfert.] Deniq; eundem interrogans atq; conuincens: Si crimini

(inquit)

A (inquit) dandum est, quare Græcam, Syriã, & Hebræam, & Aegyptiacã linguam ex partẽ, & Latinam nouerim? Ergo & Apostolus, & Apostolici viri, qui linguis, loquebantur in crimine sunt?] Hæc ipse. Cæterùm, quod præfati præceptoris nomen Barrabani appellatione signatur, errorem arbitror esse, cùm nõ Barrabanum, sed Barrhaninam legendum esse ex ipsomet Hieronymo libro primo aduersus Rufinum, capite tertio occurras. Scribitur namq; ibi. Audio præterea te quædam de Epistola mea Philosophicè carpere, & hominem rugosæ frontis, adductiq; supercilij Plau-
Epist. 65. tino in me sale ludere, eo quod Barrabã Iu-
B dæum dixerim præceptorem meũ. Nec mirum, si pro Barrhanina, vbi est aliqua vocabulorũ similitudo scripseris Barrabam: Cùm tantam habeas licentiam nominum immutandorum, vt de Eusebio Pamphilum, de hæretico martyrem feceris.]

30 *Timebat enim Iudaos, & mihi alterum exhibebat Nicodemum*. Hæc difficultatis origo, cur tantis nimirum labore ac pretio Barrhaninam nocturno vix tempore obtineret.
Io. 3. Nicodemo autem de Euangelio comparatur, cum non secus ac ille clandestinè, furtiuèq; ad Christũ noctis tenebris atq; silentio: sic iste ad ipsum Hieronymum imbuendum eo ipso
C tempore non sine timore contenderet.

31 *Item ad Rusticum Monachum*. Aliud additur testimonium, quo eiusdem studium in Hebraicis litteris comprobatur, illudq; ex Epistola quarta desumitur.

32 *Dum essem iuuenis*. Sed quid sibi vult, quod vbi Hieronymus præfatum sibi præceptorem deligit canis describitur, hic vero iuuenis asseritur? Respondetur breuiter, modò dictis sequentia non esse contraria, cum Barrhanina in senectute, non ad ipsius Hebraicę linguæ rudimenta percipienda (quæ ab ineunte olim ætate iam optimè didicerat, & de quibus nunc in sequentibus differit) sed ad obscuriora tantũ, & certa quædam sacræ scriptu-
D ræ mysteria intelligenda, vsus fuit. Quod æquè ex eo conuincitur, quod multis ante Barrahaninæ lectionem annis, Psalterium iuxta Septuaginta Interpretes versionem diuulgatum, ipse proprio labore diligentissimè emendarat, Damasoq; Pontifici obtulerat. Additur, in ipsa quoq; iuuentute eodẽ iubente Põtifice (vti ex Epistola centesima quadragesima quarta habetur) Euangelij verba: Osanna filio Dauid, doctissimè, omissis opinionum riuulis ex Hebræo fonte profudisse. Vide item Epistolam centesimam quadragesimã quintã.

33 *Et solitudinis me deserta vallarẽt*. Quoniam non vnã tantũ se delegisse Hieronymus solitudinẽ frequenter suis aperit scriptis, paulò
E altius annorum eius aliquot nunc curricula breui chronologia percurrenda, quò hęc in textu aliata solitudo explorata habeatur. Sacro a a Ep. 58.
igitur fonte ablutus Romæ Hieronymus, b b Ep. 42.
Gallias primùm, vbi librum S. Hylarij de Synodis sibi descripsit comite Bonoso, se cõtulit, c mox domũ reuersus Monastici instituti am- c Ep. 22. cap. 14.
plectendi consilium cœpit, d Rufinoq; Aqui- d Ep. 41.
leiense assumpto, aliquandiù simul habuisse iter, Epistola quadragesima prima testatur. Verum dũ ex noua sententia in Aegyptum ad Sanctos Patres, Machariumq; imprimis Rufinus profectus est; ipse e quoq; Hieronymus ad e Ep. 65.
F audiendum Appollinarium Laodicenum Antiochiam contendit: f Nec multò post varijs f Ep. 41.
iterum, ac nouis peregrinationibus intentus; Thraciaq; Ponto, Bithynia, Galatia, Cappadocia, Cilicia, & alijs discendi studio peragratis Prouincijs, ad g Syrię portum appulit: g Ibidẽ.
cuius & rei euentu proprium mitum in modũ firmauis consilium. Enimuero h Monachorũ h Ep. 38.
protinus ibidem commanentium virtutes cõtemplatus a Theodosio magni tunc nominis viro ad sęculi contemptum magis accenditur. Non distulit consiliũ Hieronymus, i sed eius- i Ep. 41.
dem propositi socijs quibusdã assumptis; Euagrio nimirũ, Innocentio, Heliodoro, & Hy-
G la apud Maroniam, K (quæ eiusdem Euagrij dominij erat) locũ ad solitariam instituendã K In Vit. Malc.
vitam satis commodũ sibi delegit. Sed & hinc post nouẽ circiter annos l ab Hæreticis exturbatus, reliquum vitæ, ad triennium videlicet l Ep. 57. 58.
vsq; Hierosolymis in sanctorum locorum cultu consumpsit. m Magnum quid hoc ipso tẽ- m Ep. 38.
pore habuisse in animo, ad Theodosium trigesima octaua Epistola indicat. Hoc verò vastæ solitudinis, Chalcidis dictæ ingressus fuit n n Ep. 22. cap. 3.
Quandoquidẽ solus eandẽ mox subiens, quadriennij spac o summa vitæ in ea austeritate egit. Postremò ad sublimiora vocatus, o Cõstã- o Isa. 6. Eph. 5.
tinopolim ad audiendũ Gregoriũ, inde An-
H tiochiã ad Paulinum eiusdem Vrbis Episcopũ proficiscitur, p a quo & Sacerdos ordinatus q p Ep. 61.
Hierusalem iterum contendit, vbi quo r ad q In Pręf. lib. Didy.
Romanum vsq; concilium tum Pontificijs, cũ r Ep. 11.
Imperialibus litteris euocaretur mansit. Reliquas nunc eiusdem ab Damasi Summi Pontificis morte res gestas missas idcirco facimus; quippe qui iam superiori capite, & latius etiã in sequentibus, capite decimoquarto de eidẽ verba facturi simus. His breui epilogo ad notatis (de quibus & sæpius mentio coincidet; loquitur hoc loco Hieronymus de altera Euagrij solitudine, in qua non ab elementis tantũ Hebraicæ linguæ exordium sumẽs, eiusdem perfectam cognitionem assequutus est; sed ei

P præ-

A praeterea prodigiosa illa ob Tullij studium ad Iudicis tribunal verberatio contigit. De hac solitudine, a se primùm, sociisq; eius delecta, qui plura desiderat legat eius Epistolas, primam ad Heliodorum, quadragesimam primã ad Rufinum, quinquagesimam octauam ad Damasum, septuagesimam septimam ad Marcum Celedensem Presbyterum, nec non Malchi Monachi Vitam, ex quibus hæc breuiter decerpta sunt. Huius deniq; solitudinis ingressus annus trecentesimus sexagesimus secundus conuenienter accipitur, post auditum scilicet Apollinarium, & absolutam nuper relatam Thraciæ, Ponti, & reliquarum regio-
B num peregrinationem. Sed plenius de vtraq; capite sequenti.

34 Incentiua vitiorum, ardoremq́; naturæ ferre non poteram. A sæculi huius tantisper digressus homo tumultibus, deserti atq; solitudinis vix secreta penetrat, quod varijs vndiq; conflictatur angustijs: dumq; ab hominum molestijs securus latitat, intus bella experitur ingentia, & pacem, quam sibi antea proposuerat, nonnisi post magnos superatos agones comparat. Sic & Christo Domino solitudinem subeunti, tribus tentationum generibus humani generis hostem affuisse scrip-
C tura commemorat. Sic & alibi Israelitici populi copiosam multitudinem in eremi vastitate ad eiusdem congressum elapsam fuisse
Epist.4. legimus. In solitudine (inquit Hieronymus) cito subrepit superbia, etsi parumper ieiunauerit, hominemq; non viderit, putat se esse alicuius momenti oblitusq; sui vnde, quò venerit, intus corde, lingua foris vagatur. Iudicat cõtra Apostoli voluntatẽ alienos seruos: quod gula poposcerit, porrigit manus: dormit quantum voluerit; nullum veretur: omnes inferiores se putat: crebriusq; in Vrbibus, quàm in cellula est: & inter fratres simulat verecundiam, qui platearum turbis colliditur.} Hæc ipse. Vt ergo diuersis tentationum cõ-
D gressibus hostis monachos ipsos aggreditur, Hieronymum venerearum rerum cogitationibus speciali impetu diuexabat. Nec in hac deserti tantum solitudine illi certamen hoc indictum est, sed & in altera quoq;, Calcidis nimirum easdem fuisse passum insidias testatur scribens. Pallebant ora ieiunijs, & mens desiderijs æstuabat in frigido corpore; & ante hominem sua iam carne præmortuum, sola libidinum incendia bulliebant.

35 Quem cùm crebris ieiunijs frangerem. Habet vnusquisq; morbus proprium, quo curetur, antidotum. Vnde sicuti circa cor sanguinis ebullitio, patientia ac mansuetudine; auri fames liberalitate, vel voluntaria pauper-
tate temperantur; perinde carnis titillationes E
ieiunio restinguntur. Et nisi morte afficiantur, Spiritus perfrui vita nequit. Quo sensu dicebat Apostolus. *Quando infirmor, tunc potens sum.* 1.Cor.2. Ieiunium ergo, quamuis carnem in interitum pertrahat, ipsius tamen spiritus annona est, qua refectus fortior euadit, pugnat, vincit, triumphat.

36 Mens tamen cogitationibus æstuabat: ad quam edomandam, cuidam Fratri, qui ex Hebrais crediderat, me in disciplinã dedi. Quod si post ieiunia mẽs adhuc feruet agitationibus, studium tunc sacrarum litterarum adhibendum. *Pax enim multa* (loquitur Dauid) *diligentibus legem tuam, & non est illis scandalũ.* Psal.118. F
Eiusmodi quippe studio tanta in ipsum hominẽ mentis corporisq; trãquilitas inducitur, vt nullo deinceps aduerso impetu, vel passione dimoueatur. Ad hanc ipsam internam pacem comparandam Rusticum Hieronymus monebat dicens: Ama scientiam scripturarum, & carnis vitia nõ amabis. Epist.4. Quod, & Christus multò nos ante exemplo suo docuit, cùm quadraginta dierum expleto ieiunio, Scripturarũ allegatione externam omnem tentationem cũ proprio authore fugauit. *Cuidam fratri.* Fratrẽ istum a Hieronymo in præceptorem assumptum, non illum arbitreris, de quo superius, *& mihi alterum,* inquit, *exhibebat Nicodemum,* sed G
alium: hic enim, & Christifidelis, & Monachus cum eo, & cæteris Monachis in solitudine vixit: Ille vero Hebræus, & Synagogę magister. De hoc ipso Fratre commonacho meminit in Ecclesiastis primo, vbi: Dicebat, inquit, mihi Hebræus, quo scripturas sanctas instituente perlegi.

37 Vt post Quintiliani acumina, Ciceronis fluuios, grauitatemq́; Frontonis, & lenitatem Plinij. Quintiliano ingenij acumen tribuit, & Ciceroni fluuios propter fluxum ex copia & facilitate dicendi manantem. Plinio lenitatem, quod suauis semper in scribendo sit, & ubiq; compositus. Frontoni vero grauita- H
tem, quòd tam sententiarum, quàm verborũ pondere abundaret. Quintiliani duodecim Institutionis Oratoriæ libri in procemio in Abdiam; capite primo cõmemorantur. Vtrũq; autem, tam Ciceronem, quam Plinium Oratores pariter, & philosophos fuisse scribit; illum quidem capite primo in Nahum; hunc vero capite quinquagesimo quarto in Isaiam. Frontonis scripta, quamuis non extent, eorũ tamen meminerunt Eutropius in rerum Romanarum historia, & Eusebius in Chronicis sub Marco Antonino Vero. Item Ausonius in Panegyrico Gratiani, ac Nazarius in Panegyrico: Si mihi Fronto, inquit, Romanę eloquen-

A

quentiæ non secundum, sed alterũ decus, cùm belli in Britania confecti laudem Antonino Principi daret.

38 *Alphabetum discerem, & stridentia, anhelãtiaq́; verba meditarer.* Hebraicũ videlicet alphabetũ, quod præclarè meditatione potius, quàm lectione appræhendi asseritur propter illius difficultatem. Vnde idem Hieronymus in Epitaphio Paulæ: loquar (inquit) & aliud,

Epist. 27. cap. 12.

quod forsitan æmulis videatur incredibile. Hebræam linguam, quam ego ab adolescentia multo labore, ac sudore ex parte didici, & infaticabili meditatione non desero, ne ipse ab ea deserar, discere voluit, & consecuta est.

B

Epi. 130.

Sed & stridorem huic ipsi linguæ alibi Hieronymus tribuit, dum scribit: Nos Hebræorum lectione detenti in Latina lingua rubiginem obduximus: intantum, vt loquentibus quoq; nobis stridor quidam nõ Latinus interstrepat.

39 *Quid ibi laboris insumpserim.* Tantis ad virtutes via difficultatibus implexa est, vt eius aspectu horrifico, vel intrantes primo aspectu terreantur, vel proficientes etiam interdum retrahantur. At quemadmodum in conflictu atq; pogna, certaminis qualitati preda congruens victoris merito seruatur; Sic ad ipsius virtutis fastigium properantibus, pro qualitate laborum, fructuum tandem æqua portio seruatur. Nec quispiam ad eam accedere valet,

C

ni prius labore desudauerit, magna vicerit, ingentiaq; superarit. Et de hoc Poetæ quoq; carmen circunfertur.

Virtutem posuere Dij sudore parandam.

40 *Quid sustinuerim difficultatis.* Quò quid difficilius, hoc pręclarius: Vnde æquè Poetæ carmen.

Ouid. de Ponto lib. 2. eleg. 10.

Difficilè est fateor, sed tendit in ardua virtus,
Et talis meriti gratia maior erit.

41 *Quoties desperauerim.* A spe nimirum eiusmodi linguæ percipiendæ ceciderim. Id ipsum in Prologo Danielis: Et tanto tædio affectus sum, vt desperatione subita omnem laborem veterem voluerim contemnere.

Prou. 3.

42 *Quotiesq́; cessauerim, & contentione discendi rursus inceperim.* Vt sapientis videli-

D

cet consilio obtemperarem. *Disciplinam Domini ne abijcias.* Et alibi. *Sapientiam enim, & disciplinam qui abijcit infelix est.*

Sap. 3.

43 *Testis est conscientia, tam mea, qui passus sum.* Conscientiæ fiduciam tribuunt veritas, & iustitia, & ideo sufficientissimè in dictorum comprobationem aduersus eos, qui singulorũ dicta, vel facta malitia agunt, testis eadem adducitur.

44 *Quàm corũ, qui mecum duxerunt vitam.* Conueniunt hæc quidem cum paulò superius adnotatis: quibus eundem Hieronymum in communi vitam cum socijs in Euagrij solitudine egisse monuimus.

E

45 *Et gratias ago Domino.* Meritò de scientiarum, atq; linguarum sibi impartita cognitione gratias Deo refert, quippe qui bonorum omniũ sit ipse largior. *Et omnis* vt Apostolus, inquit, *sufficientia nostra ex eo sit.* Quid huic simile in Philosophorum, & Principum lepidè dictis habetur. Enimuerò cum Pythonem Athenienses ob res feliciter gestas admirarentur, ac prædicarent, quod præsertim Cotyn regem interemisset, Dijs (respondit ipse) habendæ sunt gratiæ, quibus auctoribus hoc facinus præclarè gestum est. Nam ipse nihil aliud quàm manum, & operam meam commodauit. Euentus rei in manu Dei est, & huic debetur gratia, si quid feliciter cesserit: sed interim vult nostram operam accedere.

2. Cor. 3.

F

46 *Quid de amaro semine litterarum dulces fructus capio.* Supra ad Nepotianum: Senectus verò, & veterum studiorum dulcissimos fructus metit] Infra ad Lætam. Vt radicis amaritudinem dulcedo fructuum compensaret.] Item de quadraginta duobus mansionibus: Et in morem litterarum radicum amaritudinẽ pomorum suauitate compensabit] Quamuis verò hoc de litteris in genere dictum circunferatur, sacris tamen litteris specialius aptandum videtur, quod in illis tantunmodo dulcedo illa melliflua abscondatur, de qua in Psalmo dicitur. *Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo?*

G

Psal. 118.

47 *Et in prologo libri Iob.* Tomo videlicet tertio, Epistola centesima decima tertia.

48 *Quem videlicet librum eius studio Latina lingua translatum.* In huius Translatione plusquam in cæteris se laborasse, tum hoc loco, tum alibi frequenter asserit. Enimuerò bis eundem incudi subiecit, ac primùm quidem ẽ Gręco iuxta Septuaginta versionem, mox ex Hebręo transtulit. De priori translatione ad Pammachium scribit: Transtuli nuper Iob in linguam nostram: cuius exemplar a S. Marcella consobrina tua poteris mutuari. Lege eundem Græcum, & Latinum, & veterem editionem nostrę translationi compara, & liquidò peruidebis, quantum distet inter veritatem, & mendacium.] In eiusdem quoq; versionis, Augustini testimonium resonat, videlicet: Cùm haberemus interpretationem tuam eiusdem Prophetę ex Græco eloquio versam in Latinum: vbi tamen asteriscis notasti, quæ in Hebręo sunt, & in Gręco desunt: Obelis autem, quæ in Græco inueniuntur, & in Hebręo non sunt, tam mirabili diligentia, vt quibusdã in locis ad singula verba singulas stellas videamus, significantes eadem verba esse in Hebręo,

Epist. 52.

H

Tom. 2. op. Hier. Epist. 88.

in

A in Græco autem non esse. Hęc Augustinus.
Quòd ne putaremus pauca sub asteriscis a Sep
tuaginta Interpretibus omissa, ex Hebræo fuis-
se addita, idem Hieronymus subdit Epistola
centesima decima tertia. Ceterùm apud Lati-
nos, ante eam translationem, quam sub aste-
riscis, & obelis nuper edidimus, septingenti fer-
mè, aut octingenti versus desunt, vt decurta-
tus, & laceratus, corrosusq; liber fœditatem
suam publicè legentibus proferat] Porrò de
altera a se edita versione subdit. Hæc autem
translatio nullum de veteribus sequitur inter-
pretem, sed ex Hebraico, Arabicoq; sermone,
& interdum Syro, nunc verba, nunc sensus,
B nunc simul vtrunq; resonabit] Et sub extre-
mo de vtraq; concludit: Vtraq; autem editio,
& Septuaginta iuxta Græcos, & mea iuxta
Hebręos in Latinum meo labore translata est:
Eligat vnusquisq; quod vult, & studiosum me
magis quàm maleuolum probet.]

49 Expositumq; promeruit. Exposuisse de
mum eundem Prophetam idem ipse in Com-
mentarijs super Amos tradit: In præsenti
(inquiens) loco Nahas in Iob appellatur Le-
uiathan: de cuius natura, & terrore multiplici
plenius in ipso volumine diximus.] Habentur
hi omnes Tomo octauo integri, & absoluti.
Cæterùm, quod de eisdem in Catalogo de
C Scriptoribus non agatur, elucubratos id eos
post Christi annum trecentesimum nonagesi-
mum secundum indicat. Certum autem il-
lorum tempus proximè superius, quo idem
in Amos Commentarios dictauit ex proprio
eius nuper allegato testimonio satis adstruitur:
maximè cũ eiusmodi tempore in aliud quod-
piam opus incumbens minimè reperiatur.
Probatur mihi explanationis huiusce exordiũ
Christi anno quadringentesimo tertio adscri-
bendum. Sed latius de hisce paulò intrà dis-
putabitur.

50 Memini me inquit, ob intelligentiam hu-
D *ius voluminis Lyddæum quendam in præceptorẽ.*
Non nomen hominis proprium Lyddæum ar-
bitror, sed denominatiuum a Lydda, quę Vrbs
propinqua Ioppe est, vt Lucas in Actibus
Act. 9. Apostolorum capite nono tradit. Eadem cũ
ea, quæ, & Discopolis dicitur, in qua Petrus
Thabitam suscitauit a mortuis. Ex decem au-
tem Toparchijs, in quas reliquam Iudæam
Plinius diuidit sunt, Hierico, Emmaus, Lyd-
da, Ioppe, & Acrabatane. Ex Lydda igitur
Lyddęum hunc Hieronymi præceptorem pe-
cunijs non paruis quæsitum conijcio. In cu-
ius quoq; rei testimonium eiusdem Hierony-
mi verba sunt in Abacuch secundum: Audiui
Lyddæ quendam de Hebręis, qui sapiẽs apud
illos vocabatur, narrantem huiusce modi fabu-
lam.] De eadem primo Macabæorum cap. vn E
decimo, & cap. nono Actorum.

51 Qui apud Hebræos primus haberi puta-
batur. Non immeritò autem ad dicti volu-
minis intelligentiam non quilibet Hebręus,
sed Hebræorum princeps, atq; Rabbinus eli-
gitur, vt ipsius materiæ difficultas æqua inge-
nij doctoris præstantia solueretur. Enimuerò
non vna tantùm illud etnnc fuisse exaratum lin
gua, sed tribus, Hebraica, videlicet, Chaldæa,
& interdum Syra, ex eodem in Iob prologo
declaratur.

52 Non paruis redemisse nummis. Eo vide-
licet tempore, quo totus in sacrarum ex He- F
bræo Scripturarum versione laborabat, anno
nimirum Christi trecententesimo octogesimo
nono. Docemur verò expressè hoc eiusdem
Hieronymi exemplo pro acquisitione sapien-
tiæ terrena cuncta distrahenda. Cæterùm iux-
ta sublimiorem intelligentiam. Accepit olim
a cœlesti Patrefamilias multiformis gratiæ ta-
lenta Hieronymus, de quibus rationem ali-
quando redditurus, ne durius de eisdem corri-
peretur fidelis serui exemplo illismet pruden-
ter se visum fuisse astruit. De nocte quippe vi-
gilans sollicitè easdem duplicare contendit:
Nocturnos ad sapientiam comparandam præ- G
ceptores adhibuit: ac nõ sine labore sudorem
pariter fudit, & pretium: Qui vt verus Domi-
ni numularius alibi: Sciat me (inquit) vnus-
quisq; Saluatoris verba dicentis: *Estote probati* Epist. 152
numulary, libenter audire: vt si quis nummus
adulter est, & figuram Cæsaris non habeat, nec
signatus est moneta publica reprobetur: qui
autem Christi faciem claro præfert lumine, in
cordis nostri marsupium recondatur:] hæc ille.
Ei ergo vt fideli seruo, ac prudenti Saluatoris Matt. 25.
eiusdem verba: Euge serue bone, & fidelis;
quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te con
stituam, intra in gaudium Domini tui, meritò
coaptari possunt.

53 Porrò ad scientiam Chaldaicæ linguæ, H
quo labore peruenerit, idem Hieronymus. Vt in
transferendis sacris libris ingens opus aggres-
sum Hieronymus ad finem vsq; perduceret,
non illi Hebręam Linguam nouisse sat fuit, sed
& Chaldæam simul, cum præfatus Iob Liber,
ac etiam Danielis prophetia diuersis linguis
pro diuersitate interloquentium personarum
conscripti sint, callere debuit. Hoc enim Epi. 113.
(inquit idem ipse) vnum scio, non potuisse
me interpretari, nisi quod ante intellexeram.]
Et quanquam Philo Iudæus Hebræam Linguã
eandem cum Chaldea esse scripserit, quia
Abraham, & ipse Chaldæorum terram inco-
luit: erroris tamen ex hoc manifeste loco con-
uincitur, quoniam inter ipsos Hebræos iam fa-
ctus

A ctus magister Hieronymus, rursus cœpit discipulus esse Chaldaicus. Deniq; & dictarum linguarum diuersitas ex Danielis primo deducitur: Tribus ibi quippe adolescentibus a Rege Nabuchodonosor in captiuitatē perductis, præpositus, seu magister, quo præfatam Chaldæorum illi linguam docerentur, regio decreto constituitur, hisce verbis: *Et ait Rex Asphenez*
Dan. 1. *præposito Eunuchorum suorum, vt introduceret de filijs Israel, & de semine regio, & tyrānorū pueros, in quibus nulla esset macula decoros forma, vt doceret eos litteras, & linguam Chaldæorum.* Non ergo, si eædem, & Hebræorum, & Chaldęorum linguę essent, eam *iterum* Hebræorum pueros doceri opus fuisset. Quod B vero de Abrahā argumentatus est Philo, illum vtranq; Hebræam videlicet, & Chaldæam nouisse quàmplures testati sunt.

54 Ità in Prologo Danielis enarras. Tomo videlicet tertio Epistola centesima vigesima.

55 Post Quintiliani, & Tullij lectionem, ac flores rhetoricos. Idem paulò superius hoc ipso capite. Vtriq; autem in medium simul proferūtur, vt in eloquentiæ studio pari incessisse pede intelligantur. fuit Quintilianus natione Hispanus, patria Calurgitanus. Romā cum Galba veniens Domitiani nepotes erudijsse fertur. Nec multo post ludo illic litterario aperto, pri- C mus fisco salarium tulit. Scripsit declamationes luculentissimas, quę ab eloquentiæ studiosis passim leguntur: quamuis earundem alterum Quintilianum authorem non desint, qui suspicentur. De Tullio omnis eloquētię parente superfluum est sermonem intexere, cum is, eiusq; opera toti mūdo notissima sint. Porrò in recentiori pro Chaldaicæ linguæ cognitione studio ingens labor ab eodē Hieronymo consumptus aptissimo declaratur exēplo.

56 Cùm me in lingua huius pistrinum reclusissem, Est in pistrinū se recludere, opus maximis difficultatibus vndiq; coangustatum ag- D gredi. Quemadmodum enim, prisca ac rudis ætas in pinsendo olim frumento, dum aquarū, vel vētorū impetus, atq; vires ad huiuscemodi opus nec dū artificio fuerant accōmodatę, maximos labores subibat: ita ac ad simile opus se Hieronymus addixisset, se desudasse fatetur.

57 Et multo sudore, multoq; tēpore vix cœpissē anhelantia, stridentiaq; verba resonare. Se- Epi. 120. nex etenim factus, nec dū sermonē huiusmodi se potuisse proferre, paulò infra testatus est. Et vt verum fatear vsq; ad præsentem diem magis possum sermonem Chaldaicum legere, & intelligere, quàm sonare.]

58 Et quasi per cryptā ambulans desuper lumen aspicerē. Quādiu, qui ad difficillimarum rerum cognitionē contendit, in ipso virtutis limine cespitat, nec quæ legit intelligit, tamdiù E per cryptā ambulare dicitur. Enimero quēadmodū crypta tenebricosus locus est, & rerum perplexitate flexiloquus, sic & omnis scientiarū habitus in ipso cognitionis exordio, siue ex intellectus imbecillitate, siuè ex ipsarum rerū obscuritate multis irretitus est difficultatibus. Vnde & eloquētiæ parēs. De diuinatione scripsit: Quia multa erant obscura, multa ambigua, explanationes adhibitæ sunt interpretum. At cū ipsæmet res patere incipiunt, earūq; cognitione intellect⁹ paulatim illustratur, illico quasi desuper oborto lumine, omnis caligo tollitur, fugaturq;. Nullus igitur tam ingenio pollet, F seu (vt dicitur) tā Lyncæus est, qui in virtutum acquisitione in has tenebras, obscuritatesq; nō nihil labatur. Metaphorā autem aptè ex his Hieronymus vsurpauit, quæ super Ezechielis quadragesimū scripsit, videlicet. Dum essem Romæ puer, & liberalibus studijs erudirer, solebam eum cæteris eiusdē ætatis, & propositi, diebus Dominicis sepulchra Apostolorum, & Martyrum circuire, crebroq; cryptas ingredi, quæ in terrarū profunda defossę ex vtraq; parte ingredientium per parietes habent corpora sepultorū: & ita obscura sunt omnia, vt prope- Psal. 54. modum illud Propheticum impleatur: De- G scendant ad infernum viuentes: & rarò desuper lumen admissum horrorem temperet tenebrarum, vt non tam fenestram, quàm foramen dimissi luminis putes]

59 Impegi nouissime in Danielē. Impingere, offendere est, vt nec progredi vlterius, nec facilè regredi, qui ita offendit, valeat. Concinnè vero de nauibus cùm tempestatis vi in vicina littora, vel in arenas ita illidunt, vt omnis spes reliquæ nauigationis perficiendæ adimatur, dici verbum videtur: Vnde Actorum vigesimoseptimo scribitur. *Et cùm incidissemus in locum Dithalassum impegerunt nauem, & prora* H *quidem fixa manebat.* Et ipse Hieronymus ad- Apol. lib. 2. cap. 4. uersus Rufinum: Statim (inquit) de portu egrediens nauem impegit. Iuxta verò altiorem intelligentiam tunc homo impingere dicitur, cùm in peccatum incidit. Vnde Prouerbiorum vigesimo primo dicitur. *Qui con-* Prou. 21. *gregat thesauros lingua mendacij, vanus & excors est, & impingetur ad laqueos mortis.* Fortis item, qui Hieremię quadragesimo sexto impegit in fortem, & ambo pariter corruerunt, Hæreticus est cùm in alterum eleuatur hæreticum. Et primo Regum capite vigesimo primo impingens Dauid ad ostia, Christum significat corda percutientem hominum: in quem non impingunt, qui illum aperiunt, & excipiunt; sicut in Isaia idem loquitur. *Adducam* (inquiens) *eos per* Isa. 31.

Q *torrentes*

A *torrentes aquarum in via recta, & non impingent in ea, quia factus sum Israeli pater.* Et in Prouerbijs. *Pes tuus non impinget.* Deniq; qui Isaiæ quinquagesimo nono in meridie impingunt, Iudæi sunt, qui peccato mortui, iam sole iustitiæ splendore rutilante morantur, offenduntq; in tenebris.

60 Et tanto tadio affectus sum, vt desperatione subita omnem laborem veterem voluerim contemnere. Tandem hoc librorum facit obscuritas, vt & eorum lectores ab oraculis vel mysterijs cognoscendis propellat, & sublimiora etiam interdum ingenia in desperationem pertrahat. De proprijs eiusdem Hieronymi
B in hunc Prophetam editis commentarijs infra capite decimo quinto.

61 Verùm adhortante me quodã Hebræo, & illud mihi crebrius in sua lingua ingerente. Illo videlicet, de quo supra hoc ipso capite, qui & eiusdem propositi commonachus cum eo degit in priori solitudine, Euagrij scilicet, cuius ingressum anno Christi trecentesimo sexagesimo secundo, alibi adscripsimus.

62 Labor improbus omnia vincit. Ex Virgilio Georgicorũ libro primo. Et dicitur improbus, non quasi non probus sit, vel malignus, aut nequam affirmetur: absit hoc a vero sensu: Sed ideo hic labor ille qui omnia vin-
C cit, improbus asseritur, quia non satis probari potest rationibus atq; argumentis, quam magnus, quamq; indefessus ille sit. Quid simile apud Horatium in Arte poetica perleges.

Qui cupit optatam cursu contingere metam,
Multa tulit, fecitq; puer, sudauit, & alsit,
Abstinuit Venere, & vino &c.

Et apud Menandrũ. Laborare necesse, volẽtibus fortunatos esse: par etenim (vt Plautus ait) semper est fortuna labori. Vnde & Lycurgi leges laboribus iuuentutem erudiuisse, venando, currendo, natando, sitiendo, algẽ-
Donif. li. de situ orbis. do, æstuando Tusculanarum libro secundo testatus est Cicero. Quem pariter morẽ Bra-
D chmanas quoq; & Parthos recepisse complures alij affirmarunt. Deniq; Iob quinto scri-
1. Cor. 3. bitur. *Homo nascitur ad laborẽ.* Et Corinthijs Paulus scribit: *Vnusquisq; autem propriam mercedem accipiet secundum laborem suum,* Nullus ergo ex eiusdem Hieronymi sententia, labor durus sit, nullum tempus longum videatur, quò gloria æternitatis acquiritur.

63 Et qui mihi videbar sciolus inter Hebræos, cœpi rursus esse discipulus Chaldaicus. Tametsi enim Hebræam linguam iam optimè nosset, ex eiusq; fonte, multarum iam quæstionum solutiones hausisset (vt eius Epistola centesima quadragesimaquinta declarat) non propterea tamen scientẽ se in illa audet affirmare, sed sciolum, hoc est aliquantulum scien- E
tem, vt eorum contundat audaciam, qui cùm litteris vix leniter imbuti, aut tincti sint, falsa eruditionis opinione tumescunt, & sibi doctoris, vel magistri nomen vindicare contendunt.

64 Et vt verùm fatear vsq; ad præsentem diem magis possum sermonem Chaldaicum legere, & intelligere, quàm sonare. Et hoc ideo propter ingentes hactenus explicatas difficultates.

De Commentarijs in Iob, Num Hieronymi sint? F

CONTROVERSIA IIII.

NOnnulli cum Trithemio ex recentioribus dubitant, an Commentarij, qui in eundem Librum Iob, Tomo octauo operum Hieronymi inseruntur, hi ipsi sint, quos idem loco citato in quintum Amos se edidisse testatur, an non? Bellarminus libro de Scriptoribus Ecclesiasticis Hieronymi scripta referẽs, & ante eum Sixtus Senensis Libro quarto Bibliothecæ Sanctæ eosdem Hieronymi suppositios arbitrantur, Victorijq; etiam sententię idem Bellarminus subscribens: Recte (inquit)
Marianus Victorius Commentaria in Iob non G
tribuit S. Hieronymo, sed Bedæ, nam in extremo volumine se scripsisse in gratiam Vectarij, author ipse scribit. Vectarium autem Episcopum fuisse in Anglia tempore Bedæ manifestè colligitur. Idipsum præallegatus Victorius opinatus est; quod in illis potissimum nũquam Septuaginta, Aquilæ, Simmachi, & Theodotionis Interpretationum auctor meminerit: quodq; magis vrget, in illismet, Vulgata Bibliorum editio, contra ab Hieronymo retentam consuetudinem, semper, adamussimq; edisseratur. Deniq; neq; Hieronymi dictionẽ aut phrasim eosdẽ continere, neq; variæ eruditionis splendorẽ præseferre affirmat, H
vt propterea non Hieronymo sed Bedæ adscribendos putet.

Contra verò totius antiquitatis, quę tanquã legitimi ac certi Hieronymi Commentarij essent, eosdem excepit, vnanimis consensus est. Inde autẽ is confirmari videtur, quod in vetustissimis manuscriptis exẽplaribus Hieronymi perpetuo insiti sint, atq; vsq; hodie per vniuersum orbem circumferantur. Accedit Fausti in Gallijs quondã Episcopi, qui floruit anno Domini quadringẽtesimo trigesimo, testimoniũ. In exordio namq; is libri sui, quẽ de Creaturis edidit, dum animã rationalem natura corpoream tenet, duo Hieronymi pro sua opinione allegat

A allegat testimonia, vnũ ex quodam eiusdem tractatu, alterum ex his ipsis Commẽtarijs dicens: Nonnulli eruditissimi Patrum quidquid creatum est corpus esse definiunt, & animarũ, & Angelorum naturam esse corpoream: pro eo quod initio circunscribitur, & spacio. Nam sicut in quodam Sancti Hieronymi tractatu legimus: Globos (inquit) siderum corporatos esse Spiritus, arbitrantur.] Et item. Si Angeli (inquit) cœlestia etiam corpora ad comparationem Dei immunda esse dicuntur, quid putas homo existimandus est?] Hæc ex Hieronymo Faustus, qui hoc posterius ex Commentario in vigesimum quintum caput eiusdem testimonium desumpsit. Præterea huic

B simılo additur argumentum. Quandoquidem Claudianus Viennensis Ecclesiæ in Gallijs Episcopus, auctor item quadringentesimi quadragesimi, libro secundo, quem de statu animæ scripsit, prææallegata duo Hieronymi testimonia vtq; Hieronymi germana recognoscit, ipsumq; simul Faustum temere, ac perperam ea ab Hieronymo vsurpasse, quod nec ad rem faciant, neq; suo deseruiãt instituto, ostendit. Claudianus autem Fausti contemporaneus fuit. De vtroq; Gennadius scribit in libro de Viris illustribus. Igitur cùm hi, de quibus dubitatio vertitur, in Iob Commen-

C tarij Hieronymo adscribantur, adscriptioniq; vetustissimorum manuscriptorum exemplariorum fides, & coæuorum simul scriptorum auctoritas adstipuletur, non video ego, qua ratione ab eisdem Hieronymi scriptis rescindendi. Quis enim antiquitatis monumenta, præteritorumq; temporum res gestas, certius veriusq; ijs prodere potuit, qui eisdem prorsus sæculis conuixerunt? Equidem illorum temporum vnicus testis, plus habere firmitatis, & roboris existimandus est, quàm recentiorum tota simul cæterua. Adde quoq; (si placet) grauissimi æquè, ac antiquissimi Scriptoris Cassidori in libro Institutionis diuinarum lec-

D tionum auctoritas, qui de ijsmet agens: Librũ (inquit) Iob Hieronymi labore Latina lingua cautissimè translatum, & expositum habere promeruit. Deniq; nec ipsi Commentariorum opus a Hieronymo diuellentes satis inter se conueniunt. Quandoquidem Trithemius (quem postea prææallegati Victorius, & Bellarminus secuti sunt) illud Bedæ Præsbytero tribuunt. Alij verò ab eis dissentiunt, illosq; quos in Iob edidisse Commentarios Beda asseritur, contendunt esse, qui Nectario Episcopo dedicantur, quorum etiam principium: *Adhortante te, imo potius compellente Nectari Pater beatissime*, non autem hi, de quibus nunc agitur. Atq; pro hac ipsorum opi-

Cass. au- thor Ioa.

E nione illud adducitur, quod einsmodi Commentarij, sub Bedę titulo inter eius opera circunferũtur, & ab ipsis Germanis Impræssoribus typis mandati sunt. Alij demum in operũ Bedæ Catalogo, super Iob nullius ab eo elaboratæ explananonis meminerunt. Vide Equilinum in Sanctorum Catalogo libro quinto, capite quinquagesimo quinto. Contigit antè postea, vt hi in Iob Cõmentarij eidem Bedę adscriberentur, cum iam consuetudine receptum sit, vt quidquid incertũ, vel dubiũ habet auctorem, illud Bedæ Presbyteri titulo prænotetur.

F Et quidem rationes aduersæ, argumentũq; inprimis de Vecterio premeret, quotiescunq; vnus tantùm nominis huius aliquando in Orbe fuisset, isq; Bedæ Præsbyteri ætate: aut idem ipse, qui in Hieronymi Commentarijs introducitur Angliæ Episcopus scriberetur. Cæterùm cùm de his ne verbum quidem, quã leuis consequenter coniectura sit facilè vnusquisq; intelligit. Additur Bedæ nullo pacto eos adscribi posse, cum illorum auctor Scripturæ sacræ testimonia, non ex Vulgata nostra (iuxta ab eodem Beda retentam consuetudinem) sed ex Septuaginta Interpretum Translatione, vt plurimum interserat. Profectò si hoc attentè censores animaduertissent, non

G vtiq; eos Bedæ vnquam tribuissent. Deniq; vt horunmet auctorem non Anglum, cuius Beda, sed Illyricum (cui Stridonia a moltis adscribitur, ex qua Hieronymus prodijt) intelligas, vide explanationem in caput trigesimũ septimum: In eo enim de peruagante ad omnes fines terræ Euangelij prędicatione is disserens, nominatim de Illyrico, tanquam patria Prouincia exemplum affert, atq; scribit. Ita creuit (tonitrus scilicet fidei) & flante Spiritu dilatatus est, vt pluuias misteriorum, a sęculis secretorum perfectæ scientiæ, vsq; ad Illyricũ spargeret, aliasq; totius mundi regiones largia effusionibus irrigaret.] Hæc ibi. Quod si ex

H Illyrici regione auctor non fuisset, ad quid ex omnibus orbis terræ partibus, Prouincijs, atq; Regnis Illyricum tantùm in medium proferret? Nec quod Victorius in propria ad octauum Tomum cẽsura addit, Commentarios eiusmodi ab cæteris Hieronymi scriptis iure diuidit. Quandoquidem potuit fortassis Vecterius multiplicia linguarum genera ignorare, vt propterea non opus esset, nec congrueret ijsdem passim Commentarios respergi. Quemadmodũ nec rationi consentaneum, vt Septuaginta, seu cuiuscunq; alterius Interpretis Libri, aliàs inuulgata editio differeretur, quippe quæ quãplurimis ex eiusdem testimonio Hieronymi detruncata, & omni parte fœdissima foret.

Iob ep. 118.

Sed

A Sed alio modo reſpondetur: Non omnino veram ab Victorio allatam eſſe argumentationē, cùm in hiſmet controuerſis Commentarijs, niſi tertio quoq; (vt dicitur) verbo, aliquando ſaltem, variæ (licet latino idiomate) afferantur Translationes: ſicuti videre eſt capite 3.4.15.20.22.24.26.31.37.38.39.40.41. In quibus interdum etiam, capite præſertim tertio nominatim Septuaginta Interpretes allegantur. Capite item decimo quinto, dum Pſalmi ſeptuageſimi tertij verſiculus, iuxta Septuaginta allegatur. *Prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorũ* ex Hebręo aliter mox inducitur *Proceſſerunt a pinguedine oculi eorum*, ex nouaq;
B dicitur eiuſmodi lectio accepta editione: quippe quę de recēti ex Hebręo, Sophronio petēte, elucubrata. Reijcit hęc reſpōſio illorum æquè nuper relatam opinionem, qui Commentariorum auctorem Bedam contendunt. Quandoquidem, trecentis, & quinquaginta annis vulgatam iam editionem nouam is minimè appellaſſet.

Arbitratus ſum, & ego aliquando (ſi mihi quod ſentio licet exponere) Commentarios huiuſmodi labores non fuiſſe Hieronymi, Cùm illorum potiſſimum auctorem Hebraicæ linguæ cognitionis expertem ex vno, vel altero loco animaduerterim: ac primò quidem ex
C capitis quarti verbis, vbi de Leuiathan agens, hæc habet: [Leuiathan verò quidam aiunt additamentum interpretari] tum deinde capitis quadrageſimi vocem Behemoth idem interpretans, ita exponit [Behemoth namq; doctores Eccleſiæ, qui Hebręas litteras contigerunt, in latinum quaſi plures interpretati ſunt] ex quibus Commentariorum auctor Hebraicę linguę peritia caruiſſe ſatis arguitur. Nec Hieronymus, qui idiomatum diuerſitatem optimè nouerat, illorum ſi fuiſſet auctor ex aliorum quaſi ſententia nominum protuliſſet interpretationes, ſed liberè, abſoluteq; ex proprio pectoris armario enunciaſſet.

D Cæterùm eos ipſos diligentius examinans Hieronymiq; in omnibus doctrinæ conſonos, imo nuſquam ab eo diſſidentes admirans: Cogor etiam inuitus antiquitati conſentire. Et quidē cū Hieronymi doctrina omnino cohærent, primò, quoniam ſuperius ex Amos allegatum teſtimonium in his Commentarijs reipſa comprobatur: Cùm de Leuiathan natura, multiplicią; eius terrore in eiſdem agatur. Secundò, quoniam quæ in ipſius tum voluminis exordio, tum in capite trigeſimo ſecundo ad Helię perſonam explicandam habentur cū his, quæ in Quæſtionibus Hebraicis ſuper Geneſis vigeſimum ſecundum ita conueniunt, vt nemo, qui vtrumq; legat, & Hieronymi doctri-
E nam, & verba ea eſſe dubitare non poſſit. Tertiò, quod in dictis Commentarijs capite quadrageſimo affertur, videlicet [alij pro Leuiathan draconem dixerunt] idipſum eſt quod Hieronymus ex Hebræorum ſententia in Pſalmum centeſimum tertium adnotauit dicens [Iudæi dicunt: Draconem magnum fecit Deus, qui Leuiathan dicitur, & eſt in mari: & quando (aiunt) recedit Oceanus, draco vertitur. Nos autem dicamus: Iſte eſt draco, qui de Paradiſo eiectus eſt.] Et hunc draconem ex Hebræorum ſententia Leuiathan, & ipſe interpretatus eſt in Iſaiæ caput vigeſimū ſeptimum ita ſcribens [qui draco propriè in
F hebraico ſermone appellatur Leuiathan.] Vnde, & in Pſalterio, quod idem ex Hebræo conuertit in prçallegato Pſalmo centeſimo tertio, Pſal. 103.
vbi nos ex Septuaginta legimus: *Draco iſte, quem formaſti ad illudendum ei*, Ita vertit. [Leuiathan iſtum plaſmaſti, vt illuderetur ei] Item, in Commentarijs hiſce Leuiathan additamentum (vt ſupra allatum eſt) interpretatur, quę ipſa nominis interpretatio in libro quoq; de Nominibus Hebraicis ſuper librum Iob affertur. Igitur ex his, alijsq; ſatis apertè conſtat, eoſdem propriæ Hieronymi doctrinę omnino arridere. Et quamuis clarorum auctorum ſententia doctrinæ, ac ſplendori eius
G non vſquequaque reſpondere cenſeantur, hoc iudicio meo non videtur aſſertum infringere. Quandoquidem ſi, & ab eloquentiſſimis viris, nonnulla aliquando rudia (vti ad Herennium libri a Marco Tullio: contra Marcionem opera a Septimio Tertulliano, duodecim Inſtitutionis Oratoriæ libri a Quintiliano) excidiſſe cōſtat, id multo magis in Sāctorū Patrū ſcriptis (quotieſcūq; ea inter ſe diſcordare animaduertimus) cōſideratione dignū eſt: Spiritus quippe Sanctus, cuius ſapientia illuſtrati, vel ſcripſerunt, vel dictarunt, varijs linguis, ac ſtylo nūc eminentiori, nunc remiſſiori iuxta perſonarū captum, animarumq; profectum, vt etiam ex
H Epiſtolis Sanctorum Petri, & Pauli, ac aliorū Sanctorum Patrum conſtat, eloquitur. Nec ab re eruditiſſimam Alberti Pij Carporum Comitis libro vndecimo de Sacris ſcripturis, & eorum auctoritate, in ſimili controuerſia Eraſmo aliàs exhibitam reſponſionem huic loco inſerere cenſeo. Imbecillis (inquit ipſe) locus tibi plurimum familiaris, videlicet. Phraſis eſt diuerſa, igitur opus non eſt eiuſdem auctoris, Conſtat enim eloquentiſſimos viros pariter, & ſapientes pro rei argumento varia phraſi vſos fuiſſe, verbaq; accomodare rebus, non res verbis. Præterea nec eoſdem eadem de re agentes dictione ſemper conſtitiſſe: ſed nonnunquam depreſſiſſe, aut extuliſſe, fuiſſeq; oblec-

A oblectatos modò humili, modo elata, nunc arcta, & emuncta, nunc diffusa, & profluenti oratione. Multa possent huius rei recenseri granium scriptorum testimonia, sed illa omnia tibi sunt exploratissima. Quamobrem ea omitto. Sed & si nulla essent, sibi satis esse deberet, vnus Cicero, aut vnus Aristoteles, hic sapientiæ, ille eloquentiæ vel citra controuersiam princeps. Et si vterq; & sapientissimus simul & eloquentissimus. Non enim eadem vtitur dictione Aristoteles in his, quæ scripsit ad sapientiam, & scientiam pertinentia, & in extrarijs sermonibus. Quinimo diuersa in his, quæ de Natura, aut vltra naturã tractauit, ab B his quæ de moribus humanis, rebusq; publicis & legibus disseruit. Nec idem Cicero in Epistolis, quas familiares vocant, & ad Pomponiũ Atticum, vel in Orationibus, & in his, quæ ad philosophiam, & artem dicendi spectant. Quod & de Operibus Horatianis multò manifestius est. Qua propter ex sola phrasis varietate solido argumento non conuincitur aliquod opus non esse auctoris, cui inscriptum est. Proinde elumbi argumento probas Apocalypsim non esse Ioannis Apostoli, & Euangelistæ ob styli diuersitatem. Poscebant reuelationes diuersa dictione ab Euangelio scribi, nomenq; ipsius citari, præter in Euange- C lio retentam consuetudinẽ, cum ipsi soli illa reuelarentur. Eiusq; nominis repititio amplıorẽ fidem, & auctoritatem reuelationi præstat, efficitq; vt diligentius exeipiatur, magisq; hominum animis hæreat. Euangelium autem cum res gestas Seruatoris narraret, historiamq; texeret, non conueniebat auctoris nomen inculcare] Hactenus Albertus Pius. Quod vero Commentatiorum auctor Hebraicæ linguæ cognitione expers, ex Leuiathan nimirum, & Behemoth interpretationibus dignoscatur, per verba illa, scilicet, *quidam aiunt interpretari*, vel Hebræos intellige, vel temeritatem quorundam inscipien- D tium, qua eiusmodi verba addita sunt, argue. Et idem ad id quod de Behemoth affertur respondendum est: Neq; enim ex vno, vel altero verbo toti antiquitati, vetustissimorum atq; æqualium auctorum testimonijs, exemplariorumq; omnium fidei derogandum est.

E *An Danielem inter Prophetas receperit Hieronymus: Et quæ de Susanna, & hymno triũ puerorum in eiusdem Danielis libro afferuntur vera putauerit, an potius apocrypha?*

CONTROVERSIA V.

QVoniam circa volumen Danielis, de quo in textu, passus ab Aduersarijs calũniam Hieronymus est, ab eadẽ nunc ipse vindicandus: imo verius propriã ipse agẽs causam audiendus. Duo propositus Quæstionis titulus (perinde ac ipsi legenti liquet) ex Hierony- F mo inquirit: Alterum de genere scriptionis ipsius Danielis libri: num videlicet Propheticum illud sit, an potius historicum: Alterum de fide nonnullorum in eodem contentorum, de veritate nempe Susannæ, ac trium puerorum historiæ. Et quia vtriq; simul occurrere idem videtur Hieronymus Epistola centesima vigesima in eundem Danielem, vtrũq; simul & nos proponimus, breuibusq; resoluimus.

Ad prius igitur quæsitum, memorato nunc loco ita respondet. Hæc idcirco refero, vt difficultatem vobis Danielis ostenderem, G qui apud Hebræos, nec Susannæ habet historiam, nec hymnum trium puerorum, nec Belis, Draconisq; fabulas, quas nos, quia in toto orbe dispersæ sunt, veru ante posito, easq; iugulante subiecimus; ne videremur apud imperitos magnam partem voluminis detruncasse. Audiui ego quendã de præceptoribus Iudeorum, cum Susannæ derideret historiam; & a Græco nescio quo eam diceret esse confictam, illud opponere, quod Origeni quoq; Africanus opposuit, etymologias has ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσαι, καὶ ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι. de Græco sermone descendere. Cuius rei nos intelligentiam H nostris hanc possumus dare: vt verbi gratia dicamus, de arbore ilice dixisse eum, illicò pereas: Et a lentisco, in lentem te comminuat Angelus: vel non lentè pereas, aut lentus, idest, flexibilis ducaris ad mortem: Siuè aliud quid ad arboris nomen cõueniens. Deinde tantum fuisse otij tribus pueris cauillabatur, vt in camino æstuantis incendij metro luderent, & per ordinem ad laudem Dei omnia elementa prouocarent. Aut quod miraculum, diuinęq; aspirationis indicium, vel draconem interfectum offa picis, vel Sacerdotum Belis machinas depræhensas, quæ magis prudentia solertis viri, quã prophetali essent spiritu per-

A pretata? Cum vero ad Habacuc veniret, & de Iudęa in Chaldæam raptum discophorum lectitaret; quærebat exemplum, vbi legissemus in toto Veteri Testamento, quenquam Sauctorum graui volasse corpore, & in puncto horæ tanta terrarum spatia transisse. Cui cùm quidam e nostris satis ad loquendum promptulus Ezechielem adduxisset in medium, & diceret eum de Chaldæa in Iudæam fuisse translatum; risit hominem: Et ex ipso volomine demonstrauit, Ezechielem in spiritu se vidisse transpositum: deniq; & Apostolum nostrum, videlicet vt eruditum virum, & qui legem ab Hebræis didicisset,
B non fuisse ausum affirmasse se raptum iu corpore, sed dixisse: Siuè in corpore, siuè extra corpus, nescio; Deus scit.] His, & talibus argumentis apocryphas in libro Ecclesiæ fa-
1.Cor.12 bulas arguebat.] Ita Hieronymus ad posterius Quæsitum.

Ad prius mox se transferens, hæc breuiter, immediateq; subiunxit: Super qua re Lectoris arbitrio iudicium derelinquens, illud admoneo, non haberi Danielē apud Hebræos inter Prophetas, sed inter eos, qui hagiographa conscripserunt. In tres siquidem partes omnis ab eis scriptura diuiditur: In legem, in Prophetas, & in hagiographa, idest in
C quinq; libros, & octo, & in vndecim libros: de quo non est huius temporis differere.] Hæc Hieronymus, per hagiographa intelligens sanctas historias, quæ a lege & Prophetis distinguntur: cuiusmodi sunt, libri Regō, Prouerbiorum, Ecclesiastes, Hester, Iudit, & alij.

Ex huc vsq; Hieronymi allatis verbis, putauit Rufinus respōdisse eundem vtriq; quæstioni; Triaq; ideirco hæc ei protinus obiecit crimina, Barrabæ nimirum eum inprimis Iudæi, Præceptoris sui hortatu, Danielis volumen abiecisse, cùm idem tamen Ecclesia per quadringentos retro annos legisset, Secun-
D dò trium puerorum hymnum, quem maximè solemnibus diebus eadem recitare consueuit, de suo loco dimouisse atq; recidisse. Tertiò, Danielem inter Prophetas haud habendum, affirmasse. Latiori hæc stylo prosequitur ipse Rufinus libro secundo Inuectiuarum suarum.

Cæterùm quòd immeritò In Sanctum virum oblateret, eiusq; verborum sensum minimè sit assecutus, planè idem ipse ostendit libro primo Apologiæ suæ capite nono hisce verbis: De Daniele autem breuiter respondebo: me non negasse eum Prophetam, quem statim in fronte Prologi prophetam esse confessus sum; sed quid Hebræi dicerent, & qui-
E bus argumentis suam niterentur probare sententiam voluisse monstrare, & docuisse Lectorem Ecclesias Christi hunc Prophetam iuxta Theodotionem legere, & non iuxta Septuaginta Translstores; Quorum si in isto libro editionem dixi multum a veritate distare, & recto Ecclesiarum Christi iudicio reprobatam: non est meæ culpæ, qui dixi; sed eorum qui legunt. In promptu sunt quatuor editiones, Aquilæ, Symmachi, Septuagiota, & Theodotionis. Ecclesiæ iuxta Theodotionē legunt Danielem: Ego quid peccaui, si Ecclesiarum iudicium secutus sum? Quod autem
F refero, quid aduersum Susannæ historiam, & hymnum, trium puerorum, & Belis draconia fabulas, quę in volumine Hebraico non habentur, Hebræi soleant dicere: qui me criminatur stultum se, & sycophantam probat; non enim quid ipse sentirem, sed quid illi contra nos dicere soleant, explicaui; quorum opinioni, si non respondi in Prologo breuitati studens, ne non Præfationem, sed librum viderer scribere, puto quod statim subiecerim: dixi enim: De quo non est huius temporis differere.] Et post pauca concludit. Qui istiusmodi nenias consectatur, & scripturæ Hebraicæ veritatem non vult recipere, audiat liberè pro-
G clamantem. Nemo enim cogitur legere, quod non vult. Ego petentibus scripsi, non fastidiosis: gratis, non inuidis: studiosis, non oscitantibus.] Hæc pro se aduersus Rufinum Hieronymus, quibus manifestò eius imperitiā, simul & perfidiam sugillat.

Et reuera quod ad prius quæsitum pertinet, Danielem ab ipso Hierouymo inter Prophetas computatum, nemo, qui eius scripta legit, ignorat. Quandoquidem eiusdem prophetiā mentis acie perlustrans hæc in Præfatione Cōmentariorum in eundem habet: Ad intelligendas autem extremas partes Denelia, multiplex Gręcorum historia necessaria est, Suctorij videlicet, Callinici, Diodori, Hieronymi, Po-
H lybij, Posidonij, Claudij, Theonis, & Andronici, cognomento Alipij: quos & Porphirius esse secutum se dicit. Iosephi quoq;, & eorum quos ponit Iosephus, præcipueq; nostri Liuij, & Pompei Trogi, atq; Iustini, qui omnem extremæ visionis narrant historiam, & post Alexadrum vsq; ad Cæsarem Augustum, Syriæ, & Aegypti, idest, Seleuci, & Antiochi, & Ptolomeorum bella describunt. Et si quando cogimur litterarum sæcularium recordari, & aliqua ex his dicere, quæ olim omisimus, non nostræ est voluntatis, sed, vt ita dicam, grauissimę necessitatis: vt probemus ea, quæ a Sanctis Prophetis ante sæcula multa prædicta sunt, tam Gręcorum,

quam

A quàm Latinorum, & aliarum Gentium litteris
contineri.] Ita ipse, quibus apertè indicat ad
Danielis reuelationes intelligendas necessariā
omnino esse Historiarum cognitionem, cùm
nihil fermè de quatuor Monarchijs, Babylonio
rum, Persarum, Græcorum, ac Romanorum in
illis contineatur, quod non in libro eiusdem
ante plura sęcula prænuntiatum legatur. Sed
& de eius prophetijs apertissimis, passim in ip-
sis Commentarijs. Deniq; aduersus Porphi-
rium secus sentientem, in eadem Commen-
tariorum Præfatione concludit: Verùm quia
nobis propositum est non aduersarij calumnijs
respondere, quę longo sermone indigent: sed
B ea, quæ a Propheta dicta sunt, nostris disserere,
id est Christianis, illud in Pręfatione admoneo,
nullum Prophetarum tam apertè dixisse de
Christo. Non enim solum scribit, eum esse
venturum, quod est commune cum cæteris,
sed etiam quo tempore venturus sit docet: &
Reges per ordinem digerit, & annos enume-
rat, ac manifestissima signa prænunciat.]
His Hieronymi propria de Daniele, num vide-
licet cum Prophetis computandus sit, senten-
tia conijcitur.

Neq; verò circa posterius culpandus idem
ipse est, quod in Hebraicis voluminibus Su-
sannæ historiam, triumq; puerorum haud con
C tineri Hymnum testatus sit: Quandoquidem
id omnino cum veritate concordat: Testesq;
rei huius ipse non tantùm Hebræos adducit,
sed, & quamplurimos alios: Miror inquiens,
quosdam μεμψιμοιρεῖν indignari mihi, quasi ego
decurtauerim librum: cùm, & Origenes, & Eu-
sebius, & Apollinarius, alijq; Ecclesiastici viri,
& Doctores Græciæ has, vt dixi, visiones non
haberi apud Hebræos fateantur: memoratas
videlicet Susannæ, atq; trium puerorum hym-
num intelligens. Porrò quamuis eædem apud
Hebræos minimè legantur, Apostolicæ tamen
Ecclesiæ iudicio, additæ sunt sub fine libri eius-
dē prophetæ, quippe quæ tanto Vate dignæ.
D Nec enim idcirco, quod in Hebraicis volumi-
nibus non reperiantur falsæ, aut omnino com-
mentitiæ censendę sunt (vt perperam argue-
bat Porphyrius) Apagè. Sed vt veras, & cer-
tas ipsamet Ecclesia, & approbauit, & Hierony
mus ipse transtulit. Et quamuis idem Rufino
respondens fabulæ nomine easdem vsurpare
videatur. Quod autē refero (inquiens) quid
aduersum Susannæ Historiam, & Hymnum
trium puerorum, & Belis, draconisq; fabulas,
non quid ipse sentirem, sed quid illi contra nos
dicere soleāt, explicaui] His apertissimè non
ex propria, sed ex Hebręorum se fuisse lo-
cutum sententia declarat. Sed, & fabulæ
nomine idem sępissimè non fictionem,

sed veram Historiam intelligit, a verbo faris, E
vel fare, fatur deducto vocabulo: quo sensu di-
xit: Totam Samson fabulam ad veri solis tra-
here Sacramentum] & aduersus Heluidium.
Imperitissimo hominum ista non legeras: &
toto Scripturarum pelago derelicto, ad iniuriā
Virginis tuam rabiem contulisti, in exemplum
eius, quem fabulæ ferunt, cùm vulgò esset
ignotus, & nihil boni posset facinoris excogi-
tare, quo nobilis fieret, Dianæ incendisse tem-
plum: & nullo prodente Sacrilegum, fertur
ipse in medium processisse, clamitans se se in-
cendium subiecisse. Sciscitantibus Ephesi Prin Cap. 8.
cipibus, quam ob causam facere voluisset, res-
pondisse: vt quia benè non poteram, malè F
omnibus innotescerem. Et hoc quidem Græ-
ca narrat Historia.] Ita ipse, ex quibus fabulæ
nomine Historiam a quamplurimis scriptori-
bus relatam, & receptam a Ciceroneq; inpri-
mis, Plutarcho, Aulo Gellio, Valerio Maximo,
& alijs intelligit.

Postremò ipsam quoq; Hebræi, cuius per-
sonam idem Hieronymus inducit garrulitatē
reprimere haud difficile est. Et quidem quod
inprimis eiusmodi Historias, quod in suis vo-
luminibus minimè reperiantur, commenticias
fabulas ipse contendat: secus Iosephus sentit,
easdem omnino veras arbitratus, qui & libro
decimo Antiquitatum, capite duodecimo illas G
idcircò, & alias multas se prætermisisse fatetur,
non quòd propria narratione indignæ forent,
sed quia in antiquis Hebræorum libris (quos
solos transferendos susceperat) minimè descri-
berentur. Sed nec incredibile Abacuch
ab Angelo ad Danielem corpore
translatum, cùm Deo volēte
nihil sit impossibile. Et
certè quid hoc mi
rum, si Deo
ipso
permittente Saluator etiam ex deserto
super pinnaculum templi, & ex pin-
naculo super montem excelsum H
potuit a Dęmone corpore
transferri? Sed de
his satis.



De prieri

A E

De priori ab Hieronymo electa solitudine, & Damasi in eum affectu. Caput V.



NTEREA 1 pergit in Syriam, 2 & dum in possessione Euagrij 3 Papæ moraretur, 4 Malchum Monachum, & aliquando captiuum reperit: 5 percunctatusq; eum omnem captiuitatis eius accepit, & scripsit Historiam. 6 Dehinc cum Sanctos Monachos, & Eremitas, ac eorum humilia contemplatus fuisset habitacula, 7 Sanctam & ipse inchoans vitam 8 se totum pœnitentiæ operibus, cœlestibusq; contemplationibus dedit. 9 Mox diuersis illum humani generis hostis inuadens congressibus, quantarum virtutum is foret, non in coniectura obseruauit, sed expertus tunc vidit. 10 Dū his itaq; adeo bonis insisteret, vt scribendi etiam studium intermitteret, 11 Beatus Damasus Vrbis Episcopus 12 pro Ecclesiæ vtilitate sollicitus, vt ab assiduo scribendi opere non desisteret, huiuscemodi eum exhortatus est scriptis. 13 B *Hieronymo Damasus Romanus Episcopus. 14 Dormientem te longo iam tempore, 15 legentem potius, quàm scribentem, quæstiunculis ad te missis excitare disposui, non quo & legere non debeas:* F *16 Hoc enim veluti quotidiano cibo alitur, & pinguescit Oratio, sed quò lectionis sit fructus iste si scribas. 17 Itaq; quoniam Etherio Tabellario ad me remisso, nullas iam te Epistolas habere dixisti, 18 exceptis his quas aliquando in eremo dictaueras, 19 quasq; tota auiditate legi atq; descripsi; 20 & vltrò pollicitus es, 21 te furtiuis noctium operis aliqua, si vellem, posse dictare: Libenter accipio ab offerente, quod rogare volueram, si negasses. 22 Neq; vllam puto digniorem disputationis nostræ confabulationem fore, quam si de Scripturis sermocinemur inter nos, 23 idest, vt ego interrogem, tu respondeas: 24 qua vita nihil puto in hac luce iocundius, quo animæ pabulo omnia mella superantur. 25 Quàm dulcia (inquit Propheta) gutturi meo eloquia tua super mel ori meo. 26 Nam cum idcirco, vt ait præcipuus Orator, homines a bestijs differamus, quod loqui possumus; 27 qua laude dignus est, qui in ea re cæteros superat, in qua homines a bestias antecellunt? 28 Accingere igitur, & mihi, quæ subiecta sunt, dissere. Quid sibi vult, quod in Genesi scriptum est: Omnis, qui occiderit Cain septem vindictas exoluet? 29 Si omnia Deus fecit* C *bona valde, quare Noe de mundis, & immundis animalibus præcepit, cùm immundum nihil bonum esse possit?* G *30 Cur Deus loquitur ad Abraham, quod quarta progenie filij Israel essent de Aegypto reuersuri, & postea Moyses scribit: Quinta autem progenie filij Israel exierunt de terra Aegypti? 31 Cur Abraham fidei suæ signum in circuncisione suscepit? 32 Cur Isaac vir iustus, & Deo charus, non illi, cui voluit, sed cui noluit, deceptus errore benedixit?*

COMMENTARIVS.

CONfusa olim in antiquis impræssis codicibus erant sequentia capita, & præsens cum sequenti, septimo, & octauo loco: quinto verò, & sexto, quintumdecimum, & sextumdecimum capita distinguebantur. At nos ad manuscriptorum exemplarium fidem quælibet suis locis restituimus. D

1 *Interca pergit in Syriam*. Quo id acciderit tempore, quæue hæc a Hieronymo tunc primùm delecta solitudo fuerit, iam proximè superiori capite explicatum est.

2 *Et dum in possessione Euagrij*. Quàmplures hanc eam esse solitudinem Syriæ, in qua idem se incredibili vitæ austeritate aliquando Epist.22. certamen subijsse ad Eustochium Hieronymus scribit, autumant. Sed re uera in manifestum labuntur errorem, aliena enim hæc prorsus ab ea probatur, diuersoq; pariter ab eodem tempore culta. Quandoquidem tametsi earum vtraq; Syriæ terminis conclusa Saracenis iuncta referatur, hanc tamen, cum socijs fuisse ingressum ex Epistolis 4. 22. 58. & 77. habetur; illam verò, solum, ibi: Sedebam solus, quia amaritudine repletus eram; Huius Euagrius dominus describitur: illa verò, quasi ad Euagrium non pertineat, recensetur Epistola sexta, & vigesima secunda: Hanc primùm adolescentulus inttaoit: illam non nisi post maturam deliberationem, & suffragium a Theo- H dosio, & cæteris anachoretis imploratum, de quo & Epistola extat trigesima octaua. Hæc tandem (vt habetur in Vita Malchi) ad Orientem vergit: illa ad meridiem, de qua Epistola vigesima secunda scribitur; Quæ exusta solis ardoribus horridum Monachis præstat habitaculum] Igitur ex his satis apertè liquet solitudines hasce ab inuicem distingui. Adstipulari æquè huic ipsi distinctioni, Adonis viri Sanctissimi Martyrologij verba videntur, quibus ait: In Syriam (Hieronymus scilicet) perrexit, in possessione Euagrij Præsbyteri aliquantulum cōmoratus. Ad deserta deinde loca, ita lætus

accin-

A accinctusq; accessit, vt volasse eum magis, quàm measse crederes. Quadriennium itaq; in illa vasta solitudine, quæ exusta solis ardoribus horridum Monachis pręstat habitaculum, exegit, &c.] Conuenienter antè *in possessione Euagrij* dicitur, non solitudine, vt eiusdem Euagrij conditio ac fortuna signetur; Quandoquidem prædiues admodum ac nobilissimi generis, dominusq; Villæ Maronia nuncupatæ is fuit. In cuius etiam laudem quàmplura Hieronymi insurgunt testimonia; Atq; hoc vnum inprimis, quod in Eusebij Chronico sub Aureliani anno secundo adiecit, ibi. In pugna strenuissimè aduersus eum scilicet Zenobiam B dimicauit Pampianus dux, cognomẽto Francus, cuius familia hodie apud Antiochiam perseuerat, & ex cuius Euagrius Presbyter charissimus nobis stirpe descendit.] Hic primùm cum Hieronymo adolescentulo in hac ipsa solitudine aliquandiù latitans, sub eius disciplina breui temporis interuallo adeo profecit, vt illius ingenij virtutes, tum Oriẽtalis, tum Occidentalis postmodum Ecclesia optimè perspectas habuerit. De eo idem Hieronymus Epistola quadragesimaprima meminit: Innocentiũ (inquiens) partẽ animæ meæ repentinus febrium ardor abstraxit; nũc vero vno, & toto mihi lumine Euagrio nostro fru-C or, cuius ego sẽper ad laborẽ cumulus accessi,

3 Papa moraretur. Non quòd, cùm solitudinem istam petijt Hieronymus, Euagrius tũc Episcopus esset auctor, hoc dicit: sed vt enarratis in Vita Malchi adstipularetur. Quandoquidem hoc idem ibi testatur dicens: Maronia triginta ferè millibus ab Antiochia Vrbe Syriæ grandis ad Orientem distat viculus: hic post multos vel dominos, vel patronos, dum ego adolescentulus morarer in Syria ad Papæ Euagrij necessarij mei possessionem deuolutus est.] Quæ vtiq; quando conscripsit, & ipse Hieronymus iam senio affectus, & D Euagrius Pontifex erat, vt ex dictis etiam in calce apertè constat. Euagrius igitur non tam ob ingenij præstantiam, quàm propter sanctitatis famam, Constantinopolitanæ Ecclesiæ (vt Socrates tradit) aliquando a Catholicis delectus Episcopus, sed inde Arrianorum factionibus Valentis decreto statim relegatus, a Paulino deinde, Siricij Summi Põtificis assensu (qui sæpius etiam pro eo Theodosium Imperatorem litteris interpellauit) nec non Catholicorum omnium voce, Antiochiæ Episcopus creatus est, vbi in schismate aduersus Flauianum ad obitum vsq; eam sedem tenuit inconcussus. Cautè verò legẽdus Theodoretus libro quinto capite vigesimo tertio; in Flauiani enim partem propensior E historiam hanc omnino peruertit, legitimum contendens Antiochenæ Ecclesiæ Pontificem Flauianum, Meletij item schismatici successorem astruere. Sed de hoc alibi. Portò Euagrij feruens ingenium eiusmodi ab Hieronymo prædicatur elogio: Iam ad Euagrij nostri nomen peruenimus: cuius ego pro Christo laborem, si arbitrer a me dici posse, non sapiam: si penitus tacere velim, voce in gaudiũ erumpente non possim: quis enim digno valeat canere præconio, Auxentium Mediolani incubantem, huius excubijs sepultum pene ante quam mortuum? Romanum Episcopum iam penè factionis laqueis irretitum, & F vicisse aduersarios, & non nocuisse superatis.] De eodem Basilius Epistola octaua, Ambrosius Epistola septuagesima octaua, & nos libro secundo De Origine Ordinis nostri. Quantũ verò temporis, (ad Hieronymum redeuntes) in nuper memorata is egerit Euagrij solitudine, exploratum minimè habetur. Ex eiusdẽ tamen actis, atq; periodis probabiliter respondeti posse videtur, ad nouẽ circiter annos: Ita vt quemadmodũ ex commemoratis superius ingressus in illam Christi anno trecentesimo sexagesimosecundo, sic egressus ex ea, trecẽtesimo septuagesimo primo adscribendus sit. G

4 Malchum Monachũ, & aliquando captiuũ reperit. At non vnũ tantùm virum hunc, sed quàmplures huic haud virtute impares hanc ipsam Syriæ solitudinem tunc retinuisse sanctissimos Monachos Theodoretus tradit: Erãt (inquit) in solitudine etiã Antiochena Marianus, Eusebius, Ammianus, Palladius, Simeon, Abrahamus, & alij quoq;, qui imaginem Dei, ad cuius similitudinem conditi erant, integrã conseruarunt. Atq; tum horum, tum illorum vitam scriptis prodidimus. Itemq; mons, qui Vrbi illi amplissimæ imminet, huiusmodi floribus pratensibus pulchrè vestitus est, nam H in eũ magna nominis celebritate vixit Petrus Galata, & eius Gentilis Aegyptius, quin & Romanus, Seuerus, Zeno, Moyses, Malchus, & alij quãplurimi vulgo quidẽ ignoti, Deo autẽ penitus perspecti, & cogniti.] Hęc Theodoretus de Sanctis Syriæ solitudinum Monachis, quorum etiam nonnullorum se res gestas conscripsisse testatus est. Meminit & de alijs quãplurimis, sed præsertim de Theodosio patria Antiocheno, tãti nominis anachoreta, vt nautę eius nomine inuocato tempestatẽ maris ingruentẽ sedarẽt. Horũ igitur omniũ, sed Malchi præsertim exẽplis, virtutibusq; eiusdẽ Hieronymi ad Monasticæ vitę institutũ eos efferbuisse tradũt Victorius, atq; Baronius, quod & ex ipsius Hieronymi Epistola trigesima octaua colligit, in qua & Theodosij, & cęterorũ ibidẽ

S sanctita-

A sanctitate præstátiũ anachoretarũ se cõmen-
dãs orationibus, prçsẽtib⁹ sçculi vinculis, quò
expeditior ad eos peruolet, exui humiliter ro-
gat: additq; se illis hoc idem aliàs explicasse
propositũ. Duos hosce, Malchum videlicet,
& magni nominis Theodosium habuit Hiero-
nymus ad Monasticum cultum promotores
augustissimos.

5 *Percunctatusq́, eum omnem captiuitatis eius
accepit, & scripsit historiam.* Habetur Tomo
primo operum eius in calce. Quoniam vero
in huius exordio meminit Hieronymus de hi-
storia litteris a se mandanda, quæ Saluatoris
res gestas, & succedentium sæculorum vsq;
B ad sua tempora complecteretur, arbitratus
sum aliquando ipsanmet editam ante Euse-
bij Chronicon; sed attentius postea rem
ipsam contuens, comperi hic non de Eusebij
Chronico, sed de eiusdem Ecclesiastica histo-
ria fuisse loquutum Hieronymum: Siquidem
hæc a Christo aduentu, illud a Nino & Abra-
ham exordium sumit, descenditq; vsq; ad Cõ-
stantinum magnum, cuius facta percurrit.
Deniq; huic ipsi Vitę, idem Eusebij Chronicõ
antecessisse probat, quod hoc virilitatis annos
ingressus Hieronymus ediderit, illam vero fac
tus iã senex, vt ex vltimis eius verbis constat.
De eadem in Catalogo Scriptorum, quam &
C Hilarionis Vitę copulat, quo fit vtranq; vno si-
mul tempore lucubratam, Christi videlicet
anno trecentesimo nonnagesimo, credam.

6 *Dehinc cùm Sanctos Monachos, & Eremi-
tas, ac eorum humilia contemplatus fuisset habi-
tacula.* Dissidebant non parum hoc loco inter
se exemplaria impræssa a manuscriptis, sed ad
horum integram fidem verba singula restitui.
Quanta vero ex eremi huius, Sanctorumq;
Monachorum visione tunc fuerit consolatione
Epi. 38. oblectatus Hieronymus in prçallegata Episto-
la trigesima octaua sequentibus testatur: Quã
vellem nunc vestro interesse conuentui, & ad
mirandum consortium licet isti oculi non me-
D reantur aspicere, tota cum exultatione com-
plecti: spectarem desertum omni amenius ci-
uitate: viderem desolata ab accolis loca, quasi
ad quoddam Paradisi instar Sanctorum cœti-
bus obsideri.]

7 *Sanctam & ipse inchoans vitam.* Habent
hoc Sanctorum Patrum præclara exẽpla, vt nõ
tantùm in se intuentium animos ad virtutes
prouocent, sed ad earum quoq; profectum
mirum in modum conferant. Vnde & Prouer
biorum secundo dicitur: Vt ambules in via
bona, & calles iustorum custodias. Sic & A-
postolus Paulus, cũ infirmos ac debiles corro-
borare vellet Hebrços, veterũ exẽplorũ expli-
catione vsus est dicens: *Isti ludibria ac verbera
experti, insuper & vincula & carceres, lapidati* E
sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladii Heb. 11.
*mortui sunt. Circuierunt in melotis, in pellibus
caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus di-
gnus non erat mundus. In solitudinibus errantes,
in montibus, & speluncis, & in cauernis terræ.*
Hucusq; Apostolus. Igitur & Hieronymus
quamplurimis in hac ipsa solitudine virtutũ
exemplis incitatus, quasi propriæ virtutis ex-
perimentum sumens perfectionis viam ag-
gressus est, ac planè cœlestem vitam instituit.
Hoc ipso tempore ad Monachorum profes-
sionem receptum, sæculiq; atq; gentilitatis
nomine abiecto, nouo, ac prorsus cœlesti, nõ
absq; Spiritus sancti instinctu a Sanctis Patri- F
bus donatum eundem fuisse, ratio omnis sua-
det, & nos alibi obseruauimus.

8 *Se totum pœnitentia operibus, cœlestibusq́
contemplationibus dedit.* Meritò qui Sanctorũ
perfectam vitam æmulatur, ab eisdemq; tritã
viam ingreditur, corpus in primis pœnitentia
macerat, cùm sola sui ipsius cultores sanctifi-
cet. Vnde & Ioelis primo dicitur: Accin-
gite vos, & plangite Sacerdotes: vlulate mi-
nistri altaris: Sanctificate ieiunium. Et quidẽ,
non quòd ieiunium, idq; genus opera sancti-
ficent, id præcipitur, sed quòd ea edentes
homines iisdem sanctificentur. Deniq; pœ-
nitentiam cęlestium contẽplatio consequitur, G
quia ea ipsa, perinde ac salubri lauacro pœ-
nitentis conscientia, seu etiam mens maculis
expurgata, attentius protinus cœlestia specu-
latur: hoc est, viam, qua itur ad cœlum, &
ipsunmet Christum contemplatur, qui de se Ioan. 14.
ipso dicit: Ego sum via. Rei huiusmet sacra-
mentum Dauid quoq; pœnitẽtium exemplar
præclarissimum nobis aperuit, cùm dixit: Tibi Psal. 50.
soli peccaui, & malũ coram te feci. Et pau-
lò post: Incerta, & occulta sapientiæ tuæ ma-
nifestasti mihi. Nec haud dubium, quin eius-
modi secretorum manifestatio ex lachrymarũ
balneo, aliisq; pœnitentię operibus profluat,
cùm earum vi mentis oculi purgentur, & visus H
ipse exacuatur.

9 *Mox diuersarum illum humani generis
hostis inuadens congressibus, quantarum virtutum
is foret, non in coniectura obseruauit, sed expertus
tunc vidit.* Iam Sathanas ad primos vsq; con-
gressus adolescentis inuictum pectoris robur
agnouerat: eiusdem in eremo incolatum re-
formidare iam cœperat: magnum sibi ex eo
non multo post exitium futurum iam præsa-
giebat, propterea quamplurimis tentationum
generibus illum inuasit. Enimuerò ardentissi-
ma primùm febri, qua penè ad vitæ extremũ
iam illum perduxit, & cœlesti pariter castiga-
tione, quod in Ciceronis lectionem totus in-

ten-

A tenderet (de quibus inferius capite vndecimo)
diuexans: mox sodalium omnium, & amico-
rum, Heliodoriq; inprimis, Rufini, Innocen-
tij, Hylæ, & Euagrij præsentia excludens, hæ-
reticorum tãdem persecutionibus inde quoq;
eundem exturbauit. Tot, tantarumq; calami-
tatum copias, siccis non potest oculis cogno-
scere, qui Epistolas eius septimã, quinquage
simã septimã, septuagesimã quintã, & primã
legit.

*10 Dumq; his adeo bonis insisteret, vt scri-
bendi etiam studium intermitteret.* Non quod
in hac tantùm solitudine memoratis pœniten-
tiæ operibus, sic esset intentus Hieronymus,
B vt propterea a scribendi studio se abdicaret
auctor hoc dicit: Sed quia ex ea etiam hære-
ticorum perfidia expulsus idem vitæ institutũ
aliquandiù retinuerit, tuncq; potissimùm, cùm
ad illum infrascriptæ Damasi Pontificis litteræ
conscriptę, atq; perlatę sunt. Ex eis enim ali-
quot iam ante annos non tantùm præfatam,
sed Chalcidis quoq; egressum fuisse solitudinẽ
constat: Vnde, & de earum apertiori tempore
hoc breuiter ex mox subiectæ Hieronymi res-
ponsionis exordiu admonemus, datas Episto-
las Hieronymo, cùm Hierosolymis secundò
ageret: Numeratur eiusmodi annus a Christo
C trecentesimus octogesimus.

11 Beatus Damasus Vrbis Episcopus. De eo
idem Hieronymus libro Scriptorum Ecclesia-
sticorum: Damasus (inquit) Romanæ Vrbis
Episcopus elegans in versibus componendis
ingenium habuit, multaq; & breuia metro edi
Lib.5.c.2 dit, ac prope octogenarius sub Theodosio Prin
cipe mortuus est. Eiusdem laudes ita perstrin
git Theodoretus. Hic Damasus Episcopus
Romanus fuit in illius Ecclesiæ administratio-
ne successor Liberij, vir sanè propter vitæ præ
stabilis ornamenta insignis: qui quo ad eius
fieri poterat doctrinam Apostolicam assiduè
Epist. 50. ad Pam. cap. . tutatus est] Eundem Virginitatis candore pol
lentem idem Hieronymus testatus est: cui &
frequenter Prætextatus homo Sacrilegus, &
D Idolorum cultor ludens dicere solebat: Facite
me Romanę Vrbis Episcopum, & ero protinus
Christianus.] Primus Hieronymi scriptis in
Ecclesia auctoritatem tribuit. Multaq; sub
eius nomine circunferuntur scripta, cuiusmodi
fidei Symbolum Tomo nono operum Hiero-
nymi, & liber de Vitis Pontificum, aliaq; quæ
eius non esse compertum est.

*12 Pro Ecclesia vtilitate sollicitus ne ab assi-
duo scribendi opere desisteret, huiuscemodi eum
exhortatus est scriptis.* Ecclesiæ Sanctæ Pręsu-
libus, cæterisq; ad quos animarum cura incum
bit, norma curationis proponitur, ne videlicet
ita in propriã salutẽ intenuãt, quod communẽ
negligant: Quin potius ita sibi ipsis consulant, E
quatenus semper, quid agatur a subditis, explo
rent, vt eos pro communi commodo, vel ad
labores prouocare, vel iam prouocatos corro-
borare queant. Habetur, & hæc Damasi pro
Ecclesia sibi credita sollicitudo multis testata
argumentis, sed ex Concilio inprimis Roma-
no, quod aduersus Apollinarium, & Thimo-
theum coegit.

13 Hieronymo Damasus Romanus Episcopus.
Habetur Epistola Tomo tertio, in ordine cen-
tesima vigesima quarta. At vnde Pontificem
illum ita nouisse, vt pro eo tam grandem gere-
ret sollicitudinem, arbitramur? Ex multis sa-
nè. Vel inprimis ex eiusdem contra Helui- F
dium libro, quem adolescens adhuc primùm
ediderat. Vel ex Origenis homilijs per eun-
met iam e Græco translatis. Vel ex Commen-
tarijs in Abdiam multos iam ante annos in lu-
cem proditis. Vel ex doctissimis eiusdem Epis
tolis, ac alijs hinc inde per vniuersum iam Or-
bem volitantibus ingenij monumentis?
Ex his (inquam) vel non ijsdem ab eodem
editis scriptis, illum optime habuisse explora-
tum haud dubium est. Cæterùm quis factum
non miretur: Supræmum Antistitem ex subli-
mitati Ecclesiæ Cathedra totum orbem edo-
centem, a priuato homine adhoc adolescente
dubia aliqua percunctari non fuisse dedigna- G
tum.

14 Dormientem te longo iam tempore. Est Is.43.
dormitio de qua Isaias: *Simul (inquit) obdor-
mierunt, nec resurgent: contriti sunt quasi lignũ,
& extincti:* Et est dormitio de qua in Cantico Cantic.5
Canticorum scribitur: *Ego dormio, & cor meũ
vigilat.* Et alibi. *Cum dederit dilectis suis som-* Psal.126.
*num, ecce hæreditas Domini filij merces fructus
ventris.* Igitur gratissima hac posteriori con-
templationis quiete toto quidem corpore con-
sopitus, at mente, animoq; mysterijs cœlesti-
bus affatim intentus Hieronymus, tanquam
sibi soli dormiret, ad aliorum commodum me-
ritò sequentibus excitatur. H

15 *Legentem potius quàm scribentem, quæ-
stiunculis ad te missis excitare disposui, non quo,
& legere non debeas.* Monebat vir Sanctus
identidem suos de Sacrorum librorum lectio-
ne, Eustochioq; dicebat; Crebrius lege, ac dis- Epist.22.
ce quamplurima, & tenenti codicem somnus
obrepat, & cadentem faciem pagina Sancta
suscipiat. Saluinæ item. Sæpe in manibus
tuis diuina sit lectio. E contra verò, tanquam
maximi esset scribendi munus periculi, ab eo
Rusticum Monachum deterrebat dicens: Sed Epist.4.
nec ad scribendum citò prosilias, & leui duca-
ris insania: multoq; tempore disce, quod do-
ceas. Nam qui scribit, multos sumit iudices;
alius

A alius in alterius liuet, ac grassatur ingenium. Expleuit omnino Hieronymus, quæ alijs postmodum dedit ipse præcepta, mentemq; propriam diuinæ prius lectionis fœcundis seminibus grauidandam esse censuit, quàm temerè partum prætenderet.

16 *Hoc enim veluti quotidiano cibo alitur, & pinguescit oratio, sed quo lectionis sit fructus iste si scribas.* Aptè lectionis fructus exprimitur, de eoq; alibi Hieronymus sermonem ingerẽs: Dum enim (inquit) hoc facimus (idest Sacrorum librorum lectioni vacamus,) & nihil aliud cogitamus, in modum furti explanationes aggredimur, & dierum miserias noctium studio B compensamus: pascitur animus, & obliuiscitur sæculi calamitatum. Quem pariter fructum, & Sacræ apertè indicant litteræ tum Baruch capite primo, tum primo Machabeorum capite duodecimo, ibi videlicet: *Nos habentes solatio Sacros libros, qui sunt in manibus nostris.* Denique ad idem, & Gentilium exempla suppetunt, cùm & Demetrius Phalereus Ptolomeum regem sæpius hortatus sit, vt sibi pararet libros de regno, deq; militari Imperio gerendo tractantes, eosq; diligenter euolueret, propterea quod ea, de quibus amici non audẽt admonere reges, in libris scripta habeãtur.

17 *Itaq; quoniam Etherio tabellario ad me* C *remisso, nullas iam te Epistolas habere dixisti.* Tabellarij pariterq; Diaconi tãta viatũ spatia nũc ad Damasum, nũc ad Hieronymũ intercurrentis nomen istud est, cuius etiam in vtrisq; litteris alibi mentio habetur: functus autem huiuscemodi munere creditur, donec ipse Hieronymus ad eundem Damasum pro negotijs Romani Concilij cum Paulino, & Epiphanio Episcopis se conferret.

18 *Exceptis his, quas aliquando in eremo dictaueras.* Tum ex hoc loco, tum ex responsione ad præsentes Damasi litteras, iam supra Euagrij celatam solitudinem, & fortassis etiam Chalcidis fuisse egressum Hieronymum facilè D intelligimus: quandoquidem in Euagrij solitudine Hebraicæ linguæ rudimenta tantùm eum addiscentem, in responsione verò ad has ipsas litteras eandem linguam perfectè callentem nouimus. Quæ verò hæ Hieronymi præsertim Epistolę ex eremo alias dimanatæ essent. Has accipe, nimirum primam ad Heliodorum de laude solitariæ vitæ. Ad Florentiũ binas quintam, & sextam. Ad Iulianum diaconum trigesimam septimam. Ad Rufinum quadragesimam primam. Ad Niceam Subdiaconum quadragesimam secundam. Ad Chromatium, Iouinum, & Eusebium fratres quadragesimam tertiam, Ad Chrysogonum Monachum Aquileiæ quadragesimam quartã, & ad eundem Damasum quinquagesimam E septimam, & quinquagesimam octauam, eruditissimæ omnes, omniq; verborum elegantia politissimæ. At non tantùm has inde, verùm & Commentarios in Abdiam Prophetam, de quibus in præfatione in eundem: Hoc illud, inquit, mi Pammachi tempus (in quo nempe eos elaborauit,) ac luce dulcior, quo egressi Scholam rhetorum diuerso studio ferebamur: quando ego, & Heliodorus charissimus pariter habitare solitudinem Syrię Chalcidis nitebamur.]

17 *Quas tota auiditate legi, atque descripsi.* Quasi non maximè æstimationis esset a Romano Pontifice Hieronymum de difficillimis di- F uinæ Scripturæ locis consuli, aut crebris Epistolis excitari: verba hæc [qoas tota auiditate legi atq; descripsi] subduntur, vt ab omnibus, quantum illius quoq; in scripturarum studio tunc nomen esset, qui scriptorum suorum non lectorem tantùm, sed exaratorem insuper haberet eminentissimum, facilè percipiatur.

20 *Et vltro pollicitus es.* Non diligentiorem sanè, aut officiosiorem Hieronymo quis reperiat, quandoquidem in aliorum commodum talenta sibi credita promptum assiduè, libentemq; protulisse: propriasq; ingenij uires, nec non seipsum totum omnibus exhibuisse passim ex eius scriptis colligimus. Ex Episto- G la nimirum sexta ad Florentium, ibi: Et quoniam largiente Domino multis Sacrę bibliothecæ codicibus abundamus, impera vicissim, & quodcunq; uis mittam. Nec putes mihi graue esse, si iubeas: Habeo alumnos, qui antiquariæ arti seruiunt. Neque verò beneficiũ pro eo, quod polliceor, postulo. Heliodorus frater mihi indicauit, te multa de scripturis quęrere, nec sic inuenire. Aut si omnia habes, incipit sibi plus charitas vindicare, pl9 petere.] Et ad Pammachiũ: Libros sexdecim Prophetarum, quos in Latinum de Hebræo sermone conuerti, si legeris, & delectari te hoc opere comperero, prouocabis nos etiam cętera clau- H sa armario non tenere.

21 *Te furtiuis noctium operis aliqua, si vellem posse dictare: libenter accipio ab offerente, quod rogare volueram, si negasses.* Consentiunt hæc cũ paulò superius dictis: Dũ enim quasi furtiuis studio, & industria dictare aliqua Hieronymus pollicitur, se alijs consequenter multò maioribus tunc fuisse implicatum operibus astruit (cęlestibus videlicet contemplationibus, quibus vti iam perfectus Monachus intentus erat.) Egressus enim, vel expulsus e solitudine Monachi nunquam institutum dimisit, sed modò carnis macerationibus, modò sacrorum librorum lectioni, modò supernorum

bonorum

A bonorum dulcedini intentus vitæ præsentis curriculum transigebas.

22 Neq; vllam puto digniorem disputationis nostræ confabulationem fore, quàm si de Scripturis sermocinemur inter nos. Colligatur hinc vera disputandi ratio: fine fastu nimirum, mẽte pacifica, disceptatione pari, cõsuetudine familiari, colloquio, congressuq; domestico.

23 Idest, vt ego interrogem, tu respondeas: Est enim disputatio Actus syllogisticus vnius ad alterum ad propositum, ostendendum. Et quamuis Aggeus Propheta: Imo per Aggęũ

Agg. 2. Dominus dicat: *Interroga Sacerdotes legem.*

Deut. 23. Et in Deuteronomio. *Interroga patrem tuum,*

B *& annuntiabit tibi, seniores tuos, & dicent tibi:* Intantum vs Sacerdotum seniorumq; sis interrogatos respondere de lege: Sacerdos tamẽ Sacerdotum, seniorq; seniorum, adolescentẽ adhuc, haud Sacerdotio insignitum interrogat, vt in summo etiam præsulatus fastigio veræ humilitatis exempla consuentes, nos ipsos, qui nihil sumus, & audaciam nostram, quæ cùm omni sit expers cognitione, ratiocinantes viros subsannat, & nullum vult pati mõnitorẽ (ne dicam doctorem) reprimere in singulis momentis perdiscamus.

24 Qua vita nihil puto in hac luce iocundius, quo animæ pabulo omnia mella superantur.

C Reuera ita contingit, quoniam quemadmodũ scripturarum collocutione nil dignius, ita nec aliud quidpiam iocundius aut suauius ea ipsa gustu percipi potest. Ex sacris litteris suauissimum super mel animæ illud pabulum decerpitur, de quo, & per Prophetam Dñs: *In pascuis* (inquit) *bonis pascam eos, & in montibus altis Israel.* Et ipse Hieronymus ad Florentium:

Epi. 6. Nosti hoc esse Christianæ animæ pabulum, si in lege Domini meditetur die ac nocte.

25 Quàm dulcia (inquit Propheta) gutturi meo eloquia tua super mel ori meo. Ex Psalmo centesimo decimo octauo allegatus versiculus. Idem in Psalmo decimo octauo habe-

D tur: *Iudicia Domini vera, iustificata in semetipsa, desiderabilia super aurũ, & lapidẽ pretiosum multum, & dulciora super mel & fauum.* Et Ezechielis tertio: *Venter tuus comedet; & viscera tua complebuntur volumine isto, quod ego do tibi. Et comedi illud: & factum est in ore meo, sicut mel dulce.* Porrò libri huius mysteria mella dicuntur, quia quicunq; ea degustat, mel sentit in ore suo.

26 Nam cum idcirco, vt ait præcipuus Orator, homines a bestijs differamus, quod loqui possumus; Aliter in quibusdam: antiquis codicibus, nimirum [Varius præcipuus Orator inquit, eũ idcirco homines a bestijs differamus.] Sed reuera cùm Varius nullus in serie insigniũ Oratorum ponatur, non satis video, quomodo eiusmodi lectio sensui textus aptari queat. E
Fuit (verũ est) eiusdem fermè nominis alius Varro dictus, Quintiliani iudicio Romanorũ eruditissimus; Sed sciendũ est, hunc eruditione potius, quã eloquentia præstitisse. Restituendus ergo mea sententia textus, legendusq;. [Varius præcipuus Orator] huius etenim apud Hieronymũ quoq; libro primo, capite decimo quinto aduersus Iouinianũ mentio eiusmodi conceidit: Vnde pulchrè Varius Geminius sublimis Orator: Qui non litigat (inquit) cœlebs est. Non dissona ab hac Varij de eloquentiæ præstantia sententia apud Isocratẽ legitur. Per alia videlicet, quæ nobis data sũt, nil a cæteris brutis pecoribus distamus: Imo F
celeritate, robore, & si quæ sint aliæ corporis facultates, dotes inferiores illis sumus. At vero vbi orationis facta nobis potestas est, qua alius alium persuadere possemus, inter quę nos vicissim certò iudicare, datum esset, quæ vellemus, ne a brutorum dum viuendi ratione destitimus, & vna cõgregati, ordineq; collecti vrbes incolumus, leges sulimus, artes reperim*, fereq; omniũ, quę humano artificio constant, hinc nobis fons atq; origo extitit.] Hæc ille. Et Quintilianus: Deus (inquit) ille princeps, parens rerum, fabricatorq; mundi nullo magis hominem separauit a cæteris, quæ quidem mortalia essent, quàm dicendi facultate. G

27 Qua laude dignus est, qui in ea re cæteros superat, in qua homines bestias antecellunt? Ex Quintiliano deprõpta sentẽtia, qui post multa, eloquentiæ laudes concludens, scribit: Quare, si nihil a Dijs oratione melius accepim*, quid tã dignũ cultu atq; labore ducamus, aut in quo malimus præstare hominibus, quã quo ipsi homines cæteris animalibus præstent?] Ita ipse. Cæterũ cũ mortem & vitã in manibus linguæ esse Sapientiæ primo moneamur. Mirũ nõ sit, si qui rectè loquendo cæteris pręstat, tanta cẽsearur laude dignus, vt B. Iacobi testimonio perfectus cõmendetur. Pythagoreorum mos H
erat per quinquenniũ ante, vt eruditè postea loquerentur, olim tacere: nonnisi enim silentio hanc tantã bene loquendi virtutẽ perfectè cõparari posse existimabant: Vnde & Dauid: *Posui* (inquit) *custodiã ori meo.* Et Ecclesiastes. *Tẽpus tacendi, & tẽpus loquẽdi:* Discamus & nos (inquit Hieronymus) prius nõ loqui, vt postea ad loquẽdũ ora referemus: sileamus certo tẽpore, & ad præceptoris eloquia pẽdeamus. Nihil nobis videatur rectũ esse, nisi quod discimus, vt post multũ silentiũ de discipulis efficiamur magistri. Nunc verò pro sæculorum quotidie in peius labentium vitio docemus in Ecclesijs quod nescimus. Et si cõpositione verborũ, vel

A instinctu Diaboli, qui fautor errorum est, plausus populi excitauerimus, contra conscientiam nostram scire nos arbitramur, de quo alijs potuimus persuadere. Omnes artes absq; doctore non discimus: sola hæc tam vilis, & facilis est, vt non indigeat præceptore.

28 *Accingere igitur, & mihi, quæ subiecta sunt differre. Quid sibi vult, quod in Genesi scriptum est: Omnis, qui occiderit Caim septē vindictas exoluet.* Prima hæc quæstio ex Genesis capite quarto accipitur, ibi: *Nequaquā ita fiet, sed omnis, qui occiderit Caim septuplū punietur.*

29 *Si omnia Deus fecit bona valde: quare Noe de mundis, & immundis animalibus præ-*
B *cepit, cùm immundum nihil bonum esse possit?* ex eodem Genesi capite septimo, ibi: *Ex omnibus animantibus mundis tolle septena, & septena, de animantibus verò immundis duo, & duo: masculum, & fœminam.*

30 *Cur Deus loquitur ad Abraham, quod quarta progenie filij Israel essent de Aegypto reuersuri, & postea Moyses scribit: Quinta autē progenie filij Israel exierunt de terra Aegypti?* Ex eodem libro, decimoquinto capite, ibi: *Generatione autem quarta reuertentur huc.* Et Exodi ex duodecimo, ibi: *Habitatio autē filiorū Israel, qua manserunt in Aegypto fuit quadringentorum triginta annorum: quibus expletis ea-*
C *dem die egressus est omnis exercitus Domini de terra Aegypti.* Vbi super littera notandū: ita, perinde ac relatū est, in nostra Vulgata editione legi: nō haberi verò verba. *Quinta autē proge-* E
nie ascenderunt, sed eorum loco (vt paulò superius dictum est) legi, *quibus expletis eadem die egressus est omnis exercitus Domini de terra Aegypti*, Vna tantùm Septuaginta Interpretum versio ex hebræo verbo *hamisim*, Quinta autem progenie edidit. Aquila vero aptius ex Hebræorum omnium sententia vocem eādem *hamisim* armatos transtulit: Ita vt lectio sit, *quibus expletis eadem die egressi sunt armati de terra Aegypti.* Hieronymus verò (cuius versionem Vulgatam nos dicimus, *hamisim*, omnem exercitum Domini, interpretatus est, quem & secutus Pagninus est. De hac re vi- F
dendus ipse Hieronimus in responsione huiusce difficultatis, Epistola centesima vigesima quinta, quæstione secunda.

31 *Cur Abraham fidei suæ signum in circumcisione suscepit?* Ex Genesis capite decimo septimo ibi: *Circumcidetur ex vobis omne masculinum. Et circumcidetis carnem præputij vestri, vt sit in signum fœderis inter me, & vos.* Et infra. *Abraham nonaginta, & nouem erat annorum, quando circumcidit carnem præputij sui, & Ismael filius tredecim annos impleuerat tēpore circumcisionis suæ.*

32 *Cur Isaac vir iustus, & Deo charus, non illi, cui voluit, sed cui noluit, deceptus errore, benedixit?* Ex eiusdē libri Genesis capite vige- G
simo septimo, ibi. *Benedicens illi, ait; Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni, cui Benedixit Dñs.*

De quibusdam Hieronymi lucubrationibus, Caput VI.



Vibus omnibus Beatus Hieronymus plenissimè satisfecit. Et quæ 1 subnotantur per diuersa eius tempora sibi scripsit: 2 Homilias scilicet in Canticum Canticorum duas: 3 De Osanna: 4 De morte Oziæ: 5 De Seraphim, & calculo: 6 De prodigo filio 7 Tractatus aliquos: 8 De Spiritusancto librum vnū: 9 Textum quatuor Euangeliorum Scriptorum culpa confusum, diligenter correxit. 10 Sed & Psalterium iuxta mentem Septuaginta Interpretum de Græco transtulit in Latinum. 11 Quod etiam Monachis suis petentibus breuiter explanauit, 12 Et Enchiridion appellauit. 13 Demum a Sophronio postulatus illud idem de Hebræo expressit. 14 Vi-
D *tam scripsit Pauli Monachi, 15 & Beati Hilarionis. 16 Exhortatoriam de contemptu mundi* H
ad Heliodorum Epistolam 17 Et ad Nepotianū de Vita Clericorum. 18 Chronicon quoq; omnimoda historia, 19 multasq; alias ad diuersos Epistolas.

COMMENTARIVS.

Q*Vibus omnibus Beatus Hieronymus plenissimè satisfecit.* Eo ipso ex ante relatis dicas anno, quo & Damasi litteras accepit: Christi videlicet trecentesimo octogesimo. Et quæ subnotantur per diuersa eius tempora sibi scripsit] Felix procul dubio, fortunataq; Hieronymi cellula, ad quam vndiq; doctissimi viri Epistolis, atq; quæstionibus concurrunt: in cuius splendorem, eruditionem, sanctimoniam oculi omnium conuertuntur, cuius scripta, responsa, oracula Christi Ecclesia veneratur. Et quamuis Hieronymus primæ tantummodo, quartæ, & quintæ ex prædictis quæstionibus, duabus alijs omissis, secunda nimirū, & tertia, iam supra memorata centesima vigesima quinta Epistola responderit, omnibus tamen satis eundem fecisse dubitationibus, non immeritò scribitur, quia quarum solutiones

non

A nō attulit, a quibus eas scriptoribus idem Summus Pontifex mutuari deberet, hunc in modū declarauit. Quia Etherio Diacono ad me misso, vt tu putas Epistolam, at ego sentio commentarium te expectare dixisti, breuem ad ea responsionem desiderans, quæ singula magnorum voluminum prolixitate indigens: duabus tantum quæstiunculis prætermissis, non quòd non potuerim, & ad illas aliquid respondere, sed quòd ab eloquentissimis viris, Tertulliano nostro scilicet, & Nouatiano Latino sermone sint editæ. Et si noua voluerimus afferre, sit latius disputandum. Certè expecto, quid placeas: Vtrumne Epistolari breuitate sententias tibi velis digeri, an singulorum libros confici. B Nam, & Origenes in quarto Pauli ad Romanos de Circuncisione magnificè disputauit, & de mundis atq; immundis animalibus in Leuitico plenè disseruit.

2. *Homilias scilicet in Canticum Canticorum duas*, Dum nimirum in Chalcidis solitudine moraretur, cuius ingressum in annum Domini trecentesimū septuagesimū quartū referemus. Nec enim potuit eas ex priori (Euagrij scilicet) eas dictasse solitudine (quemadmodum perperam arbitratus est Baronius) cum ex illis affixa præfatinncula in omnibus se versatissimum probet trāslationibus, quarum profectò C cognitionem longo studio, & multos post annos consecutus est. Hæ propria eiusdem præfatione prænotatæ Tomo tertio operum eius habētur. Quoniā verò in eiusmodi præfatiuncula miris visus est Hieronymus Origenē extulisse præconijs, Illustrīssimi (vti Sāctissimi, ac celeberrimi viri testimonio) Rufinus ad Origenis hæreses toti mundo propinandas valdè vsus est, publici ac perpetui inter vtrunq; dissidij hęc causa fuit, dū se Hieronymus fidei ardore succensus, neq; Origenistā, neq; hæreticū vnquam fuisse comprobauit. De hac re latius infra capite decimo octauo. Meminit, & de his libro secundo Apologiæ aduersus eundem D Rufinum dicens: Vnde & in adolescentia homilias tantum eius, quas loquebatur ad populum, & in quibus non tanta scandala tenebantur simpliciter rogantibus transtuli.

De cæteris quatuor Homilijs in Cantica Canticorum.

CONTROVERSIA VI.

CVm inter Hieronymi scripta non modo supra relatæ tantum binæ Origenis homiliæ in Cantica circunferantur, sed quatuor quoq; aliæ, eæq; amplissimæ, quæ in primis olim impressis codicibus duabus prædictis subijciebantur, nunc autem Tomo octauo inseruntur, a proposito alienum non videtur, vt de eisdem quid doctissimi viri senserint breuiter adnotemus. Victorius ad eundem octauū Tomum censura, illarum auctorem omnino Origenem fuisse affirmat, assertionisq; propriæ rationem ex eo vendicat, quòd in prælata præfatiuncula Hieronymus Origenem ipsum vltra iam memoratas duas Damaso dicatas homilias, alias quoq; tam magnificas, luculentasq; edidisse in eiusdem Cantici Canticorum librum testatur; vt in eo illud completum arbitretur, quo dicitur. Introduxit me Rex in cubiculum suum. Cardinalis item Bellarminus in libro Scriptorum Ecclesiasticorum eidē F videtur assentire, dum octaui Tomi Hieronymi in eo contenta opera referens: In octauo (inquit) Tomo hæc sunt, videlicet: In Cantica homiliæ Origenis. Quorum deniq; opinio, quàmplurium etiam manuscriptorum vetustissimorum, in quibus eidem Origeni inscribuntur auctoritate comprobatur. Hæc de auctore. Earum verò interpres, vtrumne Hieronymus, an alius potius quispiam fuerit, non omnino apertum. Marianus siquidem eas loco citato a Hieronymo Latinitate donatas existimat magis, quàm affirmet. Hocq; pro sua vtitur opinione argumento: Hieronymū nempe, Damaso duas iam memoratas offerens, harum quoq; quatuor (de quibus dubitatur) translationem tacitè promisisse in ipsa G præfatione illis verbis: Origenes cum in cæteris libris omnes vicerit, in Cantico Canticorū ipse se vincit. Nam decem voluminibus explicatis, quę ad viginti vsq; versuum millia penè peruenìunt, primùm Septuaginta Interpretes, deinde Aquilam, & Symmachum, & Theodotionem, & ad extremum quintam editionē, quàm in Actio litore inuenisse se scribit, Ita magnificè, apertèq; disseruit, vt inde mihi videatur in eo completum esse, quod dicitur: Introduxit me Rex in cubiculum suum. Itaq; Cantic. 1 illo opere prætermisso (quia ingentis est otij, H laboris, & sumptuum, tantas res, tamq; dignū opus in Latinum transferre sermonem) hos duos tractatus, quos in morem quotidiani eloquij paruulis adhuc lactentibus composuit, fideliter magis, quàm ornatè interpretatus sum; gustum tibi sensuum eius, non cibum offerēs.] Hæc ibi Hieronymus, ex quibus Victorius earundem homiliarum præfato Pontifici versionem eum spopondisse deducit. Hoc eiusdem iudicium omnino secutus est Cornelius Schultingius in propria de Hieronymi scriptis Censura ad Hieronymianam Confessionem. Bellarminus verò loco citato eiusdem Hieronymi scripta perpendens, dum super ijsdem homilijs

A milijs nil ſcribit, vel adnotat, ſed eas abſolutè inter Hieronymi opera connumerat, tacitè quoq; ab eodem Hieronymo fuiſſe translatas annuit. Poſtremò idem Marianus concludit: Quisquis interpres fuerit, opus eſt eruditiſſimum, & ſenſuum maieſtate, & eloquij ſplendoribus corruſcans. Verùm difficultatem hanc ante omnes Bruno Amorbachius ab eodem Victorio citatus diligentius animaduertens, Humilias a nemine translatas, ſed opus Latini prorſus hominis authoriſq; eſſe, non autem Origenis pro compertiſſimo habet.

Vt verò in tanta opinionum diuerſitate aliquid mihi certi ſtatuam, hoc inprimis accipio,
B eiuſmodi in Canticum Canticorum homilias quatuor ab Hieronymi ſcriptis nullo vnquam tempore fuiſſe diſſectas, quin potius cum illis perpetuo circumlatas: Cui æquè veritati nemo hucuſq; ſiue veterum, ſiue recentiorum aduerſatus eſt. Secundò, Brunonis aſſertioni tantò libentius ſubſcribo, quanto contraria argumentatione ea labefactari nõ poteſt. Maximè verò cùm huiuſmodi Origenis homiliæ in Græcorum bibliotheca non habeantur. Tertio loco Victorij iudicium, quo ipſummet opus eruditiſſimum eſſe, & ſenſuum maieſtate, & eloquij ſplendoribus corruſcans cenſuit, tanquam æquiſſimum recipio. Ex his demum omnibus,
C Hieronymi opus eſſe affirmare non dubito. Enimuerò ſi eiuſdem Latinus auctor cenſendus eſt, & nomen non ſatis perſpectum habetur, cui aptius illud adſcribi poterit eo, cuius operibus iugiter intextum prodijt? Et certè cùm ipſa ſenſuum maieſtas, & eloquij ſplendor proprium ſatis præſeferre videatur auctorem, quid probabilis (ne dicam certi) non eſt, quod in oppoſitum adduci queat. Quod ſi quis Hieronymum non conſentit auctorem, nominet ipſe alium certiorem. Verùm ne caſu, ſed potius conſulto ennunciare videamur, authoritate etiam hæc ipſa veritas colluſtratur. Quandoquidem eaſdem homilias in an-
D tiquiſſimis manuſcriptis exemplaribus Hieronymi olim fuiſſe nomine prænotatas, declarãt verba illa earum initio in primis impræſſis codicibus præſcripta, videlicet. [Commentarium Canticorum in quatuor Libros, vel homilias diſtinctum, quod in quodam exemplari nomine Beati Hieronymi reperi prænotatũ] Demum, & ipſius Hieronymi teſtimonium, quo ſe in eũdem Cantici Canticorum librum, expreſſè dictos pollicetur Commentarios accedit; In proœmio nimirũ ſuper Matthæum dicens. Vnde obſecro, vt ſi incomptior ſermo eſt, & non ſolito lapſu fertur oratio, feſtinationi hoc tribuas, non imperitiæ, & des exemplaria, cùm Romam veneris, Virgini Chriſti Principlæ, quæ me rogauit, vt in Canticum Canticorum ſcriberem: a quo opere excluſus ægrotatione diuturna ſpem in futorum diſtuli; hac te lege conſtringens, vt ſi tu ei ad te ſcripta ſubtraxeris illa quoq; armariolo ſibi poſtea ſcribenda concludat. Item Epiſtola centeſima quadrageſima ad eandem Principiam in fine: Tunc (inquit) recordare, & mei, qui huios Pſalmi tibi, Domino reuelante, intelligentiam tribui; & dicito: Memor ero nominis tui: vt quæ partem intellexiſti carminis, ſi vita comes fuerit, & totum Canticum Canticorum intelligas. Hæc ille. Ex quibus omnibus nullum ambigendi locum de homiliarum auctore re- F
linqui ſatis comprobatur. Quod verò Victorius, præter duas Damaſo dicatas Origenis homilias, aliarum quoq; eius Hieronymus verſionem loco allegato pollicitus fuerit, non ſatis id ex Hieronymi verbis habetur. Deniq; quod in duabus ad Damaſum homilijs dictionem ἀδελφιδὸς Hieronymus vertat [fratruelẽ] in quatuor vero iſtis [fraternum] obiectio, nec conſideratione digna eſt.

3 *De Oſanna.* In manuſcriptis exemplaribus [Oſianna] legitur, quod Hieronymi etiã expoſitioni conſentit, vbi ſcribit: Et quia Oſianna, quod nos corruptè, propter ignorantiã dicimus Oſanna, saluifica, ſeu ſaluũ fac, expri- G
matur. Habetur hæc quæſtio Tomo tertio Epiſtola centeſima quadrageſima quinta, cui pariter Damaſi præponitur interrogatio, vti ipſiuſmet Hieronymi eruditionis in Hebraicis præſertim litteris teſtimonium clariſſimum. Mihi non ſatis de eius conſcriptionis tempore conſtat: Verò tamen ſimile magis videtur, ex poſteriori (Chalcidis ſcilicet) ſolitudine datam fuiſſe, cùm in priori eundem Hieronymũ rudimenta tantùm Hebraicæ linguæ addiſcentem iam ſupra nouerimus,

4 *De morte Oziæ.* Quod ſupra de Viſione Domini ſedentis ſuper thronum ex Iſaiæ capite ſexto Hieronymum edidiſſe opuſculũ H
allatum eſt: idipſum eſt, quod ſub titulo, de morte Oziæ nunc inducitur. Duplicis verò huiuſce inſcriptionis illud in cauſa eſt, quod in ipſa viſione explicanda de Oziæ obitu circa principium obiter diſſeritur. Habetur hic Tractatus Tomo tertio, Epiſtola centeſima quadrageſima ſecunda. Cuius in prællegato Iſaiæ capite idem Hieronymus ſequentibus meminit: Scio me breuem dictaſſe, ſubitumq; tractatum, vt experimentum caperem ingenioli mei, & amicis iubentibus obedirem: Ad illum itaq; libellum mitto lectorem, oroq; vt breui huius temporis expoſitione contentus ſit. Porrò quàm eminens, quamq; exculta viſionis huius interpretatio foret in Hieronymi

testi-

A testimonio, tu ipse lector aduerte. Quandoquidem senex ibidem, quæ adolescens aliàs ediderat, tantùm abest, vt retractarit, aut correxerit, quod illis etiam, tanquam Propheticæ reuelationi cõgruentissimis subscripserit. Huiusmet elucubrationis tẽpus iam supra capite quatto in annum Domini trecentesimum septuagesimum octauum retulimus.

5 *De Seraphim, & calculo.* Appendicem hanc de Seraphim atq; calculu, non eo simul tempore, quo ipsam Isaiæ visionem Constantinopoli exposuit, Hieronymum addidisse, sed post aliquot annos cùm nimirum Romæ degeret ex dictis in eiusdem expositione sub extremo B constat. Quandoquidem eam concludens scribit. Et quoniam vsq; ad finem capituli explanatio multiplex sequitur, & excipientis iam explicuimus ceras, hucusq; dictasse sufficiat: quia & oratio, quæ non propriæ manus stylo expolitur, cùm per se inculta est, tunc multò molestior fit, si tædium sui prolixitate congeminet.] Ex quibus temporum diuersitas satis liquet. In hanc ipsam sententiam pedibus quoq; ante me iuit Baronius. Tomo quatto annalium sub Christi anno trecentesimo octogesimo secũdo, Damasi decimosexto, quo vtiq; ipsammet appendicem elaboratam credit. Verum anno sequen- C ti ad scribendam ex calculo nostro inferius apparebit.

6 *De prodigo filio* Huius ex Lucæ quintodecimo parabolæ interpretatio cum alijs superioribus Tomo æquè tertio, Epistola centesima quadragesimasexta distinguitur, & incipit *Beatitudinis tuæ interrogatio.* Hoc vnum monuimus, quia & altera inter eiusdem Hieronymi opera super eandem parabolam extat Epistola, siuè homilia, quam illius non esse Victorius, dum illam in Tomum nonum in fine seriei primæ coniecit, testatus est. Eius exordium est. *Omnium quidem de Scripturis quæstionum.* De vtraq; in Animaduersioni- D bus.

7 *Tractatus aliquos:* Et quidem meritò relatis hactenus Hieronymi lucubrationibus. Tractatuum nomen imponitur, quia eædem tractationem potius, quàm Epistolarẽ materiã indicant. De Seraphim & calculo, Et filio prodigo interpretationes præsenti potius oblata, quam absenti per tabellarium transmissa, monumenta sunt: Arbitraturq; & optimè Baronius loco citato Romę Hieronymum eadẽ edidisse.

8 *De Spiritu sancto librum vnum.* Hunc profectò illum esse, qui Didymi titulo prænotatus in calce voluminis sexti operum eius legitur, nemo est qui dubitat. Hieronymi verò idcircò dicitur, quòd eundem ipse de E Græco sermone transtulit in Latinum. Nec huic officit, Didymi ibi de Spiritu sancto libros tres distingui, hic vero vnicum affirmari: quandoquidem & liber vnus, & libri tres, vnum idemq; opus dicitur: Vnus propter materiæ vnitatem, tres propter partes, in quas ob legentium commodum dissectus est. Hac ratione Hieronymus opus ipsum, quoties proprio nomine signat, librum vnum non tres scribit. Præsertim in Catalogo Scriptorũ vbi propria recensens scripta. De Spiritu sancto (inquit) Didymi, quem in Latinum transtuli librum vnum.] Eiusdem cœperat olim (antequam nimirum Romam contenderet) ver- F sionem: mox Romæ detentus, dum eam ipsam Damaso petente prosequeretur, rursus ob Pontificis mortem eandem prætermittere coactus est, postremò absolutã Pauliniano fratri dedicauit. Probantur hæc omnia tum ex Epistola ad eundem Damasum centesima vigesima quinta vbi: Et vt verius loquar (inquit) Didymi de Spiritu sancto librum in manibus habeo, quem translatum tibi cupio dedicare] Tum ex propria ipsius libri præfatione, cuius exordium est. Cum in Babylone versarer, & purpuratæ meretricis essem colonus, & iure Quiritum viuerem, volui garrire aliquid de Spiritu sancto, & cœptum G opusculum eiusdem Vrbis Pontifici dedicare] Et paulò post. Itaq; mi Pauliniane frater, quia supradictus Põtifex Damasus, qui me ad hoc opus primus impulerat, iam dormit in Christo, tam tuo, quàm Venerabilium mihi ancillarum Christi Paulæ, & Eustochij nunc adiutus oratu canticum, quod cantare non potui in terra aliena, hic a vobis in Iudæa prouocatus immurmurę.] Cæterum quoniã hunc ipsam Prætationẽ claudens addit. Et vt auctorem titulo fatear, malui alieni operis interpres existere, quàm (vt quidam faciunt) informis cornicula, alienis me coloribus ador- H nare. Legi dudum cuiusdam libellos de Spiritu sancto, & iuxta Comici sententiam, ex Græcis bonis Latina vidi nõ bona. Nihil ibi dialecticum, nihil virile, atq; districtum, quod lectorem vel ingratus in assensum trahat: sed totum flaccidum, molle, nitidum, atq; formosum, & exquisitis hinc inde odoribus pigmẽtatũ. Qui hunc (Didymi videlicet) legerit Latinorum furta cognoscet, & cõtemnet riuulos, cum cœperit haurire de fontibus.] Hæc, inquã omnia ex Hieronymo adducta ipse Rufinus ab eodem in S. Ambrosiũ fuisse iactata libro secundo Inuectiuarum suarum criminis loco posuit est. Verum, quam falsa calumnia, ex eiusdẽ Hierony. verbis allatis satis perspicuũ

A est. Nõ enim vt Latinorum a Græcis surreptas compilationes, Operis translationem aggressus est, sed vt Damaso Pontifici obtemperaret. Non vt Sanctissimũ, Apostolicumq; virum Ambrosium (de quo ne verbum quidẽ in adductis) calumniaretur, sed diuerso prorsus consilio, vt nimirum Græcorum monumenta Latio inferret, opus ipsum conuertit. Culpandus certè Rufinus, qui recitata modo, de Ambrosio dicta temerè opinatur. Deniq; & multo ante, ex ipsa temporum ratione quã Ambrosius proprium de Spiritu sancto elaboraret opus, Gratianoq; Imperatori illud offerret, Hieronymum Didymi librum fuisse aggressum ex præcitata ad Damasum
B centesima vigesima quinta Epistola apertè indicatur: Eadem enim iuxta a nobis superius notata Christi anno trecentesimo octogesimo adscripta est. Quod vt de tempore quid adhuc specialius afferatur: extrema tunc illi manus admota ex ipsa præfatione comprobatur, cum Bethlehem in Monasterijs, tam ipse, quã Paula & Eustochium Monasticam vitam colerent. Numeratur eiusmodi annus a Christo trecentesimus nonnagesimus primus. Meminit de hoc ipso a se translato libro Epistola vigesima octaua ad Lucinum ita scribens: Origenis, & Sancti Didymi pauca transtulimus.]
C Vnde nisi hoc ipso, proximè saltem sequenti eandem datam hinc arbitror, quòd non multo post eiusdem Didymi fides suspecta haberi cœperit.

9 Textum quatuor Euangeliorum, scriptorũ culpa confusum diligenter correxit. De eorum permixtione hæc scribit Hieronymus. Magnus siquidem hic in nostris codicibus error inoleuit, dum quòd in eadem re alius Euangelista plus dixit, in alio, quia minus putauerint, addiderunt: vel dum eundem sensum alius aliter expressit, ille qui vnum e quatuor primum legerat ad eius exemplum cęteros quoq; existimauerit emendandos. Vnde acci-
D dit, vt apud nos mixta sint omnia; Et in Marco plura Lucæ, atq; Matthæi: rursus in Matthæo plura Ioannis, & Marci, & in cæteris reliquorum, quę alijs propria sunt, inueniãtur.] Hæc Hieronymus. Ex his igitur post tot, ac tantas veterum euulgatas editiones, noui eiusdem e Græco versio Testamenti (qua lingua Euangelistæ excepto Matthæo scripserunt) quam necessaria esset, facilè vnusquisq; intel-
Epist. 123 ligit. De hoc ipso a se edito opere ibidem in præfationis exordio scribit: Nouum opus me facere cogis ex veteri, vt post exẽplaria scripturarum, toto orbe dispersa, quasi quidam arbiter, sedeam, & quia inter se variant, quæ sint illa, quæ cum Græca consentiant veritate, decernam. Pius labor, sed periculosa E præsumptio, iudicare de cæteris ipsum ab omnibus iudicandum, senis mutare linguam, & canescentem iam mundum ad initia retrahere paruulorum. Quis enim doctus pariter vel indoctus, cum in manus volumen assumpserit, & a saliua, quam semel imbibit, viderit discrepare quod lectitat, non statim erumpat in vocem, me falsatium, me clamitantem esse sacrilegũ, qui audeã aliquid in veteribus libris addere, mutare, corrigere?] Ritè demũ restitutis eiusmodi Euangelijs, omnibusq; suis, quibusq; locis, ac auctoribus integrè redditis, Canones adiectis concordantię eorundem E-
F uangeliorum, quibus si simili cursus ea confũdi permixtione contigisset, deinceps corrigerentur. Habentur ijdem Tomo sexto operũ eius initio. Tuncq; cum ipsorum Euangeliorum correctione editi creduntur, cùm Damaso idem Pontifici in ministerio esset.

10 Sed & Psalterium iuxta mentem Septuaginta Interpretum de Græco transtulit in Latinũ. Hanc a se Psalterij elaboratam emmendationem libro secundo aduersus Rufinum nuncupat hisce verbis: Psalterium quoq; certè em- Cap. 8.
mendatissimum iuxta Septuaginta Interpretes nostro labore dudum Roma suscepit. De eadem supra, tum quarto, tum infra capite no-
G no. Illud verò non prætereundum silentio: decretum, quod ex Damasi Vita habetur, quodq; in eius die festo quotannis recitare cõsueuit Ecclesia; nimirum: Statuit, vt quod pluribus iam locis erat in vsu, Psalmi per omnes Ecclesias die, noctuq; ab alternis canerentur, & in fine cuiusq; Psalmi diceretur [Gloria Patri.] De hoc ipso a Hieronymo emmendato psalterio omnino intelligendum esse: Quandoquidem illud ita emmendatum Occidentalibus canendum (vt præfertur) ipsum Pontificem tradidisse, etiam Baronius Tomo quarto sub Christi anno trecentesimo octoge-
H simo quarto, Damasi decimo octauo, rectè adnotauit.

11 Quod etiam Monachis suis petentibus breuiter explanauit. In psalterium edidisse Hieronymum cõmentarios vnanimis fermè Scriptorũ adstipulatur assensus, cui & eiusdem Hieronymi testimonia suffragantur, Super tertiũ Habacuch præsertim, vbi: De Diapsalmate (inquit) quod Hebraicæ dicitur Selà, in Psalterio plenius disputatum est. Et aduersus Ru-
finum, dum præfatam Psalterij iuxta Septua- cap. 7. Lib. 2.
ginta emmendationem allegat. Ego ne (inquit) contra Septuaginta aliquid sum locutus, quos ante annos plurimos diligentissimè emmendatos meæ linguæ studiosis dedi: quos quotidie in conuentu fratrum edissero: quorum

Psalmos

A Psalmos iugi meditatione decanto ? tam stultus eram, vt quod in pueritia didici, senex obliuisci vellem : Vniuersi tractatus mei horum testimonijs texti sunt.
Ex hoc posteriori aduersus Rufinum testimonio, necdum eiusmodi in omnes Psalmos explanationem ipsum absoluisse, cùm in eundem Rufinum libros elucubrabat, indicatur. Cœpisse verò illam, ante quadringentesimũ Domini annum, id manifestò conuincit, quod Rufinus ipse in suis Inuectiuis (quæ ex infra dicendis, capite nimirũ decimo octauo quadringentesimo Christi anno vulgatæ sunt) eu
B iusdam versiculi in secundum Psalmũ ab eodẽ allatã expositionem carpit; de qua mox infra.

12 *Et Enchyridion appellauit.* Enchiridion græcum nomen, compositum ab ἐν. quæ dictio [in] & χειρ, quę manum significat: quasi genus libelli, qui semper in manibus haberi debeat, quod nos latino sermone haud ineptè Manuale diceremus. Hinc ideo Hieronymus, non Commentarios (qui latiori excurrentes stylo volumen exaggerant) sed Commentariolos explanationem huiusmodi frequenter appellare consueuit: vti aduersus Rufinum libro primo, capite quinto videre est, vbi scribit. Illud quoq; carpere dicitur, quod secundum Psalmum interpretans, pro eo, quod
C legimus in latino: *Aprehendite disciplinam*, & in Hebraico volumine scriptum est *Nascubar*, dixerim in Cõmentariolis meis: *Adorate filium*. Et rursum omne psalterium in Romanum vertens sonum, quasi immemor expositionis antiquæ posuerim: *Adorate purè*: quod vtiq; sibi esse contrarium omnibus pateat.) Et paolò infra. Quid igitur peccaui, si verbum ambiguum diuersa interpretatione conuerti? Et qui in Commentariolis, vbi libertas, & differendi, dixerim: Adorate filium?) Hæc ille, de Commentariolis in Psalmos, quæ ideo addita sunt, vt mox dicenda clariora reddentur. Felices Monachi, quibus optimum
D obtigit habuisse parentem. Quis ex illis eum panem aliquando petijt, nunquid lapidem dedit illi? Apagè. Sed ijs omnibus cibum illum de quo in Psalmo dicitur: *Et panis cor hominis*
Luc. 11. *confirmet* frangens, eos nunquam esurire permisit. *Fidelis oppidò seruus, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, vt da-*
Matt. 24 *ret illis cibum in tempore.*

13 *Demum a Sophronio postulatum illud idem de Hebræo expressit.* Hactenus de ijs, quæ Damaso Summo Pontifici Hieronymus consecrauit: quę verò sequuntur quamplurimis alijs ab eodem transmissa fuerunt. Portò nouam Psalterij editionem hanc ex Hebræo, non ideo aggressus Hieronymus est, vt ea veluti diligentiori labore atq; industria elaborata primam
E ex Septuaginta ante translatam corrigeret, sicuti Baronius existimauit: Minimè (vt enim sæpius repetitum est, fuit illa omnium iudicio, ac præsertim Ecclesiæ Romanæ testimonio commendatissima:) Sed ideo illam Sophronio postulante edidit, vt Hebræorum insultantiũ perfidiam magis conuinceret. Testatur hoc ipse in Epistola centesima trigesima quarta ad eundem Sophronium sequentibus, nimirum: Quia igitur nuper cum Hebræo disputans, quędam pro Domino de Psalmis testimonia protulisti; volensq; te illudere per sermones penè singulos asserebat, non ita haberi in Hebræo,
F vt tu de Septuaginta Interpretibus opponebas: studiosissimè postulasti, vt post Aquilam, & Symmachum, & Theodotionem, nouam editionem, Latino sermone transferrem. Aiebas enim te magis Interpretum varietate turbari, & amorem tuum, quo laberis, vel translatione, vel iudicio meo esse contentum. Hæc ibi. Hanc eandem Psalterij Translationem Augustinus in Epistola centesima quadragesima ad Audacem commemorat. Psalterium (inquiens) a Sancto Hieronymo translatum ex Hebræo non habeo. Nos autem interpretati non sumus, sed codicum Latinorum non nullas mendositates ex Græcis exemplaribus
G emmendauimus) Habetur opus istud in fine septimi Tomi operum eiusdem, & ab omnibus Hebraicæ linguæ eruditis tertio quoq; verbo citatur. Idipsum, viuente adhuc Hieronymo, idem Sophronius de Latino in Gręcum elegan ti sermone transtulit. Tametsi autem huius operis in Indice eorum, quæ ad quartum, & decimum vsq; Theodosij principis annum, hoc est ad Christi trecentesimũnonagesimũsecundũmemoriam non repetat Hieronymus; haud tamen dubium antea ab eo fuisse illud elucubratum, cum de eiusdem Sophronij ex Latino in Græcum sermonem versione agat eodem in libro De Scriptoribus: in Sophronio. Vide animaduersionem in allegatam Episto-
H lam centesimam trigesimam quartam.

De veritate nuper memoratæ Psalterij ex Hebræo Translationis.

CONTROVERSIA VII.

Hic nunc Iacobi de Valentia in prologo super Psalterium, Tractatu sexto de Hieronymiana Psalterij ex Hebræo translatione afferenda, simulq; examinanda sententia est. Enimuerò editionem ipsam in suspicionem Christiano Lectori adducens, eandem Ecclesiæ quoq; ab eius promulgationis vsq; exor

dio

A dio suspectam fuisse hisce tradit. [Postea verò, quia Sopronius frequenter disputabat cum Iudæis, non acceptantibus, imo negantibus interpretationem ipsorum Septuaginta, ideo rogatu eius Beatus Hieronymus traduxit Psalterium de verbo ad verbum ex Hebræo iam punctuato, & interpretato per Iudęos Thalmudistas, & hanc Translationem benè acceptant Iudæi, eo quod conuenit cum littera punctuata, & interpretata. Sed Ecclesia Latina non tenuit hanc Translationem. Veruntamen noluit quòd cantaretur in Ecclesia, eo quòd est aliquantulum suspecta, cùm sit traducta ex Hebræo iam interpretato, & pun- B ctuato ad determinatas significationes ad libitum Iudæorum per illa puncta ab eis deducta. Et hoc dicitur Psalterium secundum Hebraicam veritatem, non quòd illa traductio sit magis vera, quàm traductio ipsorum Septuaginta; Sed quia fideliter de verbo ad verbum, absq; aliquo addito, siue remoto ex Hebræo iam punctuato sit facta traductio. Et ideo Hebræi imposuerunt illi tale nomen, scilicet: Psalterium Hieronymi secundum Hebraicam veritatem.] Postea verò, quia traductio, quam primò ad rogatũ Damasi Papæ fecerat Hieronymus ex Græco in Latinum, vitio scriptorũ, aut astutia maleuolorumq; æmulorum, iterum C fuerat corrupta, ideo Hieronymus ad instantiam Paulæ, & Eustochij Psalterium ex Græca editione ipsorum Septuaginta vertit in Latinum, quod quidem Psalterium sic emendatũ, & correctum receperunt omnes Ecclesiæ Gallicanæ. Ideo dicitur Psalterium Gallicanum] Hucusq; Iacobus, qui æquè de pũctustis apud Hebræos Sacris litteris paulò superius agens, hæc ad verbũ habet [Aduertendum, quod post conuersionem magni Constantini, videntes Rabini Iudæorum omnes Gentiles cum tanta deuotione ad fidem Christi conuerti per totũ orbem, & Ecclesiam tanto fauore prosperari, & etiam quod infinita multitudo Iudęorum D videntes manifestam veritatem per experientiam, & miracula, pariter conuertebatur, & sic deficiebant quæstus, & redditur, & tributa Rabinorum. Hac igitur iniquitate commoti magna multitudo Rabinorum congregata fuit apud Babyloniam Aegypti, quæ dicitur Cayre, vbi quantò magis cautè potuerunt, conati sũt falsificare, & peruertere scripturas a verò sensu, & significatione. Vnde confinxerunt supra quinq;, vel septem puncta loco vocalium. Nam loco ipsius A, confinxerunt virgulam transuersam, quàm Pathah appellant, & aliam, quàm Camez vocant, & posuerunt pro ipso A, sub qualibet consonante. Et pro O, posuerunt vnum punctum supra, quod Holem vo- E cant. Et pro I, ponunt punctum sub consonante, quod Hirich appellant. Et loco ipsius E, ponunt duo puncta sic facta :, quæ Sceua, vel tria sic ∴ facta, quòd Segol appellant. Et loco ipsius V, ponunt tria sic facta :, quæ Selosa Necudoth vocant. Et sic hæc puncta apponunt, vel supponunt in litteris consonantibus loco vocalium. Et sic isto modo deduxerunt omnia vocabula Sacrę scripturę veteris Testamenti ad sonos, & significationes, pro ve eis libuit, & ad intentum suum, vbi erant manifesta mysteria de Christo, & Ecclesia, peruertendo ad eorum intentum. Et sic dixerunt, quod Translatio ipsorum Septuaginta in mul- F tis deficiebat. Quorum punctorum inuentores fuerunt Raunia, & Rauasse, duo doctores, eorum] Hæc ipse, quibus & propriam profert, simulq; probat de hac Hieronymi ex Hebræo Psalterij translatione sententiam. Cæterùm quòd in quamplurimis is impingat, haud difficilè obseruare est.

1 Et quidem falsum inprimis esse ab Hebræis inuenta puncta, atq; sacris immixta litteris fallaciter ijsdem illas adulteratas fuisse, hoc vnum probare potest, quod Hieronymus, qui eorundem scripturas omnes, totamq; simul ipsorummet bibliothecam diligentissimè perscrutatus est; (de quo, & testis ipse in caput quintum ad Ephesios habetur) eorum insuper G tertio quoq; verbo vitia insectatus est, de eiusmodi, vel nunquam meminerit, vel nunquam eosdem repręhenderit falsitate. Verùm quidem est, bina in Deuteronomij libro testimonia, aliter apud Hebræos, aliter apud Apostolum ad Galatas, tertio haberi, in Commentarijs super eundem obseruasse illum: quorum & vnum est [Maledictus omnis, qui non permanserit in omnibus, quæ scripta sunt in libro legis, vt faciat ea] Deut. 27. Alterum [Maledictus omnis, qui pendet in ligno] Deut. 21. Cæterùm hæc ipsa corrupta potius idem dubitauit, quàm affirmauit. Sed & Commentitiam hanc totius Scripturæ Sa- H cræ ad Hieronymi vsq; tempora, punctorum appositione malitiam, illud conuincit, quod Christus ipse, & Apostoli, nec non Euangelistę, Matthæusq; præsertim, & Ioãnes eo modo scripturarum testimonia vsurparint, quæ ad Hieronymi vsq; ętatem vbiq; terrarum apud eosdẽ Hebræos circunferebantur. Res hæc apud ipsummet Hieronymum præfatione centesima quarta, centesima septima, & centesima nona exemplis illustratur.

Secundò non satis video, quomodo ab ipsis Hebręis peruestigata puncta dictionum significationes concluserint, cùm in Translatione Psalterij, etiam punctuati, multas Hieronym⁹ interdum dictiones proferat multiplici significatione

A cationе pollentes, cuiusmodi secundi Psalmi
est. [Nascubar] de qua idem aduersus Rufi-
num libro primo Apologiæ capite quinto [Ni-
si prolixum, (inquit) esset, & redoleret glorio-
lam, iam nunc tibi ostenderem, quid vtili-
tatis habeat magistrorum limina terrere, &
artem ab artificibus discere; & videres, quã-
ta silua sit apud Hebræos ambiguorum nomi-
num atq; verborum: Quæ res diuersæ inter-
pretationi materiam præbuit, dum vnusquisq;
inter dubia, quod sibi conuenientiùs videtur,
hoc transfert.] Hæc ibi. Præterea si accen-
tibus, siue punctis vocalium loco depræhen-
sis ad vnum tantum determinata sacra scrip-
B tura est intellectum, cur idem in Ezechielis Cõ-
mentarijs capite vigesimoseptimo, super ver-
ba *Damascenus negotiatur* scribit [frequen-
ter enim Hebræa nomina pro diuersitate accẽ-
tuum, & mutatione litterarum, vocaliumq;,
vel maximè, quæ apud illos habent proprieta-
tes suas, variè interpretantur?]

Tertiò, quod de tempore, & auctoribus
punctorum ad Hebraicas litteras affertur, res
omnino ficta probatur, cùm si id latuisset
Eusebium Cæsariensem, & Epiphanium Sa-
laminæ Cypri Episcopum, in Hebraicis,
atq; etiam alijs linguis ambos eruditissimos,
non latuisset saltem Hieronymum, cuius stu-
C dium fuit litteras eiusmodi diligentissimè per-
scrutari. Sed & idem Hieronymus, qui septẽ
ex Hebræo editiones (infra capite decimo sex-
to) numerat, si duplicis generis exemplaria
apud Hebræos editiones (infra capite deci-
mosexto) nomerat, si doplicis generis exem-
plaria apud Hebræos nouisset, vnum qoidem
punctuatum, alterum sine punctis, fieri ne-
quaquam potuisset, quin vtrunq; interdum
protulisset; de eoq; potissimum, cuius lectio-
nem sequi sibi in animo, ad propriam tran-
slationem elucubrandam proposuerat, non
meminisset. Cæterùm de hoc nos veram
aperiamus historiam. Certa Hebræorũ sen-
D tentia est ab Esdra post constructionem tẽ-
pli sub Zorobabel magnum fuisse coactum
concilium, cui cum plurimi interfuissent sanc-
tissimi viri: Nehemia, Daniel, Sidraac, Misa-
ac, Abdenago, Ezechiel, Aggæus, Zacharias,
Merdochæus, & alij, post longam in eo ha-
bitam disputationem, factam fuisse reparatam
legem, punctaq; cum apicibus inuenta. Ita
Hebræi, quorum sententia idcirco probatur,
quatenus, & sacris ea consona videtur litteris,
in quibus earundem is Scriba passim asseritur.
Hieronymi quoq; testimonium in præfatione
centesima sexta super librum Regum rem ip-
sam apertè explicans extat huiusmodi.
[Certum est. Esdram Scribam, legisq;
Doctorem, post captam Hierosolymam, & E
instaurationem templi, sub Zorobabel alias
litteras (puncta videlicet intelligens, & ac-
centus) reperisse, quibus nunc vtimur.] Ita
Hieronymus: Non ergo post Constanti-
ni magni ad Christum conuersionem ab Rau-
nia, & Rauasse, sed multò ante puncta inuen-
ta: nec ijsdem sacra vitiata scriptura, sed res-
tituta: Vnde & meritò Hebræi sermonis no-
titiam callentes mitis eadem attollunt laudi-
bus, interq; recentiores Victorius, qui & de
eisdem disserens. [Commoda sunt, (inquit)
puncta, (quæ Hieronymus accentus vocat)
& ad legendũ, & intelligendum: nec sinè ma-
gno iudicio fuere postea ab Hebræis inuenta. F

Quartò, tantum abest quod Hieronymus
Thalmudistarum glossas, annotationes, inter-
pretationes, expositionesq; in Psalterij ex He-
bræo Translatione secutus sit, quòd eorũ pas-
sim blasphemias, somnia, atq; deliria in Com-
mẽtarijs Prophetalibus improbet, ac derideat.
Quòd si Iacobus ex Hieronymi præfationis
super ipsum opus verbis. videlicet. [Certè
confidenter dicam, & multos huius operis
testes citabo, me nihil duntaxat sententiæ de
Hebraica veritate mutasse] ex his, inquam,
atq; vniuersali super eodem opere, ipsorum
Hebræorum consenso ex Thalmudistarum il-
lud interpretatione editum suspicatus est: of-
fendit omnino. Quandoquidẽ & super quos-
cunq; alios a se ex Hebræo translatos libros,
ipsorummet Hebræorum indiscriminatim ad-
ducit testimonium, sicuti videre est in præfa-
tione centesima quarta, centesima sexta, &
centesima octaua. Item infra capite decimo-
quinto in propria controuersia: cuius titulus:
Num ex Hebræo verus instrumentum Hiero-
nymus adamussim transtulerit?

Quinto alienum a veritate est, ab He-
bræis, non autem ab Hieronymo translatio-
ni huic præscriptum titulum. [Psalterium
Hieronymi secundum Hebraicam veritatẽ.]
Quandoquidem in præcitatis paulo superius H
verbis ipsemet Hieronymus in propria præfa-
tione profitetur expræssè ex hebraica illud se
ita hausisse veritate, vt nihil prorsus sententia-
rum immutarit.

Sextò. Non quòd Ecclesiæ opus suspectũ
esset, cum cæteris ex Hebræo ab eodem Hie-
ronymo alias exaratis libris, quotidiano vsu
haud receptum est: Sed quod maioris diffi-
cultatis illius decantatio, atq; vsus foret. Ab
Apostolis enim per omnium Christifidelium
ora iam Septuaginta Interpretũ editio per ora
volitabat, eiusq; vsus ex omnibus Scripturæ
Sacræ libris frequentior erat. Vnde, & Hie-
ronymi consilium fuit, ne translatum a se ex

A Hebræo, ſed emendatum aliquot ante annos ex ſeptuaginta in Eccleſia caneretur. De hoc alibi. Grauiter itaq; in hoc lapſus cenſendus Iacobus eſt ſuſpectam affirmans eiuſmodi translationem, quam veluti ſacram, atq; in omnibus probatiſſimam, Sophronius (de quo ſuperius) Græcorum illicò Bibliothecæ tradidit, quamq; non habuiſſe, quò commentarijs illuſtraret Auguſtinus loco citato ad Audacē doluit. Sed & a Scriptoribus omnibus magno nunc in honore habetur, dum paſſim eam ipſam allegant, interpretanturq;

Deniq; quod idem concludit Iacobus, ab Hieronymo ex Septuaginta Interpretibus e- B mendatum olim Pſalterium, illud idem ſcriptorum vitio, atq; maleuolorum aſtutia deprauatum, ad Paulæ, Euſtochijq; preces demum reſtitutum: corrige loco Paulæ, Euſtochijq; [Suniæ, atq; Fretelç.] Enimuero eiuſmodi habetur emēdatio Tomo tertio, in ordine centeſima trigeſimaquinta Epiſtola, feminis eiſdē inſcripta. Quæ & cū ex extremis Galliarum finibus eſſent, aptè & ab eiſdem denominationē ipſa Translatio ſumpſit, vt propterea communi vocabulo Gallicana ſit deinceps appellata. Sed ad textum nunc properemus.

14 Vitam ſcripſit Pauli Monachi. Thebæi ſcilicet, a quo Eremus primùm habitari C cœpta eſt. Huius vitam Paulo Concordienſi, centeſimum annum agenti dirigens Hieronymus, quo ſtylo in ea conſcribenda vſus fuerit hiſce aperit: Miſimus te tibi, ideſt Paulo ſeni, Paulum ſeniorem: in quo propter ſimpliciores quoſq; multum in deijciendo ſermone laborauimus. Sed neſcio, quomodo etiam ſi aqua plena ſit tamē eundem odorem lagena ſeruat, quo dum rudis eſſet, imbuta eſt. Si hoc munuſculum placuerit, habemus etiam alia condita, quæ cum plurimis Orientalibus mercibus ad te, ſi Spiritus ſanctus afflauerit, nauigabunt. De eadem in libro de Viris Illuſtri- D bus. Vbi & prima in ſerie operum omnium ponitur, quippe quæ primis temporibus edita: Sub incolatus videlicet ſui in ſolitudine Euagrij exordio. Et quidem, cum in itinere ad Gallias per Concordiam, vbi idem Paulus Cōcordienſis agebat, iuuenis ipſe Hieronymus ante tranſiſſet, eidem poſtmodum Paulo, cum primùm ſolitudinem tenuit, eiuſmodi ingenij monumentum dicaſſe atq; tranſmiſiſſe, ipſamet nuncupatoria Epiſtola, haud obſcurè indicat. Eſt hic annus a Chriſto trecenteſimus ſexageſimus tertius.

15 Et Beati Hilarionis. Habetur hæc vnà cum ſuperiori in calce primi Tomi, quam vt virtutis admirandæ monumentū, illicò Græcorum Bibliothecæ idem Sophronius reddidit. De eadem paulò ſuperius in Vita Malchi. E

16 Exhortatoriam de contemptu mundi ad Heliodorum Epiſtolam. Cum nimirum adoleſcens in Euagrij ſolitudine verſaretur. Epiſtola quamplurimis rhetoricis floribus, omnibuſq; ſchematibus illuſtrata, atq; diſtincta, ad frontem operum eius affigitur. Loquitur de ea idem Epiſtola ſecunda ad Nepotianum in hçc verba: Dū eſſē iuuenis, immo penè puer, & primos impetus laſciuientis ætatis Eremi duritia refrenarem, ſcripſi ad auunculum tuū Sanctum Heliodorum exhortatoriam Epiſtolam plenam lacrymis, quærimonijſq;, & quæ deſerti ſodalis monſtraret affectum: Sed in illo opere pro ætate tunc luſimus, & calentibus F adhuc rhetorum ſtudijs atq; doctrinis quædā ſcholaſtico flore depinximus.] Ex earū illa numero fuit, quas ſibi Damaſus Pontifex manu propria deſcriptas ſuo (vt dictum eſt) librorū recluſit armario. Scripta vero eſt poſt aliquot annos ab eiuſdem Hieronymi in priorem ſolitudinem ingreſſum, quemadmodum ex eius initio habetur. De hac Recenſ. prima.

17 Et ad Nepotianum de Vita Clericorum. Epiſtolā hanc anno Chriſti trecenteſimo nonageſimo tertio editam tradit Baronius. Verum quoniam alibi nos librū de Cuſtodia Virginitatis ad Euſtochium in annum Domini. trecenteſimum octogeſimum quintum repor- G tabimus, poſt quem & ex eodem Hieronymo Epiſtola hæc poſt decennij interuallum exarata conſtat, vtiq; etiam Chriſti anno trecēteſimo nonageſimoquinto iure adſcribenda videtur. Hieronymi verba ſunt. Coegiſti me Nepotiane cariſſime lapidato iam Virginitatis libello, quem Sāctæ Euſtochio Romç ſcripſeram poſt annos decē rurſus Bethlehem ora reſerare, & confodiendum me linguis omniū prodere.] Fuit Nepotianus hic Heliodori ex ſorore nepos, qui elucubrationem pro clericali vita dignè ducenda ab Hieronymo impetrauit. Porrò quàm tardus, quàmq; rigidus petitioni idem Hieronymus ſatisfecerit, prodit H ipſe in Epitaphio ſuper eiuſdem obitū: Quoties (inquiens) ille tranſmarinis Epiſtolis deprecatus eſt, vt aliquid ad ſe ſcriberem? Quoties nocturnum de Euangelio petitorem, & interpellatricem duri Iudicis mihi viduā exhibuit? Cumq; ego ſilentio magis quàm litteris denegarem, & pudore reticentis pudorem ſuffunderem poſtulantis: auunculū mihi oppoſuit precatorem, qui & liberius pro alio peteret, & pro reuerentia Sacerdotis facilius impetraret.] Ediderat antea Hieronymus Romæ detentus libellum pro cuſtodia Virginitatis, in quo, quia ad inſtruendam Chriſti virginem falſorum Clericorum, ac Monachorū

pra-

A prauos mores flagellauerat, difficile dictu est, in
quantum odium apud illos per id temporis de-
uenerit, eum, & Vrbem deserere, & in longin-
qua migrare (sicuti infra capite decimoquarto
explicabitur) illi necesse fuerit. Quid simile
in Clericalis vitę norma conscribenda sibi for-
te parari praecauens Hieronymus, dum sibi ite
rum generalis aduersus vitia disputatio sube-
unda foret: Hæc causa, cur durior, asperiorq;
amicorum postulatis se præberet.

Ex his quàm contra fas in virũ Sanctissimũ
Rufinus oblatrarit, dum eundem propterea in
omnem Christi fidelium ordinem, omnem gra
dum, omnem professionem, vniuersamq; pa-
B riter Ecclesiam maledicta in præfato libello
contulisse criminatus est, satis constat. Quan-
doquidem in ratione ad sanctè, beateq; viuen-
dum explicanda, vitia in quolibet hominum
gradu reprehendisse virtutis fuisse, non ignomi
nię nemo est, qui nõ intelligat. Quoties etenim
Christus Scribarum, Pharisęorumq; prauitates
exagitauit? Quoties Apostoli, Sanctiq; Patres
omnes, hominum prauos actus non repræhen-
derunt tantum, sed communi vituperatione
insectati sunt? Nonne, & hoc ipsũ in dies sin-
gulos sacri verbi præcones transfigunt? Et qui-
dem ipse Dominus per prophetam loquitur.
Clama, ne cesses: quasi tuba exalta vocem tuam,
C *& annuntia populo meo scelera eorum, & domui*
Iacob peccata eorum. At vbi culpa vacant ho-
mines, ibi clausa aure inter obloquentium la-
tratus impunè prætereundum. Quanti porrò
donum fecerit Nepotianus, quantumq; ex eo
profecerit subsequens illi Epistola indicat.
est autem lucubratio elegantissima: inscribi-
turq; de Vita Clericorum.

18 Chronicon quoq; omnimoda historia.
Antequam insigne opus aggrederetur, de eo
maturè subeundo sæpius ante cogitasse, ex Vi-
ta Malchi manifeste deducitur. Scribere enim
(inquit ibi) disposui, (si tamen vitam Domi-
nus dederit, & si vituperatores mei saltem
fugientem me, & inclusum persequi desierint)
D ab aduentu Saluatoris vsq; ad nostram ętatem,
idest, ab Apostolis, vsq; ad nostri temporis fæ-
cem; quomodo, & per quos Christi Ecclesia
nata sit, & adulta, & persecutionibus creuerit,
martyrijs coronata sit, & postquam ad Chris-
tianos principes venit, potentia quidem, & di-
uitijs maior, sed virtutibus minor facta sit.
Mox de eodem Latinitati a se donato in Da-
nielis caput nonum scribit: Non habemus Re-
gem nisi Cæsarem, quem locum in Chronico
Eusebij (quem ante annos plurimos in Lati-
nam linguam vertimus) diligens lector pleni-
ùs edissertum poterit inuenire.] At non solum
operis Hieronymus fidus Interpres habendus,
verum illius, & auctor: Quandoquidem vbi E
Eusebius desijt, inde idem ipse exordiens ad
sua vsq; tempora historiam texuit. Eiusmodi
de hoc proprium illius extat testimonium in
Præfatione ad ipsum opus affixa: Sciendum
etenim, me esse, & interpretis, & scriptoris ex
parte officio vsum: quia, & Græca fidelissimè
expressi, & nonnulla, quæ mihi intermissa vi-
debantur adieci, in Romana maxime historia,
quam Eusebius, huius conditor libri, non tam
ignorasse, vt potè eruditissimus, quam vt Græ-
ca scribens parum suis necessariam perstrinxis-
se mihi videtur. Itaq; a Nino, & Abraham,
vsq; ad Troiæ captiuitatem pura Græca trans-
latio est. A Troia vsq; ad vigesimum Constan- F
tini annum, nunc addita, nunc mixta sunt plu-
rima, quæ de Tranquillo, & cęteris illustribus
historicis curiosissimè excerpsimus. A Con-
stantini autem supradicto anno vsq; ad Con-
sulatum Augustorum Valentis sextum, & Va-
lentiniani iterum, totum meum est. Quo fine
contentus reliquum tempus Gratiani, & Theo
dosij latioris historiæ stylo reseruaui: Non
quo de viuentibus timuerim liberè, & verè
scribere (timor enim Dei hominum timorem
expellit) sed quoniam debacchantibus adhuc
in terra nostra Barbaris incerta sunt omnia]
Hæc ipse: ex quibus vltra Christi annum tre-
centesimum septuagesimum septimum se hi- G
storiam haud prosequutum testatur. Proximè
siquidem sequens annus, nouis Consulibus,
Valente nimirum sexto, & Valentiniano ite-
rum, apertus est. Eiusmodi igitur Christi an-
no trecentesimo septuagesimo septimo ab Hie
ronymo absolutam, atq; vulgatam historiam
fuisse, id conuincit, quòd de ea ipsa in libello
De visione sedentis in throno, post annos duos
Damaso Pontifici inscripto idem hisce men-
tionem agat. Post Agamestoris mortem Isa-
ias Propheta hanc visionem, quam explicare
nunc nititur, vidit, idest, eo anno, quo Romu-
lus Romani Imperij conditor, natus est: sicut
manifestum poterit esse ijs, qui voluerint lege- H
re temporum librum, quem nos in Latinam lin
guam ex Gręco sermone transtulimus] De hoc
ipso opere ad extremum libri de scriptoribus
Ecclesiasticis; Chronicon (inquit) omnimo-
dæ historiæ scripsi. Quod ne in errorẽ laba-
ris, de hoc quoq; te monitũ volumus Lector,
præter nunc memoratum Chronicorũ opus
aliud item insigne volumen, quod Ecclesiasti-
cam historiam prænotauit, Eusebium con-
scripsisse: quod æque tum ab Hieronymo,
tum a Rufino Acquileiense Presbytero in
Latinum sermonem translatum fuisse te-
stantur communiter scriptores. Baronius
Tomo quinto, sub Christi anno trecentesimo

nona-

A nonagesimo quinto. Christophorsonus Anglus in proemio eiusdem historiæ, & ipse Hieronymus in Proemio libri Hebraicorum locorum, dum habet: Post decem Ecclesiasticæ historiæ libros, post temporum Canones, quos nos Latina lingua edidimus &c] & in exordio vitæ Malchi iuxta a nobis notata superiori capite numero quinto. Posterioris huiusce Hieronymi versionis iacturam meritò suspicat idem Christophorsonus loco præallegato, scribens: Quod si Diui Hieronymi labores, quos in hac ipsa historia vertenda collocauit (eam enim suæ linguæ hominib⁹ hoc est, latinis expressam; & Græcis dedisse affirmat) ad nos deuenisset;
B & profectò Rufini cõuersio in tenebris neglecta iacuisset: & ego istam meam qualemcunq; operam non aliquando suscepissem. Verùm cum illud neutiquam nobis contigerit, vt cuius scripta admiramur, eiusdem præclaræ istius historiæ interpretationem assequeremur, opus hoc, & mihi ad explicandum nõ incommodũ, & alijs ad legendum non iniucundum existimaui, modo ita Latinum facerem, vt tum auctoris sensum, & sententiam verè exprimerem, tum dicendi formam, & numeros ita imitatione adumbrarem, quo vel ijsdem, vel non valde disparibus tota adstringeretur oratio] Porro de Rufini versione narrationem subinde pro
C sequens: Dolebam, inquit, certè, & vehementer angebar, cum viderem tam illustrem historiam (de qua paulò post dicam equidem vberius) ita conuersam, vt vix satis Latinè, ita propè immutatam, vt non Eusebium, sed Rufinũ eius auctorem meritissimo diceres. Sicut enim Themistij paraphrasim, quã in libros aliquot Aristotelis, quos de Natura, & opertarum rerũ patefactione pertexuit, litteris præclarè mãdauit, non Aristotelis opus, sed Themistij appellamus: sic Rufini, siue conuersionem, siue paraphrasim dicere placet, quam in Eusebium edidit, non Eusebij nomine, sed Rufini iure inscribi deberet. Sed quid paraphrasim dixi,
D cum sit eius proprium, vt, quod breuiter dictum sit, pluribus aperiatur, & quod obscurè, paulò explanatius. Sed ab eo, quem dico, non breuitas vbertate dicendi, & copia, non obscuritas orationis lumine patefit, sed, quæ pluribus ab Eusebio exposita, ab isto in pauca conferuntur, quæ scripta ab illo aliquanto obscurius, ab hoc prorsus omittuntur. Dictu est propè incredibile, quot ne dicam verba (de quibus non ita laborandum) sed integræ sententiæ, integræ paginæ, integræ orationes, integræ Epistolæ, integri propè libri prætermissi sint. Dimidiatum octauum, & decimum pene integrum non omnino attigit. Duos tamen libros adiecit de suo, quibus, si Socrati credamus non

E tantum fidei adiungendum est. Huculq; Christophorsonus de vtrisq; historiæ huius translatoribus, Hieronymo videlicet, ac Rufino. Cui postremo, & Baronius Tomo quarto annalium sub Christi Domini anno trecentesimo nonagesimo quinto, sequentibus subscribit: Rufinus in Eusebij historia, cum ea Latinitate donauit, multa quidem prætermisit, deq; suo nonnulla miscuit, atq; complura quasi non rectè collocata mutauit, vt eandem reddiderit propemodum alteram: Duobus verò libris, quos addidit, quibus res gestas a tempore Cõcilij Niceni vsq; ad obitum Theodosij prosecutus est, quàm ieiunè, haud in omnibus tuta
F fide cuncta percurrerit, quæ recensita sunt superius facile monstrant. Sed Sanctus Hieronymus peruti le opus exhibuit, cum per singulos annos res diuersorum Regum pro temporis ratione collectas ab Eusebio in Latinum vertit, atq; a tempore Constantini, vsq; ad sextum Consulatum (vt ipse testatur) Valentis, & Valentiniani iunioris secundum, eodem ordine reliqua prosecutus est. Res gestas verò Gratiani atq; Theodosij latiori se historiæ stylo reseruasse, testatur. Hæc ipse, quæ idcirco nos paulo fusius attulimus, non vt ab Hieronymo tantum latissimum Eusebij Ecclesiasticę historię opus latinitati iam redditum fuisse, atq; nũc
G temporum iniuria abolitum sciremus; sed & quale illud idem a Rufino translatum sit (tum aduersus eos, qui illi plurimum tribuere cõsueuerunt, tum ad infra capite decimo octauo dicendorum intelligentiam) constaret: vbi & de singulis eius operibus, atq; translationis ab eo retenio genere sigillatim agetur.

19 *Multasq́, alias ad diuersos Epistolas*, De quibus pariter libro de scriptoribus inquit: Epistolarum autem ad Paulam, & Eustochiũ, quia quotidie scribuntur incertus est numerus. Tres verò primi operum eius Tomi illas omnes complectuntur.

H *De Commentarijs in omnes Psalmos Dauidicos.*

CONTROVERSIA VIII.

NE implexam hoc loco de relatis superiùs in totum Psalterium Hieronymi Commentarijs difficultatem omnino intactam prætereamus, de illorum nunc authore paulò latiùs inquirendum. Psalmorum sanè quadragesimi quarti, octuagesimi noni, & centesimi vigesimi sexti, quæ Tomo tertio operum eius, ad Principiam nimirum, Epistola centesima quadragesima ad Cyprianum, Epistola centesima trigesima quinta, & ad Marcellam cente-

A centesimam quadragesimam primam inserũtur interpretationes, nemini dubium est, quin ipsiusmet Hieronymi sint. Præterea a Psalmo decimo, vsq; ad decimum sextum, eundem tractatus septem edidisse (quamquam præclara huiuscemodi ingenij eius monumenta hactenus in lucem non prodierint, sed potius temporum iniuria excidisse credantur) omnes æquè ex proprio illius de Scriptoribus Ecclesiasticis testimonio admittunt: controuersia tantum de Commentariolis illis vertitur, de quibus se in conuentu Fratrum supra disseruisse testatus est: num videlicet ij sint, qui sub eius nomine Tomo septimo circun- B feruntur. Erasmus merito author damnatus, quòd præter humaniores litteras, ad quas accomodatum satis habuit ingenium, de sacris etiam interdum non minus imperitè, quam impiè disputare præsumpserit, primus de Commentarijs hisce (vt ego arbitror) dubitauit: post quem Sixtus Senensis libro quarto Bibliothecæ sanctæ dubitationi argumenta adijciens, Hieronymum eorundem authorem minimè esse contendit. Demum Victorius, necnon Bellarminus hanc difficultatem attẽtius considerantes, alias & ipsi prædictis superaddidere probationes, quas cum singulas afferre velle longum foret, potiores referam.

C Inprimis igitur ad diuellendos ab Hieronymo Commentarios argumẽtum est: quod Hieronymi Doctrinæ aduersari videãtur. Quando-
Epist. 135 quidem in Epistola ad Suniam, & Fretellam, œconomia scribitur, & pro ea omne musearum genus exponitur: In Commentarijs vero Cynomis legitur, & pro dictione eiusmodi muscæ tantũ canina differitur. In eadẽ quoq; Epistola pro errore illud Psalmi centesimi decimi octaui. *Anima mea in manibus tuis semper* habetur, cum sic legendum esse. *Anima mea in manibus meis semper* exprimatur: in cõmẽtarijs vero *in manibus tuis* exponitur. Præterea Hieronymus in Psalterio, quod ex Hebræorũ
D fonte purũ, liquidumq; hausit, illud Psalmi octogesimi sexti transfert *Ad Syon dicetur homo,* Commentariorum vero author ex hebraica veritate *Nunquid Syon dicet homo* legendũ affirmat: quod certe a veritate abest: cum non sic hebraica, sed Græca iuxta Septuaginta trãslatio habeat. Additur, In expositione Psalmi octogesimi noni ad Cyprianum (cuius exordiũ est: *Domine refugium factus es nobis*) illius auctorem Moysem fuisse multis cõprobari rationibus: In Cõmẽtarijs vero hisce oppositũ omnino haberi. Secundò. Ipsa temporis ratio idẽ opus Hieronymi suppositiciũ probat, quod in Psalmo decimosexto expresse citatur Eucherius, qui anno Domini quadringentesimo vi-
E gesimo septimo ex Petronij Bononiensis Episcopi Epistola ad Valerianum floruisse perhibetur, Hieronymus vero anno quadringẽtesimo vigesimo, vel quadringentesimo vigesimo secundo diem extremum clausit. Et in Psalmo centesimo octauo super Versiculum. *Non sit illi adiutor* eorundem Commentariorum author, anno Domini quadringẽtesimo ab excidio Hierusalem (qui annus Christi quadringentesimus septuagesimus quintus est) se superstitem astruit, igitur is non potuit esse Hieronymus. Quod si cuipiã præfatum ab excidio Hierusalem quadringentesimum annum, Domini pariter fuisse quadringẽtesimum septua-
F gesimum quintũ minus exploratum est, dictis quadringentis ab ipsa Hierusalem euersione annis, quadraginta alios duos (quibus post passionem Domini eam accidisse scriptores testãtur) & triginta tres insuper vitæ quos Christus pereucurrerat cũ cruci affixus est, addat, & illico moxq; quadringentesimum septuagesimũ quintũ annum certũ indubitatumq; habebit, quẽ ipsum Heironymum haud attigisse compertissimum est. Tertiò, diuersitas phrasis, & ab Hieronymo retenta consuetudo, qua certis personis propria Opuscula inscribere consueuit idipsum persuadere videntur: Quandoquidem nec eiusmodi Cõmentariorũ opus saliuã Hieronymi sapit, nec cui prænotetur cer-
G tã habet in fronte personã. His præsertim rationibus illud Hieronymi nõ esse contenditur.

Verũ ex aduerso alia longe probabiliora cõsurgũt argumenta: Quemadmodũ enim hosce (de quibus agimus) in Psalmos Hieronymi esse Cõmentarios tota olim antiquitas credidit, sic nũc ex recẽtioribus, exactius inter eos difficultate ipsa collibrata non videtur esse, qui dubitet; præsertim cũ, & ipse Victori⁹, cui ex animo subscribit Corneli⁹ Schultingius verè eos omnes Hieronymi esse fortissimè atq; solidissimè tueatur. Et quidẽ ad hoc idẽ argumentũ inprimis illud affertur, quod paulò ante in textus ex positione ex proprio eius testimonio de inter-
H pretatione *nas Kubar* attulimus, si quidẽ dictionis interpretatio, quã sibi ab aduersario obijci Libro 1. Apologiæ cap. 5. testatur, ea ipsa est quæ in his Cõmentarijs Psalmo secũdo inducitur. Conueniunt insuper non tantum cũ eiusdẽ Hieronymi doctrina hi Commẽtarij in omnibus, Verũ ẽt cũ multiplici linguarũ peritia, qua eundẽ polluisse notissimũ est: Imo præter eũ ex veteribus neminẽ (Origene Clemẽte, atq; Eusebio exceptis) Hebraicæ, Syriacæ, atq; Chaldaicæ linguę scientia fuisse imbutũ ex litterarũ monumentis habetur. Citantur in Cõmentarijs frequenter tũ Septuaginta Interpretũ, necnõ Aquilæ, Symmachi, & Theodotio-

A nis versiones, tũ & interdũ quinta, & sexta edi
tio discutitur: Hebrea insuper lingua in secũdo
quarto, quinto, sexto, septimo, octauo, & sequẽ.
Psalmis ita profertur, vt de illorum auctore nõ
relinquatur ambigendi locus, cùm vnius Hie-
ronymi tantùm priscis illis temporibus eius-
modi interpretandi consuetudo propria fuerit.
Carpserat ille in Hebraicis super Genesim quęs
tionibus Septuaginta Interpretes, quòd pro
Nod, Naid dudum transtulissent, dicens, *& ha-
bitauit Cain in terra Naid*. Quod Septuagin-
ta *Naid* transtulerunt, in Hebræo *Nod* dici-
tur, & interpretatur fluctuans, & instabilis,
ac sedis incertæ: Non est igitur terra Naid,
B vt vulgus nostrum putat: sed expletur senten-
tia Dei, quod huc atq; illuc vagus, & profugus
oberrauit.] Porrò huiusmet doctrinæ me-
mor Hieronymus in Psalmo cẽtesimo octauo,
super Versiculum *Natantes transferantur filij
eius*, scribit. Deniq; & dicitur de Cain. *Et Exijt*,
inquit, *Cain a facie Domini, & habitauit in
terra Nod*. Nod autem interpretatur commo-
tio, quia egressus fuerat a facie Dei Cain:
recte non stetit, sed habitauit in terra Nod,
hoc est, in commotione.] Hæc ille. Respon-
dent præterea testimonio, quod in Habacuch
capite tertio Hieronym⁹ protulit, quæ in hisce
Commẽtarijs Psalmo quarto, de Diapsalmate
C traduntur. Idem de illis, quæ de Asaph Mat-
thæi tertiodecimo, & quæ in his Cõmentarijs
Psalmo septuagesimo septimo afferuntur om-
nino dicendũ. Qui ea quæ in fine quadragesi-
mi Psalmi explicantur, diligenter aduertit, ea-
dẽ prorsus cũ ijs esse, quæ de partitione Psalte-
rij Epistola centesima trigesimaquarta ad So-
phronium produntur, comperiet. Longũ esset
singula in Commentarijs hisce explicata cum
cæteris ab eodem ipso Hieronymo alibi con-
scriptis conferre: siquidem innumera in v-
num essent congerenda testimonia, & opus
inutile, laboriosumq; potius, quàm necessariũ
assumeretur. Et quidem per se solum sufficere
D Lectori deberet, si ea, quæ in procemio sextide
cimi in Isaiã libri, de octo Versiculis Psalmi
tertijdecimi *Sepulchrum patens est guttur eorum*
cum sequentibus, disputãtur, animaduerteret,
mox cum ijs, quæ super eundem Psalmum in
dictis Commentarijs decernuntur conferret,
eadem namq; omnino sunt. Accedit ad hãc
ipsam sententiam, Commentariorum horum
auctorem, de illis tantummodo hæreticis mẽ-
tionẽ, in ipsis facere, qui vel Hieronymi tem-
pore, vel ante ipsum vixerunt: Arrianis nimi-
rũ, Eunomianis, Macedonianis, Nouatianis,
Manichæis, Marcionitis, & similibus. Orige-
nes præterea, Lactantius, Hilarius, & Iosephus,
quos Hieronymus citare consueuit in illis com

memorantur. Tandem Sanctorũ quoq; Patrũ E
assertioni huic testimonia suffragantur. Quã-
doquidẽ in Epistola ad Fortunatianum Augu-
stinus, Hieronymi verba super nonagesimum
tertiũ Psalmum inducẽs, ea planè eum his, quæ
in his Cõmentarijs habentur, sunt. Idem ex
Gregorio, quippe dum quarti pœnitentialis
Psalmi Versiculũ *Cor contritum & humiliatum*
explicat, Hieronymi expositionem recenset,
quæ vtiq; ea ipsa depræhenditur, cum ea, quæ
in Commentarijs istis affertur. Ad extremum
tempus, locus, personæ, multiplex idiomatum
peritia, ac alia ipsummet opus Hieronymi legi
timum atq; certũ esse demonstrant: circa enim
quadringentesimum Domini annũ in Palesti- F
næ sacris locis a Monacho, diuersarũ linguarũ
cognitione pollẽte, Monachis, (vt passim ex eo
colligitur) dictatũ cognoscitur, vt propterea
nullus alius occurrat, cui id magis adscribi pos-
sit, quã Hieronymo. Quod ne hæc ipsa veritas,
difficultatis alicuius obtecta caligine super sit,
Intentio ipsius Hieronymi in hisce Commen-
tarijs differendis ex proprio eorum procœ-
mio diligenter attendenda est. Quandoqui-
dem cùm Origenes in totum Psalterium vnũ
opus, per homilias distinctum, illudq; latissi-
mum: alterum perbreue nimis, & Enchiridion
ab eo appellatum olim edidisset, non essetq;
primum opus omnibus tam facilè ad haben- G
dum, nec secundum pariter mysteriorum in-
telligentiam legentibus, ob affectatam in eo
breuitatem aperiret, ex vtroq; Hieronymus,
ex primoq; potissimũ, Monachorũ suorũ pre-
cibus, quæ sibi tunc digna lectione videbãtur
in angustos curauit Cõmentariolos istos reclu-
dendaid in ipso opere cudẽdo tentare, aggre-
diq; contestans, quod illi solent, qui in breui
tabella terrarum, & Vrbiũ situs pingunt, & la-
tissimas regiones in modico spacio conantur
ostendere. Igitur idipsum non sedulò, aut co-
gitatè (quemadmodũ pluribus etiam in locis
ipse testatur) conscripsit, sed hinc inde in vnũ
restringens, Monachis, cum quibus Bethlehẽ H
in Monasterio agebat fluenti oratione dicta-
uit. Et hoc in causa, quod aliquando eius
saluam vsquequaq; non sapiat. Nec Bellar-
mini sententia, qua nimirum illud Hierony-
mi esse quidem, sed non purum: quin po-
tius ab aliquo auctum, præsertim in con-
ciunculis ad finem cuiuslibet fermè Psalmi
adiectis, veritatem videtur infringere: E-
nimuero dedita opera ab Hieronymo con-
ciunculæ huiusmodi additæ ex eo conuin-
cuntur, quod idem Comitis seu Lectiona-
rij, in quo Psalmi omnes ad singula festa, &
tẽpora diuini Officij distribuuntur, & accõmo
dantur, author fuerit (vt latius in nostris Ani-
maduer-

A madueꝛsionibus cõprobabitur) Portò vt eiuſdẽ Pſalterij explanatio cũ eodẽ Lectionario, ſeu Comite conueniret, voluit Hieronymus non tantùm eius expoſitionem cum eiuſmodi ad feſta Pſalmorum applicatione congruere; Verùm eorundẽ quoq; Pſalmorũ applicationẽ, præcatiunculis, ex quibus Catholica deinceps Eccleſia Collectas ad ſpirituales homines recreandos cõpoſuit, concludere. De hoc Vide, & Corneliũ Scultingium loco præallegato. Contrariæ verò rationes, quæ opus ab Hieronymo tollunt, veluti inanes atq; futiles facilè diſſoluuntur. Enim verò varietatem faciunt aliquando, quæ in eo afferuntur, nõ alibi ab eo
B ſcriptis aduerſantur. Et quis Sanctorum Patrum circa vnius, eiuſdemq; auctoritatis expoſitionem aliquando, vel aliter, vel diuerſè non ſenſit? Quod in Commentarijs iſtis legatur. *Anima mea in manibus tuis ſemper* ex propria ibidem allata explanatione ſoluitur: Vtroq; quippe modo iuxta diuerſitatem translationum, & tuis, & meis exponitur. Nec vrget inſtantia, quod in eis ſecundum Hebraicam veritatem legi dicatur: *Nunquid Sion dicet homo?* quoniam dictio illa *Hebraicam* errore librariorum, vel temeritate (vt Bellarminus ait) ſciolorum irrepſit. Demenda igitur dictio eiuſmodi eſt, reſtituenduſq; locus, ita vt
C legatur [Dicamus, & ſecundum veritatem: *Nunquid Sion dicit homo?* Veritas enim Tranſlationis Septuaginta Interpretum, quam ſe fuiſſe interpretatum profitetur Hieronymus habet: *Nunquid Sion dicet homo?* Nec Commentariorum horum auctor, ex vnius dictionis tantùm lapſu, Hebræã omnino linguam ignoraſſe credendus eſt, cum eam alibi, atq; paſſim vbertime prodat. De auctore Pſalmi *Domine refugium factus es nobis* loquitur aliquando Hieronymus iuxta propriam, aliquando iuxta cõmunem ſententiam. Quemadmodum, & alibi Adam primum parentem nunc dixit ſepultum in Caluariæ monte, nunc in Chariath Ar-
D be. Temporis inſuper ratio allegata non officit, quoniam ſi Eucherius anno Domini quadringenteſimo vigeſimo ſeptimo floruit, Conſequenter Hieronymi etiam tempore eundẽ vixiſſe, ex quo & allegari potuit, dicẽdum eſt: E
Quadringentorum ex Pſalmo centeſimo octauo annorum ab excidio Hieruſalem tempus obiectum; ibidem quomodo illud accipiendũ ſit explicatur. Hieronymi verba ſunt: Reſpondete mihi o Iudæi: fuiſtis in Babylonia: habuiſtis ibi Prophetas: Daniel, Ezechiel, & re vera idolatriæ eratis: Septuaginta annis fuiſtis in captiuitate, & poſtea veniſtis in propria. Ecce nunc quadringenti anni ſunt. Quare non eſt miſſus ad vos propheta?] hæc ille. Non igitur hic quadringentorum annorum numerus ad euerſionem Hieruſalem, ſed ad illud tempus, in quo Iudæi nouiſſimos Prophetas habuerunt referendus eſt. Enimuerò ab aduentu Io- F
annis Baptiſtæ, & Chriſti Ieſu inter eos non ſurrexit vltra Propheta, ſed in illis penitus, & ſiluerunt omnia, & cõpleta ſunt vaticinia. Ad illud tandẽ, quod pręter propriam ab Hieronymo retentam conſuetudinem Commentarij nulli certæ perſonę inſcribantur. Reſpondetur, proœmium in eorum exordio affixum, & proœmij, & dedicatoriæ fungi officio Epiſtolę, vt ipſis legentibus liquet. Ex ipſomet proœmio arbitror ego, vel Euſebio Cremonenſi, dilectiſſimo ſibi diſcipulo, vel Damaſo Summo Pontifici fuiſſe prænotatos. In cuius rei comprobationẽ ex vetuſtiſſimis manuſcriptis exẽplaribus operum eiuſdem, tum in Bibliotheca G
Sancti Petri, tum Vaticana aſſeruatis infraſcripti verſus, qui eiſdem Commentarijs Codice primo prænotantur, deſumuntur, videlicet.

Verſus Domini Hieronymi Presbyteri.

Pſallere qui docuit dulci modulamine Sanctos,
Nouerat iſte decem legis, qui verba dediſſet.
Quot digitis citharamchordis, totidẽq; dicauit,
Nomina, vel ſignũ numerũ Crux ipſa notaret.
Credere quid dubitas? virtus regit oĩa Chriſti.
Qui varias iunxit vno ſub carmine linguas,
Vt pecudes, volucreſq; Deũ cognoſcere poſſint.
Hic ſonus eſt fides, mentes qui mulcet amaras.
Sic creatura prior tanto de munere gaudet,
Offerat vt Domino, ſaluet quos gratia vocis. H
Quiſq; ſitit, veniat cupiens haurire fluenta.
Inueniet latices, ſeruant qui dulcia mella.
Oret pro nobis Beatitudo tua Beatiſſime Papa.

De contumelijs Hæreticorum in Hieronymum. Caput VII.



ORRO 1 humani generis inimicus, qui cum Romæ per ſuos miniſtros fuerat perſecutus, 2 etiam in ſolitudine Arrianos ei aduerſarios ſuſcitauit: 3 De quibus Beato Damaſo ſcribens ita conqueritur. 4 Ego Chriſti veſtem in Romana Vrbe ſuſcipiens, 5 nunc Barbaro Syriæ limite teneor. 6 Et ne putes alterius hanc de me fuiſſe ſententiam: 7 Quid mererer, ipſe conſtitui. 8 Verũ vt ait Gentilis Poeta: Cœlum non animum mutat, qui trans mare currit? 10 Ita me inceſſabilis inimicus poſt tergum ſecutus eſt, vt maiora in ſolitudine bella nunc patiar. 10 Hinc enim præſidijs fulta mundi Arriana rabies fremit. 11 Hinc in tres partes

ſciſſa

A *ſciſſa Eccleſia 12 ad ſe rapere me feſtinat. 13 Monachorum circa manentium, antiqua in me ſurgit auctoritas. 14 Ego interim clamito: 15 Si quis cathedræ Petri iungitur, meus eſt. 16 Meletius, Vitalis, atq; Paulinus tibi hærere ſe dicunt. 17 Poſſem credere, ſi hoc vnus aſſereret: 18 Nunc, aut duo mentiuntur, aut omnes. 19 Idcirco obteſtor Beatitudinem tuam per Crucem Domini, 20 vt mihi litteris tuis, apud quem in Syria debeam communicare, ſignifices. 21 De ijs etiam perſecutionibus Marco Presbytero Celedenſi in quadam Epiſtola ſic proſequitur. 22 Verſu cogor clamare vulgato* E

23 Quod genus hoc hominum? 24 quæue hunc tam barbara morem
25 Permittit patria? hoſpitio prohibemur arenæ
26 Bella cient, primaq; vetant conſiſtere terra.

27 Quæ idcirco de Gentili poeta ſumpſimus, 28 vt qui pacem Chriſti non ſeruat, pacem ſaltem diſcat ab Ethnico. 29 Hæreticus vocor, 30 Homouſion prædicans Trinitatem. 31 Sabelliana impietatis arguor, tres ſubſiſtentes, veras, integras, perfectasq; Perſonas indefeſſa voce pronuntians. 32 Si ab Arrianis meritò: 33 Si ab Orthodoxis, qui huiuſmodi fidem arguunt, F B *Orthodoxi eſſe deſierunt. 34 Aut ſi eis placet, hæreticum me cum Occidente, 35 hæreticum cum Aegypto, 36 hoc eſt cum Damaſo, Petroq; condemnent. 37 Et infrà. Quotidie expoſcor fidem, quaſi ſine fide renatus ſim. 38 Confiteor, vt volunt; non placet: 39 Subſcribo, non credunt. 40 Vnum tantum placet, vt hinc recedam. 41 Iam iam cedo. 42 Abruperunt partem animæ, chariſſimos fratres. 43 Ecce diſcedere cupiunt; imo diſcedunt: 44 melius eſſe dicentes inter feras habitare, quàm cum talibus Chriſtianis. 45 Ad deſerta deinde loca ſic latus, accinctusq; ſeceſſit, vt velaſſe illum magis crederes, quàm meaſſe. 46 Qualiter autem ſe ibi affligendo, noxias etiam in ſe cogitationes extinxerit: 47 Qualiter quoq; viſitationem Domini meruerit; 48 ita vt ſæpe Choris intereſſet Angelicis, eiuſdem Hieronymi ad Euſtochium ſcripta teſtatur Epiſtola. Audi filia,] in qua inter alia ſic ſcribit.*

COMMENTARIVS.

C 1 *Porrò humani generis inimicus, qui eum Romæ per ſuos miniſtros fuerat perſecutus.* De iniurijs acerrimè Hieronymo Romæ agenti illatis, iam ſupra capite ſecundo, & plenius infra capite decimo quarto agetur: nunc de alijs in ſolitudine Syriæ, ad eius æquè perniciem ab hæreticis excogitatis atq; tentatis, ſubditur.

2 *Etiam in ſolitudine Arrianos ei aduerſarios ſuſcitauit.* De hac, Euagrij ſcilicet ſolitudine, ſæpius, & capite quarto, & capite quinto. Porrò ſi in ſolitudine latitantem reperit inuidia Hieronymum, quomodo vbiq; Senecę placitum veritati conſentaneum, quo teſtatus eſt: Inuidiam effugies, ſi te non ingeſ- D ſeris oculis: ſi bona tua non iactaueris: ſi ſcieris in ſinu gaudere? Decipi quidem in hoc præſtantiſſimum virum, ipſi rerum euentus manifeſtò declarant. Enimuerò iuſtus Abel qui nullos habuit, quibus innoteſceret, vel placeret inuidię perfidiam vitare non potuit. Ab errare profectò eos toto cœlo liquet, qui abſq; hominum coniunctionibus contrahi non poſſe opinantur inuidiam, cum ea non humanas tantùm neceſſitudines, ſed Dei quoq; amicitiam inſectetur. Fugit Iacob fratris Eſau deteſtabilem inuidiam, & in finitimis oris apud Laban fraudem paſſus de mercede, occultam iterum fugam capere compellitur. Conſimilibus omnino, paribuſq; Inuidiæ ictibus iugiter diuexatus Hieronymus vix aliquando ſecura G tranquillitate potitus eſt. Nunquam illi ea ipſa pepercit; illum a tergo, illum ad latera aggreſſa eſt. Non mirum (inquit ipſe) Si contra me paruum homunculum immundi ſues grunniant, & pedibus margaritas conculcent; cū aduerſus doctiſſimos viros, & qui gloria inuidiam ſuperare debuerant, liuor exarſerit. Verùm hoc de illis meritò accidit, quorum in theatris, curia, concione, pro roſtris eloquentia pertonabat, ſemper enim in propatulo fortitudo æmulos habet, feriunt ſummos fulmina montes. Me verò procul ab Vrbibus, foro, litibus, turbis remotum, ſic quoq; latitantem reperit inuidia.] Cæterùm ex omnibus ærumnis, quibus grauiter aſſiduèq; aggitatus eſt, hæ H omnium ſibi maximæ viſæ ſunt, quæ præſenti capite deſcribuntur. Quod nimirum Occidentalis ipſe homo, ſub incolatus ſui in eremo exordio, circūmanentibus Monachis incognitus, ſuſpectæ non tantùm ab illis fidei, ſed a Schiſmaticis quoq; Antiochenæ Eccleſię, totaq; ſimul Prouincia haberetur. Quin, & eo perſecutionis acerbitas ſimulq; peruicacia in eum efferbuit, vt a quibuſdam etiam ſub Catholicorum nomine, cùm tamen hæretici eſſent, tanquam hæreticus vulgaretur. Vnde & ad Virgines Hermonenſes, quæ ab eo propterea abhortere iam cœperant, ſuper his Epiſtolam quærimonijs plenam ſcribens: Obtrecta-

toribus

A toribus non esse credendum, qui contra se adlatrabant, ostendit: Cùm & ante tempus de homine iudicium ferendum non sit: & contingere possit, vt vir malus ad meliora conuersus sit.

3 *De quibus Beato Damaso scribens ita conqueritur*. Habetur Epistola Tomo secundo, in ordine quinquagesima octaua, quæ & scripta sub initium incolatus Hieronymi in eremo facile dignoscitur, dum se Summo Pontifici ad huc incognitum idem manifestat.

4 *Ego Christi vestem in Romana Vrbe suscipiens*. Christi vestis multiplex est, diuersaq; in sacris litteris vsurpatur intelligentia. Pec-
B cata vestiméta sunt, de quibus Psalmista dicit.
Psal. 108. *Fiat ei sicut vestimentum, quo operitur*; quibus quoniam Christus per humanæ carnis assumptionem se accinxisse visus, sicut loquitur Apostolus, dum in similitudinem carnis peccati apparuit, hinc est quod de eo Zacharias vati-
Zac. 3. cinatus sit. *Et Iesus erat indutus vestimentis sordidis, Dixitq́; angelus ad eos, qui stabant coram se, dicens: Auferte vestimenta sordida ab eo, dixit ad eum: Ecce abstuli iniquitatem tuam*. Gloria
Is. 63. quoq; vestis eius dicitur, de qua in Isaia: *Iste formosus in stola sua gradiens in multitudine fortitudinis suæ*. Et in Euangelio. *Et ecce vestimenta eius facta sunt alba sicut nix*. de quibus
Matt. 17. item Psalmista. *Confessionem & decorẽ induisti,*
C *amictus lumine sicut vestimento*. Caro itẽ mortalitatis ab eo assumpta, vestis a sublimioribus Potestatibus dicta fuit, vbi obstupescentes di-
Is. 63. xerunt. *Quis est iste, qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra?* Deniq; quamuis multas alias Christus habeat vestes, Baptismi tamẽ Sacramentum potissima inter cæteras est, & de hac loquitur nunc Hieronymus ex Apostoli
Gal. 3. sententia dicentis: *Quicunq; in Christo baptizati estis, Christum induistis*.

5 *nunc Barbaro Syriæ limite teneor*. Syria Asiæ regio temperata, quòd nec frigore nimio rigeat, nec calore torreatur, cùm in medio Orbis constituta sit, ab Oriente fluuio Eufrate,
D ab Occidente nostro mari, & Aegypto concluditur, a Septentrione respicit Ciliciam, & partem Cappadociæ, a Meridie Arabiá. Huius insigniores Ciuitates a Ptolemæo libro quinto referuntur, Laodicea, Hierapolis, Antiochia, Apamæa, Palmira, Heliopolis, Ptolemaida, Sydon, Tyrus, Beritus, Botris, Tripolis, Seleucia, Cæsarea, & Damascus: Montes clari, Carmelus, Casius, Libanus. Fluuij, Eufrates, Crisotas, Sirigas. Regiones, Phœnicia, Palestina, Iudæa, Idumæa, Comagena, Samaria, & Syria Cœle. Non desunt, qui quadripartitá faciant diuisioné, in Syrios, Assyrios, Lenosyos,

& Cœlesirios. Plinius quoq; Mesopotamiam, E
& Babyloniam Syriæ attribuit, totiusq́; Syriæ partem facit Assyriam. Solitudinis huius itaq́; situm Hieronymus describens, in extremis ijs regionis Palestinæ finibus fuisse, qui Arabiæ copulantur, quam & Saraceni incolunt (est enim eiusmodi regio media inter Palestinam, & Aegyptum) testatur dicens [Nunc Barbaro Syriæ limite teneor:] quod verò per Barbaros Saracenos intelligat, passim ex eiusdem testimonijs, quibus hanc ipsam solitudinem scriptis prosequitur, constat, idq́; ex Epistola sexta, in qua scribit: In ea parte eremi commoranti, quę iuxta Syriam Saracenis iungitur.] Item ex Epistola quadragesimatertia ibi: Nam postquá F
Sancto Euagrio transmittente in ea ad me eremi parte, delatæ sunt, quæ inter Syros, ac Saracenos vastum limitem ducit.] Item ex Epistola quinquagesimaseptima ad Damasú, quia pro meis facinoribus ad eam solitudinem commigraui, quæ Syriam iuncto Barbariæ fine disterminat.] Barbarorum verò nomine Saracenos Hieronymus intelligit, propter illis ingenitam immanitatem. Vagi enim sunt, incertas habẽt sedes, incursationibus vacant, Luciferi cultui, seu Veneris dediti, & Camelorum lacte, & carnibus viuunt. Falso a Sara sibi nomen imposuerunt, quod scilicet de libera viderentur generati: sed reuera ab Agar, & Is- G
maele exorti sunt. Appellantur alio nomine Agateni. & Ismaelitæ.

6 *Et ne putes alterius hanc de me fuisse sententiam*. Damaso Pontifici cùm præsentem Hieronymus scripsit Epistolam, se adhuc fuisse incognitum hoc loco declarat. Enimuero non aliorum sententia, hoc est, propter scelus aliquod admissum, sed ex propria animi voluntate ad anteactæ vitæ peccata deflenda se eandem delegisse solitudinem testatur. Quod etiam superiori Epistola ad eundem alijs pręsignauerat verbis, videlicet. Quia pro meis facinoribus ad eam solitudinẽ commigraui.] Ex quibus facili coniectura assequimur, enor- H
miter olim delinquentes a iudicibus Ecclesiasticis pro digna satisfactione ad solitudines eremosq́; aliquando relegatos, e quorum numero ne præfatus Pontifex Hieronymum suspicaretur, ab eodem hæc addita sunt.

7 *Quid mererer, ipse constitui*. Et iudex videlicet, & reus.

8 *Verùm vt ait Gentilis Poeta: Cælum, non animum mutat, qui trans mare currit?* Horatij carmen in illos relatú, qui dum ad felicitatem longinqua regionum aut maris nauigatione vel commigratione contendunt, non inueniút, quòd eundẽ, quo semper cruciantur

A animum ſuſtineant. Aptat autem illud ſibi Hieronymus; non quod in remotiſſimarum a conſortio hominum regionum peregrinatione animum proprium, aut non potuerit, aut noluerit immutare: Sed quia humani generis hoſtis, qui eũ a tergo ſecutus eſt, idem ſemper ſit, nec vnquam mutetur, viuere illum non ſinés in pace.

9 *Ita me inceſſabilis inimicus poſt tergum ſecutus eſt, vt maiora in ſolitudine bella nunc patiar.* Eth. 9. Ethnici quoq; ſolitudinis difficultates optimè perſpectas habuere. Vnde Peripateticorum princeps: Solitaria (inquit) difficilis eſt vita. Et Seneca. Omnia nobis mala ſolitudiné perB ſuadere teſtatur. Hinc Antonium Hilationem, quàmpluresq; Sanctiſſimos alios Patres, Matt. 5. & ante eos omnes, Chriſtum in deſerto vrgentiſſimis Satanas adorſus eſt congreſſibus. Nõ immerito itaq; propria doctus experientia Hieronymus, vt ſub maioribus periculis atq; congreſſibus, feliciora quoq; Monachis ſuis prælãEpiſt. 4. tibus in ſolitudine trophęa contingerent: De Indo (inquit) monaſteriorum huiuſcemodi volumus egredi milites, quos eremi dura rudimenta non terreant, qui ſpem ſuæ conuerſationis multo tempore dederint; qui omniũ fuerint minimi, vt primi omnium fierent: quos nec eſuries aliquando, nec ſaturitas ſuperauit: qui paupertate lętentur: quorum haC bitus, ſermo, vultus, inceſſus, doctrina virtutum eſt.

10 *Hinc enim præſidijs fulta mundi Arriana rabies fremit.* Inter cætera, quæ multis ſibilans capitibus Arriana hæreſis venena diffudit, Filium in Trinitate, non conſubſtantialem, ſed ſimilem eſſe Patri auſa eſt contendere. Creaturam conſequenter dixit, Deũq; omnino negauit. Cępit hæc ab Arrio Epiſcopo, Hieronymi ætate in Alexandrina Vrbe, parua quidem a principio ſcintilla, ſed mox intantum aucta, vt totum Orbem incenderet. Damnata protinus hæc in Concilio Niceno fuit, quo tempore, tum Alexandrina (quæ taD le monſtrum genuerat) tum Vniuerſalis Chriſti Eccleſia tenacius Catholicam fidem amplexata eſt: Vnde deinceps pax, & tranquillitas in toto orbe conſecuta. Hieronymi verò ætate ideo, fremuiſſe Antiochiæ ſcribitur, quia quò in occidente vltrà mutire non audebar, eò acriori impetu in Oriente, Antiochiæq; præſertim ad extremam cunctorum ibi fideliũ perniciem incumbebat.

11 *Hinc in tres partes ſciſſa Eccleſia.* Idem Ep. 57. ſuperiori Epiſtola: Quoniam vetuſto Oriens inter ſe populorum furore colliſus, indiſciſsã Domini tunicam, & deſuper contextam, minutatim per fruſta diſcerpit.] Scinditur EcE cleſia quando, vel falſis dogmatibus ab vnanimi & mutuo cõſenſu credentes diſtrahuntur. Vel, vt idem Hieronymus ſcribit, cum ab hæ- In Ezec. 16. reticis vnum, & alterum teſtimonium ſcripturarum, de proprijs excipitur locis, hiſq;, quibus aptari nequit adiungitur. Ad hoſce & ſupradictum eſt: *Væ his, qui conſuunt ceruicalia ſub* Ezech. 13 *omni cubito manus, & faciunt operimenta ſuper caput vniuerſæ ætatis*, quod Dominus fieri prohibens loquitur in Euangelio. *Nemo conſuit* Matt. 9. *commiſſuram panni rudis in veteri veſtimento, alioquin tollit de plenitudine eius, & peior ſciſſura fiet.* Tales ſunt, omnes hæretici, qui teſtimonium in ſuo loco alteri ſenſui congruens, alteri nituntur aſſuere, cùm Dominica tunica F deſuper texta per totum ſcindi omnino non poſſit, ſed texta Spiritu ſancto nullam recipiat ſciſſionem. Vel tertiò ſcinditur Eccleſia propter ſchiſmata. Inter hæreſim vero, & ſchiſma hoc eſſe diſcrimen arbitramur: quod hæreſis peruerſum dogma habeat: ſchiſma verò, tametſi nullam ſibi conſtringat hæreſim, vt rectè ab Eccleſia propter illud reſciſſus quiſpiam credatur, propter Epiſcopalem tamen diſſenſionem illud pariter ab Eccleſia credentes ſeparat. Et de his ſciſſuris Apoſtolus ad Corinthios ſcribens. Primùm quidẽ (inquit, 1. Cor. 11 cõuenientibus vobis in vnum audio ſciſſuras eſſe inter vos, & ex parte credo: nam oportet, & hæreſes eſſe.] Omnibus igitur hiſce modis G Antiochena, tum propter Arrianam hæreſim, tum propter ſchiſmata dilacerata, in tres partes abrupta erat Eccleſia. Tres verò partes ſigillatim aſſeruntur, propter vtiq; tres ſimul Epiſcopos eodem ibi tempore conſedentes. Paulinum nimirum, Vitalem, atq; Meletium; quorum vterq; propria factione (vt ſcribit So- Lib. 3. c. 8 crates) gloriabatur. Protractum autem ſchiſma huiuſmodi, non inter eos tantùm, ſed ſucceſſores quoq;, nimirum Euagrium, Flauianum & alios ad octoginta quinq; annos (ad Lib. 5. c. 5 Alexandrum videlicet Epiſcopum) tradit Theodoretus.

12 *Ad ſe rapere me feſtinat.* Paulatim eru- H ditionis Hieronymi, ac ſanctitatis fama e latebris illis vulgati iam cœperat, & ideo vnaquæq; illarum factionum, vt in propriam, ſiuè ſchiſmatis, ſiuè Arrianæ perfidiæ illum traheret, neruos adhibebat. De hoc fuſius paulò infra.

13 *Monachorum circa manentium antiqua in me ſurgit authoritas.* Non illorum vtiq; Monachorum exiſtimes, de quibus ſupra relatum eſt, ſed diuerſorũ omnino. Hypocritarum nimirum quorundam Monaſticæ vitæ normam ſimulantium; qui cùm in Hieronymum oculos omnium conuerti cernerent, ipſumq;

A sumq; præ cæteris ab vnaquaq; dictarum partium, non tam minis terreri, quam blanditijs etiam interdum allici obseruarent, infenso animo id ferentes ipsum carpere, & in illum calumnias struere, quibus e solitudine exturbarent, cœperunt. Monachorum autem antiquam auctoritatem illam esse arbitror, de qua idem Hieronymus ad Eustochium. Prima apud eos consideratio est obedire maioribus, & quidquid iusserint facere. (Epist. 22.) Pseudo Monachi ergo isti auctoritatem illam, quæ in veros Monachos, Sanctissimosq; Patres ex antiqua institutione deuenit, sibi insolenter arrogantes, indiscretissimis iussionibus, atq; præ-

B ceptis in Hieronymum, vti nouellum adhuc eremi cultorem adhibuisse, par est credere. De hac nunc eundem conqueri, ego arbitror. Vel dicatur ideo eorundem in Hieronymum insurrexisse auctoritatem, quòd trium hypostaseon confessioni vnà cum ipsis non subscriberet, quemadmodum, & paulò post subdetur.

54 *Ego interim clamito.* Docet exemplo suo Hieronymus quomodo in Ecclesiæ atq; fidei pressuris agere nos debeamus: ne videlicet in angulis tunc de fide mussitemus, sed coram omnibus clara voce clamemus. Sic, & Sapientia in plateis clamitat. Et Christus in

C Euangelio præcipit. *Quæcunq; in tenebris audistis, prædicate super tecta.* (Matt. 10.)

55 *Si quis cathedræ Petri iungitur meus est.* Vides quomodo in Ecclesia Dei vnica tantū cathedra sit, a qua certa fides, vera sapiētia, omnisq; veritas promanat, & super quam Spiritus sanctus, qui mentiri non potest, omnē doceat veritatem. Qui ergo huic non iungitur extra Ecclesiam est: consequenter, nec fidem habet, nec veritatem intelligit; nec Deo placere, aut salutem consequi valet. Magistra omnium fidelium hæc est, quæ errare nullatenus potest, cum fundamentum habeat Christum, doctorem Spiritum sanctum. Tantam omnium ha-

D bet sapientiam, vt illius iudicio cuncta subijciantur: Cumq; omnis homo mendax sit, ipsa sola in terris stat, quæ falli, aut fallere nequit. Illius insuper decreta, & sententiæ (quibus ab omnibus irrefragabiliter præstatur assensus) perpetuæ in cœlo etiam firmitatis robur obtinent. Deniq; eiusdem facta, vel consuetudines Sanctarum instar auctoritatē habent scripturarum. Huic ergo tam sublimi, tamq; eminenti cathedrę, cuius fastigium in cœlos vsq; eleuatur, addictus Hieronymus, ab ea sola fidem, & veritatem edoceri vult: Suosq; eos tantummodo vocat, qui se pariter illi fatentur hærere.

56 *Meletius, Vitalis, atq; Paulinus tibi hærere se dicunt.* Tria hæc, illorum nomina, qui simul eodemq; tempore Antiochenæ sibi Ecclesiæ præsulatum vindicarunt. De eisdem Epistola superiori: Non noui Vitalem: Meletium respuo: Paulinum ignoro.] Quod autem Meletium reijciat, maiori eum infamia laborasse datur intelligi. At quoniam de tribus istis non satis scriptores, Victoriusq; præsertim (qui Paulinum impollutæ fidei virum in Vita Hieronymi existimat, mox in Scholijs Arrianum affirmat) inter se conueniunt, paucula pro loci huius explanatione nunc placet adijcere. (In schol. Ep. 57.)

De Schismate Antiocheno.

Meletius igitur primum ab Acatianis, & Eudoxianis, Arrianorum deterrimis à Sebaste Armeniæ, quod illis conniuisset (teste Socrate) in sedem Beroensem, inde Christi anno trecentesimo sexagesimo in Antiochenam translatus, cum ex hac posteriore assiduis populi dissensionibus fuisset eiectus, ab Eustathianis Euozius Arrianus in eius locum subrogatur; Cumq; Ecclesiæ eiusdem, pariter, & totius Orientis res fluctuare cœpissent, Athanasiusq; propterea Religionis atq; fidei zelo inflammatus Synodum Alexandriæ Catholicis Coepiscopis indixisset, eo ipso tempore a Christo videlicet treecentesimo sexagesimo secundo Lucifer Caralitanus Episcopus Antiochiam profectus Catholicorum assensu, Paulinum Vrbis eiusdem Episcopum delegit. (Soc. lib. 2. cap. 54.) F G

Testatur hoc idem Rufinus dicens. Lucifer autem cum exhortaretur ab Eusebio (quia vterq; in partibus vicinis Aegypto fuerat relegatus) vt ad videndum Athanasium pergeret, communiq; tractatu cum his, qui superfuerant Sacerdotibus de statu Ecclesię decernerent, præsentiam sui abnegans, legatum pro se diaconum suum mittit, atq; ipse Lucifer intento animo Antiochiam pergit: ibiq; diffidentibus adhuc partibus, sed in vnum tamen reuocari posse sperantibus, si sibi talis Episcopus eligeretur, erga quem non vna plebs, sed vtraq; gauderet: præproperus Catholicū quidem, & Sanctum virum, ac per omnia dignum Sacerdotio Paulinum Episcopum collocauit; sed in quem tamen acquiescere plebs vtraq; non posset.] Hæc Rufinus. Igitur in Alexandrina Synodo Paulini eo tempore electio proposita, & a Sanctis illis Patribus approbata, confirmataq; fuit. Constat ex Synodali ad Antiochenos Epistola ibi: Omnes igitur, qui nobiscum pacificè agere volunt, inprimis autem illos, qui in veteris Ecclesiæ communione fuerunt, deinde qui ab Arrianis redierunt, allicite ad vos, eosq; vt patres assumite, & vt ma- (Ruf. lib. 1. cap. 57.) H

gistri,

A gistri, tutores accipite, coaptantes vos interim dilecto nostro Paulino, ac eius socijs: nihilq; amplius ab illis exigatis, quàm, vt execrentur Arrjanorum hæresim. Verùm cùm hæc ipsa Sýnodus a Romano quoq; Pontifice comprobata paulò post esset, in eaq; decretũ Concilij Nicæni, De lapsis ad Ecclesiam reuertentibus, recipiendis in ijsdem honorum atq; dignitatum gradibus, quibus antea condecorati fuissent, instaurationem accepisset, Meletius, & ipse tunc omnem Arrianam impietatem detestat⁹, Antiochiam reuertitur: vbi pro fide Catholica egregijs testimonijs exhibitis, a multis vti verus legitimusq; Episcopus re-
B ceptus est, contraq; Paulinum in suburbijs.
Synaxim agere consueuit. Schismate isto pendente, quamquam Meletius vir omnino Catholicus multis innotesceret, & multas deinceps calamitates atq; exilia pro fidei defensione sustinuerit; Ecclesia tamen Romana eiusdem electionem ratam nequaquam habuit, quia re vera ab exordio irrita prorsus fuit, tanquam nimirum ab Arrianis promanata, & in Arrianam personam pronunciata. Nec decretum De lapsis recipiendis, ad Episcopalem illi cathedram obtinendam, vel recuperandam suffragari aliquando potuit, qui eiusdem nequaquam legitimus confessor adfuit. Additur:
C in Concilio ipso Nicæno hoc ipsum fuisse manifestius explicatum: dum in lapsis præsertim Episcopis tunc decretum eiusmodi vim habere sancitum est, quotiescunq; eorundem sedes alijs Catholicis uiris non fuissent delegatæ.
Hæc omnia Baronius Tomo quarto Annaliũ sub Christi anno trecentesimo sexagesimo secundo, Liberij vndecimo longiori narratione prosequitur. Anno sequenti, Christi videlicet trecentesimo sexagesimo tertio, dum in eodẽ Schismate Catholici adhuc persisterent, Vitalis quoq; ab Apollinaristis hæreticis electio
Soz. lib. 6 Cap. 17. contigit. Quis verò, qualisq; Vitalis hic esset, accipe ex Sozomeno: Erat (inquit) hic Pres-
D byter Antiochenus Nicęnæ fidei assertor, & propugnator sub Meletio constitutus: Vir sanè, si quis alius ob piam viuendi rationem, & mores spectatos perillustris: studio etiam erga eos profuit singulari, ac propterea a populo summa veneratione dignatus, qui ob indignationem quandam aduersus Flauianum compræsbyterum, quod se contemptui haberi vi-
Epiph. hęres. 77. deret, adhæsit Apollinarij. Adde, & Epiphanium, cuius verba sunt. Inter quos Vitalis Episcopus fuit (hunc enim Apollinaristæ Antiochiæ sibi delegerant in Episcopum) pientissimus olim vir, vitæ statu, & conuersatione. Satis igitur ex prædictis constat, qui nam tres hi fuerint, de quibus nunc loquitur Hieronymus *Meletius, Vitalis, atq; Paulinus*. Mele- E
tium Sancti Patres, Ioannes Chrysostomus in oratione habita in eius die natali: Sanctus Basilius ad Terentium: S. Gregorius Nazianzenus, & alij summis laudibus extulerunt. A Græcis inter Sanctos habetur, & a Latinis eius memoria quotannis ex Martyrologio Romano recolitur. Paulinum in Episcopali munere a Damaso quoq; fuisse firmatum habetur ex pręallegata Basilij Epistola ad Terentium, Eundemq; nunquam, vel tenui pollutæ fidei suspicione laborasse, quin potius magna laude inter tot tantaq; illorum temporum discrimina fidei puritatẽ custodisse atq; propugnasse testatur Baronius ex Hieronymo loco supra F
citato. Arrianorum deniq; & Eunomianorũ tempore, Athanasium, & Paulinum tantùm in Oriente mansisse Catholicos idem Hieronymus Epistola sexagesima prima scribit. Hæc de Schismate.

17 *Possem credere, si hoc vnus assereret.* Quia haud fieri poterat, vnius eiusdemq; Vrbis, tres vnà, eodemq; tempore Episcopos legitimos esse pastores (monstrum enim omnino haberetur, tria vni inesse capita corpori) credi consequenter non poterat, eos omnes Romano simul Pontifici communicare. Et quidem si eorum vnus id tantùm affirmasset, vtiq; illi præstari assensus potuisset: Cæterùm G
in absurdissimo Petri cathedrę vnà omnes iunctos, refugit ab animo. Vel dicamus, ad prædictorũ Schismaticorum fidem (quod textui magis conuenire videtur) hoc nunc loco Hieronymum alludere. Quandoquidem Vitalem Apollinaris hęresi adhæsisse, iam supra relatum est: Hæresis verò Apollinaris capite quarto æquè explicata est. Meletij fides a multis hactenus ob necessitudinem, quam cùm Arrianis antea habuerat, suspecta erat, cum præsertim de reconciliatione cum Romana Ecclesia habita, nec dum omnibus satis constaret. Paulinus deniq; quamuis ab omnibus Catholicus, & impollutus haberetur, quia tamen a Vitali H
Sabellianæ hæresis macula respersus vbiq; terrarum indicabatur (quod & alijs Sanctissimis, & Orthodoxis Patribus accidit) coram Athanasio, & ipse propriam agere causam, seq; purgare, vti scribit Ephiphanius, compulsus fuit. Igitur cùm in contrarijs fidei dogmatibus eos omnes cum Ecclesia Romana sentire haud fieri posset, meritò subiungitur.

18 *Nunc autem, aut duo mentiuntur, aut omnes.* Hoc ideo verum, quoniam, siue de schismate, siue de fidei communione, siue de vtroq; agatur (cum schismata nulla recipiat Ecclesia) perspicuum est, aut vnum tantùm e pluribus Episcopis, & vnum tantùm dogma in diuersi-

tate

A ſitate opinantium Eccleſiã recepiſſe aut nullũ.

19 Idcirco obteſtor Beatitudinem tuam per Crucem Domini, Meritò in eiuſmodi rerum aſperitatibus, anguſtijſq; temporum Chriſti Crux proditur, quia certus de hoſtibus triũphus, inſigneq; tropheum eſt. lignũ preterea, quod in amaritudinis aquis proiectum, dulces illico eas reddit. Cæterũ in cultu crucis, (Epiſt. 22.) quam pius fuerit Hieronymus, Florum exemplaria, capite decimonono, quę nuper edidim⁹ ſatis probare poſſunt. Eandem ad omnẽ actũ, contraq; omnes Satanæ congreſſus adhibuit, protulit, innocauit. Et quoniã ſuper hoc præclariſſimum ab eo patratum facinus alius referendi locus non dabitur, nunc breuiter illud (B) exponam: ex quo, cùr etiam ad eiuſdem imaginẽ pingi vt plurimum in fruſta comminutũ ſimulachrũ ſoleat, ratio perſpecta habebitur. Litteris mandatum eſt, eundem Sanctiſſimum virum, cùm totus interdum in ſacrorum veneratione locorũ, in eiuſq; potiſſimũ, qui Caluariæ mons dicitur, in quo & Saluator pro ſalute mundi cruci affigi voluit, foret, vidiſſetq; ibi a Gentibus ad Crucis memoriam abolendã idoli ſimulachrum erectum, tanto mox zelo exarſiſſe, quòd in illud protinus inuectus fuerit, idipſum præcipitauerit, pariterq; contriuerit. De hac ipſa hiſtoria apud Cornelium Schultingium, (C) in præcedentibus ad Hieronymianam Cõfeſſionem teſtimonium eiuſmodi habetur. Quantopere idolatriã execratus fuerit B. Hieronymus, non modo Commentaria in Prophetas, qui in idola inuehuntur acerrimè, ſed & hiſtoria eius, ac publica pictura clariſſime demonſtrat. Cùm enim loco Crucis ſtatuam quandam Gentilem coli vidiſſet, accenſus ſingulari Dei zelo eam deiecit, ac mutilauit. Vnde hi extant verſus:

Cùm ſacrum hoc offers cõtriti Hieronyme cordis,
Cumq; hanc ſacrilegam comminuis ſtatuam:
Propterea Domino placet vtraq; victima, q ſpes
Virginis in nati ſit tua fixa cruce.

D Hæc ipſe.

20 Vt mihi litteris tuis, apud quem in Syria debeam communicare, ſignifices. Ne in errorẽ aliquando labamur, ad eam in ambiguis fidei monemur Cathedram accedere, a qua omniũ quęſtionũ oracula pendent. Nec enim ſchiſmaticorũ quẽpiã prius agnoſcit Hieronymus, quã a Romano Pontifice, cui cõmunicare debeat edocetur. Eidẽ verò Pontificẽ (quãuis litteræ nõ extẽt) reſpõdiſſe, illud apertè declarat, quòd poſtea Paulini communione & fruitus ſit, & ad Preſbyterium ſe ab eo promoueri conſenſerit. Accedit & Baſilij ad præfatum Terentium teſtimonium, nimirum: Super iſtam autem famã iterum apprehendit nos auditus, quod & fratres, qui cũ Paulino conſtituti ſunt colloquuntur aliqua Rectitudini tuæ de ea, quæ nobiſcũ (E) eſt vnitione. Nos autem dico partis hominis Dei Meletij Epiſcopi. Quos audio & litteras (has ſcilicet ad Hieronymũ de quib⁹ ſermo eſt) nunc Occidentales alium circumferre, præcipientes eos alium habere Epiſcopum Antiochenæ Eccleſiæ, reijcientes admirabilem Epiſcopum verè Dei Eccleſiæ Meletium.]

21 De ijs etiã perſecutionibus Marco Presbytero Celedenſi in quadã Epiſtola ſic proſequitur. Preſbytero Chalcidẽſi, vt habet vetus exẽplar, non Celedenſi legendum eſt; degebat enim ipſe Marcus in Syriæ ſolitudine Chalcidenſe, cũ ſequentes illi Hieronymus expoſuit quærimonias. (F) Epiſtola vero ſeptuageſima ſeptima in ordine Tomo ſecundo habetur.

22 Verſu cogor clamare vulgato. Ex Virgilio Aeneidos primo carmina accepta: Adoleſcens quippe diuinis antequã cæderetur verberibus illius ſtudio, ac cæterorum Gentiliũ fuiſſe quàm par erat oblectarum ex ipſius ſcriptis paſſim conſtat. Scripſit verò hanc ipſam Epiſtolã, ſub incolatus ſui in eremo exordio, quo iisdem tempore binas iã ſuperius citatas Damaſo Pontifici dedit Epiſtolas 57. & 58. Non ab re autem, vel a propoſito tãtulum hoc loco deflectit, quandoquidem tanta venuſtate ſibi carmina iſta commodauit, vt ea ad vitæ (G) ſuæ miſerrimum ſtatum diligẽtiſſimè explicãdũ cõpoſuiſſe magis, quã vſurpaſſe videatur.

23 Quod genus hoc hominum? Ad Arriana hæreſi polluros, hominum omnium genus teterrimum alludit.

24 Quaue hunc tam barbara morem. Certè hæc Syriæ ſolitudo (vt dictum eſt) Syros a Barbaris diſterminabat, & tamen cùm nihil prorſus ſimile ab eiſdem Barbaris Hieronymo obtigiſſet, iure optimo omni inhumanitatis genere Arrianos, Barbaros ipſos ſuperaſſe dicendum eſt.

25 Permittit patria? hoſpitio prohibemur arena. Et quis Syriæ ſolitudines vaſtiſſimas (H) fuiſſe, nihilq; in illis præter arenas, & ſerpentium copiam viguiſſe ignorat? Monachorum verò numeroſiſſimi has ideo greges impleuerant, vt ab omni humanæ conuerſationis molimine ſecuriores forent.

26 Bella cient, primaq; vetant conſiſtere terra. De concitatis in eundem certaminibus omnibus, atq; poſitis inſidijs, vt a ſolitudine expellerent, ſigillatim inferius.

27 Quæ idcirco de Gentili poeta ſumpſimus. Proh nos miſeros, cũ ad Gentiliũ exempla, cõtumeliæ nobis loco relicta non reſipiſcimus: Sic & Chriſtus Scribarum, Phariſæorumq; incredulitatẽ coercẽs, dixit: Regina Auſtri exur-

A get in iudicio cũ generatione iſta, & condẽnabit eã, quia venit a finibus terræ audire ſapientiã Salomonis: Et ecce pluſquã Salomon hic.

28 Vt qui pacem Christi non ſeruat, pacem ſaltem diſcat ab Ethnico. Pax autem ideo Chriſti dicitur, quia ipſe eſt, de quo Iſaiæ ſexto ſcribitur: Et vocabitur nomen eius, Admirabilis, Conſiliarius, Deus fortis. Paret futuri ſæculi, Princeps pacis. Eam ſiquidem ipſemet naſcens e cœlo detulit, Cantantibus tũc Angelis: Gloria in altiſſimis Deo, & interra pax hominibus bonæ voluntatis. Nobis item ſæpius annuntiauit, eùm dixit Pax vobis: Nobis. Deniq; donauit, eùm ait: Pacem meam do

Ioan. 14. Ioan. 14. vobis, Pacem relinquo vobis.

B *29 Hæreticus vocor.* Hęreticorum hoc proprium, vt Sanctos viros, Catholicosq; Patres, quorum & pręſentiam & doctrinam pertimeſcebant hæreſis infamia notarent: dum namq; ſic ab hæreticis Sancti viri probro affecti, vt ab iniuſtis ſibi maculis purgarent pro viribus contendebãt, tũc ipſi magis magiſq; tripudiabãt. Perinde S. Baſilius hæreſis accuſatus eſt, atq; Apollinariſta inſimulatus. Perinde S. Cyrillus Epiſcopus Alexãdrinus nunc Apollinariſta, nunc Sabellianus diffamatus. Certè & ipſum Summum Pontificem, Damaſum nomine, æ-

Epiſt. 57 quali fuiſſe contumelia maculatum tradit idẽ Hieronymus ad eundem ſcribens. Et quia

C vocabula non ediſcimus, hæretici iudicamur. Si quis autem hypoſtaſin dicit, alienus a Chriſto eſt, Et ſub hac confeſſione vobiſcum pariter cauterio vnionis inurimur.] Deniq; hæreticis omnibus proprio eorum nomine Orthodoxos ſugillare familiariſſimũ eſſe in Hieremiæ Cõmentarijs idẽ teſtatur Hieronymus. Vnde, inquit, & prudentiores putantur filij tenebrarũ filijs lucis in generatione hac, nobiſq; agentibus patienter, & expectãtibus miſerorũ ſalutem, pręueniunt hæretici, & nos ſuo appellant nomine ducentes cęcos cœci in foueam.

30 Homouſion prædicans Trinitatem. Ideſt vnius, eiuſdemq; ſubſtantiæ. Talis verò Hie-

D ronymi confeſſio, tanquam hæretica ab Arrianis calumniabatur, quia ipſimet conſubſtãtialitatem in Trinitate negantes, non tres Perſonas, ſed tres ſubſtantias affirmabant.

31 Sabellianæ impietatis arguor, tres ſubſiſtentes, veras, integras, perfectaſq; Perſonas indefeſſa voce pronuntians, Hoc profectò, quoniam viceuerſa Sabellius, non tres ſubſtantias, ſed Perſonas in ea ipſa Trinitate accipiebat: At quamuis Sabellius Perſonarum nomina ad Trinitatem accommodaret, eius tamen aſſertio, tanquam hæretica in Alexandrina Synodo primùm damnata fuit, quoniam Perſonas inter ſe non realiter diſtinctas, ſeu vt Sãcti Patres dicere conſueuerunt, non ſubſiſtentes, E veras, integras, & perfectas, ſed nominibus tãtùm diſtingui, ita vt Deus, ſecundùm quod vellet, modo vel Pater, vel Filius, vel Spiritus ſanctus eſſet, prædicabat.

32 Si hoc ab Arrianis meritò. Quaſi dicat: Vtinam mihi hæc poſterior ab Arrianis calumnia ſtrueretur: quandoquidẽm, eùm Catholicis omnibus, & inſenſiſſimos eos eſſe, & in Concilijs pariter damnatos conſtet, mihi vti Catholico id meritò accidere arbitrarer: At quoniam id crimen mihi ab his, qui Catholicorum nomine gloriantur obijcitur, hic animi mei dolor eſt, hæc cordis acerbitas. Vnde & ſequitur. F

33 Si ab Orthodoxis; qui huiuſmodi arguũt, fidem, Orthodoxi eſſe deſierunt. Et reuera ità eſt, quòd qui trium Perſonarum ſubſiſtentium confeſſionem in Trinitate nunc repræhenderet, illico Orthodoxi nomen amitteret. Ea tamen tempeſtate, qua Hieronymus hæc ſcripſit, haud ita fuit. Quandoquidem Perſonæ nomen in Trinitate a quamplurimis non accipiebatur, & tamen eos Catholicos fuiſſe ex modo dicendis ſatis, ſuperq; patebit.

De Hypoſtaſis, ac Perſonæ nominum acceptione apud Græcos, Latinoſq; veteres Patres.

E

MAxima Hieronymi ętate inter Orientalem, & Occidentalem Eccleſias ſuper hæc duo nomina, hypoſtaſis, videlicet, & Perſona controuerſia fuit, dum Græci ipſi Perſonę nomen, Latini verò hypoſtaſis vocabulum omnino refugerent. Hac reor ex cauſa a Perſonæ nomine Orientales abhorrebant, quòd Perſonæ vocabulum per ſe ſine aliquo adiuncto acceptum, nullam realem diſtinctionem ponere arbitrarentur: Vnde & Sabellius, qui nullam niſi nominum tantùm diſtinctionem in Trinitate (vti dictum eſt) admittebat, ſed omnino confundenbat, Perſonæ nomen accipiebat, H Latini vero e contra ab hypoſtaſis nomine recedebant, quod eiuſmodi nomen ex vetuſtiſſimo apud eos vſu, ſubſtantiæ iam ſenſum obtinuiſſet. Teſtatur id Auguſtinus libro Lib. 5. c. 8. & 9. de Trinitate dum dicere vnam Vſiam, & tres hypoſtaſes, nil aliud eſſe, quàm vnam eſſentiam, & tres affirmare ſubſtantias ſcribit. Idem ex ipſo Hieronymo Epiſtola quinquageſima ibi. Tota ſæcularium litterarum ſcola nil aliud hypoſtaſin, niſi Vſiam nouit. Et quis ore ſacrilego tres ſubſtãtias prædicabit?] Verùm in vrgentiſſima diſceptatione hac, pro Vſiæ, & hypoſtaſis germana interpretatione afferenda, Baſilius Gregorio Nyſſeno fratri

eum

A cùm de differentia vtriusq; Epistolam maxima eruditione refertam dedisset, multisq; in ea, Vsiam significare essentiam, seu substantiam in genere: hypostasin verò substantiã in aliquo subiecto, seu potius subsistentiã argumentis comprobasset, Confessionem eiusmodi sic explicatã, vti Catholicã Damasus Pontifex, teste Flauiano apud Nicephorum recepit. Quo tempore Sanctus quoq; Athanasius in Oriente Personæ nomen, nil aliud significare, quàm quod hypostasis rationibus validissimis ostendens, dissidium omne tãdem composuit. Et ita nominum eiusmodi mutua communicatione facta, Græci a Latinis Personæ nomen, B a Gręcis verò Latini hypostasis pariter receperunt. Breuiter hæc omnia Gregorij Nazianzeni testimonium explicat, quod in tantæ rei memoriam placuit afferre: Cum essentia (inquit) vna, & tres hypostases a nobis piè diceretur, quòd alterum diuinitatis naturam, alterum personarum trium proprietates declaret, ac simili quidem modo apud Romanos intelligeretur: Cæterùm ob Linguæ illius angustiã, verborumq; inopiam hypostasim ab essentia distinguere non possent, eamq; ob causam in illius locum Personarum adiunxissent nomen, ne tres substantias admittere viderẽtur. Quid tandem contigit, res profectò ridicula, vel potius miseranda. C Diuersæ fidei speciem leuis illa circa vocis sonum contentio. Hinc deinde alij Sabellij errori adstipulari visi sunt, quòd tres Personas dicerent, alij impietatem amplecti visi sunt Arrij, quod reiectis Personis, tres hypostases nominarent, quorum vtrumq; pertinax contendendi studium effinxerat. Quid postea? Cùm parua quædam (vt in contentione fieri solet) molestiæ causa semper accederet: eò tandem res adducta est, vt periculũ esset, ne Orbis terrarum fines vna cum syllabis a se inuicem distraherentur, & abrumperentur: Vtraq; parte (de Athanasio intelligens) leniter, & humaniter accersita, verborumq; sententia diligenter, & accuratè D perpensa, postquam concordes reperit, nec quantum ad doctrinam quidquam inter se dissidentes: ita negotium transegit, vt nominum vsum ipsis concedens, rebus eos constringeret] Hęc Nazianzenus. Ex supradictis igitur habes ipse Lector causam, cur Hieronymus in Trinitate Orientales, Personę nomen refugientes, quin potius impugnantes ab Orthodoxis cœpisse deficere scripserit. Quia nimirum hypostasis vocabulum apud Occidentalem Ecclesiam (cui is perpetuò addictissimus fuit) substantiæ significationem ex communi sensu fuerat consecutum. At demum ab eisdem Orientalibus Vsiæ, & hypostasis pręmissa distinctiõe, simulq; E declaratione, perpetuum deinceps super controuersia silentium indictum est.

Orat. in Laud. Athanasij.

34 *Aut si eis placet, hæreticum me cum Occidente.* Hoc est, cum Romana Ecclesia: non tantùm quippe eiusdem fidei in omnibus confessionem profitebatur, sed nouarum quoq; peregrinarumq; dictionum vsurpationem reijciebat. De sua hac cum Occidente vnione alibi scribit: Ego nullum primum nisi Christum sequens Beatitudini tuæ, idest Cathedræ Petri communione consocior, super illam petram edificatam Ecclesiam scio.] Ep. 57.

35 *Hæreticum cum Aegypto.* Aegyptus æquè & ipsa, Aegypti nimirum Episcopi, Monachi, & Orthodoxi omnes eodem tempore F cum hęc scribebat, haud inæquali a Lucio Episcopo Arriano exaggitabantur insania. Enimuero Catholici ibi omnes, vti hæretici primũ ab Arrianis damnati, mox omni crudelitatis generę exilijs, carceribus, cædibus, cruciati sunt. De his apud Petrum Alexandrinum Episcopum tunc Damaso, Occidentaliq; Ecclesiæ iunctum: Theodoretum libro quarto capit. quinto: Epiphanium, hæresi sexagesima octaua sed præcipuè Rufinum, qui & historiã sequentibus prosequitur, extant testimonia. Inde post fugas (inquit Rufinus) ciuium, & exilia, post cædes, & tormenta, flammasq; G quibus bella quiescentibus (Lucius scilicet) indicit, tria millia simul, aut eo amplius viros per totum eremum secreta, & solitaria habitatione dispersos, oppugnare pariter aggreditur: mittit armatam equitum, & peditum manum: Tribunos, præpositos, & bellorum duces, tamquam aduersus barbaros pugnaturus eligit; Qui cùm venissent nouam belli speciem vident, hostes suos gladio obiectare ceruices, & nihil aliud dicere, nisi: Amice, ad quid venisti? Per id tempus Patres Monachorum vitæ, & antiquitatis meritò Macharius, Isidorus, aliusq; Macharius, atq; Heraclides, & Pãbus Antonij discipuli per Aegyptum, & maximè in Nitriæ deserti partibus habebantur, H viri qui consortium vitę, & actuum non cum cæteris mortalibus, sed cum supernis Angelis habere credebantur. Quæ præsens vidi loquor, & eorum gesta refero, quorum in passionibus socius esse promerui.] Hæc Rufinus. Quamuis postrema verba ex iactantia addita, atq; ab eodem commentata exclamet Hieronymus. Hoc pariter tempore in ijsdem Syriæ partibus celeberrimos Aegypti Monachos, Iulianum, Aphraatem, Auitum, Marcianum, Abundium, & alios quàmplures, qui eadem ex causa inde recesserant floruisse auctor est Theodoretus. De ipsis scribens ad Damasum Hieronymus loquitur: Hic collegas tuos Aegyptios

Ruf. lib. 2 cap. 3. & 4

Matt. 26.

Lib. 1. ap. cap. 1.

Theod. lib. 4 c. 16

tios

A tios confessores sequor, & sub onerarijs nauibus, parua nauicula delitesco.

36 Hoc est, cũ Damaso, Petroq́, condemnent. Ad declarationem prædictorum addita.

37 Et infrà. Quotidie expo∫cor fidem, quasi ∫ine fide renatus ∫im. Solent in huiusmodi interrogationibus hæretici, qui Apostolorum, & Patrum traditiones, & scripturarum doctrinam soli tenere se iactant, non studio cognoscendi, vel discendi prosilire, sed in similitudinem Pharisæorum animo, vel calumniandi, vel simplicium fratrum corda decipiendi ab illis fidem exposcere. Nec ijs semel tantùm Orthodoxos fuisse percunctatos sufficit, atro siquidẽ

B intus veneno exæstuantes contra veritatem, contra fidem continuo motu raptantur: semper de fide loquuntur, quia semper ad contentiones, pugnasq́; parati sunt. De illis Apo

2.Tim.3. stolus loquitur. *Sicut enim Iamnes, & Mambres, re∫titerunt Moy∫i, ∫ic i∫ti re∫i∫tunt veritati; homines mente corrupti, reprobi circa fidem.*

38 Confiteor, vt volunt, non placet: Compulsus Hieronymus ad fidei suę Confessionem exhibendam in promptu est: sed mox scriptis edita, non placet, quippe quæ ab eorum falsis dogmatibus toto coelo diuersa. Schedulas eiusmodi confessionum quàm plures aliorum Sanctorum Patrum in Ecclesiæ turbulentijs

C aduersus hæreticam prauitatem olim edidisse, passim ex historijs habetur.

39 Sub∫cribo, non credunt. Hoc est, propria manu eiusmodi confessionis forma signata, contentis atq; in eadem explicatis non credunt. De hac ipsa a se edita subscriptaq́; fidei Confessione, paulò infrà ita loquitur. De fide autem, quam dignatus es scribere, Sancto Cyrillo dedi conscriptam fidem, qui sic non credit alienus a Christo est.

40 Vnum tantùm placet, vt hinc recedam. Huc superius ex Virgilio allegata verba spectant: Bella cient, primaq́; vetant consistere terra. Quorum enim non valuerunt sustinere

D congressus, eos omnes fuga exilijs, cædibus insectati sunt,

41 Iam iam cedo. Quò verò ex eremi huius abscessu profectus sit, & quæ ei simul acciderint, iam supra capite quarto explicatum est.]

42 Abruperunt partẽ animæ meæ, chari∫∫imos fratres meos. Multitudinis charitatis vinculo copulatæ cor vnum, & animam vnam esse in Domino scribitur in Actibus Apostolorum. Iure ergo optimo Hieronymi anima sociorum abscessu distrahitur, quæ antea charitatis glutino copulabatur. Vnde, & alibi legimus: Sit amicus eadem anima: Et Lyricus pro amico deprecans: Serues (inquit) animæ dimidium meæ. Hinc Cato senior: Amantis ani- E
mum in alieno corpore viuere sæpius iactare solebat: Quod hodie quoq; celebratur: Animam illic potius esse vbi amat, quam vbi animat.

43 Ecce di∫cedere cupiunt, imo di∫cedunt: Qui videlicet omnes: suis tractatibus atq; Epistolis solitudinem elegerant.

44 Melius e∫∫e dicentes inter feras habitare, quàm cum talibus Chri∫tianis. Hæretici quoq; Christianorum appellatione veniunt, quia & ipsi Baptismi Sacramento dudum abluti Christum profitentur, & Euangelium. At super se væ sempiternum habent, quia recesserunt a Deo, & reliquerunt Creatorem suum, qui re- F
demit eos sanguine suo. De quibus & Dominus per Oseam loquitur. *Væ ijs, quoniam* Ose.7.
rece∫∫erunt a me: va∫tabuntur quia præuaricati ∫unt in me. Ego redemi eos, & ip∫i locuti ∫unt contra me mendacia. Et non clamauerunt ad me in corde ∫uo, ∫ed vlulabant in cubilibus ∫uis.

45 Ad de∫erta deinde loca ∫ic latus, accinctusq́, ∫ece∫∫it, vt volaſſe illum magis crederes, quàm mea∫∫e. Ex vita Pauli phrasis desumpta: Referebat postea Beatus Antonius, tanta se velocitate, quod reliquum erat viæ eucurrisse, vt instar auis peruolasset.] Et supra in vita Paulæ: De Pelusio Maiomam nauigatione præueniens, tanta velocitate reuersa est, vt G
auem putares] Certè si duobus hisce, intellectu nimirum, & voluntate iusti in coelum vsq; per contemplationem conscendunt, Quid inde absurdi, Hieronymũ toto mentis impetu ad Sanctorum venerationem locorum raptum, volasse magis, quàm migrasse? Duas verò Syriæ solitudines, iam supra distinximus. Haotenus de priori, nunc de posteriori, quæ tum propter situs horrorem, tum ob monstrorum multitudinem adeo inculta, relictaq́; fuit, vt omnibus penè esset incognita, tractationem instituit.

46 Qualiter autem ∫e ibi affligendo, noxias etiam in ∫e cogitationes extinxerit: Aptè prauæ H
mentis cogitationes hominem, ni diligentissima cor seruet cautione accẽdunt, cum ignis sint, qui in Iob ad perditionem vsq; deuorasse refertur. Hæ quippe primum quasi quædam scintillæ humanum corpus inflammant, mox in latissimum excurrentes incendium illud cũ misera anima in vltimam vsq; perniciem pertrahunt. Huius profectò ignis scintillæ voluntaria (vt in textu dicitur) corporis afflictione extinguntur, cùm pœnitentię opus quodcunq; vt aqua se habeat, de qua per Prophetã sermonem ingerit Dominus: Laua a malitia Hier.4.
cor tuum Hierusalem.

47 Qualiter quoq; vi∫itationẽ Dñi meruerit.

Non

A Non eo quidem sensu, quo cùm peccata castigat ad emendationem, visitare idem dicitur: sed ideo a Deo inuisus Hieronymus. quod noui collatione muneris, gratiæ, & beneficij auctus sit. Vnde & subditur.

48 *Ita vt sæpe Choris interesset Angelicis, eiusdem Hieronymus ad Eustochium scripta testatur Epistola. Audi filia, in qua inter alia sic scribit.* Quis incomprehensibilem hoc loco Omnipotentis Dei prouidentiam, qua & imperscrutabili consilio Vniuersum regit, cunctaq́; ad nostram salutem disponit (etiã si aliquando secus nobis videatur) non contempletur, non colat? Hæreticorum en turbis
B vndiq; exaggitatus Hieronymus querelas iacit: iouitus eremum deserere cogitur: proficuum sibi loci eiusdem incolatum, infelicẽ ex eo traiectionem opinatur. Et tamen id totum Dei consilio agitur; Vt eum nimirum maioribus cumularet: ad gloriosiora dirigeret. Sanè non ita facilè indulta omnia, prærogatiuæq́; singulares, quibus affectus fuit enumerari possunt. At hoc vnum afferre impræsentiarum sat sit. Belliceis quibusdam armis Dominum, pharetraq́; ioptimis ac iaculis, quibus vel suos interdum profundo sopore demersos excitet, vel tumescentes aduersarios optimat præditum, indutumq́; esse nul-
C lus ex sacris scripturis ignorat: Idcirco enim & exercituum Dominus dicitur, & de eo-
Is. 49. dem Isaias loquitur: *Possuit me quasi sagitam electam, & in pharetra sua abscondit me.* At quænam tela ista sint, undeue colligantur, non ita forsitan omnes norunt. Dicamus igitur nos, sagittas eiusmodi Sanctos Apostolos, Ecclesiæq́; Doctores esse, quæ huc atq; illuc currentes, nunc excitant, nunc confodiũt, nunc vulnerant, nunc interrimunt. His vul-
Cant. 5. nerata in Canticis sponsa: *Inuenerunt me,* inquit, *custodes, qui circumeunt Ciuitatem & vul-*
Psal. 30. *nerauerunt me.* Et Dauid in Psalmo: *Versatus sum in miseria, cum insigitur mihi spina.*
D Regina quoq; Austri, Salomonis sapientia longè iaculata, præsens non habuit vltra spiritum, cùm plus conspexit, quàm ei fama narrauit. De eisdem iaculis aduersus hæreticos
Psal. 17. contortis Regius Psaltes cecinit: *Misit sagittas suas, & dissipauit eos, fulgura multiplicauit, & conturbauit eos.* Non aliunde verò eamet, quàm ex proprijs creaturis Deus assumit: vt idcirco, non tantùm Ecclesiæ hostes, sed & Dæmones quoq; magis confun-
E dat, obturbet. Sic & Apostolus, inquit: *Infirma mundi elegit, vt fortia queq́; confundat.* 1. Cor. 1.
Igitur altissimo quidem consilio Hieronymũ ad hoc idem munus, eminentissimumq́; opus idem Deus Optimus Maximus assumere volens, non inter sæculi tumultus, non inter populorum turbas, aut impiorum hominum frequentiam, sed ex his omnibus paulisper eo subducto, illum sibi complacuit eligere: Mox tanquam sagittam in pharetra in abscondito faciei sue, a conturbatione hominum recondens, tanta illum demum virtute dimisit, vt & illius ictibus multorum corda transfixerit, & mortis ipsius vasa con- F
fregerit, Viodictam fecerit in nationibus, Psal. 140.
increpationes in populis. De eiusmodi sagittis in Psalmo dicitur. *Sagitta tua acuta* Psal. 44.
potentissimè. Et quidem quæ Hieronymo sagitta potentior, quæ per vniuersum Orbem rapidissimo cursu volitans, & fulguris impetum, & gladij acutissimi ictum retinuit? fulgur sanè extitit, dum extollentem se aduersus Deum Babylonicam turrim funditus euertit. Gladius verò bis acutus, dum ad intimam vsq; præcordiorum diuisionem penetrauit. Cæterũ cũ arma hæc antequam a pharetra Domini euaginentur prius igne probari, imo tamquàm carbones accendi perhi-
beantur, iuxta illud: *Sagitta potentis acuta,* E Psal. 116.
cum carbonibus desolatorijs. Et: *Sagittas suas* Psal. 7.
ardentibus effecit. Optimo simol iure idemipse Hieronymus, ne vel ipsis hostibus cederet, vel aduersus eosdem interdum defficeret, intentissimo prius igne examinatur, conflatur, exacuitur, Illo (inquã) igne de quo dicitur. *Igne me examinasti, & non est* Psal. 16.
inuenta in me iniquitas. Deniq;
quàm munda, quàm casta, H
quamq́; admiranda eius vitæ probatio processerit, sequenti capite ex proprio eius testimonio describitur.

A E

De Vita Hieronymi in posteriori solitudine austeritate. Cap. VIII.



VIA 1 impossibile est in sensum hominis non irruere innatum medullarum ca-
lorem, 2 ille laudatur, ille prædicatur beatus, qui vt cœperit cogitare sordida
3 statim interficit cogitata, 4 & allidit ad petram: 5 Petra autem Christus
est. 6 O quoties ego ipse in eremo constitutus, 7 & in illa vasta solitudine,
8 quæ exusta solis ardoribus 9 horridum monachis præstat habitaculum,
10 putabam me Romanis interesse delicijs. 11 Sedebam solus, 12 quia ama-
ritudine repletus eram. 13 Horrebant sacco membra deformia, 14 & squa-
lida cutis situm Aethiopicæ carnis obduxerat. 15 Quotidie lacrymæ. 16 Quotidie gemitus:
27 Et si quando repugnantem somnus imminens oppressisset. 18 nuda humo vix ossa hærentia
collidebam. 19 De cibis verò & potu taceo, 20 cum etiam languentes Monachi aqua frigida
B vtantur, & coctum aliquid accepisse, luxuria sit. 21 Ille igitur ego, qui ob gehennæ metum 22 F
tali me carcere ipse damnaueram. 23 scorpionum tantum socius, & ferarũ 24 sæpe choris inte-
reram puellarum. 25 Pallebant ora ieiunijs, 26 & mens desiderijs æstuabat in frigido corpore,
27 & ante hominem sua iam carne præmortuum, sola libidinum incendia bulliebant. 28 Itaq;
omni auxilio destitutus ad Iesu iacebam pedes: 29 rigabam lacrymis, 30 crine tergebam,
31 & repugnantem carnem hebdomadarum inedia subiugabam. 32 Non erubesco confiteri in-
infelicitatis meæ miseriam: 33 quin potius plango me non esse quod fuerim. 34 Memini me
clamantem diem crebrò iunxisse cũ nocte, 35 nec prius a pectoris cessasse verberibus, 36 quàm
rediret, Domino imperante tranquillitas. 37 Ipsam quoq; cellulam meam, quasi cogitationum
mearum consciam pertimescebam. 38 Et mihimet iratus & rigidus, 39 solus deserta penetra-
bam. 40 Sicubi concaua vallium, 41 aspera montium, 42 rupium prærupta cernebam, ibi
meæ orationis locus, 43 ibi illud miserrimæ carnis ergastulum. 44 Et vt ipse mihi testis est Do-
minus: 45 post multas lacrymas, post cœlo inhærentes oculos; 46 Nonnunquam videbar mihi in-
teresse agminibus Angelorum. 47 Et lætus gaudensq; cantabam: 48 Post te in odorem vnguento-
C rum tuorum curremus. G

COMMENTARIVS.

Aures illas, eosq; oculos, quos & erigere, & aperire in Euangelio iubemur. Qui habet aures audiendi audiat. Et in Psalmo: Audi filia & vide: De quibus & per Isaiam Dominus conqueritur: *Quis est cæcus, & quis est surdus nisi populus meus, qui apertos habet oculos, & non videt: qui apertas habet aures & non audit?* Aures (inquam) istas, istosq; oculos infelix Rufinus habens, nec tamen Spiritus sancti vocem audiens, aut eius mysteria

Luc. 8.
Is. 42.

D oculis mentis intelligens asperum ab Hieronymo retentum perpetuò vitæ genus libro primo Inuectiuarum suarum ore vipereo ita calumniatus est: Pœnitentiam agens, quod hæreticus fueris, benefacis; quid ad me, qui nũquam hæreticus fui? Pœnitentiam agis pro errore, rectè facis, si tamen ipsam pœnitentiam legitimè geras, non accusando, sed deprecando, non condemnando, sed flendo: Nam quæ pœnitentiæ veritas est, vbi indulgentiæ decretum ipse sibi pœnitens dictat? Qui pœnitet pro his quæ malè locutus est, vulnus suum non iterum male loquẽdo curat, sed silendo.] Hæc Rufinus. Quod vt in quos vsq; fines detestabile odium, hæreticaq; perfidia erumpat intelligamus, silentio prætereundum non est, eundem Rufinum, tum vt Sanctissimũ virum perpetua notaret infamia, tum vt sacris litteris apud Catholicos omnes prorsus derogaret, sub eiusdem Hieronymi Epistolam (o atrox, & inauditum scelus) effinxisse, eamq; per totum terrarum Orbem trãsmisisse, in qua illum, ideo solitudinibus atq; Monasterijs inclusum pœnitentiæ operibus castigatum effutiebat, quod temeraria interpretatione sacros codices, Hebræorum somnia, atq; deliria H sequendo adulterasset. Hæ proculdobio antiquæ Satanæ artes sunt, quas ab exordio vsq; in fidei nostræ perniciem congerere cõtendit, dũ sub nomine quoq; Gentium Prædicatoris, falsas æquè per suos ministros huc atq; illuc trãsmittebat Epistolas. Vt propterea sæpius omnes Christifideles in eo summopere cautos fore idẽ monuerit: *Videte*, inquiens, *qualibus litteris scripsi vobis mea manu*. Et alibi. *Rogamus autem vos fratres per aduentũ Domini nostri Iesu Christi, & nostræ cõgregationis in ipsũ, vt nõ citò moueamini a vestro sensu, nec terreamini, neq; per spiritum, neq; per sermonem, neq; per Epistolam, tanquam per nos missam, quasi instet dies*

Galat. 6.
Tess. 2.

De-

A *Domini, ne quis vos seducat vllo modo*. De hoc
falso sibi obiecto crimine Hieronymus libro secundo capite septimo in eundem Rufinum ita
meminit. Scribit frater Eusebius, se apud Afros
Episcopos, qui propter Ecclesiasticas causas
ad comitatum venerant, Epistolam quasi meo
scriptam nomine reperisse, in qua agerem
pœnitentiam, & me ab Hebræis in adolescentia inductum esse testaretur, vt Hebræa volumi-
Matt. 18. na in Latinum verterem, in quibus nulla sit
veritas. Quod audiens obstupui, & quia in
ore duorum, vel trium stat omne verbum:
vniq; testi, nec Catoni creditum est, idipsum
multorum me ex Vrbe fratrum scripta docuerunt, sciscitantium, an ita se haberet, & a quo
B ipsa Epistola disseminata esset in vulgus, lacrymabiliter indicantium. Qui hoc ausus est
facere, quid aliud non audeat? Bene quod
malitia non habet tantas vires, quantos conatus: periret innocentia, si semper nequitiæ
iuncta esset potentia; & totum, quidquid cupit calumnia, præualeret. Stylum meum qualiscunq; est, & formã eloquij vir disertissimus
exprimere non potuit: sed & inter ipsas præstigias, & alterius personã, qua se fraudulenter
induerat quis esset, ostẽdit.] Hæc ille. Verùm
Sanctorũ Patrũ dicta, nec non vniuersalis Christi Ecclesiæ super eosdẽ a Hieronymo translatos codices decreta, supra capite quarto relata
C satis superq; a calumnia eundem eximere videntur. Cæterùm causa huius in eremum ingressus æquè superius allegata est, & in libro
aduersus errores Ioannis Hierosolymorum
Episcopi in hunc iterum modum assumitur:
Satis multo dormisti tempore, qui post annos
tredecim, nunc excitatus hæc loqueris: ob id
enim & ego Antiochiam, & Vincentius Constantinopolim, vrbes celeberrimas deseruimus,
non vt te in populis prædicãtem laudaremus,
sed vt in agris, & solitudinibus adolescentiæ
peccata deflentes Christi in nos misericordiam
deflecteremus.] Deniq; eiusdem ingressus tempus ex eo deducimus, quod Hieronymum qua-
D driennij spacio, ex communi scriptorum sententia in ipsa egisse, sequenti capite dicturi sumus. Cæterùm egressus, ea ea Baronius trecentesimo septuagesimo octauo Christi anno
rectè assignat, igitur ingressus in eandem in
Domini annum trecentesimum septuagesimũ
quartum incidit: qui & ætatis eiusdem quinquagesimus secundus numeratur. Sed ad textum accedamus.

1 *Quia impossibile est in sensum hominis non irruere innatum medullarum calorem.* Hac Hieronymi pœnitentiæ explanatione, veri perfectiq; Monachi exemplar ob oculos ponitur;
eaordium autem idem ipse a carnis castigatione sumens inquit. [Quia impossibile] Ver- E
ba libelli de custodia virginitatis ad Eustochiũ
sunt. Sẽsus aũt dictio, licet ad interiores aliquãdo extendatur, præcipuè tamen, ac propriè refertur ad exteriores. Iuxta hanc sensus acceptionem sumitur nunc [in sensum hominis]
Porrò impossibilitatis Hieronymus rationem
afferens, ad Furiam de Viduitate seruanda scribit: Omnia alia peccata extrinseca sunt, &
quod foris est facilè abijcitur: Sola libido insita est, & quadam lege naturæ in coitum gestit erumpere. Grandis igitur virtutis est, &
sollicitæ diligentiæ superare quod natus sis, &
in carne, non carnaliter viuere] Apostolus itẽ Gal 5.
loquitur: *Caro concupiscit aduersus spiritum,* F
*spiritus autem aduersus carnem: hæc enim sibi inuicem aduersantur, vt non quæcunq; vultis hæc
faciatis*. Deniq; si astra in conspectu Dei non Iob. 20.
sunt munda, *Quis hominum gloriari potest castum se habere cor*: vel ad cuius mentem per Prou. 25.
oculorum fenestras mors concupiscentiæ non
introibit? Et (vt parum dicam inquit Hiero- 1. Io. 5.
nymus) animi titillatio? Mundus enim in ma- Gen. 8.
ligno posit⁹ est, & a pueritia appositum est cor
hominis ad malum: vt ne vnius quidem diei Iob. 14.
a natiuitatis suæ exordio sine peccato sit humana conditio, Vnde & Dauid confitetur in Psal. 50.
Psalmo: *Ecce enim in iniquitatibus conceptus
sum, & in peccatis concepit me mater mea*. Non
in iniquitatibus matris meæ, vel certè meis, sed G
in iniquitatibus humanæ conditionis. Vnde,
& Apostolus dicit: *Regnauit mors ab Adam* Rom. 5.
vsq; ad Moysem, etiam super eos, qui non peccauerunt in similitudinem præuaricationis Adæ.
Igitur incẽtiua vitiorum in corde torrens sunt,
quem Sanctus Propheta Ezechiel, & cum eo Ezech. 47
omnis humana natura pertransire non potest,
vt propterea etiam dicat. *Et mensus est mille
torrentem, quem non potui pertransire, quoniam
intumuerant aquæ profundi torrentis, qui non
poterat transuadari*.

2 *Ille laudatur, ille prædicatur beatus, qui vt cœperit cogitare sordida*. Sanè cogitare mala,
& non cogitare, non esse in nostra potestate H
alibi idem testatur: Ego (inquiens) noui conscientiam meam, scio, qualibus cogitationibus
cor meum fluctuat, scio, quantæ mihi libidines In Ps. 14.
veniunt, & video aliam legem repugnantem
menti meæ, & captiuantem me in lege peccati, propterea dico: *Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Et propterea Rom. 7.
dico: *Ab occultis meis munda me, & ab alienis
parce seruo tuo*. Non est meum, quod patitur: nolo cogitare mala, & cogito. Nolo cogitare malum, & quasi inuitus, & captiuus in
malam cogitationem trahor.] Cum ergo nullus ab eiusmodi cogitationibus immunis sit, &

liber

A liber, Ille iure optimo laudatur, ille prædicatur beatus, qui vt cœperit cogitare ſordida, ſtatim interficit cogitata.

3 Statim interficit cogitata. Idem paulò ſuperius: Noo ſioas cogitationem creſcere: dum paruus eſt hoſtis interfice. Et quidem in hoc nobis Dei prouidentia non defuit, quandoquidem ne forte ex cogitationum importunitate oostri turbaretur libertas arbitrij, & non eſſet iuſta cauſa Iudicij, Ideirco benignis Angelis, & amicis Poteſtatibus omnium noſtrum curam mandauit, vt cùm illæ quaſi fraudulentæ vulpes nos incurſare cœperint dextris illicò auxilijs nos ſubleuent. Deniq; Deus pri-B mos, ac ſecuodos ſtimulos cogitationum, quas Græci *προπαθείας* vocant, ſine quibus nullus hominum eſſe poteſt nequaquam punit: ſed ſi cogitata, quis facere decreuerit, aut ipſa quæ fecerit, noluerit corrigere pœnitentia. Igitur meritò beatus, qui voà cum Aogelis Sanctis pugnans, ſtatim, nullaq; interpoſita mora hoſtem interficit: Vera quippe fides moram non patitur: Quod ſi in ipſis ioitijs hoſtem, dum facilè abijci poteſt ſuſtinet, paulatim illi dominatur, mox illius frequentatiooe miſerum ducens ad conſenſum, cor tandem inuadit, & ſic C demum io Gehennam pertrahit.

4 Et allidit ad petram. Ex Pſalmo centeſimo trigeſimo ſexto allegoria deſumitur. Paruulos autem allidere ad petram, primos peccati motus, primaſq; cogitationes eſt io Chriſto frangere.

5 Petra autem Chriſtus eſt. Ad carnis impetus reprimendos Chriſti paſſionis memoria ſaluberrimum remedium eſt: Vnde & in Pſal-Pſal.103. mo dicitur: *Petra refugium Leporibus*, ſeu erinacijs. Ad hanc petram nos Sanctus Iſaias Iſa. 5. mittit dicens: *Ingredere in petram, abſcondere in foſſa humo*: Chriſti enim latus, & lancea perfoſſum eſt, & manus, ac pedes clauis terebrati. Qui ergo ad hanc petram timidus confugit, ſe-D curus eſt, ex eaq; vires aſſumens glorioſus de hoſte triunphat. Sic Dauid teſtatur: *In petra* Pſal.43. *exaltaſti me*. Et Moyſi præceptum eſt. *Sta in* Exod.3. *foramine petræ. & poſteriora mea videbis*. Deniq; & populus bibebat de ſpiritali conſequen-1.Cor.10 te eos petra: *petra autem erat Chriſtus*. Cur verò toties in ſacris litteris Saluator Dominus petra dicatur, ex Daniele propter fortitudinẽ, & robur eius, quo omnia regna mundi contri-Dan. 2. ta ſunt, id accidere declaratur: *Abſciſſus eſt* inquit *lapis de monte fine manibus, & percuſſit ſtatuam in pedibus ſuis ferreis, & fictilibus, & comminuit eos*. Iſaias verò, quod in fundamentis Eccleſiæ immiſſus ſit, lapidem eũdem vocauit: Iſa.28. *Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, precioſum fundatum fundamine*. Quod & Apoſtolus confirma- E uit dicens: *fundamentum enim aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, quod eſt* 1.Cor.3 *Chriſtus*. Alibi ſcandali, & offenſionis eundem petram teſtatus eſt: *Ecce ego ponam in* Rom.9. *Sion lapidem offenſionis, & petrã ſcandali, & omnis, qui credit in eo non confundetur*. Tandem petra Chriſtus eſt, quia in deſerto ſciſſa, oon aquas tantùm, ſed oleum, melq; pariter fudit. *Vt ſugeret* (inquit Moyſes) *mel de petra, ole-* Exod.5. *umq; de ſaxo duriſſimo*. Et Iob. *Quando lana-* Iob.39. *bam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi riuos olei*,

6 O quoties ego ipſe in eremo conſtitutus. Erem⁹ proprium Monachorum habitaculum. F Vnde & ad Paulinum: Si autem cupis (inquit) eſſe quod diceris, Monachus, ideſt ſolus, quid facis in Vrbibus, quæ vtiq; non ſunt ſolorum habitacula, ſed multorum? Et ad Heliodorũ. Interpretare vocabulum Monachi, hoc eſt nomen tuum. Quid facis in turba, qui ſolus es: noo tibi eadem cauſa, quæ cæteris. Sed & Monacho ſolitudo conuenit, quoniam Mooachus iugis pœnitentiæ operibus deditus ſe ipſum iuxta Apoſtoli præceptum *mortificare* dicitur. Imo trium votorum emiſſione, quaſi tribus acutiſſimis clauis ſe ipſum in aguſtia cruci-figere, excelſoq; Deo Io holocauſtum offerre G aſſeritur. De cuius ſacrificio dicitur. *Immo-* Pſal.49. *la Deo ſacrificium laudis, & redde Altiſſimo vota tua*. Et alio in loco. *Reddemus tibi vitulos la-* Oſſ.14. *biorum noſtrorum*. Et rurſum. *Sacrificium Deo,* Pſal.50. *ſpiritus contribulatus*. Cæterùm quoniam ſacrificium huiuſmodi acceptabile, pingue, & mundum, quippe quod Chriſti ſanguine redemptum ſit in Aegypto offerri non poteſt, iure optimo ad ſolitudinem confugiendum eſt, vt illic Altiſſimus honorificetur. Sic & Pharaoni per Moyſem præceptum eſt: *Dimitte* Exod.7. *populum meum, vt ſacrificet mihi in deſerto*. Et patri Abraham dictum eſt. *Tolle filium tuũ, quem diligis Iſaac, & vade in terram viſionis,* H *atq; ibi offeres eum in holocauſtum ſuper vnum montium, quem monſtrauero tibi*. Pro qua viſionis terra, eam procul dubio de qua Dauid in Pſalmo: *In terra deſerta, & inuia, & inaquoſa, ſic in Sancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam*, accipiendam eſſe nemo ignorat.

7 Et in illa vaſta ſolitudine. Aptiſſimè quidem vaſta, cum ad latiſſimas vſq; Saracenorũ regiones protendatur, cùm illiſq; iungatur, quemadmodum alibi dictum eſt,

8 Quæ exuſta ſolis ardoribus. Tertium additur, quod ad perfectionem, conſummationemq; omnis ſacrificij requiritur, ignis videlicet. Enimuerò ſacrificiorum carnes incendi

olim

A olim consueuisse, omnis scriptura commemorat. Imo non quolibet igne, sed cœlesti præsertim primitus inflammatas fuisse ex Genesis quarto facile deducitur. *Et respexit Deus super Abel, & super munera eius: super Cain vero, & super Sacrificia eius non respexit*: quem locum vertens Theodotion, inquit. *Et inflammauit Dominus super Abel, & super sacrificium eius: super Cain vero, & super sacrificium eius non inflammauit.* Id
Par.7. quod apertius ex secundo Paralipomenon libro, cùm nimirum dedicatio templi a Sa-
3.Reg.8. lomone fieret. Et tertio Regum, quando Elias in Monte Carmelo Altare construxit, habetur. Igitur aptissimo vastæ solitudinis loco delecto, victima simul ibi composita,
B Monachus qui sacrificans, & sacrificium est, meritò solis ardoribus exponitur, vt ad præsentiam veri solis iustitiæ, nunc tentationum, nunc angustiarum, nunc mortificationum igne accensus probatusq; dignum & acceptabile sacrificium fieri mereatur. Et quidem in sole isto, qui nunquam nouit occasum duo esse, lucem nimirum, & calo-
Io.1. rem ex sacris litteris habetur. Lux? *Erat lux vera quæ, illuminat omnem hominem venien-*
Io.3. *tem in hunc mundum*. Et. *Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tene-*
Luc.12. *bras quam lucem*. Calor vero? *Ignem veni*
C *mittere in terram, & quod volo nisi vt ar-*
Deut.4. Ad Heb. 12. *deat*. Et alibi. *Deus ignis consumens est*.

Vtroq; autem Monachi Sacrificium perficitur. Calore quidem, quia quidquid vitiorum, huiusq; sæculi solicitudinum in eo reperitur, aduritur: quidquid ex carnis corruptibilis terra infecunda tribulorum ac spinarum producitur, statim consumitur: Quidquid deniq, terrenæ fecis concretum est eius virtute omnino dissoluitur. Luce demum illustratur, quia ad illius præsentiam, quasi Lyncæis oculis Monachus attente sub Sole creato rapidissimo cursu defluere, omniaq; vanitates vanitatum esse pros-
D piciens erumpit & clamat. Tu es lux, qui dixisti: *Ego sum lux mundi*. Tu es veritas,
Io.8. qui nunciasti: *Ego sum via, veritas, & vita*; qui oculos mentis meæ illuminasti *ne vnquam obdormirem in morte*; quin potius mundi vanitates, & insanias falsas deprehendens sequerer te veram vitam per mortificationem passionum, ac per te viam veram festinarem ingredi in requiem tuam.

9 *Horridum monachis præstat habitaculum*, Caterùm, quod [horridum] scribatur, ab Hieronymo primum [torridum] fuisse scriptum arbitror: Quę lectio ad eiusdem solitu-

E dinis descriptionis verba, videlicet [exusta solis ardoribus] aptius conuenire, non est qui non intelligat. Cecinit & iuxta hanc lectionem ita Cęlius.

Arua Palæstino petijsti torrida cancro.

10 *Putabam me Romanis interesse delicijs*. Bellum quo Monachi in solitudine conflictari solent, ex phantasia potissimum trahere videtur originem: Quandoquidem ex ipsorum phantasmatum, & imaginum impressione, tam grandis interdum tempestas excitatur, vt Prophetæ dictum impleatur: *Dedit* Nab. 3. Gen.7.
abyssus vocem suam. Et. *Rupti sunt fontes abyssi, & cataractæ cæli apertæ sunt*. Non tan- F
tis ventorum conatibus maris profunda turbantur, vel pluuijs, nubibusq; aer miscetur, quantis multiformis spectaculis, horribilibusq; monstris Monachorum, cæterùmq; Dei seruorum mens distrahitur. Vix solitudinis fines attingunt, quòd innumerabilibus illico imaginationum congressibus oppugantur, ac nisi cum illis esset in tribulatione, pax vtiq; illa de qua scribitur: *Et factus est in pace locus eius*, procul dubio periclitaretur. Verum qui hisce eosdem seruos exerceri ac probari patitur congressibus, tam benigno paulò post erigit atq; recreat solatio, vt soli qui dulcedinis eius suauitatem experti sunt G
satis id totum explicare valeant.

11 *Sedebam solus*. Idem ex Hieremiæ capite decimoquinto: *Non sedi in Concilio ludentium: Solus sedebam, quia amaritudine repleſti me*. Sedere autem luctui magis congruit, quam stare. Vnde Isaias. *Sede tacens, & intra tenebras filia Caldeorum, quia non vocaberis vltra domina regnorum*. Meritò ergo Monachus, qui non docentis, sed plangentis habet officium sedet: & solus sedet, quia solitarij vocabulum habet. Sed nec ipsa solitudo a pœnitentiæ mysterio discrepat: quia & nunc homines cùm mœrent frequentias declinare, remotaq; lo- H
ca deligere consueuerunt. Vel dicamus. Monachum ideo sedere debere, quia meliorem, imò optimam cum Maria partem elegit: vt ergo nomen consonum sit rei, cum eadē dies omnes, ac noctes contemplationi impendat: secus pedes Iesu sedeat, eos nunquam dimittat, teneat semper compunctionis lachrymis lauet.

12 *Quia amaritudine repletus eram*. Ipsa pœnitentia animæ amaritudo est de qua scribitur: Cor quod nouit amaritudinem animæ suæ, in gaudio eius non miscebitur extraneus.

Ce Hanc

A Hanc Deo gratissimam omnes Sancti in præ- Prou.14. senti vita certò scientes, summo illam studio prosecuti sunt. Et certè quid dulcius melle? Illud tamen a sacrificijs repulit Deus, quia apud eum nil voluptuosum, nil suaue placet, nisi quod in se habeat mordacis aliquid: Exod.12. Vnde & Pascha cum amaritudinibus manducatur.

13 Horrebant sacco membra deformia. Saccus, qui deformia membra reddit, cilicium est, de quo Threnorum secundo dicitur: *Imposuerunt puluerem super caput suum, accinti sunt saccis.* Vbi vulgata nostra legit editio, consperserunt cinere capita sua, accinti sunt cilicijs. B Pœnitentię autem, & mœroris (quæ Monachi propria sunt) saccum habitum esse ex sacris litteris habetur: Ion.3. Ac pœnitentiæ quidem in Iona legimus: *Operiātur saccis homines & iumenta, & clament ad Dominum in fortitudine, & cōuertatur vir a via sua mala.* Et in ipso Hieronymo: Ep.38. Ego insignia paupertatis, & quotidianæ symbola pœnitentiæ, tibi, & sorori tuę misi quatuor ciliciola apta proposito, & visibus vestris.] Apoc.6. Pro męrore verò atq; męstitia accipitur in Apocalypsi: Is. 50. *Et factus est sol niger tanquam saccus cilicinus.* In Ionæ Cap.3. Et in Isaia. *Induam cælum sacco.* De sacco insuper atq; ieiunio, hęc nos idem Hieronymus monuit dicens: Saccus & ieiunium arma sunt pęnitentiæ, auxilia peccatorum. Et si vnū e duobus necessarijs subC trahendum est, magis ieiunium absq; sacco, quam saccū eligam absq; ieiunio. Cæterùm quibus pęnitentia præcipitur consequenter ad ieiunium saccum copulant, vt inanis venter, & habitus luctuosus, ambitiosius Dominum deprecentur: Felix Hieronymi saccus, Regumq; purpura longe gloriosior, qui (vt a quamplurimis memoriæ proditum est) & mortuos reuocauit ab vitam, & nefarias, pestiferasq; hæreses propria virtute fugauit.

14 Et squalida cutis situm Aethiopica carnis obduxerat. Qui peccatorum sordes vera intus abluit pęnitentia, forinsecùs procul dubio Aethiopis pellem induere dicitur, quoD niam totus mętore, luctu, & amaritudine, veluti obscurissimo quodam pallio contegitur. Vel Aethiopicæ carnis situ obducitur, quia castigans corpus suum, & in seruitutem redigens tunsionum frequentia, verberumq; assiduitate totum corpus macerat, nec non liuore perfundit. Threnorū quarto legitur. *Denigrata est facies eorum super carbones, & non sunt cogniti in plateis: adhæsit cutis eorum ossibus, & facta est, quasi lignum.* Quæ de fame secundum historiam verè dicta nemo ignorat. Si igitur ipsa tantum fames liuorem atq; nigredinem vultus adeò contrahit, vt priorem effigiem longè diuersam immutet: insuper E & cutem intantum exsiccat, vt ossibus hæreat, fiatq; quasi lignum arida: quid de reliquis veram perfectamq; pœnitentiam concomitantibus, frigore nimirum, nuditate, ieiunijs, siti, macerationibus, planctų, & similibus dicendum est? Certè hæc omnia simul multo maiorem exsiccationem, liuoremq; in ipso corpore inducere, cuipiam haud dubium est. O fortunatas, beatasq; animas, quæ omnem conscientiæ nigredinem ad superficiem cutis pœnitentiæ operibus emittūt, de illis namq; illud impletur: *Nigra sum sed formosa filia Hierusalem, sicut tabernacula Cedor, & sicut pelles Salomonis.* Harum pul- Hom.12. chritudine captus Sanctissimus vir Dei Moy- F ses vnam sibi duxit in vxorem. Sed & ipsum Dei Verbum, Christus Iesus harum vultus nigredinem, super voluptuosas, splendentesq; facies diligit; qui illarum candorem detestans inquit: *Væ vobis qui dealbatis qua foris sunt.* 3.Reg.10 Aethiopissa illa, quæ tanto odoramentorum ac munerum apparatu Regnorum tertio ad Salomonem ingressa est, atro pœnitentiæ pallio obuoluta anima est, quæ preciosissimis inestimabilibusq; donis ad verum Salomonem Regem pacificum supernæ Hierusalem ingrediens benignissimè excipitur: huius ille formam deperit: hanc sibi coniu- G gio asciscit: hæc demum in extremo Iudicij dia cum eo super solium eminentissimum generationem incredulam iudicabit: *Regina* Mat.12. *Austri* (Aethiopia siquidem Austri climate detinetur) *exurget in iudicio, & condemnabit generationem istam.*

15 Quotidie lacryma. Veræ pœnitentię indicia lacrymæ sunt: ex vi etenim doloris maximi, qualis contritio est adeò pœnitentis interiora omnia ebulliunt ac æstuant, vt quin ex oculis protinus illæ deffluant ac exundent nihil impedimento sit.

16 Quotidie gemitus. Comitantur perfectum dolorem vnà cum lacrymis, & frequentes H gemitus, quia non ab oculis tantum, verùm & e pectore is erumpit. Duplex autem gemitus, corporis videlicet, & cordis: Corporis is esse censetur, qui propter terrenas res excitatur: Cordis verò, qui vel ob propria, vel aliena peccata ex intimis cordis radicibus exire cōsueuit. De hoc nunc dicitur [Quotidie gemitus] Et alibi in Psalmo: *Rugiebā a gemitu cordis mei.* Psal.37. Ad acerbissimum verò dolorem hunc indicandum, & Christus ipse, quamuis non haberet, quod in se gemeret, cum peccatum nunquam fecerit; quia tamen peccata nostra ex Isaiæ Isa.5. testimonio ipse tulit; Lacrymis gemit⁹ quoq; Psal.21. coniunxit, cum Patrem præcatus est: *Pater mi,*

Pater

A *Pater mi, vt quid de reliquisti me?* Igitur vsque
dum ab oculis meis lacrymarum fontes non
effluent, nec ex imis visceribus eiulatus erum-
pent, vel peccatorum meorum acerbitatem,
doloremq; non sentiam, Vel frigidè saltem
doluisse conuincat.

Tom. 9. apud Hi. 17 *Et si quando repugnantem somnus immol-
nens oppressisset.* Lassis competit requies. Vn-
de in sermone de Vigilijs dicitur: Bonus Do-
minus, qui ita prospexit, ita constituit, vt ho-
mo exiturus ad opus suum vsq; ad vesperam
haberet vicarium tempus, in quo a duris la-
boribus, & multa fatigatione requiescere præ-
stitit:] Vir sanctus tamen, Imò verius, pœni-
B tens, etiam lassus, etiam afflictus, etiam toto
corpore maceratus noctes traducit insomnes,
quia eiusmodi tempus ad proprias miserias de
plorandas aptissimum est: quemadmodum, &
Dauid: *Lauabo* (inquit) *per singulas noctes lec-
tum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo.*
Tandem Hieronymum repugnãtem somnus
opprimit, quia præter Christum nullam vult
requiem. Nouerat ille Dæmonis artes, noue-
rat astutias; & qui in illis iam plenè excercita-
tus alios docuerat, cautus accuratusq; vigilat
In Nat. 3 de die, consurgit de nocte. Semper (inquit
ipse) Diaboli studium est vigilantes animas
consopire. Deniq; & in passione Domini Apo-
stolorum oculos graui sopore præmit, quos Sal
C Matt. 14. uator suscitans ait. *Vigilate & orate, ne intre-
tis in tentationem.* Et rursum. *Quod vobis dico
Mat. 13. omnibus dico, vigilate.* Et quia non cessat sem-
per consopire vigilantes, quoscunq; ille dece-
perit, & quasi suaui, & pernicioso carmine
Syrenarum illexerit ad dormiendum, excitat
sermo diuinus, & dicit: *Surge qui dormis, &
Epist. 5. eleuare, & illuminabit te Christus.*

18 *Nuda humo vix ossa hærentia collidebam.*
Vt naturali asperitate membra domata potius
stratum horrerent, quàm appeterent: potius
imminentis somni quietem compelleret neces
sitas, quàm voluntas, nuda humus pro strato
eligitur: Cui pulchrè, non caro, sed ossa hære-
D re dicuntur, quia in sanctis atq; pœnitentibus
decrescit quotidie caro, & per virtutem atte-
nuatur, ita vt nequaquam caro appelletur, sed
Ps. 62. spiritus, vt loquitur Dauid in Psalmo: *Sitiuit
anima mea ad te Deus, quam multipliciter tibi ca-
ro mea:* Siue (vt alij vertunt) *Quomodo con-
sumpta est caro mea.* De peccatorum carne
scriptum est: *Omnis caro fœnum, & omnis gloria
Is. 40. eius, quasi flos agri: Aruit fœnum, & flos eius
decidit, verbum autem Domini manet in æternum.*
Et Apostolus loquitur: *Caro, & sanguis regnũ
1. Cor. 15 Dei non possidebunt.* Et Deus in Genesi. *Non
permanebit spiritus meus in hominibus istis, quia
Gen. 6. caro sunt.* De Sanctorum verò carne illud
eiusdem Apostoli est. *Vos autem non estis in* E
carne, sed in spiritu. Et Isaiæ. *Omnis caro vi-* Rom. 8.
debit salutare Dei. Hanc deniq; Hieronymi Is. 40.
corporis maciem pulchrè Cælius vno vel alte-
ro carmine depinxit canens.

. . . . . . en vix cutis arida membris
Nititur, attritaq; hærent compagine colla.

19 *De cibis verò, & potu taceo.* Pœnitentię
arma duo esse, saccus nimirum, & ieiunium,
iam supra explicatum est. De sacco hactenus:
nunc de abstinentia subditur. Cibus ergo &
potus, duo ignita Diaboli iacula sunt (vti De-
metriadi Virgini scribitur) quæ simul inflam-
mant, & vulnerant, & a Rege Babylonio tribus
pueris præparantur, qui succendit fornacem F
quadraginta nouem cubitorum, habens & ipse
septem hebdomadas ad perditionem, quas Do
minus obseruari iusserat ad salutem. Sed quo-
modo ibi quartus speciem habens quasi filij
hominis immensos mitigauit ardores, & inter
camini æstuantis incendium, docuit flammas
calorem amittere, & aliud oculis comminari,
aliud præbere tactui: sic & in animo virginali
rore cœlesti, & ieiuniorum frigore calor puel-
laris extinguitur, & in humano corpore Ange-
lorum impetratur conuersatio.

20 *Cùm etiam languentes Monachi aqua
frigida vtantur, & coctum aliquid accepisse, luxu-
ria sit.* Idem in vita Pauli vbi: Paulo (inquit) G
cibum, & vestimenta palma præbebat, & ne
cui impossibile videatur, Iesum testor & An-
gelos eius, quod in parte eremi, quæ iuxta Sy-
riam Saracenis iungitur Monachum vidi, qui
per triginta annos inclusus hordeaceo pane,
& lutulenta aqua viuebat. Alter in cisterna
veteri per dies singulos quinq; caryeis susten-
tabatur. Et ad Eustochium. Ad tertium ve- Epist. 22.
niam genus Monachorum, quos anachoretas
vocant, qui & de cœnobijs exeuntes excep-
to pane, & sale ad deserta nihil perferunt am-
plius. Huius vitæ auctor Paulus, & illustrator
Antonius; & vt ad superiora cõscendam, Prin-
ceps Ioannes Baptista fuit.] Hæc Hieronymus H
de austero vitæ instituto antiquorum Patrum.
Cæterùm nos sanè miseros, quos non tantum
humana confectio, quam etiam vescendi vo-
luptas, ac desiderium ad ciborum varietates,
& vini potum in dies singulos pertrahit. Quid
tale vnquam fecimus, vt pane tantummodo
post sex etiam dierum ieiunium, sale, & aqua
frigida concitaremus magis esuriem, quam re-
stringeremus? Quandò vnius diei panis, &
aquæ ieiunio carnem castigamus, illicò dolet
stomachus, calor opprimitur, vix ad intestina
effluit cibus, viscerum protinus cruciamur in-
iuria. Verùm sunt hæc infirmantis admodum
naturæ nostræ vltima penè deliquia perpetuò
deplo-

A deploranda; enimuerò quæ maior ærumna,
quàm quotidianis cibis, ijsq; & igne, & studio
dispositus, vini insoper vsu opus habere? Quid
miserius, lacrymabiliusq; quam tantis necessi-
tatibus, quibus & anima ipsa a Creatoris obse-
quio distrahitur, & quasi graui quodam pon-
dere detinetur, subiacere? Hæc (inquam) lan-
guentis naturæ calamitates sunt, atq; incom-
moda, a quibus Sanctus Propheta eximi cu-
Psal.24. piens obsecrabat. De necessitatibus meis eri-
Iob.14. pe me. Et Sanctus Iob; Verè miseriam esse
vitam hominis super terram clamabat. Sācti,
atq; perfecti Ioannes Baptista, Marcus Apo-
stolus, Paulus, Antonius, Hieronymus, alijq;
complures fuerunt, in multisq;, quę vires hu-
B manas excedunt, superarunt: Nos infirmi,
nos fragiles, in multis quotidie deficimus, vt
propterea quotidianis alimentis, ac poculis
Thr.5. egeamus. Pro eiusmodi igitur vtatur nobis-
cum sua magna misericordia Iesus Christus:
Innouet (sicut Propheta clamat) dies nostros
sicut a principio, vt quemadmodum Sancti
carne adhuc mortali circumamicti, non in car-
ne, sed in spiritu vitam egerunt, sic & nos per
gratiam suam ad illorum exempla terrenos
visibilesq; cibos fastidiamus, quatenus inuisi-
biles super mensam in regno suo percipere de-
mum valeamus.

21 *Ille igitur ego, qui ob gehennæ metum*,
C Gehennæ nomen in veteribus libris non inue-
nitur, sed à Saluatore primùm positum est,
propter Gehennon, idest, Vallē filij Hennoni
dictam, quòd in ea Iudæi Deum reliquerint: Baal
nimirum, delubro ibi erecto in igne filios suos
immolantes. Pro Inferno ponitur, & æternis
supplicijs, quibus damnandi afficientur. Qui
itaq; post delicta hoc timore corripitur, ne ad
eiusmodi tormenta damnetur, sapere tunc in-
cipere scriptura testatur. *Initium sapientiæ ti-*
Psal.110. *mor Domini*. Et Hieronymus de quadraginta
duabus mansionibus, Timor (inquit) virtu-
tum custos est, securitas ad lapsum facilis: Vn-
de & in quodam Psalmo, postquam Propheta
D dixerat. *Dominus regit me, & nihil mihi deerit,*
in loco pascue ibi me collocauit, iungit timorem,
qui custos est beatitudinis, & infert *Virga tua,*
& baculus tuus ipsa me consolata sunt. Et est
sensus: Dum tormenta formido, seruaui gra-
tiam, quam acceperam. Deniq; & Cleantem
Assium ex antiquis philosophis, cuidam illi
probri causa obijcienti, quòd esset timidus.
Ideo minimum pecco, respondisse litteris pro-
ditum est. Bona siquidem timiditas celebra-
tur, quæ deterret a turpibus, & reddit hominē
circunspectum. Igitur ne scelus admittamus
semper gehennæ incendium timeamus; Hæ-
reant mentibus nostris æterna tormenta, vt
gratia ipsa seruetur. De hac Gehennæ æter- E
nitate quidam exclamans, O æternitas (inquit)
æternitas, quem tui consideratio non vrget ad
dissolutam vitam emmendandam, is profectò,
aut fidem non habet, vel si habet, corde sal-
tem caret.

22 *Tali me carcere ipse damnaueram*. Fre-
quens Hieronymo, dum de propria sermonem
ingerit solitudine, hæc, vel id genus verba sub
dere: ad hoc nimirum, ne in eandem Ecclesiæ
indicio relegatum fuisse, quispiam suspicare-
tur. Vnde, & in superioribus. Nunc Barbaro
(inquit Damaso scribēs) Syriæ limite teneor.
Et ne putes alterius hanc de me fuisse senten-
tiam, quid merer ipse constitui. F

23 *Scorpionum tantùm socius, & ferarum*.
Horum societas illorum refricat memoriam
de quibus scribitur. *Ne tradas Bestijs animas* Psal.73.
confitentes tibi. Et alibi. *Vrsus insidians factus* Thr.3.
est mihi leo in absconditis. Et. *Missus est draco*
magnus, coluber antiquus, qui vocatur Diabolus Apoc.12.
& Satanas, qui errare facit orbem terrarum vni-
uersum.

24 *Sæpe choris intereram puellarum*. Mo-
nachorum præcipua tentamenta ex hoc quoq;
loco percipimus. Ad hoc idem est, quod pau-
lo superius dixit [putabam me Romanis inte-
resse delicijs] id quod scriptis repetit, vt quibus
potissimum iaculis impeteretur exponat.
Haud dissimiles sibi paratas sentiēs Dauid in- G
sidias clamabat: *Quoniam lumbi mei impleti* Psal.37.
sunt illusionibus, & non est sanitas in carne mea.
Siue ergo iuxta varias phātasmatum intellec-
tui repræsentationes, siue iuxta falsas obiectas
oculis species atq; imagines puellarū choris in-
terfuerit (quo præsertim posteriori modo mul-
tos* antiquorum Patrum, Antonium, Hilario- *Satanas
nem illudere studuit:) vero (inquam) modo id
acciderit non multum refert explorare.

25 *Pallebant ora ieiunijs*. Speculum men-
tis est facies, cuius nos prouerbij conscios Hie-
ronymus volens alibi monuit: Quoscunq; for-
mosos, calamistratos, crine compositos, vel
buccis rubentibus videris, de armento Iouinia- H
ni sunt, inter quos sues grunniunt: de nostro
autem grege sunt tristes, pallidi, sordidi, &
quasi peregrini huius sæculi; licet sermone
taceant habitu loquuntur, & gestu. Porro hic
faciei pallor, vti ieiunij indicium Monacho ita
connaturalis est, vt ad Saluinam idem scribat:
Tu verò nihil habes tam necesse, quàm in ie-
iunio perseuerare. Pallor & sordes tuæ gem-
mæ sint.

26 *Et mens desiderijs æstuabat in frigido*
corpore. Certè si Sanctarum causa cogitatio-
num dicitur ieiunium, eoq; præterea corpo-
ris passionibus sanitatem conferri affirmatur,

A vt quid eo corporis membris domitis, libidinũ
adhuc incendijs mens, feruet ebullitq́; ? Cæ-
terùm ignis iste, qui de intimis corporis teni-
Ezech 28 bus & cordis (vt ita dicam) medullitio erum-
pit, de quo & S. Ezechias loquitur; *Producã
ignem de medio tui, qui commedet te*, non il-
licò post vnum, aut alterum, sed nec post fre-
quentata ieiunia omnino restinguitur. Remit-
titur quidem (verum est) is vt plurimum, sed
iterum perinde, ac diuina nobis prodesse cer-
nit clementia intenditur: Vnde a ieiunijs nũ-
quam cessandum nos admonet ipse Hierony-
mus illis verbis: Nihil prodest biduo, triduoq́;
transmisso vacuum portare ventrem, si pariter
B obruatur, si compensetur saturitate ieiunium:
illicò mens repleta torpescit, & irrigata hu-
mus spinas libidinum germinat. Profectò nec
ipse vas electionis Apostolus Paulus, post trinã
etiam atq; præuiam orationem ignis huius in-
teritum obtinuit, qui castigans corpus suum
alibi dicebat, *Viuo aut iam non ego, Viuit vero
2.Cor.12 in me Christus*, Sed audire tantum dignatus
est: Sufficit tibi gratia mea; nam virtus in in-
firmitate perficitur.

*27 Et ante hominem, sua iam carne præmor-
tuum, sola libidinum incendia bulliebant*. Ita
Henricus Grauius, & Victorius antea depra-
natum locum restituerunt: legebatur enim.
C [Et ante hominem suum, iam earne præmor-
tua.] Phrasis Quintiliano familiaris Declama-
tione quinta: Hæret constricta nudatis ossi-
bus cutis, & in fame sua homine consumpto,
iam membra sine corpore. Et declamatio-
ne nona: Senem melioro sui parte præsepul-
tum. Huc spectant, quæ de eodem Hierony-
mo Marulus, libro quarto memoriæ tradidit:
De se (inquiens) ipse quoq; Hieronymus ad
Eustochium Virginem scribens loquitur: *Re-
pugnantem spiritui carnem hebdomadarum ine-
dia subiugabam*. Non tacuit, quod olim in e-
remo secretius egerat, vt illam, quam doce-
bat, suopte exemplo magis moueret: & ta-
D men confitetur cogitationum in corde lasci-
nientium illecebris vix interdum se resistere
potuisse. *Pallebant*, inquit, *ora ieiunijs, & mẽs
desiderijs æstuabat in frigido corpore, & ante ho-
minem, sua iam carne præmortuum sola libi-
dinũ incendia bulliebant*, Et ipsi nos tutos pu-
tabimus, si diem vnum, aut alterum in heb-
domada ieiunauerimus? Nescio an etiam ie-
iunium dici debeat, quod cõsequentis diei ob-
ruit repletio: cuius famem succedens exupe-
rat saturitas.] Hæc ipse.

*28 Itaq; omni auxilio destitutus ad Iesu ia-
cebam pedes:* Quippe qui in Euangelio loqui-
tur: Sine me nihil potestis facere. Hisce autẽ
in omnibus Sathanæ, atq; carnis tentationibus
ad Iesu nos prosternere pedes edocemur: E- E
nimuero ut Propheta testatur. *Egredietur Dia* Hab. 3.
bolus ante pedes eius. Amplecti vero Christi
pedes, humiliare seipsum est. At quis nesciat
humilitatẽ, virtutum omnium singularissimã,
Dei Verbum de æterni Patris sinu ad nos traxis-
set eandem ipsummet opere compleuisse, ver-
bo docuisse? Quis item proprium Diaboli
peccatum superbiam non aduertat? primum
in cœlo flagitium? propter eandem ipsum e
Paradiso eiectum? in profundum laci detrac-
tum? Igitur qui fieri fieri poterit, vt humilitas
& superbia: virtus & vitium: gratia & pecca-
tum, nobis ad Iesu pedes deiectis simul aliquã
do consistant? Egredietur profectò Diabolus F
ante pedes eius. Doceat nos & hoc ipsum pec-
catricis mulieris grande spectaculum: Vbi e-
nim sanctis hisce pedibus obuoluta est, non v-
num, sed septem repente ab ea exisse dæmo-
nia sacra prodit historia. Dicamus aliter.
Christi pedes sacram denotare Scripturam,
quemadmodum namq́; pedes totum corpus,
sic & ipsa scriptura totum Ecclesiæ corpus ful-
cit. De hac & in Ezechiele legimus: *Locus
solij, & locus vestigiorum pedum meorũ vbi habito
in medio filiorũ Israel*. Qui itaq; vel phãtasma-
tũ illusionibus, vel libidinũ titillationib⁹ agit-
tatur, ad sacrarum scripturarum volumina pe-
rinde, ac ad Iesu pedes prosternat se, & illatũ E
studio omnem continuò in se concitatum ca-
lorem extinguet: nec enim fortius quippiam
lumbos reprimit veritatis cognitione, quæ so-
la ex ipsismet hauritur, dicente Apostolo.
State ergo accinti lumbos vestros in ve- Eph.6.
ritate.

29 Rigabam lacrymis. Iam lacrymarum,
quanta nam hæc copia esset intelligimus. Ir-
rigare enim non oculi, sed fontis est. Ergo in
ipso Hieronymo Prophetæ dictum impletur: Thr.2.
*Deduc quasi torrentem lacrymas per diem, & noc-
tem: non des requiem tibi, neq́; taceat pupilla oculi
tui*. Qui sic lachrymarum imbres fundit, libi- H
dinum procul dubio incendijs diutius æstuare
nequit; Quin & si iratum sibi Dominum no-
uerit, illarum vi, misericordiæ oculos eius in
se conuertet. *Oculus enim meus* (idem pro-
pheta ait) *afflictus est, nec tacuit, eo quod non* Thr.3.
*esset requies, donec respiceret & videret Dominus
de cælis*.

30 Crine tergebam. Iuxta historiam, cæsarie
vsos fuisse, qui diuino se cultui dedebãt omnes
norunt. Nazareos etenim, hoc est, sanctificatos Num.6.
Domino ideo nunquã capita rasisse: Quin & il- Deut. 16.
lis per Moysen præceptum legimus constitu-
tum in Numerorũ atq; Deuteronomij libris.
Samuel quoq;, quia Sanctus Domino fuit ca-
pitis ornamenta nunquam dimisit. In nouo 1.Reg. 1.

A æquè testamento, Sacerdotes non ad ornatũ,
Iud. 16. aut luxuriam, sed ad honestatem primitus ca-
pillos sanctificationis habuisse perpetuos: ipsũ
quoq; Dominũ & eius Apostolos comam Na-
zareorum more detulisse ex antiqua traditio-
ne historijsq; accepimus: ad quos idem aliquã-
Matt. 10. do sermonem dirigens: *Vestri* (inquit) *capilli
capitis omnes numerati sunt, nolite timere*. Et
ipse deniq; sponsus in Cantico Canticorum
Cant. 5. cæsarie circumornatus asseritur ibi: *Cincinni
tui nigri sicut coruus*. Capillis igitur & Hiero-
nymus antiquorum more eremi cultorũ, quos
nunquam tonsos eorum Acta tradunt predi-
tus, illos ad Christi Iesu pedes in extremo
animæ conflictu demittit, vt proprij luctus ma
B gnitudo, & doloris acerbitas intelligatur. Sic
nimirum paulò superius memorata peccatrix
ad summi cruciatus indicium declarandum ca
Luc. 7. pillos quondam proprios ad eiusdem pedes
Iob. 1. abiecit: Sic sanctus Iob filiorum morte percep
ta, non depræssit capillos tantum, sed totон-
dit: dicente scriptura: *Tunc surrexit Iob, &
scidit vestimenta sua, & tonso capite corruens
in terram adorauit*. Quid huiusmodi in Isaia
aduersus Moab prænuntiatum legitur ibi:
*Moab vlulabit; in cunctis capitibus eius caluitiũ,
omnis barba radetur*. Quem locum explicans
idem Hieronymus: Apud antiquos (inquit)
barbæ, capitisq́; rasura luctus indicium fuit. Et
C per id magnitudo mæroris ostenditur, Hiere-
mia contra eandem Moab conclamante: *Om-
ne caput caluitium, & omnis barba rodetur, &
in cunctis manibus colligatis, & super omne dor-
sum cilicium*. Hinc ergo ex antiquissimo eius-
modi, in Ecclesia nunc etiam recepto vsu,
Monachatus penè totus rasura magna, capitis
nimirum atq; barbæ vtitur, non quidem in lu-
xuriæ aut superstitionis, quemadmodum pro-
fana dudum Gentilitas, & Isidis, atq; Sera-
pis veteres Sacerdotes, sed in luctus maximi,
iuxta iam veterum consuetudinem signum;
Habet enim Monachus plangentis officium,
in cuius propositi argumentum capitis & vul-
D tus ornamenta omnia demittit, vt illam spõte
rasurã præueniat extremam, de qua saluator in
Euangelio: in Enãgelio loquitur: *Nihil opertũ,
Matt 10. quod non reuelabitur*: & Isaias vaticinatur:
Isa. 3. *Decaluabit Dominus verticem filiarum Syon, &
crimen earum nudabit; & pro ornamento erit i-
gnominia*. Cæterùm iuxta mysticam intelli-
gentiam: Crines corporis, superfluitates sunt;
& ideo qui pœnitentiæ operibus insistit (e quo-
rum numero Monachus inprimis est) terre-
narum omnium rerum superfluitates per vo-
luntarium paupertatis votum, non ab extra
tantum, sed de corde pariter expellere, atq;
ad Christi pedes profundere dicitur. Secun-
dum hunc sensum, & Hieronymus, & qui- E
libet alius, qui verè pœnitet (quantũcunq;
capillis imminutus vel rasus) Christi pedes
capillis tergit, tenet, attractat.

31 *Et repugnantem carnem hebdomada-
rum inedia subiugabam*. Quoniam enim dif-
ficile est, carnem, & spiritum in commu-
ni cõsentire ex Apostoli testimonio qui scribit:
Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus ad- Psal. 5.
uersus carnem, consequens etiam est, vt qui
Christi pedes tergit, hebdomadarum inedia
carnem pariter subiuget, cum nullo vnquam
fieri modo possit, vt ille Christi pedibus
subiaceat, ni prius hæc in seruitutem rediga-
tur, inediaq; subigatur, dicente eodem: *Cum* 2. Cor. 12
infirmor tunc potens sum. F

32 *Non erubesco confiteri infelicitatis meæ
miseriam*: Est confessio multiplex in Sacris lit-
teris: quæ nimirum pœnitentiam significat,
qualis ea, de qua in Psalmo dicitur: *Confitebor* Matt. 11.
*aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu re-
misisti impietatem peccati mei*. Et est confessio,
quæ laudem, & gratiarum actionem dicit, de
qua Saluatori ia dictum: *Confiteor tibi Pater Do-
mine Cæli, & Terra*. Et est demum confessio, Matt. 11.
quæ non defectum proprium, sed naturę com
munis indicat. De hac loquitur nunc Hiero-
nymus, quam ęquè Sanctissimi non erubuerũt,
præsertim Apostolus cum dixit: *Infelix ego ho-* Rom. 7.
mo, quis me liberabit de corpore mortis huius? G

33 *Quin potius plango me non esse quod fue-
rim*. Idest, vel virtutis in propriæ carnis, &
cæteris corporis passionibus coercendis; vel
meriti, in Angelicis consortijs, solatijsq; per-
cipiendis. Enimuerò, quamuis in hac ipsa so-
litudine omnibus tentationum generibus fue-
rit ex vna parte ritè probatus, tantis tamen ex
altera (vt paulo infra dicetur) delicijs affluit, vt
ex ea aliquando migrasse sæpius pœnituerit.
Quod procul dubio ex humilitate additum, ne
mo est. qui in dubium reuocare debeat. Scrip-
sit autem Hieronymus hanc sui incolatus, vi-
tæq́; in solitudine historiam, cum Romæ in
Ecclesiasticis negocijs totus versaretur, qui H
Idcirco, & ante actæ quietis, & cœlestis con-
templationis memoria illectus eiusdem solitu-
dinis absentiam tenerrimo nunc plangit af-
fectu.

34 *Memini me clamantem, diem crebrò
iunxisse cum nocte*. Infelicitatis atq; miseriæ
confessioni, clamor ille iungitur, de quo Dauid:
Clamaui (inquit) in toto corde meo. Enim-
uerò perfectũ dolorẽ vtrũq; habere, & lacrymas Psal. 118.
& gemitus iam ostẽdimus. Sic autẽ clamandũ
est, quòd non dies solum, verum & tempus
quieti a natura concessum in gemitu traduca-
tur. Idest iugiter, & toto vitæ præsentis cur-
riculo.

A riculo. Quod si oculorum lacrymas, & pectoris eiulatus fragilis natura non patitur; Cordis saltem clamorem, lachrymasq; semper effundat, ne vltra peccando delectationem inquirat; sed quantum potest, ita de peccato corde doleat, vt iugiter si daretur gemere vellet. De
Rom. 8. hoc cordis clamore loquitur Apostolus: *Clamantes in cordibus vestris: Abba Pater*. & Do-
Exod. 14. minus ad Moysen: *Quid clamas ad me*; cum vtiq; nihil ante clamasse scriptura commemoret. Clamauit propterea eodem clamore Ionas propheta, cum ad Dominum de ventre piscis orasse illū scribitur. Deniq; hunc ipsum clamorem solus ille intelligit, qui hominum
B cordis nouit: Exaudit insuper, qui dixit. *Cum*
Esa. 58. *inuocauerit me, dicam; Adsum.*

35 *Nec prius a pectoris cessasse verberibus.* Pectoris percussio doloris pariter atq; contritionis argumentum: Vnde & de Publicano in
Luc. 18. meliora restituto legitur. *Et Publicanus a longè stans nolebat, nec oculos ad cælum leuare, sed percutiebat pectus suum dicens: Deus propitius esto mihi peccatori.* Percutitur verò pectus, vti malarum cogitationum thesaurus, de quo &
Matt. 15. Saluator ait: De corde exeunt malæ cogitationes, furta, adulteria, homicidia. In lingua confessio, in humeris opera, in pectore ipsa conscientia notatur: dum ergo hæc peccati morsu torquetur, cor protinus congruis pœniten-
C tiæ operibus, quasi quibusdam tunsionibus conterendus est: *Cor enim contritum, & humilia-*
Psal. 50. *tum Deus non despiciet.* Hæc ipsa Hieronymi verba Marcus Antonius Sabellicus vsurpans, Tomo quarto, libro secundo operum suorum, ita breui explicatione perstrinxit: Si quis Diui Hieronymi in legēdo, scribendoq; laborē consideret, dicet. Quomodo sic occupato animo vlla turpis cogitatio potuit irrepere? Tum si ad Eustochium Virginem scribenti atq; confitenti crediderit: *Memini me clamantem diem crebro iunxisse cum nocte, nec prius à pectoris cessasse verberibus, quam rediret, Domino imperante tran-*
D *quillitas*: planè intelliget etiam inter labores, cogitationum tentationi esse locum, easq; cùm labor nequit repellere, flagellis ac verberibus excutiendas, & semper auxilium diuinæ miserationis implorandum: Neq; enim ex nobis
2. Cor. 3. sufficimus (vt Apostolus inquit) sed omnis sufficientia nostra ex Deo est.]

36 *Quàm rediret, Domino imperante tranquillitas.* Certè si cogitationum innumerabilis copia, qua Dei serui in mari magno vitæ præsentis iactantur procellæ atq; tempestati comparatur, de Saluator in Euangelio: *Descen-*
Matt. 7. *dit (inquit) pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & nō potuerunt subuertere illam, quia supra petram stabili erat mole fundata*; profectò mentis quies, E
qua idem Dei serui, noxijs effugatis cogitationibus perfruuntur, pax, & tranquillitas appellanda est. Quandoquidē in homine, qui paruus mundus dicitur, tunc nulla vlterius passionum incitamenta fremunt, sed omnia tāta sunt tranquillitate disposita, vt ipsa caro obsequatur spiritui, & pars inferior, quæ dicitur sentiens, non obstrepat superiori, hoc est rationi. Verùm pulchrè hæc non nisi a Domino increpante reddi describitur, quia solus ipse est, de quo asseritur: *Tunc surgens imperauit ventis & mari,* Matt. 8.
& facta est tranquillitas magna. Ipse solus est, qui se periclitantibus inter tenebras noctium detegens inquit. *Ego sum stella splendida, &* Apoc. 22.
matutina: Is demū est, qui fessos in remigādo F
Apostolos ad solidam littoris stationem peruehit: *Confidite ego sum: nolite timere.* Felices, Marc. 6.
qui huius tranquillitatis portu detinentur, hi profectò quasi in Cœli faciem deducti iucunda serenitate potiuntur, nec vltra humanæ infirmitatis turbulentias norunt. De hac ipsa Regius propheta, a sæcularis conuersationis fluctibus segregatus, quasi iam littoris solidam stationem securus meditetur aiebat. *Mihi autem* Ps. 72.
adhærere Deo bonum est, & ponere in Domino Deo spem meam. De illius deniq; suauitate, G
ac præstantia loquitur ipse Dominus: *Maria* Luc. 18.
optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.

37 *Ipsam quoq; cellulam meam, quasi cogitationum mearum consciam pertimescebam.* Timentium Dominum, amantiumq; simul est, cum per dies, menses, & annos congressus sustinent, Deum sibi iratum suspicari, Ex quo & proprias cellulas, parietes, antra, ipsammet deniq;, quam pedibus comprimunt terram horrent: Sciunt namq; non tantum vocem creaturas omnes habere, de quibus dictum est: *Si isti tacuerint, lapides clamabunt*; Sed, & ira- Matt. 21.
to Domino eas ipsas in ministerio ad vindictæ H
inflictionem fuisse; vti de Dathan, & Abyron, sub quorum pedibus disrupta est terra, & de- Num. 16.
glutiuit eos viuos, scriptura commemorat.

38 *Et mihimet iratus & rigidus.* Idipsum in Vita Hilarionis: Iratus itaq; sibi, & pectus pugnis verberans, quasi cogitationes corde manus posset excludere.] Sancta ira, pius rigor, quorum vi Dei serui sibi manus injicientes, se ipsos cum vitijs, & concupiscentijs omnibus, [illegible] meliori vita fruerentur, crucifixerunt.

39 *Solus deserta penetrabam.* Vt potè contemplationi, orationiq; aptissima. Idem enim ad Paulinum: Christum (inquit) quæras in solitudine, vt ores solus in monte cum Iesu. Et certè si veterum quamplures, vt naturali philosophiæ secretius operam darent, Vrbium fre-

quen-

A quentias, & eceteras oculorum, auriumq; illecebras, quorum luxu & abundantia animæ fortitudo infringi consueuit, reliquerunt, solitudinesq; sibi delegerunt, Quæ deserta, qui eremi contemplationi (quam proprio nomine verã, ac planè cœlestem philosophiam Philo Iudæ*, Sanctiq; Patres Gregorius Nazianzenus Basilius, & alij vocant) apta, congruaq; non erũt? Huic sanè non inter mundi huius tumultus, non inter negotiatorum commercia, aut turbarum, populorumq; voces; sed inter cæcos abditissimorum specuũ horrores, & perpetua solitudinum silentia Sancti Dei vacarunt. Ex eorum numero fuere Helias, Ioannes Baptista, B Paulus, Antonius, Hilarion, & alij innumeri, qui tanta eius dulcedine capti sunt, vt placidissimo interdum mersi sopore viderentur, qui-Cant. 5. bus, & aptari potest. *Ego dormio, & cor meum vigilat.* Sanctus Ioannes Baptista, Sanctam matrem habuit, Pontificisq; filius erat; & tamen nec matris affectu, nec patris opibus vincebatur, vt in domo parentum cum periculo viueret castitatis; Viuebat in eremo & oculis desiderantibus Christum, nihil aliud dignabatur aspicere. Vestis aspera, Zona pellicea, cibus locustę mel siluestre, omnia virtuti, & continentiæ præparata. Filij Prophetarum, quos Monachos in veteri testamento legimus, ædi-C ficabant sibi casulas propè fluenta Iordanis, & turbis vrbium derelictis polenta, & herbis a-Epist. 4. grestibus victitabãt.] Ita Hieronym*: Sed nec vnquam in eremo Monachus solus esse potest, qui secum habet Christum, custodes atq; socios Sanctos Angelos eius: nunquam solus esse potest, qui secum quoq; habet omnes, & qui sunt, & qui fuerũt boni: qui animum quocunq; vult transfert: qui quod corpore non potest, cogitatione complectitur; & si hominum inops fuerit, loquitur cum Deo.

40 *Sicubi concaua vallium*, Et a Hieronymo, & a cæteris Anachoretis cęlestis, atq; diuinæ philosophiæ professoribus certa quædam, D quò in illius studium toto pectore incũberent, ne ve externarũ rerũ multiplici varietate distraherentur delecta fuisse loca, ex eorũ Actis monemur. Ad eiusmodi delectum Christus quoq; exemplo suo nos induxit, cum vt Lucas Luc. 6. inquit. *Exijt in montem orare, & erat pernoctãs in oratione.* Et alibi. *Cum oratis non eritis si-*Matt. 6. *cut hypocritæ, qui amant in Synagogis, & in angulis platearum stantes orare, vt videantur ab hominibus: Amen dico vobis receperunt mercedem suam: Tu autem cum oraueris intra cubiculum tuum, & clauso ostio ora Patrem tuum, & Pater tuus, qui videt in abscondito reddet tibi.* Me sanè miserum, qui creberrimè in oratione, aut per claustra ambulo, aut de pręlatione cogito, aut abductus turpi alia cogitatione prosequor. E Vbi est fides? Siccine Ionam orasse putandum est? Siccine tres pueros? Sic Danielem inter leones? Sic latronem in cruce? Iuxta altiorem intelligentiam [concaua vallium] perfectæ humilitatis symbolum exprimunt, in quibus flos ille nascitur, qui de se ipso in Canticis loquitur: Eo flos campi & lilium conuallium. Eiusmodi profectò loca Monachos, qui cum Cantic. 2 Abraham de terra propria egrediuntur deligere decet, vt cœlestium donorum fontes degustent de quibus dicitur. Qui emittis fontes in Gen. 2. Psal. 103. conuallibus.

41 *Aspera montium.* Aspera etiam montium contemplationis actu conscendere eosdẽ F opus est, ne ab Apostoli dicto discrepent: *Nostra autem conuersatio in cœlis est.* Phil. 3.

42 *Rupium prærupta cernebam, ibi mea orationis locus.* Deniq; in his quoq; præruptis immorari necesse est, de quibus Sanctus Hieremias loquitur: *Rupes vbi sunt onagri*, idest, Hier. 14. solitarij. Enimuerò, quemadmodum onager Iob testimonio, liber est, ita Monachus a tur-Iob. 39. bis sæcularibus, negotijsq; remotus: solutus insuper ab vxoribus, in præruptis humilis pœnitentiæ potui illi vacat, de quo per Psalmistã dicitur: *Potum nobis dabis in lacrymis in mensura.* Et alibi. *Expectabunt onagri in siti* Psal. 103. *sua.* G

43 *Ibi illud miserrimæ carnis ergastulum.* Et quidem miserrima, quæ vrgentissimis in singulis momentis afflicta congressibus de vita quotidie periclitatur: cuius peregrinationis molestiæ adeo protrahuntur, vt suspirare compellatur: *Hei mihi, quia incolatus meus prolon-* Psal. 119. *gatus est*: cuius deniq; tardus in patriam redditus ęrumnosam eandem facit, atq; sollicitam. Ergastulum autem mancipiorum carcer est; sed felicior solitudinis carcer Vrbium latitudine: Mihi (inquit) Hieronymus oppidum carcer est, solitudo paradisus. Et alibi. Nam Epist. 4. Epist. 25. quos sæculi carcer includit, nunc ira, nunc auaritia, nunc libido, nunc vitiorum incentiua pertrahunt ad ruinam; quos verò solitudinis H tenet inclusos carcer, toties Paradisum mente deambulant, quoties mente illuc transcendũt: toties in terra non sunt, quoties terrena despiciunt.

44 *Et vt ipse mihi testis est Dominus*: Rem admiratione dignam mox dicturus Dei testimonium præmittit, ne vana, vel falsa aliquando credatur: ne ve iactantiæ vitio eiusdem narratio adscriberetur. Perinde iurauit Apostolus cum dixit. *Testis mihi est Dominus, cui ser-* Rom. 1. *uio in spiritu meo in Euangelio Filij eius, quod sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis.* Et alibi. *Testem autem Deum* 2. Cor. 1.

inuoco

A *inuoco in animam meam (cuius secreta solus agno*
2.Cor. 1. *scit) quod parcens vobis non veni vltrà Corin-*
thum.

45 Post multas lacrymas, post cælo inhæren-
tes oculos. Non vrgeat, quòd post multas la-
crymas nunc ille demum auxilio dicatur affuis-
se, qui primis Ezechiæ Regis, cæterorumq;
aliorum implorantium lachrymis adesse con-
sueuit. Nec dubationē pariter augeat, quod
ille idem, qui se in vno tantum oculorum ictu
vulnerati in Cantico dicit, post multos ictus,
imo post quasi inhærentes oculos cœlo opem
tulisse memoretur; Quoniam non differt re-
uera Dominus, etiamsi humanæ impatien-
B tiæ aliter interdum videatur suo adesse subsi-
Is.49. & dio, cum scriptum sit: *Tempore opportuno exau-*
2.Cor.6. *diui te, & in die salutis auxiliatus sum tibi*: Sed
vt augeat præmia, materiam quoq; præmio-
rum, afflictiones nimirum interdum exaggo-
rat. Nouit quidem benignissimus clementiæ
suæ pondera, atq; mensuras, sed non illicò cla-
mantem exaudit, vt eum probet, & magis pro
uocet ad rogandum, & quasi igne excoctum
iustiorem & puriorem efficiat.

46 Nonnunquam videbar mihi interesse ag-
minibus Angelorum. Quod carnis vinculis al-
ligati, non tamen secundum carnem, sed se-
cundum spiritum viuentes nequaquam homi-
C nes sed Angeli appellentur, apertè illud Lu-
Luc.22. cæ testatur: *Aequales enim Angelis sunt, &*
Mal.2. *filij sunt Dei.* & Malachiæ: *Labia Sacerdotis*
custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore
eius, quia Angelus Domini exercituum est. Iu-
re ergo optimo ad Hieronymum tanquàm ad
cōsortem, deuicta carne, ac Satana sub pedi-
bus contritto, Angelorum tam copiosa mul-
titudo descendit, vt benè illud Apostoli in eo
Heb. 1. expletum videatur: *Nonne omnes sunt admi-*
nistratorij spiritus in ministeriū missi propter eos,
qui hæreditatem capiunt salutis. Porrò non in
simplicitate tantum naturæ, sed sub corporū
humanorum etiam visibili specie a superis ad
ipsū fuisse demissos, vt conuenientius, aptiusq;
eum miserijs subleuarent, haud dubium est.
D Quandoquidem & Abraham in Valle Mam-
bre, & Iacob, & Tobiæ, & Danieli, & Petro
in carcere vinculis constricto, innumerisq; alijs
sensibili forma eos apparuisse scriptura cōme-
morat. Ministrasse vero eos, in illo Hierony-
mo par est credere: vt ei primū de victoria, si-
mulq; de tolerantia in aduersitatibus perferē-
dis, congratularentur: mox spe cœlestium, eū-
dem disiectum, & recrearent, & ad palmam
perpetuæ retributionis inflammarent: demum
certatìm omnes contendisse, vt eum ab omni
terrena, cōcretaq; fragilitatis fece, tum moni-
tis, tum rationibus excuterent. Atq; hic ten-
tationum prouentus est, quem Apostolus ad E
Corinthios scribens hisce testatus est: *Fidelis*
Deus, qui non permittit vos tentari supra id, quod
potestis, sed faciet etiam cum tentatione prouentū.
Hoc illud emolumentum, quod in Iacobū su-
perefluxit, dū lucta transacta inter lachrymas
ipsas, atq; preces clamauit: *Vidi Dominum fa-* Gen.32.
cie ad faciem, & salua facta est anima mea: De-
niq; & Saluatori Domino consumata omni in
deserto tētatione, sanctos æquè Angelos in mi-
nisterio fuisse, sacri Euangelij prodit historia.
Quis vero cæcā frondiū horrore solitudinē tā-
torum continuo agminum circumfusam ful-
goribus mentis oculis intueri valeat? Quis
Hieronymi ab omni tunc hominum consortio F
segregati, ac inter ipsas tantummodo feras ac
scorpiones degentis solatium concipiat? Quis
feruidam sanctorum spirituum in cōgruis Hie-
ronymo obsequijs præstandis, charitatem cō-
templetur? Quis omnium studium in vtrunq;
genu hominem flexum, lacrymarum vi, ora-
tionis assiduitate, verberū macerationibus ex-
tremè penè lassatū a terra subleuando, cōpræ-
hendat. Videret sanè inter Angelicos spiritus
hominē aspectu rigidū, super nudo sacco con-
tectum, cinere conspersum, totum flaccidum,
totum grandi macie depræssum, delitiatum
torrēte exthasi penè absorptum. Videret bea-
tos certatim spiritus, quosdam, qui mellifluis G
mœrorem verbis in eo temperarent: alios qui
ab oculis eius lacrymas tergerent: alios qui in
collum procumberent. Audiret illorum ali-
quos, qui ad perseuerantiam hominem corro-
borrarent: qui contra Diaboli insidias instrue-
rent: qui ad coronas palmasq; æternas allice-
rent: Omnes tandem hinc inde, choris distinc-
tos, vnà cum Hieronymo diuinarum laudum
preconia resonare, eremiq; duritiem, asperi-
tatem, horrorem, Paradisi gaudijs commuta-
tam, beatis oculis cerneret.

47 Et lætus, gaudensq; cantabam: Quoniam
apparitionum, visionumq;, quæ nobis in hoc
adhuc mundo degentibus declarari consue-
uerunt, aliquæ ab ipso Deo, nonnullæ interdū
a spiritu nequam immittuntur, optimo nunc H
iure, ne ex posterioribus (quæ ad illudendos
incautos homines semper insurgunt) modò
explicata censeretur, additum est *& lætus gau-*
densq; cantabam. Quandoquidem augustio-
res & in veteri, & in nouo Testamento timo-
rem primùm sustulisse, mox mentem & ani-
mā gaudio spirituali perfudisse obseruauimus.
Et exierunt (inquit Mattheus) *citò de monu-* Matt.28.
mento cum timore, & gaudio magno currentes Matt. 5.
nunciare discipulis eius. Porrò in ipso Hierony-
mo vox veritatis impletur: *Tristitia vestra*
vertetur in gaudium. Et. *Beati qui nunc fletis*

A *quia ridebitis*. Cantare vero est Deo de per-
ceptis muneribus gratias agere : Vnde &
Moyses cũ omni populo, demerso Pharaone,
Exod. 15. atq; Aegyptijs canticum cecinit. Idem præs-
Luc. 1. titit Zacharias Præcursoris Domini Pater. Idẽ
Anna, & quamplures alij, ad quorum exem-
1. Reg. 2. pla, & lætus, & gaudens Hieronymus pariter
gratiarum canit actiones.

48 Post te in odorem vnguentorum tuorum
Cant. 1. *curremus*. Cuius semel animum cœlestium
bonorũ minimũ vix indicium excitauit, illicò
post Christum currere gestit, velletq; si posset
vno saltu in cęlũ cõscendere: Verum corpo-
reæ molis vinculis irretitus cum Paulo cogitur
B exclamare: *Cupio dissolui, & esse cum Christo.*
2. Tim. 4. Sub peregrinationis suę exitu idem Apostolus,
brauium iam cernens, ac propè contingens læ-
tus dicebat: *Cursum consumaui, fidem seruaui,
in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam
reddet mihi in illum diem iustus Iudex*. Hoc ip-
so cursu, prægustata supernæ gloriæ dulcedi-
ne Hieronymus, post Christum properans, e-
gredi & ipse e corporo vellet, appræhenderetq;
si posset: Vnde cum cæteris Sponsæ adolescẽ-
tulis erumpit in voces.

Post te curremus in odorem vnguentorum tuo-
C *rum*. Porrò in odorem Christi vnguentorum
currere, nil aliud esse reor, quàm in virtute
exemplorum eius, ac meritorum post eum ad
æternæ beatitudinis præmia cõtendere. Quã- E
doquidẽ, si vnguẽta eiusmodi apud nos nõ fuis
sent conflata, nequaquam pariter illorum sua-
uitate, fragrantia, atq; virtute, animæ credẽ-
tium ad hunc cursum permotæ, attractæ, cor-
roboratæq; fuissent. Quod vt aptius explicetur
Sponsam in Canticis audiamus loquentem :
Vnguentum (inquit) *exinanitum nomen tuum.*
Igitur hæc vnguenti exinanitio sola est, cuius
virtute adolescentulæ ad currendũ post Chris-
tum recreantur. Cæterùm eiusmodi exinani-
tio, cum ipsomet vnguento non ante conglo- Cant. 1.
tinata est, quàm Vnigenitus Dei Filius in
forma Dei, exinaniret semetipsum, & formã
serui acceperet. Tunc de plenitudine in qua e- F
rat, exinaniniẽs se, eaq; nos ipsos (vt Ioannes Io. 1.
scribit) afficiens: [quia de plenitudine eius nos
omnes accepimus] tali mox suauitate, atq; fra-
grantia recreati illicò post eum currere cœpi-
mos. Vnde Hieronymus. *Post te* (inquit) *in* Cant. 1.
odorem vnguentorum tuorum curremus. Quod
si idem Dei Verbum, factus homo non ita exi-
nanisset vnguẽtum, hoc est plenitudinẽ diuini
spiritus, & humiliasset se vsq; ad formam ser-
ui, profectò nec vllus vnquam post eum curre- G
re, & in illa diuinitatis plenitudine capere po-
tuisset. De eiusdem virtute atq; fragrantia ali- Cant. 4.
bi dicitur. *Et odor vnguẽtorum tuorum super
omnia aromata.*

De cœnobio Bethlehem ab Hieronymo constructo.
Cap. IX.



Vadriennij 1 itaq; tempore sic exacto in præfata vasta solitudine, 2 sentiens in se Beatus Hieronymus omnem carnis voluptatem exhaustam: 3 nihilq; in ea esse, quod spiritui repugnaret, 4 reuertitur Hierosolymã, 5 vt deriuaret fontes suos foras, 6 & in plateis aquas sententia sua diuideret: 7 Vt de torrente linguæ eius 8 multi vina biberẽt. 9 qui hunc in deserto, & inuio, & inaquoso reperi-
D *re vix possent. 10 Accedens igitur ad eiusdẽ Ciuitatis Episcopũ Cyrillũ nomi-*
ne, 11 petijt ab eo vt in Bethlehem, 12 quæ est sexto ab Hierosolyma milliario H
contra meridianam plagam locum sibi habitandi tribueret: 13 Optans scilicet, vt prudens animal præsepi Domini sui iugiter adhærere. 14 Cui mox, quod deuotè poposcit dignè concessum est. 15 At ipse, fauente Domino Monasterium ibi construxit, 16 Vt ipse inquit in Epistola ad Pammachium, de morte Paulinæ in fine. 17 Nos in ista Prouincia ædificato Monasterio, 18 & diuersorio propè 'extructo: 19 ne forte & modo Ioseph cũ Maria in Bethlehẽ veniens non inueniat hospitium, 20 tantis de toto orbe confluentibus turbis obruimur Monachorũ, 21 vt nec cœptũ opus deserere, 22 nec supra vires ferre valeamus. 33 Vnde quia penè nobis illud de Euangelio contigit, vt futuræ turris non ante computaremus expensas, 24 Compulsi sumus fratrem Paulinianũ ad patriã mittere, 25 vt semirutas Villulas, quæ Barbarorũ effugerant manus, 26 & parentum communiũ census venderit: 27 Ne cœptũ Sanctorũ ministerium deserentes, 28 risum maledicis & æmulis præbeamus: 29 In quo sub accepta ab Apostolis degens regula, 30 cœpit, vt multum cupierat 31 cum illustri viro Eusebio Cremonense, 32 & cum alijs sanctis fratribus habitare: 33 a quibus scilicet, diuino ministerio iugiter insudantibus 34 hoc matutinale officium, quod nunc obseruatur in occiduis maximè regionibus canonica functione primitùs institutum est. 35 Quod & Cassianus testatur dicens. 36 Matutinæ solemnitatis officium, nouo adhuc tempore constitutum, primitus in Bethlehem Monasterio, vbi Dominus noster Iesus Christus pro redemptione humani generis ex Virginis vtero nasci dignatus est, 37 sicq; ex illo per vniuersum mundũ consuetudo eiusdẽ celebrationis inualuit, 38 quo tẽpore Beatus

Dama-

[A] *Damasus, Beato Hieronymo illud componente, ac edēte cōstituit, vt Psalmi die, noctuq́ per omnes canerentur Ecclesias, 39 & subnecteretur in fine vniuscuiusq́ hic hymnus. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto: Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.* [E]

COMMENTARIVS.

1 *QVadriennij itaq; tempore sic exacto in præfata vasta solitudine.* Anno videlicet iuxta a nobis alias notata trecentesimo septuagesimo Christi octauo: & quamuis quatuor annorum hoc spacium Sacrosanctæ pœnitentiæ a Hieronymo dedicatum, Baronius pro explorato non habeat: quin potius sub dubio, Tomo quarto Annalium Ecclesiasticorum [B] relinquat; Ego tamen ex communi omnium assensu (nullo prorsus reclamante) illud pro compertissimo habeo: & ex Breuiarij Romani testimonio, quod singulis annis in eiusdem Hieronymi natalitio die legitur, accipio: *Deinde.* (dicitur in lectionibus de eius Vita) *secessit in vastam Syriæ solitudinem, vbi quadriennium in lectione diuinorum librorum, cœlestisq́ beatitudinis contemplatione consumpsit: assidua se abstinentia, vi lacrymarum, & corporis afflictatione discrucians.* Hoc iuxta historiæ veritatē. Cæterùm iuxta mysticum intellectum: congruum quoq; eiusmodi temporis interuallum corporis supplicio fuit: quoniam quaternarius [C] hic numerus afflictionis semper & pœnitentiæ in sacris litteris censetur. Moyses siquidem, & Helias, & ipse Saluator, quatuor dierum, ac noctium decadibus ieiunarunt. Eodem numero diluuij aquæ vniuerso intulerunt Orbi naufragium. Et per quatuor pariter annorum decades populus fuit in solitudine, vt postea circuncisus in Galgalis, opprobrio & ignominia Aegypti liberaretur. Igitur, cū vnusquisq; per quatuor elementa mundi (quibus omnia constare dicuntur) dum ea diligit & fouet, Deum offendat, & in eo ipso numero puniatur: Iustum planè erat, vt ipse quoq; Hieronymus, diuinam sponte præueniendo vindic- [D] tam eodem numero dignam pœnitentię satisfactionem absolueret, cuius sacramentum non ignorabat.

2 *Sentiens in se Beatus Hieronymus omnem carnis voluptatem exhaustam.* Per carnis voluptatem, omnes delitiæ, quæ vitio dantur passim accipiuntur: quo sensu loquitur Apostolus ad Ephesios: *Nos* (inquiens) *omnes aliquando conuersati sumus in desiderijs carnis nostræ facientes voluntatem carnis, & cogitationum.* Conuenientius tamen hoc loco per carnis voluptatem appetitus sensitiuus, qui causa ac fomes omnis carnalis voluptatis est, intelligendus videtur, dicente Domino in Genesi: *Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est.*

3 *Nihilq; in ea esse, quod spiritui repugnaret.* Perpetuam enim inter vtrūq; tam carnem videlicet, quàm spiritum, luctam nemo ignorat. Sed de hac sæpius sermo coincidet.

4 *Reuertitur Hierosolymam.* Post egressum e Syrię solitudine Hierosolymam Hieronymū (Monachi tamen semper habitu & professione [F] retentis) contendisse apte hoc loco monemur, cùm reuerà id cum ipsa veritate consentiat. Antequam enim Romam ad Damasum Pontificem se conferret, in ea frequentèr fuisse cōmoratū ipsemet in Præfatione libri de Spiritu sancto aperte indicat, dum scribit: Illicò ego, velut postliminio Hierosolymam sum reuersus.] Et in Epistola ad Asellam virginem: Ora [Epist. 99.] autem, vt de Babylone Hierosolymam regrediar.] Si ergo Hierosolymam reuersus post suum e Roma redditum: profectò in ea ante fuisse versatum sequitur. Igitur quod ad historiæ veritatem pertinet, commemorata aliàs nunc etiam animo, atq; memoria tenenda: Hie- [G] ronymum videlicet ter Hierosolymis fuisse. Primò cum Euagrij solitudinem egressus est: In ea etenim tunc ita vitam composuit, vt in nullo alio penitus, quàm in Sanctorum locorum cultu versaretur: Secundò, cùm relicta Chalcidis æquè solitudine (audito tamen prius Constantinopoli Gregorio Nazianzeno, necnō a Paulino Antiochię Episcopo sibi Sacerdotio collato) iterùm eandem tenuit: in qua & ad Concilij Romani vsq; tempora cōmoratus est. Fuisse autem intermedio eiusmodi tempore a Damaso Summo Pontifice quęstionibus excitatum, eiusdem Damasi declarant Epistolæ [H] centesima vigesima quarta, & centesima quadragesima quarta. Postremò cum Roma rediens, post lustratam Aegiptum, auditumq́; Didymum iterum eandem inuisit, atq; non longè ab ea: Bethlehem videlicet ad obitum vsq; permansit. Hæc secundum litteram. Iuxta verò sublimiorem intelligentiam, dum Hieronymum a solitudine Hierosolymam intrantem considero, quod in Iosue libro posteri- [Iof. 10.] tati propagatum est, videre simul videor. Enimuerò, quemadmodum quinq; ibi regibus, qui in terra promissionis ante regnabant, resistebantq́; Euangelico exercitui, Iosue ad speluncam superatis, occisisq́; ipse idem cum omni populo terram ingressus est, atq; simul possedit: sic & Hieronymus quinq; corporis sensibus,

A fibus, visu, odoratu, gustu, auditu, & tactu, qui
tanquam nequissimi reges, sibi animæ bona,
vniuersamq; eius substantiam vindicare ten-
tabant, ad proprij corporis speluncam, vel ad
eremi tenebricosum habitaculum, assiduis pœ-
nitentiæ operibus deuictis, ac interfectis, Hie-
rosolymam tandem victor ingreditur. Hiero-
solyma enim pacis visio interpretatur, quam
illi tantum intrare merentur, qui diro prius
certamine exacto memoratos quinq; Tyran-
nos ad specum interrimunt.

5 *Vt deriuaret fontes suos foràs.* Non tam
certè solitudinem ac eremum, quàm Paradi-
sum vocare Hieronymi nunc memoratum ha-
B bitaculum debemus: quandoquidem ex eo ad
irrigandum Ecclesiæ hortum, humanarum, di-
uinarumq; scientiarum fontes ac flumina, qui-
bus omnes sitim explerent affatim eruperunt:
Per fontes item Ecclesiæ sanctæ doctores acci-
piuntur, de quibus Isaias vaticinatus ait.
Is. 41. *Aperiam in supremis collibus flumina, & in me-*
dio camporum fontes. Christus verò, qui dicit:
Hier. 2. *Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ.* Et. *Qui*
Io. 7. *sitit veniat ad me, & bibat, & fluent flumina de*
ventre eius: non fontes in plurali numero, sed
fons in singulari dicitur, quia eminentissimè &
æternaliter fons est, & sapientia Patris, a quo
spirituales omnes cœlestis aquæ gratiæ origi-
C naliter manant, quarum participatione fontes
ac flumina in hac conuallibus fluunt. Hoc
verò loco per fontes conuenientius doctrina
euangelica accipitur, de qua Isaiæ quadragesi-
mo primo. *Haurietis* (scribitur) *aquas in gau-*
Psal. 67. *dio de fontibus Saluatoris.* Et in Psalmo. *In*
Ecclesijs benedicite Deo Domino de fontib⁹ Israel,
quam doctrinam, quoniam in secreto solitudi-
nis sufficienter Hieronymus biberat, in coetu
vtiq; populorum par erat vt erumperet: Vnde
& subditur.

6 *Et in plateis aquas scientiæ sua diuideret.*
Non plateas illas accipias, quarum amplitudo
animas ducit ad mortem, aut in quibus ve-
Isa. 59. ritas apud Isaiam corruit, Moabq; (idest hæ-
D retici) vlulant. Non, inquam. Sed illas in-
Isa. 15. tellige, in quibus credentium multitudo spatia
tur: Sanctam, nimirum Ecclesiam, de qua Za-
Zac. 8. charias loquitur: *Adhuc habitabunt senes, &*
anus in plateis Hierusalem. In quibus quoq;
sapientia clamitat: *Vsquequo paruuli diligitis*
infantiam, & stulti ea, quæ sunt noxia cupient, &
imprudentes odibunt scientiam. Deniq; & ipsa
sponsa dilectum inquirens has ipsas circumit
plateas, dicens: *Consurgam, & circuibo ciui-*
Cantic. 3 *tatem, in foro, & in plateis eius, donec inueniam*
eum, quem diligit anima mea. In his ergo Pla-
teis doctores Sācti aquas scientię diuidūt, dùm
quę misterijs inuoluta legerunt, audientibus
vel legentibus explicant, & quod priuata lec- E
tione, vel meditatione in angustis cellulis didi-
cerunt, coram omnibus, & audacter in Eccle-
sia magna pertonāt, iuxta Saluatoris præcep-
tum: *Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumi-*
ne, & quod in aure auditis prædicate super tecta. Matt. 10.
Nec immerito pro multiplici scientiarum co-
gnitione aqua nūc ponitur: Enimuero quem-
admodum corporis sordes aqua terguntur, sic
scientiarum affluentia audientium mentes, ne
vel ex peccatorum sordibus informes diutius
persistant, vel doctrinæ cœlestis ariditate, & in
opia deficiant, resperguntur. De eisdem me-
minit Ecclesiasticus in hæc verba: *Aqua sa-* Ecc. 15.
pientiæ salutaris potabit illum. Et Salomon in F
Prouerbijs. *Quomodo in aqua resplendent vul-* Prou. 27.
tus prospicientium, sic corda hominum manifesta
sunt prudentibus. Deniq; quot quot in Eccle-
sia tractatus, ac libros Hieronymus edidit, to-
tidem fluminibus de medio Paradisi exeunti-
bus hortum Ecclesiæ irrigant.

7 *Vt de torrente lingua eius.* Fons placidè
decurrit, & leniter: imo angusto vt plurimùm
detinetur alueolo: Torrens verò impetu ma-
gno in amplissima quæq; spacia erumpit. Vt
ergo ad Hieronymi efficax dicendi genus, sa-
pientiæq; magnitudinem alluderetur, torrenti
lingua eius pulchrè comparatur, quippe quæ
in difficilia quæq; scripturæ sacræ loca, siue G
pro historicæ narrationis, siue pro latentium
mysteriorum intelligentia largiret, copioseq;
effluxerit. Huiusmodi profectò linguam miris
sustulisse laudibus visus est Salomon cùm in
Prouerbijs dixit: *Lingua sapientium ornat scien-* Prou. 15.
tiam. Et quanquam, vel aquarum copijs tor-
rens frequenter carere, vel tumescens turbidis
aquis effluere soleat, hic tamen Hieronymi,
& ipsius aquę nitorem, & fontis scaturitionem
retinet, vt ibidem dicitur: *Aqua profunda*
verba ex ore viri, & torrens redundans fons sa-
pientiæ.

8 *Multi vina biberent.* Aquis certè, non
vino torrentes manare nullus ignorat. Igitur,
quis hunc Hieronymi, qui vina præter naturā H
dedisse scribitur non miretur, degustare non
contendat? Hieronymus profectò illius vitis,
quæ in Euangelio dicit: *Ego sum vitis vera,*
& vos palmites, huius (inquam) vitis palmes
tam ferax fuit, vt meritò non aquis tantum,
sed etiam vinis redundasse dicatur: a vite hic
nunquam abscessit, sed in ea perpetuo man-
sit, intimeq; adeo eidem hæsit, vt Saluatoris
dictum impletum sit. *Qui manet in me, & ego*
in eo: hic fert fructum multum. Legas eius scrip Io. 15.
ta, & tanta diuersarum rerum, ac linguarum
peritia, ac splendore: tanta doctrinarum varie-
tate, & multitudine scatere comperies, vt in
torrentis

A torrentis similitudinem superefluxisso facile intelligas. Degustes torrentis huius suauitatē; exhaurias aurei fontis humorem; bibas coelestium mysteriorum optima vina, & delitias voluptatesq́; eius ex proprio gustu indicabis. *Magnificaui mihi opus meum, ædificaui mihi domos, plantaui mihi vineas; feci mihi hortos, & Paradisos*, de eo ennunciauit Ecclesiastes. Eccl. 2. Verùm cæteri quoq; Ecclesię Sanctæ Doctores vina habere dicuntur, quoniam Dei Verbum, & doctrinam quasi vinum fundentes populis illa propinant, ex quorum gustu exhilarantur protinus, vt in Psalmo dicitur: *Et vinum lætificet cor hominis*: Hi sunt vini fusores, B quorum ordinem, ac maiestatem in domo mystici quondàm Regis Salomonis Regina Austri 3. Reg. 10 intantùm demirata est, vt vltrà spiritum non habuisse Regnorum tertio referatur.

9 *Qui hunc in deserto, & inuio, & in aquoso reperire vix possent*. Est desertum de quo idem Epist. 1. Hieronymus clamat: O desertum Christi floribus vernans: O solitudo in qua illi nascuntur lapides, de quibus in Apocalypsi ciuitas magni regis extruitur: O eremus familiarius Deo gaudens. Apoc. 20. Et est desertum, quod pro vitiorum solitudine accipitur: Ezech. 20 De quo per Ezechielem loquitur Dominus: *Sicut iudicio contendi aduersus patres vestros in deserto terræ Aegypti, sic iudicabo vos dicit Dominus*: & Dauid in Psalmo: C *Errauerunt in solitudine in inaquoso, viam Ciuitatis habitaculi non inuenerunt*. In posteriori hoc ergo deserto vtiq; verissimum est, tam copiosum vini fusorem aliquandò reperiri vix potuisse, *Cum in maleuolam animam, & corpore subdito peccatis non ingrediatur sapientia*.

10 *Accedens igitur ad eiusdem Ciuitatis Episcopum, Cyrillum nomine*. Iam alibi lectorem monuimus, non ideo Lupum Hieronymi acta composuisse, vt in eisdem tempora ad minutos Calculos reduceret. Apagè. Veram potius is elaborauit historiam, quò sua ętate, (in qua D nil certi de Sancto circumferebatur) quid de eo ipso tenendum esset omnibus aperiret. Igitur non statim post egressum o Chalcidis solitudine, hoc est, trecentesimo septuagesimo octauo Christi anno, Cyrillum pro construendo Cœnobio accersiuit Hieronymus, sed tum post suum ex Vrbe redditum, Damaso iam vita functo, Siritioq; sedente Pontifice, tum post suam ex Aegypto reuersionem, de qua supra capite quarto, numero vigesimo septimo. Horum profectò tempus in Domini annum trecentesimum octogesimum octauum ibidē retulimus, quo æquò, & Cyrillum nunc Hieronymus (paulò nimirum ante quam e vita migraret) adit. Et quamuis Baronius eundē superioribus annis, hoc est trecentesimo octogesimo sexto obijsse tradat, illi Hieronymi de E scriptoribus Ecclesiasticis, in Cyrillo, innixus testimonio [Cyrillus Hierosolymorum Episcopus sępe pulsus Ecclesia, & receptus, ad extremum sub Theodosio principe, octo annis inconcussum Episcopatum tenuit] qui Christi numeratur annus trecentesimus octogesimus sextus: Deceptus tamen in eo est, quòd eiusmodi annorum inconcussæ sessionis interuallum, ad primos Theodosij annos retulit. Verùm aptius, veriusq; alij, præsertim verò Panuinus supputauit in fastis, Cyrilli obitum, proximè sequenti anno, trecentesimo videlicet octogesimo octauo Christi anno adscribens. Duos autē nominis eiusdē Cyrillos Hieronymo bene F uolentia coniunctissimos Victorius in Indice operū eius adnotauit, quorum prior Epistola septuagesima septima, verbis illis recensetur: De fide autem, qoam dignatus es scribere, Sancto Cyrillo dedi conscriptam fidem. De posteriori in libro de Viris illustribus: Cyrillus Hierosolymorum Episcopus &c] Vtmodò alla tum est, agitur: cuius & extant Catecheses, quas in adolescentia composuit. . Ab hoc Hieronymus post suum ab Vrbe Roma posteriorem abscessum construendi Monasterij iuxta Bethlehem locum obtinuisse, nunc scribitur: in quo communiter etiam scriptores conueniunt. Additq; Equilinus, hoc ipso tempore Cyrillum eundem ab Hieronimo absoluti G muneris Episcopalis formam viceuersa scriptis editam impetrasse. Verùm tanto præsule mortе deleto, cum Ioannes (qui sub Valentis persecutione Catholicos auersatus erat, & Arrianis, Macædonianisq; communicarat) per fraudem in illam Sedem subrogatus fuisset: illum ideo Hierouymus alterum Prętextatum nominauit: Eph. 61. Enimuerò, quemadmodum ille Damaso Pontifici dicere sæpius consueuerat: Facite me Pontificem, & illicò Christianus ero; sic iste prælationis spe factus Catholicus, ab hæresi Episcopatus collatione redemptus est. Concitatus idem aliquandò in Hieronymum; non H tantum ab eodem constructum Monasterium euertere, sed & ipsū Sanctū virū, eiusq; Monachos omnes exilio relegare contendit. Testatur hoc ipsemet Hieronymus, Epistola sexagesima secunda dicens: Nuper nobis postulauit, (Ioannes scilicet) & impetrauit exilium, atq; vtinam implere potuisset, vt sicuti illi voluntas imputatur pro opere; ita nos non solum voluntate, sed & effectu coronam haberemus exilij.] Demum idem Ioannes octo hæretum a Hieronymo redargutus, vocatusq; propterea ad Synodum, cum ire contempsisset vnanimi consensu Patrum, tamquam Origenista damnatus est.

A Porrò ad Cyrillum Episcopũ octauo Theodosij anno sublatum, qui annus secundum Baronij Annales Christi trecentesimus octogesimus sextus est, & Siricij Papæ secundus, passum retrò vertentes, illorum manifestus error conuincitur, qui eundem Cyrillum, Hieronymo e viuis sublato funeris pompam persoluisse, Epistolamq; illam ad Augustinum Hypponensem Episcopum, De miraculis, ac prodigijs eiusdem, Tomo nono operum eius relatam scripsisse testantur: cum manifestò illum ante Hieronymum, ad triginta sex annos a sæculo migrasse constet. Rem pluribus explicatam, vide in Recensionibus.

B 11 *Petijt ab eo vt in Bethlehem*. Binas Bethlehem ex ipsomet Hieronymo super Micheæ quintum habemus, ibi: Pulchrè autem dicitur Bethlehem Iuda, ad distinctionem eius Bethlehem, quæ in Gallilęa sita est, sicut in Iesu volumine reperi.] Eadem est, quæ, & Ephrata, vt dicitur Genesis trigesimo sexto: *Mortua est Rachel, & sepulta in via Ephrata; hæc est Bethlehem*. Idem in Iosue libro habetur: *Theco, & Ephrata, hæc est Bethlehem*. Io. 15. Ciuitas Demum Dauid dicta est, in qua & Deus noster atq; Saluator In plenitudine temporum nasci de Virgine dignatus est.

12 *Quæ est sexto ab Hierosolyma milliario,* C *contra meridianam plagam, locum sibi habitandi tribueret:* Idem ex libro Hebraicorum locorum, ibi: Sexto (Bethlehem videlicet) milliario ab Aelia contra meridianam plagam iuxta viam, quæ ducit Chebron, vbi & sepulchrum Iesse & Dauid ostenditur.] Huius porrò sedẽ sibi Hieronymus deuotionis intuitu delegit, quòd in ea Saluator noster Christus natus, a pastoribus visus, & odoratus esset a Magis; deinde quòd amenus, & solitariæ vitæ, ex nemoribus illi adiacentibus opportuous esset locus. Vel dicatur: per Bethlehem humilitatem, paupertatemq; signari, de qua idem Hieronymus in Hieremiam proloquitur: Sanctæ autem D Crucis & Resurrectionis vocabula, nõ Vrbem significant, sed locum: nec diuitiatum quondàm magnitudinem, per quam perijt populus Iudęorum, sed gloriam Sanctitatis, quam nostra paupereula possidet Bethlehem, non habens aurum, & gemmas, sed panem, qui in ea natus est.] Et in vita Paulæ. Romæ (inquit) prætulit Bethlehem, & auro tecta fulgentia informis luti vilitate mutauit. Consequens ergo erat, vt Hieronymus Ordinis sui prima fundamenta iacturus, ibi primũ ea deijceret, vbi veræ humilitatis, paupertatisq; perfectæ symbolum consequebatur. Hæc loci fortuna super Orbis delitias omnes idem sæpius gloriatur. Habeat (inquiens) sibi Roma suos tumultus, arena sæuiat, circus insaniat, theatra luxurient: E & quia de nostris dicendum est: matronarum qootidie visitetur Senatus: Nobis adhærere Domino bonum est, & ponere in Domino Deo spem nostram: Psal. 71. vt cum paupertatem istã Cœlorum regna mutauerint, erumpamus in vocem: *Quid enim mihi est in Cœlo, & a te quid volui super terram?* Quo scilicet, cum tanta reperiamus in Cœlo, parua, & caduca quæsisse nos doleamus in terra.

13 *Optans scilicet, vt prudens animal præsepi Domini sui iugiter adhærere*. Præsepe monachi cellula etiam dicitur, quia in illa pro strato, modicum fœni, vel paleę adhibetur. De Monachis sui temporis scripsit Hieronymus: F De hinc consurgunt pariter, & hymno dicto Epist. 22. ad præsepia redeunt. Hoc loco pro Saluatoris incunabilis accipitur: de quibus Lucas ait: *Peperit Maria filium suum primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præsepio*. Luc. 2. Quamuis autem innumeri erga hæc Sacrosancta Saluatoris incunabula, dùm ea ex remotissimis Orbis terræ partibus præsentes venerati sunt pietatis argumenta prætulerint, in eiusmodi tamen Religionis exemplo neminem nactus est Hieronymus parem: longè superauit omnes. Mixtis gaudio lachrymis ad ea prostrata Paula proclamabat: Ego misera atq; peccatrix digna sum iudicata deosculari præsepe, G in quo Dominus vagijt? Orare in spelunca, in qua Virgo puerpera Dominum fudit infantẽ?] At Hieronymus ad perpetuum cultum se ipsum quoq; perhenne addidit mancipium, vt etiam tanquam iumentum ad ea ipsa, ad diem vsq; mortis suæ se alligasse aptè in textu refertur. Verùm cùm binas iumentorum species, Bouem nimirum & Asinum, de quibus per Isaiam loquitur Dominus: Isa. 1. *Cognouit bos possessorem suum, & Asinus præsepe Domini sui*, præsepibus alligari solitas in scripturis sacris legamus, sintq; euismodi animalia ex propria natura stolidissima, quomodo eoruodem naturam imitatus Hieronymus prudens haberi H poterit, qui se præsepi Domini permansurum iugiter obstrinxit? Prudenter quidem sapienterq;. Per præsepe namq;, mysteria Verbi in carne intelliguntur. O Hieronymi non vltrà auditam prudentiam. O sapientiam eruditissimam. Vt tam profunda, tamq; imperscrutabilia æterni Verbi mysteria casto ore mandere, Euangelicæq; veritatis Sacramẽta, quoquo posset modo dentibus ruminare, omnem mundi sapientiam abijciens, se totum in supernorum cõtemplationem obstrinxit, & stolidioris iumenti similitudinem vsurpauit. Sciebat ab Apostolo dictum. *Videte fratres vocationem vestram, quia non multi sapientes se-* 1. Cor. 1.

cundum

A *cundum carnem, non multi nobiles, sed quæ stul-*
ta sunt mundi, elegit Deus, vt fortia quæque con-
fundat. Iam vocem, vtrunq; ad se iumentorũ
Matt. 11. allicientis Domini, ac vni quidem eorum di-
centis audierat: *Venite ad me omnes qui labora-*
tis, & onerati estis & ego reficiam vos. Alteri
Matt. 11. vero. *Tollite iugum meum super vos & discite*
a me, quia mitis sum & humilis corde, & inue-
nietis requiem animabus vestris: Iugum enim
meum suaue est, & onus meum leue: Propterea
ad præsepe Domini festinus accessit, intentus
illi adhæsit, ab illo seiungi nunquam passus est.
Antequàm ad præsepis huius infima Vnige-
nitus Dei filius descenderet, Propheta Do-
Isa. 40. B mini iussu clamabat: *Verè fœnum est popu-*
lus: exsiccatum est fœnum, & cecidit flos. At
posteaquàm illud idem Verbum Patris e cœ-
lo delapsum est, maternoq; Virginis obsequio
in eo pannis inuolutum, reclinatum est: quod
idem Propheta subiunxerat, mox impletum
est: *Verbum autem Domini nostri manet in æ-*
ternum: Tunc fœnum mortalis nostræ naturę
viridi coma reuixit, eidemq; Diuino Verbo ip-
sa natura sociata, æternitate cum eo simul do-
Psal. 71. nata est. *In summis montium* (cecinit Dauid)
superextolletur, super Libanum fructus eius, &
florebunt de Ciuitate sicut fœnum terræ. Ante-
quàm is, qui in Psalmo dicit: Vt iumentum
C factus sum apud te, præsepis huius ima deli-
geret, tunc præsepe inane erat: At statim, ac
ipsa Sapientia Patris illud impleuit, *Nos omnes*
1. Io. 1. (vt Ioannes inquit) *de plenitudine eius accepi-*
mus. Tunc bouis fortitudo vniuerso declara-
ta est Orbi, quia terra dedit fructum suum, &
Prou. 14. segetes multiplicatæ sunt nimis. *Vbi non sunt*
boues (Salomon inquit) præsepe vacuum est.
Vbi autem plurimæ segetes, ibi manifesta est bo-
uis fortitudo. Antequàm deniq; Deus homo
fieret, maledicto feriebatur terra huius-
Hab. 3. modi: *Abscidetur de ouili pecus, & non erit*
armentum in præsepibus: At post eius ad nos
aduentum: *Oues* (Dauid cecinit) *eorum fæ-*
D *tosæ abundantes in egressibus suis, boues eorum*
Psal. 143. *crassæ: Beatum dixerunt populum cui hæc sunt.*
Beatus populus cuius Dominus Deus eius. Et Isa-
ias. *Beatus qui seminat super aquam, vbi bos,*
& asinus calcant. Igitur omnium iudicio pru-
dentissimus, simulq; sapientissimus Hierony-
mus, qui vt tam alta, tamq; profunda salutis
nostræ mysteria prostratus contemplaretur;
qui vt Verbum in carnis præsepe abscõditum,
deuoto mentis affectu perquireret: qui de-
mum, vt de Cantico Canticorum Sponsi la-
bijs ac dentibus Verbi mysteria, suauissimo
gustu ruminaret, tanquam brutum ganeis
Domini indissolubiliter se deuinxit.

14 *Cui mox, quod deuotè poposcit, dignè con-*
cessum est. Quippe cui amicitia, & sensibus in E
religione coniunctissimo. Dubitare nunc de
historiæ veritate quispiam posset; quomodo
nimirum Cyrillus Hierosolymorum Antistes,
construendi Monasterij facultatem Hierony-
mo eo in loco cõcessent, qui suæ iurisdictionis
non fuisse comprobatur: Et quidem Bethlehẽ
locum ad Hierosolymitanum Episcopum non
spectasse, quæ post multos annos inter Epi-
phanium Salaminæ Cypri Episcopũ, & Ioan-
nem, Cyrilli eiusdem successorem controuer-
sia excitata est, præseferre videtur: quandoqui-
dem eo in ipso loco ab eodem Epiphanio or-
dinatione antea habita, qua & Diaconos & F
Presbyteros creauerat ipsimet Ioanni de eadẽ
expostulanti, Epiphanius Epistola apud Hie-
ronymũ in serie sexagesima, ita scribit: Nihil
tibi nocuimus, nihil iniuriæ fecimus, nec quid-
quàm violenter extorsimus. In Monasterio
fratrum, & fratrum peregrinorum, qui pro-
uinciæ tuæ nihil deberent, & propter nostram
paruitatem & litteras, quas ad eos crebrò dire-
ximus, communionis quoq; tuæ cœperunt ha-
bere discordiam, ne viderentur quadam duri-
tia & conscientia nostra antiquæ fidei ab Ec-
clesia separari, ordinauimus Diaconum; &
postquam ministrauit, rursum Presbyterum: G
super quo debueras gratulari, intelligẽs quòd
ob Dei timorem hoc sumus facere compulsi.
Nam & si singuli Ecclesiarum Episcopi habẽt
sub se Ecclesias, quibus curam videntur impẽ-
dere, & nemo super alienam mensuram ex-
tenditur: tamen præponitur omnibus charitas
Christi, in qua nulla simulatio est.] Et post ali-
qua rursus refricat: Hæc ita acta sunt, vt locu-
tus sum in charitate Christi; quam te erga par-
uitatem nostram habere credebam: quãquàm
in Monasterio ordinauerim, & nõ in parochia,
quæ tibi subiecta sit.] Hæc ille. Cæterum in
oppositum non tãtum author in textu, sed Se-
uerus quoq; Sulpitius, relatus a Victorio in H
Vita eiusdem Hieronymi est, cui & idẽ Vic-
torius subscribere hunc in modum videtur:
Posita est Bethlehem in meridiana plaga, &
tribui Iuda annumerata, sub Episcopatu Hie-
rosolymitano, sex, vt testatur Seuerus Sulpi-
tius, qui oram inuisit, & sex mensibus cum
Sanctissimo Viro degit, milliarijs ab Hieroso-
lyma distans, & sexdecim ab Alexandria man-
sionibus.] Ita ipse. Excusandus autem om-
nino Epiphanius, tũ ex causis in propria Epis-
tola allatis, tum ex consuetudine Ecclesiæ Cy
pri, quæ longo iam vsu id iurisdictionis, eo in
loco acquisierat. Frequentẽ enim hunc Epis-
copis (conterminos videlicet sibi populos in-
uicem commendandi) fuisse morem testatur
ipsemet Epiphanius, paulò post subdens. O

verè

A vere benedicta Episcoporum Cypri mansuetudo & bonitas, & nostra rusticitas sensu tuo, & arbitratu digna misericordia Dei. Nam multi Episcopi communionis nostræ, & Presbyteros in nostra ordinauerunt Prouincia, quos nos compræhendere non potueramus, & miserunt ad nos Diaconos, & hypodiaconos, quos suscepimus cum gratia. Et ipse cohortatus sum beatæ memoriæ Philonem Episcopum, & Sanctum Theoprobum, vt in Ecclesijs Cypri, quæ iuxta se erant, ad meæ autem Parochiæ videbantur Ecclesiam pertinere, eo quòd grandis esset, & latè patens Prouincia, ordinarent Presbyteros, & Christi Ecclesiæ
B prouiderent.] Hactenus Epiphanius.

15 *At ipse, fauente Domino Monasterium ibi construxit*. De eodem sæpius in suis tractatibus, Epistola nimirum octogesima nona, capite quinto ad Augustinum. In præfatione septimi in Ezechielem libri; In præfatione item secundi in Epistolam ad Ephesios Commentariorum libri, presertim vero,

16 *Vt ipse inquit in Epistola ad Pammachiũ, de morte Paulinæ in fine*. Habetur Epistola primo Tomo, in serie vigesima sexta, quam anno Christi trecentesimo nonagesimo octauo datam alibi obseruauimus. Et quamuis in eorũ serie operum circa extremum libri de scrip-
C toribus numeretur, quæ ipsemet Hieronymus ad trecentesimum nonagesimum secundum Christi annum elaborauit, perperam tamen de eadem ibi mentionem haberi alibi ostendemus. Siquidem, non ab Hieronymo primũ, sed ab alio quopiam addita deinceps hæc verba in calce Paulinæ scilicet sunt, [& Epitaphium eiusdem libri.]

17 *Nos in ista Prouincia ædificato Monasterio*. Ex his ad Christi incunabula nullũ prorsus antea fuisse extructum Monasterium aperte intelligimus. Vnde & iure optimo primus, qui sub Abbatis obedientia, Monasterij clausura, ac regulę professione Monachos ibi insti-
D tuit, Hieronymus author prædicatur; Enimuero ex multis Orbis terrarum partibus, viris Sanctissimis ac feminis (de quibus libro secundo, De origine Ordinis nostri) tũ proprio virtutum splendore, tùm diuersis suis tractatibus, ac Epistolis ibidem conuocatis breui temporis internallo familiam adeo illustrauit, vt totus penè orbis ad eũ cõfluxerit. Cœperat olim hoc idem opus (dum nimirum Romæ, Damasi Põtificis ætate degens, ad idem vitę genus vtrunq; pariter sexum secum adduxerat) At nunc in eo ipso, pari labore desudans, Bethlehẽ quoq; ad præsepe Domini vrget. Et quamuis aliquot ante annos Romæ ab Athanasio, Petroq; Alexandrinis Episcopis Monachatus, ad exemplum Aegypti Patrũ prædicatus fue- E
rit, eiusmodi tamen viuendi norma, vti noua, inusitataq;, & quæ ductore pon ssimum (cum præsertim paulò post ad suas sedes dicti met Pontifices se iterum recepissent) carebat, non fuit ad id temporis ab aliquo tenta; Verùm post eos Vrbem ingressus Hieronyms, tanto mox principe Monachat⁹ altis defixus, radicibus in sublime protinus conscendit, & Roma quasi altera Hierosolyma, Monachorum virtutibus longe, latèq; effulsit. Accipitur hoc ex eiusdem Hieronymi super Marcellæ obitu Epitaphio ibi. Nulla eo tempore nobilium fœminarum nouerat Romæ propositum Monachorum, nec audebat propter rei nouitatẽ, F
ignominiosum, vt tunc putabatur & vile in populis nomen assumere. Hæc (Marcella scilicet) ab Alexandrinis prius Sacerdotibus, Papaq; Athanasio, & postea Petro, qui persecutionem Arrianę hæreseos declinantes, quasi ad tutissimum communionis suæ portũ, Romam confugerant, vitam Beati Antonij adhuc tunc viuentis, Monasteriumq; in Thebaide Pachomij, & Virginum, ac Viduarum didicit disciplinam: nec erubuit profiteri, quod Christo placere cognouerat. Deniq; & cum me Romam cum Sanctis Pontificibu Paulino, & Epiphanio Ecclesiastica traxisset necessitas, quorum alter Antiochenam Syrię, alter G
Salaminam Cypri rexit Ecclesiam, & verecũdè nobilium feminarum oculos declinarem, ita egit, secundum Apostolum importunè, opportunè, vt pudorem meum sua superaret industria. Et quia alicuius tunc nominis esse existimabar super studio scripturarum, nunquã conuenit, quin de scripturis aliquid interrogaret. Porrò ipsa Marcella, quæ eiusdem Hieronymi doctrinam consecuta est, quomodo quoq; vitæ Monasticę imitata sit institutum, quod & propagauit in alias, idem tradit his verbis: Suburbanus ager vobis pro Monasterio fuit, & rus electũ pro solitudine: multoq; ita vixistis tempore, vt ex imitatione vestri, H
& conuersione multarum, gauderemus Romam factam Hierosolymam: crebra virginum Monasteria: Monachorũ innumerabilis multitudo, vt pro frequentia seruientium Deo, quod prius ignominiæ fuerat, esset postea gloriæ.] Confirmatur hoc idem ex proprijs eiusmet ad Asellam Virginem verbis, quibus ita conqueritur: Penè certè triennium cum eis vixi; multa me virginum crebrò turba circũdedit, diuinos libros vt potui nonnullis sępe disserui: lectio assiduitatẽ: assiduitas familiaritatẽ; familiaritas fiduciã fecerat; dicant quid in me vnquam aliter senserint, quàm Christianũ decebat.] Hæc ipse. Verum de hac eadẽ

Epist.99

Mona-

[A] [Epist. 2.] Monachatus Romæ per Hieronymum propagatione, manifestius actum est supra. Quod verò hoc loco idem scribit Hieronymus [*Nos in ista prouincia, ædificato Monasterio.*] Paulam illuc hactenus non fuisse appulsam facile intelligimus: Quãdoquidem de alijs quoq; Monasterijs, ac varijs pro peregrinis cellulis per eandem constructis aliquam fecisset mentionem. Non sic tamen Monasterij huius cõstructio accipienda est, vt templi omissa, vel neglecta suspicione attingatur: insignem enim ibi æquè Deiparæ Virgini, cui addictissimus semper fuit, dedicasse eundem basilicam a quamplurimis memoriæ proditum est.

[B] 18 *Et diuersorio propè extructo.* Alij legunt [*& diuersorio propter extructo*] Propter enim pro propè frequenter vsurpatur. Vnde & de Natura Cicero. Vulcan⁹ (ait) tenuit insulas propter Siciliam, quæ Vulcaniæ nominantur. Et contra Rullum: Fuluius Eurotas, qui propter Lacedemonẽ fluit. Extruit ibidẽ alias Constantinus magnus, Imperij sui anno vigesimo ptimo: Vel vt alij testantur, Helena eiusdem mater ad præsepe Domini amplissimam molẽ: Cæterũ, quoniã ea a Iudęis, cũ a Iuliano Apostata eisdẽ iterũ construendi tẽpli, & habitandæ Iudęæ facultas data est, fundit⁹ euersa est, ideo Hieronymus inquit, [*& diuersorio prope extru-* [C] *cto*] quia tunc Bethlehem coli, habitariq; cępta est. Præclarè autem pro Monachis extructo Monasterio, diuersorium pro peregrinis erigitur, quia Monachis in hospitum, ac peregrinorũ obsequio occupari potissimum conuenit: Ex quo idem ipse aduersus Rufinum: Nobis (inquit) hospitalitas cordi est: omnesq; ad nos venientes, læta humanitatis fronte suscipimus. Veremur ne Maria cum Ioseph locũ non inueniat in diuersorio: ne Iesus nobis di- [Matt. 25.] cat exclusus, *hospes eram, & non suscepistis me:* Solos hæreticos non suscipimus: propositum quippe nobis est, pedes lauare venientium, nõ [Epist. 4.] merita discutere.] Et ad Rusticum Monachũ Seruias fratribus: hospitum laues pedes.] Idẽ [D] [Ep. 26.] ad Pammachium: Et in Regula S. Benedicti pręcipitur, Abbatis mensam cum peregrinis semper esse debere. Christi autem anno trecentesimo nonagesimo septimo habitaculi huius pro peregrinis, atq; hospitibus fabricã cęptam hinc arbitror, quòd proximè sequenti anno, pro ea ipsa complenda, Paulinianus eiusdem Hieronymi frater (de quo paulò infra) in patriam, ad exportandam inde pecuniam transmissus sit.

19 *Ne fortè & modò Ioseph cum Maria, in Bethlehẽ veniens non inueniat hospitium.* Idem Epistola vigesimaseptima: In quo Maria & Ioseph hospitium non inuenerant. Alludit autem ad præallegata Euangelij verba, ex Lucæ capite secundo recitata. [E] Vel dicatur, per Mariam & Ioseph, hospites quoscunq;, & peregrinos intelligi, pro quibus in finali Iuditio, aduersus reprobos idẽ pertonabit Dominus. *Ite maledicti in ignem æternum: Hospes eram &* [Matt. 25.] *non recepistis me:* Et. *Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.* Sic & Abraham, hos- [Gen. 18.] pitalitatis intentus officijs, dum ipsos homines non exclusit, Deum suscepisse traditur.

20 *Tantis de toto orbe confluentibus turbis obruimur Monachorũ.* Vt eius nimirùm disciplinam profiterentur: Habent enim hoc Sanctorum Patrum exempla, vt ex remotissimis etiam orbis terræ partibus homines attrahant, [F] accendant, incitent. Vnde & de primis Religionum Institutoribus Ioannes Gessen exclamat: O quantus feruor omnium religiosorum in principio suæ sanctæ institutionis fuit: O [Lib. 1.] quãta deuotio orationis, quanta ęmulatio vir- [Cap. 18.] tutis, quã magna disciplina viguit: quãta reuerẽtia, & obediẽtia sub regula magistri in omnibus effloruit. Testantur adhuc vestigia derelicta, quod verè viri Sancti, & perfecti fuerunt, qui tam strenuè militantes mundum suppeditauerunt. Iam magnus putatur, si quis transgressor nõ fuerit: si quis quod accepit cum patientia tollerare potuerit. O tepor, & negligentia status nostri, quòd tam citò declinamus a pristino feruore: & iam tædet viuere [G] præ lassitudine, & tepore] Hęc ipse. Agit de hoc ipso ad se Monachorum concursu Hieronymus in Proœmio libri septimi in Ezechielem hisce verbis. Fateor, me explanationes in Ezechielem multo ante tempore promisisse, & occupatione de toto huc Orbe venientium implere non posse, dum nulla hora, nullumq; momentum est, in quo nõ fratrum occurramus turbis, & Monasterij solitudinem hospitij frequentia commutemus: intantùm, vt aut claudendum sit nobis ostium, aut scripturarũ, per quas aperiendę sunt fores, studia relinquenda.] Sed & ad Paulinum: De toto huc [Ep. 13.] Orbe concurritur: plena est ciuitas vniuersi ge- [H] neris hominũ, & tanta vtriusq; sexus constipatio, vt quod alibi ex parte fugiebas, hic totum sustinere cogaris.] Et ad Marcellam: Certè [Ep. 17.] flos quidã, & preciosissimus lapis inter Ecclesiastica ornamenta, Monachorum, & virginum chorus est. Quicunq; in Gallia fuerit primus, huc properat. Diuisus ab Orbe nostro Britannus, si in religione processerit, occiduo sole dimisso, quærit locum fama sibi tantùm, & scripturarũ relatione cognitum. Quid referamus Armenios? quid Persas? quid Indiæ, quid Aethyopum populos, ipsamq; iuxta Aegyptum fertilem Monachorum,

A Pontum, & Cappadociam, Syriam Cœlem, & Mesopotamiam, cunctaq; Orientis examina? Quæ iuxta Saluatoris eloquiom dicētis: Vbicunq; fuerit corpus congregabuotur illuc Aquilæ: coocurrunt ad hæc loca, & diuersarum nobis virtutum specimen ostendit: Vox quidem dissona, sed vna religio.] Satis igitur ex his liquet, iustorum operibus diuioam suffragari clementiam: dum quippe Hierooymus in manufactę fabricæ erectionem incumbit, hioe inde ex toto Orbe lapides viui io coædificationem spiritualem cōcurrunt. Latius de his libro primo, De origine Ordinis nostri, quæstione quarta, cooclusiooe secunda.
B Item quæstione quinta, in comprobatione secundæ partis conclusionis, ratione prima.

21 *Vt nec cæptum opus deserere*, Ex charitatis ardore: Christi enim seruos Charitas vrget.

22 *Nec supra vires ferre valeamus.* Aduersus Iouinianum scribitur: Sed ne glorieris, quòd multos discipulos habeas: Filius Dei docuit in Iodæa, & duodecim illum tantum Apostoli sequebantur: Pharisæorum autē doctrinæ omnis popolus applaudebat.] Fecit sanè vir Saoctus, quod monuit, cùm innumerabilium penè gerens curam Monachorum, ounquàm Patris nomine super se elatus sit, quio
C potius ad idem munus omnino imparem se expressè professus sit.

Lib. 2.

33 *Vnde quia penè nobis illud de Euangelio contigit, vt futuræ turris non ante computaremus expensas.* Hoc ad illud Lucæ quartidecimi refertur, quo dicitur. *Quis enim ex vobis volens turrim ædificare, non prius sedens computat sumptus, qui necessary sunt ad perficiendum, ne posteaquàm posuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes qui vident incipiant illudere ei dicentes. Quia hic homo cæpit ædificare, & non potuit consumare.*] Verùm aduertè, quod non absolutè dicitur, [*nobis illud de Euangelio contigit*] sed dicho [*penè*] additur,
D vt casum eiusmodi oon imprudentiæ iudices adscribendom, sed aduentantium inspetato concursu. Non ab re autem in Ordinis sui iaciendis fundamentis erigendæ turris similitudine vtitur, quia reuerà Religiosorum familię turrium nomine soleot in sacro eloquio designari. Sunt enim illæ aduersus nostræ Hierusalem oppugnatores, firmæ, coostantesq;, & ex earum culmioe vigiles die, & nocte vndiq; speculantur, de quibus in Psalmo dicitur: *Circumdate Sion & complectimini eam: narrate in turribus eius.*

24 *Compulsi sumus fratrem Paulinianum ad patriam mittere.* Vt largior beneficentiorq; in charitatis officijs ergà peregrinos, ac hospites Hieronymus esset, dilectissimum fratrem E
ad longioquæ peregrinationis molestias subeundas io patriam delegauit. Post decem videlicet ab impetrata a Cyrillo construendi Monasterij facultate annos. Numeratur huiusmet profectionis anous a Christo trecentesimus nonagesimus octauus: & in hanc ipsam temporis rationem Baronius eque Tomo quinto venit. Et reuerà cùm Rufinus, atq; Melania vrbem ingressi sint trecentesimo nonagesimo septimo Domini anno, & Eusebios, atq; Paulinian⁹ anno proximè sequenti ex ipsiusmet Hieronymi testimonio illuc quoq; peruenerint, certos omnino eiusmodi temporis calculus redditur. Porrò Hieronymi verba F
remipsam manifestò explicantis, hæc in Apologia aduersus eundem Rufinom sunt [Vincentius, Paulinianus, Eusebius, Rufinus Presbyteri, quorum Vincentius multo tempore ante vos (Rufinum videlicet, & Melaniam intelligens, quos alloquitur) Romam venit: Paulinianus, & Eusebius post annum vestræ nauigationis: Rufinus in causa Claudij post bieonium missus: omoes vel pro re familiari, vel pro periculo capitis alieni.] Hæc ipse, qoibus eiusdem Pauliniani, vnà cum Eusebio io Italiam aduentus annus delcaratur. Cæterùm, qui Rufin⁹ io hoc Hieronymi testimooio affertur, longè diuersus ab Aquileiense est, G
contra quē sermo dirigitur. Res præterea familiaris negotium, cuios causa ipse Paulinianus, comite Eusebio in Italiam missus affirmatur, hoc idem intelligendum Baronios quoq; testatur, de quo nunc ex Epistola ad Pammachium in textu subditur: quò videlicet, pro cœpto iam constructionis opere patrimonium distraheret. Fuit autem is Hieronymo oatu minor, eoq; tempore Romā ad meliores litteras euocatus, quo idem Damaso Pontifici in Ecclesiasticis causis auxilio erat. In Aegypeum inde vnà cum fratre ad nauigans, postremò in Palestinam, Bethlehem ad presepe Domini Monasticę vitę iostitutum H
professus est. De eodem sæpius Hieronymus io suis scriptis.

25 *Vt semirutas Villulas, quæ Barbarorum effugerant manus.* Per Barbaros diuersas hoc loco accipe oationes; de quibus sigillatim Heliodoro idem scribens ita meminit: Viginti, & eo amplius anoi sunt, quod inter Constantinopolim, & Alpes Iulias quotidie Romanus sanguis effunditur, Scythiam, Thraciam, Macedooiam, Dardaniam, Daciam, Thessaliam, Achaiam, Epiros, Dalmatiam, cunctasq; Pannonias, Gothus, Sarmata, Quadus, Alanus, Hunni, Vandali, Marcomani vastant, trahunt, rapiunt. Quot

matro-

A matronæ, quot virgines Dei, & ingenua, nobiliaq; corpora his belluis fuere ludibrio? Capti Episcopi, interfecti Presbyteri, & diuersorum officia clericorum, subuersæ Ecclesiæ, ad altaria Christi stabulati equi, Martyrum effossæ reliquiæ: vbiq; luctus, vbiq; gemitus, & plurima mortis imago. Quid putas nunc animi habere Corinthios, Athenienses, Lacedæmonios, Arcadas, cunctamq; Græciam, quibus imperant Barbari?] hæc ibi. Insignem hãc eandẽ patrij soli a Barbaris factam desolationem in Sophoniæ caput primum commemorans: Item quippe (inquit) Domini etiam bruta senserunt animalia: Et vastatis Vrbibus, homi-
B nibusq; interfectis solitudinem, & raritatem bestiarum quoq; fieri, & volatilium, pisciumq; testis Illyricus est, testis Thracia, testis, in quo ortus sum solum: vbi præter Cœlum, & Terram, & crescentes vepres, & condensa syluarum cuncta perierunt.] De hoc etiam supra ea pite primo.

26 *Et parentum communiũ census venderet,* Quorum generis nobilitas, cum multis Villulis, & censibus quamplurimis affluxerit, ex hoc vno loco facilè conijcitur. Et quanquàm alibi oppositum ipsemet Hieronymus videa- Epist. 2. tur asserere: Natus (scribens) in paupere do- mo, & in tugurio rustico, qui vix milio, &
C cibario pane rugientem saturare ventrem poteram, nunc similam, & mella fastidio.] Hoc tamen non de se ipso, sed de voluptuosis clericis, & Monachis, qui Ecclesiæ hæreditatem ad propria commoda, & luxum defraudabant intelligit. Sed generis eius splendor ex hoc clarior omnium iudicio redditur, quòd pro Christo omne patrimonium magnificentissimè distraxit.

27 *Nec cœptũ Sanctorũ ministerium deserẽtes:* Incipere enim plurimorum est, at perseuerare paucorum.

28 *Risum maledicis & æmulis præbeamus:* Idem in Isaiæ septimum: Et risum præbeam* Iudæis. Et in quinquagesimum sextum: Fa-
D cessat omnis cauillatio Iudæorum, & risui pręberè se cessat.] Aemulorum autem proprium est: atq; maledicorum iustorum ingiter opera illudere; tuncq; potissimum, eùm vel propria deberent peccata lugere, vel quæ in derisione habent, imitari. Illis Lucæ sexto comminatur Christus: Væ (inquiens) vobis, qui ridetis, quia lugebitis, & flebitis.

29 *In quo sub accepta ab Apostolis degens regula.* Debent Monachi aliquam ex approbatis profiteri regulam, propterea enim Regulares dicuntur. At cum Hieronymi ætate nulla alia præter ab Apostolis traditam circumferretur, consequens etiam erat, vt illam ad tempus suis, sibiq; proponeret obseruandam: E
Vide libro primo, De origine Ordinis nostri Quæstionem tertiam per totum. Et quamuis tunc fortassis Basilius propriam edidisse potuerit regulam; nondum tamen apud omnes vel vulgata, vel vsu recepta, vt potè recens, Vel, quod magis vrget, nec dum Apostolica authoritate comprobata fuerat. Ita sanè aliquandiù etiam Sanctus Augustinus, cum suis asseclis eãdem Apostolicam regulam primitus obseruasse in prologo sermonum ad eremitas, Et in sermone, de communi vita clericorum, & multorum aliorum authoritate scriptorum perhibetur. Num verò Hieronymus propriã postmodum suis viuendi formam, seu regu- F
lam conscripserit, perinde ac Augustinum aliquando fecisse omnibus compertum est, libro præallegato, quæstione quinta satis explicatur.

30 *Cœpit, vt multum cupierat.* Cœpit locum incolere non præsentia tantum corporali, sed nouarum potissimum frequentia virtutum. Aliàs enim, & permultos ante annos locum eundem tenuisse, ex proprio eiusdem testimonio colligitur, vbi: Protinus (inquit) Bethlehẽ Lib. 2. ad- meã reuersus sum, vbi adoraui præsepe:] quẽ uers. Ruf. locum accuratè considerans Victorius: Suam (inquit) Bethlehem non appellasset, nec se concito gradu ad eam reuertisse, sed accidisse G
potius dixisset, nisi prius (hoc scilicet, de quo nunc tractamus tempore) sedem illam tenuisset.] Ideo ergo veluti nouus loci eiusdem incola, ac insuetatus Bethlemita Vir Sanctus dictus est, quòd ibidem, exactissimo virtutum omnium studio, sanctiorem rursus quasi inceperit vitam, velutiq; nouus miles ad certamina, laboresq; pro familia sibi credita verbo & exemplo firmanda, sedulus institerit. Proh Deum immortalem, si Sanctitate celeberrimi viri, post tot fortiter gestas dimicationes, post tot triumphos, palmasq; gloriosè euectas, in Incipientium adhuc serìe memorantur, quid de nobis, nullius virtutis homunculis dicen- H
dũ? quo loco adscribendi, qui pro dimicando prælio ad arma vix manus extendimus? qui ad vitæ viam currendam alterum vix pedem dmouimus?

31 *Cum illustri viro Eusebio Cremonense.* Ex Epistola centesima prima, de optimo genere interpretandi ad Pammachium: Erat (ibi scribitur) in Monasterio nostro vir apud suos haud ignobilis Eusebius Cremonensis. Quis porrò, qualisq; hic inter Hieronymi discipulos Eusebius fuerit, quantumq; post eiusdem e vita discessum Ordinem propagarit, habetur libro secundo, de Origine ordinis nostri.

32 *Et cum alijs sanctis fratribus habitare:*
De

A De quibus nūminatim aduersus Rufinum, libro tertio Apologiæ, capite septimo agit. Volo (inquiens) scire, quæ sunt ista iacula venenata, quæ post tergũ vestrũ nos iecisse conqueraris. Vincentius, Paulinianus, Eusebius, Rufinus (alter videlicet ab nunc memorato) Presbyteri &c.] Dicitur autem Hieronymus cum cæteris fratribus Monasterij claustra coluisse, nō quòd eosdem asseclas suos, Fratrum nomine, vel appellari voluerit, vel duos Ordines: vnum nimirum fratrum, alterum Monachorum instituerit. Minimè: sed ideo Monachos fratres nũc author nuncupat, propter spiritualem omnium simul commorantium animi, & voluntatis B vnionem. In Monasterijs enim, quemadmodum vna viuendi ratio, sic & vnus animus, vna voluntas, atq; concordia est. Et ideo fratres non corpore (inter quos sępe iurgia, contentiones, & homicidia in scripturis legimus) Gen.4.13 27. 37. sed fratres spiritu Monachi dicuntur. In quo Psal.132. etiam sensu Dauid cecinit. *Ecce quam bonum,* Matt.28. *& quam iucundum habitare fratres in vnum.* Et Dominus in Euangelio: *Ite nunciate fratribus meis.* Et quanuis ex hoc Monachi omnes, fratres appellentur; non tamen e contrariò, omnes fratres Monachi dicendi sunt: quandoquidem inter se differunt, vt apud D. Thomã videre est. Demùm quàm ex horum omnium C simul, tam Virginum quàm Monachorum, cœlesti planè vitæ genere humani generis hostis ruinam præsagierit, illud vnum declarat, quòd omnibus non multò post, adhibitis ille neruis fabricam virtutum altis radicibus defixam labefactari, euerterecq; funditus curauerit. Grassatores, exilia, cędes, incēdia, bonorumq; omnium deprædationem immiserit. De quibus omnibus tam ipsum Hieronymum, eiusq; alumnos, quàm Eustochium, & Paulam, admirabili patientię modestiæq; exemplo, apud Romanum Pontificem cōquestos fuisse, quanuis speciales eorum litteræ non extent, Innocentij tamen tunc Pontificis responsiuę super D ipsa re transmissæ ad eos Epistolæ, idipsum apertè comprobant: quarum exemplaria vti vera antiquitatis monumenta, atq; rem ipsam mirum in modum explicantia, hic placuit ex Baronio subnectere.

Dilectissimo filio Hieronymo Presbytero Innocentius Episcopus.

Nunquam boni aliquid contentionem fecisse in Ecclesia testatur Apostolus: & ideo hæreticorum correctiones primum fieri iubet magis diuturna iuxta collatione. Quæ regula dum negligenter accipitur malum non vitatur, quod cauendum est, sed augetur. Tamen quoniam dolor, gemitusq; tuus, ita quatit viscera nostra, vt ratio non E *tractandi, consulendiq; sit, primùm constantiæ tuæ alloquor fidem. Pro veritate quisq; iniuria, aut (vt dicis) periculo percelletur, qui expectat beatitudinem, multis sæpe narrastis: & tua verbis prædicationis te bene memorem admonemus. Itaq; excitati tanta malorum scena, arripere authoritatem Sedis Apostolicæ ad omne comprimendum nephas, festinauimus: sed in quem insurgeremus, nec nomine appellatum legimus, nec criminis aliqua ratione taxatum. Quod ergo possumus, condolemus. Si deposueris autem apertam, manifestamq; in homines aliquos accusationem: aut iudices competentes tribuam: aut, si quid vr-* F *gentius, sollicitiusq; a nobis fieri potest, non retardaba, fili dilectissime. Tamen Episcopo, fratri meo Ioanni scripsi, vt circumspectius agat: ne quid circa Ecclesiam sibi creditam adhuc tale aliquid fiat, quale prauidere, & propellere ne accideret, vel ne accidat, etiam ipsi sit & postea molestissimum.]* *Hucusq; Innocentius ad Sanctum Hieronymum, Sequitur eiusdem, & altera ad Ioannem Episcopum Hierosolymorum super ea ipsa re Epistola.*

Dilectissimo fratri Ioanni, Innocentius.

Direptiones, cædes, incendia, omne facinus extremæ demētiæ Generosissimæ Sanctæ Vir- G *gines Eustochium, & Paula deplorauerunt in locis Ecclesiæ tuæ perpetrasse Diabolum, nomen enim hominis, causamq; reticuerũt. Quod & si ambiguum non sit, & a quo commissum: oportuit tamē custodire germanitatem tuam, & gregi illius sollicitè prouidere, ne quid huiusmodi oriretur, quod cum aliorum periculo tua lacessit negligentia admittere in gregem Domini, & tales agnos, quos incendio, armis, & persecutionibus nudas, debiles post suorum cædes, & mortes vix viuere audiuimus. Nihil mouet pietatem illam Sacerdotij tui de tanta Diaboli in te, atq; in tuos potestate admissa: in te inquam, prorsus enim Sacerdotij grauitatem condemnat tantum nefas in Ecclesia fuisse completum. Vbi prouisiones tuæ? Vbi cer-* H *tè, si casus euenerant auxilia, & consolationes? Cum plus se adhuc metuere dicant, quàm conquarantur esse perpessas. Altius censerem, si essent aliquid de hac re mecum apertius collocutæ. Vide frater antiqui hostis insidias: & spiritu boni rectoris peruigila, quæ ad nos opinione magis, quàm accusatione manifesta delata sunt, vel corrigantur, vel retundantur, ne ius Ecclesiasticum, de labefactatis causis eum, qui non defenderit, præstare compellat.* Hæc Ioanni Innocentius, apud quē is conniuentiæ, de perpetratis criminibus suspectus erat: quippe qui eundem Hieronymo fuisset semper infensum, siue ob fidei, siue ob iurisdictionis controuersias inter eos iam agitatas,

tatas,

A tatas, certò sciret: Quod autẽ Paulæ fit mẽtio, iuniorẽ intellige, senioris neptem, ipsa enim senior aliquot ante annos iã quieuerat in Domino. Postremò datarũ Epistolarũ tempus, numerat Baronius Christi annum quadringentesimum decimum sextũ. Verũ de ijsdẽm diligentius in priori Recens. Animaduersione 55.

33 *A quibus scilicet, diuino ministerio iugiter insudantibus*. Ex Epistola nonagesima secunda: Non enim conuenit, vt ab adolescentia vsq; ad hanc ætatem in Monasteriolo cum sanctis fratribus labore desudans &c.]

34 *Hoc matutinale officium, quod nunc obseruatur in occiduis maximè regionibus canonica*
B *functione primitùs institutum est*. Huius, vt plenior habeatur cognitio, paucula, quæ sequuntur, placuit adijcere.

De Matutinarũ precũ origine, atq; institutione.

CONTROVERSIA IX.

MAtutinalis officij, diurnarumq́; horarũ ex Orientalibus ad Occidentales Ecclesias institutionem, non Cassianus tantùm illorum auctor temporum, sed quæ in Concilio etiam Romano, & decretis Damasi Pontificijs habẽtur, videntur indubitatam redde-
C re fidem. Enimuero hæc in Damasi eiusdẽ Actis leguntur: Eius præcepto institutum est, vt die, nocteq; psalmi in Ecclesijs canerentur.] Hæc verò institutio ab eo tunc dimanasse creditur, vbi idemipse Damasus, Psalterio iuxta Septuaginta editionem emmendato ab ipso S. Hieronymo donatus est. De cuius pariter Psalterij optima Hieronymi correctione iam supra sæpius actum est. Verùm contra prędicta insurgere Baronius videtur, falsum planè asserens, eiusmodi die, ac nocte canendorum in Ecclesia Psalmorum institutionem a Damaso traxisse originem, cum ipso quoq; nascentis Ecclesię exordio eorum vsus ac reci-
D tatio viguerit; Quod Basilij testimonio confirmare nititur, dum Epistolę eiusdem sexagesimæ tertiæ verba allegat, nimirum: Ad id verò quod propter psalmodias accusamur: Quare potissimum simpliciores perterrefaciuut, qui nos traducunt, hoc habeo quod dicam; quod videlicet, qui iam obtinuerunt ritus in omnibus Ecclesijs Dei concordes sunt, & consoni.] Hæc Basilius. At certè ex his psalmorum vsus die, nocteq́;, vel matutinalis officij ritus, ab initio nascentis Ecclesiæ non satis apertè comprobatur. Additur, quòd Psalmodię nomine, non absolutè Dauidici Psalmi, sed quilibet etiam sacer hymnus, spiritualisq́; ad ipsum Deum cantio, & laus intelliguntur. Quis verò nesciat in omnibus Or- E
bis terræ partibus, Ecclesijsq́; Deum optimũ maximum fuisse laudatum? Vnde ad huius psalmodiæ nominis intelligentiam obseruatione dignum videtur: Sanctorum aliquos Patrum, ab initio etiam exurgentis Ecclesiæ sacros hymnos, spiritualiaq́; cantica pro diuinis laudibus Fidelibus tradidisse canenda. Sic Beatum Ephrem Syrum, & alios, postremò Sanctum Gregorium Nazianzenum, & Ambrosium fecisse legimus. Quę etiam diuinæ laudes, hymnodiæ, Psalmodiæ, & Cantica appellari consueuerunt. Extat Augustini testimonium, Confessionum suarum libro nono, capite sexto, & septimo huiusmo- F
di. Quantum fleui in hymnis & Canticis tuis (Ambrosium enim alloquitur) suaue sonantis Ecclesiæ tuæ vocibus commotus acriter. Voces illæ influebant auribus meis, & eliquabatur veritas tua in cor meum, & ex ea æstuabat affectus pietatis, & currebant lachrymæ: & bene mihi erat cum eis.] Tandem Philo Iudæus, qui in libro de Vita Contemplatiua nostrorũ laudes, in gratiam Principis Apostolorum, ac Sancti Marci scripsit de eiusmodi Psalmorum vsu, nil refert. Sed nec de hoc apud Sanctum Dionysium satis expressam reperi factã mentionem. Fallitur ergò Baronius, dum a Hieronymo formam in concinendis psalmis G
hucusq; seruatam negat inuentã. His tamen non obstantibus respondendum arbitror: quòd, quemadmodum nonnullorum psalmorum, certis quibusdam temporibus in crepundijs etiam Ecclesiæ decantatio apud Christi fideles omnino neganda non est (a quamplurimis enim, præsertimq́; Monachis eosdem psalmos recitari solitos apud Cassianũ libro secundo, De origine Monachorum, capite primo, & sequentibus expressè legimus:) ita & illorum perpetuus vsus in singulos dies, atq; singulas noctes, sub certa forma, cum ipsiusmet psalterij per hebdomadam in distinctas ferias partitione, nec non exactissima em- H
mendatione, ac alijs, (vt mox dicetur), ab eiusdemmet Hieronymi cœnobio, Pontificis auctoritate, primitus dimanatus, sicq́; postea ab vtraq; tum Occidentali, tum Orientali Ecclesia communiter receptus, concedendus est. Ad hoc Hieronymi ipsius non vulgare accedit testimonium. Enimuero de suis Monachis, ac Christo Sacratis Virginibus in choro diuinas laudes, nocturno præsertim tempore concrepantibus sermonem ingerens, Ita in Sabinianum Diaconum inuehitur: Paueo miser, & tam mente, quam corpore perhorresco, ponere tibi volens ante oculos tuos opus tuum. Tota Ecclesia nocturnis vigi-

A lijs Christum Dominum personabat, & in diuersarum Gentium linguis vnus in laudibus Dei spiritus concinebat. Tu inter ostia quondam præsepis Domini, nunc altaris amatorias Epistolas fulciebas, quas postea illa miserabilis, quasi flexo adoratura genu inueniret & legeret: Et stabas deinceps in choro psallentium, & impudicis nutibus loquebatis.] Hæc ipse. Ad idem est, quod auctor Epistolæ ad Cyrillum, De Miraculis Hieronymi scribit: Præparans (Hieronymus scilicet) officiorum seriem cunctis Ecclesiæ ministris, totam penè Ecclesiam ædificauit. Additur ab alijs, eundem Epistolas omnes, &
B Euangelia per totum anni circulum vnà cum lectionibus, & prophetijs in Missæ officio primitus ordinasse. Sed de his in Recensionibus. Demùm Marianus Victorius testatur: Illyricos populos, Missam, & diuina officia, nec non alias preces, Illyrica, seu Dalmatica, quę nunc Sclauona dicitur, lingua conscriptas, sedisq; Apostolicę auctoritate cõfirmatas custodire, quas a Hieronymo accepisse ita persuasum habent, vt captis potius armis penitus disperire malint, quàm eas relinquere.

Vict. In Indice operum Hier.

35 *Quod & Cassianus testatur dicens.* Libro videlicet tertio, De origine Monachorum, capite quinto. Cassianum istum ex superius
C memoratis illis Monachis arbitror, quos primùm ad eundem Hieronymum, vt illius disciplina erudirentur confluxisse explicatum est. Fuisse verò illum postea Ordinis eiusdẽ professorem celeberrimum, propria quoq; ipsius verba, quibus libro quinto capite trigesimo sexto, se Monachum nouitium Monasterij Palestinæ asserit, facilè indicant. Id quod præallegato etiam loco libri tertij, capitis quarti apertius manifestat, dum se Monasterij illius apud Bethlehem, in quo Saluator pro salute mundi nasci dignatus est alumnum profitetur. Illum aliquandò inde egressum Ordinem, duobus apud Massiliam constructis Monasterijs, virorum vno, virginum al-
D tero propagasse, author Gennadius est, libro de Viris Illustribus, qui eius pariter scriptorum seriem ibidem exactè describit. De eodem Equilinus in suo Sanctorum Catalogo, libro septimo, capite quinquagesimo nono. Eundem verò Pelagianæ hæresis infamia notare Baronius Tomo quinto Annalium, sub Christi anno quadringentesimo trigesimo tertio non veretur.

36 *Matutina solemnitatis officium, nouo adhuc tempore constitutum, primitùs in Bethlehem Monasterio, vbi Dominus noster Iesus Christus pro redemptione humani generis ex Virginis vtero nasci dignatus est.* Hoc præfati Cassiani, loco citato testimonium, quod certe veritati consentaneum inde colligitur, quòd testis is de visu fuerit. Variant autem nonnihil verba hoc loco ab his, quæ primùm ipse author litteris consignauit; cæterùm variatio sensum non immutat. Propria verba sunt. [Sciendum tamen, hanc matutinam, quæ nunc obseruatur in occiduis vel maximè regionibus primitùs institutam, Vbi Dominus noster Iesus Christus natus ex Virgine, humanæ infantiæ incrementa suscipere dignatus, nostram quoq; adhuc in religione teneram, & lactentem infantiam, sua gratia confirmauit.] Ita Cassianus. Et quamuis de Matutinis tantùm agere videatur, non de cæteris horis: In consequentib' tamen capitibus idemipse sigillatim de eisdem subdit, vt propterea de ordinatione omnium horarum ab Hieronymo inuenta, atq; primùm elaborata dubitandum non sit. Porrò illarum recitatio matutinæ solemnitatis nomine commendatur, quia tam exquisito in singulas noctes studio, mentisq; affectu illas Hieronymus Creatori persolueret, ac si Natiuitatis, Resurrectionis, Pentecostesq; solemnitates, & mysteria, sibi fuissent celebranda. E F

37 *Sicq; ex illo per vniuersum mundũ consuetudo eiusdem celebrationis inualuit.* Non sunt hæc Cassiani cum sequentibus verba, sed Lupi, operis huius auctoris, quarum sensum, tũ ex ipsomet Cassiano, tum ex Damasi decretis mutuatus est. Hæc autem consuetudo, non ductiim ex psallentium vsu Monachorum, sed ex vniuersalis Romanæ ecclesiæ decreto firmissimo inuulgata, atq; recepta, sequentibus asseritur. G

38 *Quo tempore Beatus Damasus, Beato Hieronymo illud componente, ac edente constituit, vt Psalmi die, noctuq; per omnes canerẽtur Ecclesias.* Fusius rem explicat Honorius Augustodonensis, auctor millesimi ducentesimi vigesimi, in opere, quod Gemma animæ inscribitur, Libro de concordia diuinorum officiorum, scribens: Olim diuinum officium in Catholica Ecclesia Christi peragebatur, pro vt cuiq; bonum videbatur, sed posteaquàm vnitas Ecclesię Christi cœpit multiformiter ab hæreticis scindi, & a Schismaticis multipliciter in diuersa conuenticula findi, Beatæ Memoriæ Theodosius Imperator Synodum Constantinopoli congregauit, omnes hæreses damnauit, diuinum officium ordinari a Synodo humiliter postulauit. Quod negotiũ tunc temporis Damasus Papa Romanus Sancto Hieronymo Presbytero in prosanis, & Sacris scripturis eruditissimo iniungere dignum iudicauit. Sanctus itaq; Hieronymus Pres- H

A Presbyter constitutus in Bethlehem Ciuitatu-
la, vbi Dominus, & Saluator Mundi nasci vo-
luit, Psalmos ad nocturnos, & ad reliquas ho-
ras sapienter distribuit: sicut & hodie Sancta
Catholica Ecclesia Christi psallit.] Et post pau-
ca. Postquam ergo Dominus Papa disposi-
tionem diuini offitij a Sancto Hieronymo Pres-
bytero, eleganter editam accepit, Collegium
collegit, ac vbiq; sic cantari præcepit.] Huc-
usq; Honorius. De his æquè, ac sequentibus,
latius in Recentionibus.

Deniq; quod decanēdis per omnes Orbis
Ecclesias die, nocteq; Psalmis decretum pro-
latum affertur, non nouum, atq; recens (vt nu
B per quidam calumniantur) sed vetustissimum
prorsus in Ecclesia cantus esse institutum osten
dit. Verùm huiusmodi nunc error paulò la-
tius explodendus.

De Ecclesiastico Cantu, eiusq; antiquitate.

CONTROVERSIA IX.

INter cæteras, quas aduersus Ecclesiam, Ec-
clesiasticosq; viros impius Erasmus censu-
ras monumentis prodidit, ea quoq;, qua Ec-
clesiasticum, imo verius Angelicum decantan-
di diuinas laudes morem subsannat, omnium
C iudicio numeratur. Et quidem de eo ipso in
Adnotationibus agens, Apostoli Pauli tempo-
re nondum fuisse illum, sed pronuntiationem
duntaxat: Vixq; a posterioribus deinceps re-
ceptum tradit. Stomachatur demùm in mul-
tis regionibus totos dies psalli in Ecclesijs, ita
vt nec modum, nec finem cantionum, nihilq;
aliud audiri in Monasterijs, Templis atq; Col-
legijs, quàm vocum strepitus conquæratur.
Cæterùm, quòd cum perfidia iunctam simul
is habeat imperitiam scripturarum, earundem
nunc, atq; Sanctorum Patrum testimonijs
comprobemus.

Certè, tametsi de diuinis laudibus concinen
D dis in Scripturis Sanctis nil legeretur, Vsum
men illius innumeris in locis obtestatum nega-
Exod. 15. re non potest Erasmus. Cecinit namq; Moy-
ses, & filij Israel carmen Domino: Cecinit &
Maria eius soror in tympano, cum cæteris mu-
1. Reg. 18 lieribus post eam. Cecinerunt de vniuersis
Vrbibus Israel in occursum Saulis regis egres-
sæ mulieres. Ipsemet Dauid, haud indecorum
arbitratus, quin potius Regiæ Maiestati aptissi-
2. Reg. 6. mum, ante arcam fœderis Domini cythara per
sonans, psallens, atq; tripudians processit.
Composuit idem, diuino afflatus spiritu quan-
plurimos hymnos, atq; Psalmos, quos & absq;
modulis, solaq; tantùm pronunciatione reci-
tare consueuisse affirmare ridiculum prorsus
esset: cùm ad quid tanta arte, mensuraq;, & E
ratione sonora ijdem formandi, si accomoda
vocis modulatione non fuissent proferendi?
Cantorum ędes ad persoluenda in templo Dei
præconia Salomon eius filius construxit. De
ijsdem templi cantoribus passìm in Paralipo-
menon, atq; Esdræ libris. Cantica deniq; An-
na Samuelis mater, Maria soror Moysi, Iu-
dit, Debora, Moyses, Isaias, Habacuc, Aggę-
us, Ezechia, & alij complures ediderunt. At
hæc de Veteri Testamento. Porro si Noui ad-
huc exordium perscrutari voluerimus Zacha-
riam quoq; magni Ioannis, præcursorisq; pa-
trem, Deiparam Virginem, Symeonem, nec
non Cœlestis exercitus Angelorum multitu- F
dinem, in nascentis Ecclesię primordijs Domi-
no decantasse comperiemus. Sed quod inter
Apostolicas traditiones, inductus olim, recep-
tusq;, atq; deinceps in Ecclesia frequentatus
cantus numerandus sit, haud leuia conuincunt
argumenta.

1 Extāt de hoc inprimis Apostoli verba ad
Colossenses tertio, quibus eosdem in fide in-
struens ita adhortatur: *Verbum Christi habitet
in vobis abundanter: in omni sapientia, docentes
& commonentes vosmetipsos, Psalmis, hymnis, &
canticis spiritualibus, in gratia cantantes in cor-
dibus vestris Deo.*] Idipsum fermè ad Ephesios
quinto habet, vbi scribit: *Nolite inebriari vino,* G
*in quo est luxuria, sed implemini Spiritusancto,
loquentes vobismetipsis in Psalmis, & Hymnis, &
canticis spiritualibus, cantantes & psallentes in
cordibus vestris Domino*] Hæc Apostolus:
Nec est, quod horum Erasmus sensum nitatur
inuertere: Paulum, obijciens in cordibus tan-
tùm hortari, non voce esse cantandum. Enim-
uerò, non tollit Apostolus ipsis verbis *in cordi-
bus vestris*, quin voce cantandum sit, sed for-
mam Ecclesiastici cantus præscribit: nimirum,
vt quod modulis vocibus exprimitur, cordis
potissimùm chorda concinatur: Laudetur
Deus voce, pariter & corde. Illud, vt Augu-
stinus inquit, versetur in corde, quod profertur H
in ore.] Et hæc est germanus verborum Apo-
stoli sensus, vt Chrysostomus, Theodoretus, &
communiter omnes exponunt.

2 Altius rei huius, atq; certius petitur ar-
gumentum, quòd ipse Dominus super pullum
Asinæ Hierosolymę Ciuitatis portas triumpha-
tor ingrediens, voces decantantium discipulo-
rum, nedum prohibuerit, sed admonitus, vt in-
creparet, eorundem cātum probauerit potius,
prouocaueritq; magis. Scribitur namq; Lucę
decimonono: *Eunte autem illo substernebant ve-
stimenta sua in via: Et cùm appropinquaret iam
ad descensum montis Oliueti, cœperunt omnes tur-
bæ descendentium gaudentes laudare Deum voce*

magna

A *magna super omnibus, quas viderant, virtutibus,*
dicentes: Benedictus, qui venit Rex in nomine
Domini: pax in Cælo, & Gloria in Excelsis: &
quidam Pharisæorum de turbis dixerunt ad illū:
Magister, increpa discipulos tuos. Quibus ipse
ait: Dico vobis, quia si hi tacuerint, lapides cla-
mabunt.]
3 Cæterùm quid a Domino probatum
cantum asserimus, cùm eundem quoq; vnà
cum Apostolis diuinas cecinisse laudes in
Euangelio legamus? Enimuerò, peracta Sacra-
tissimæ cœnæ mysteria, hæc protinus Euange-
lista subdit: *Et Hymno dicto, exierunt in montem*
Oliuarum. Nec recitatum, siue pronunciatum
B tantùm suspicari quispiam hoc loco Hymnum
debet, quandoquidem absq; cantu diuinę haud
Aug. in Psal. 72. conuenit laudi eiusmodi nomen, Augustino
testante qui ait: Hymni sunt laudes Dei cum
cantico. Hymni cantus sunt cōtinentes Laudes
dei: Si sit laus, & nō sit Dei, nō est Hymnus. Si
sit & laus, & Dei laus, & nō cātetur, nō est Hym
n⁹. Oportet ergò, vt si sit Hymnus, habeat hæc
tria, & laudē, & laudē Dei, & canticum.] Hæc
Augustinus. Eundem locum Chrysostomus
explicans: etenim (inquit) Prophetis psallen-
tibus, & Apostolis hymnos canentibus, nego-
tiorum tamen vitæ huius introducimus tumul
tum. Idipsum Beda: Potest videlicet etiam
C hymnus ille intelligi, quem Dominus, secundū
Ioannem Patri gratias agens, decantabat.]
Ita ipse, & communiter omnes.
4 Habentur præterea in huiusmet, de can-
tu Ecclesiastico veritatis comprobatione haud
obscura Sanctorum Patrum testimonia: Quan
doquidem Sanctus Iustinus Martyr, auctor
centesimi quinquagesimi, & primus eorum,
quorum scripta ad nos post Apostolica tem-
pora peruenerunt, in oratione ad Antoninum
Pium, de hymnis, Deo passim a Christifidelibus
decantari solitis, ita meminit. Gratos nos illi
exhibentes, rationalesq; pompas, & hymnos
celebramus, atq; decantamus.] De eisdem
D Clemens Alexandrinus, qui anno Christ. du-
centesimo claruit, in Oratione exhortatoria
ad Gentes hæc habet: Hic est mons Deo di-
lectus, mons subtius cassis vmbrosus materijs.
In eo autem bacchantur, non fulmine ictæ Se-
melis sorores, Menades: quæ in incesta visce-
ratione carnium initiantur; sed Dei filiæ, pul-
chræ agnæ, quæ veneranda Verbi orgia con-
celebrant, chorum moderatum congregantes:
chorus sunt iusti, canticum est hymnus Regis
omnium; psallunt puellæ, gloria afficiunt
Angeli, prophetæ loquuntur, editur sonus mu-
sicus] & paulò post. Si velis tu quoq; initia-
re; & chorum duces cum Angelis circa eum,
qui est ingenitus, & ab interitu alienus, & qui
solus est verè Deus; vnà nobiscum canite Deo E
Verbo.] Sed, & hymnos in Ecclesia canendi
consuetudinem non nihil fortassis aliquando
intermissam, vel minus fortè Antiochiæ com-
muni vsu receptam, Angelico ministerio in- Soc. hist. lib. 6. c. 8.
stauratam, testatur hisce Socrates: Ignatius An
tiochiæ, quæ est in Syria, tertius a Petro Apos-
tolo Episcopus: qui cum Apostolis ipsis mul-
tum versatus est, visionem vidit Angelorum,
Sanctam Trinitatem, hymnis alterna vice de-
cantatis collaudantium, & formam canendi in
ea visione expressam Ecclesiæ Antiochenæ tra
didit. Vnde illa traditio ab omnibus Ecclesijs
recepta est.] Hæc Socrates. Deniq;, quòd die,
noctéq; vbiq; terrarum cantus in Ecclesijs lon- F
gè ante sua tempora inualuerit Basilius testa-
tur Epistola sexagesima nona ad Neocæsarienses
scribens: Ad id verò, quod propter psalmodias
accusamur: quare potissimum simpliciores
perterrefaciunt, qui vos traducunt: hoc ha-
beo, quod dicam: quod videlicet, qui iam ob-
tinuerunt ritus, omnibus Ecclesijs Dei concor-
des sunt, & consoni. De nocte siquidem po-
pulus consurgens, antelucano tempore domū
precationis petit: inibiq; labore & tribulatio-
ne, ac lacrymis indeficientibus, facta ad Deum
confessione, tandem ad orationem surgentes
ad Psalmodiam instituuntur. Et nunc quidem
in duas partes diuisi, alternis succinentes psal- G
lunt; atq; ex eo simul eloquiorum Dei exerci-
tationem, ac meditationem corroborant, &
cordibus suis attentionem, reiectis vanis cogi-
tationibus mentis, soliditatem suppeditant.
Deinde vni ex his hoc muneris dato, vt quod
canendum est, prior ordiatur: reliqui succi-
nunt; atq; ita in Psalmodiæ varietate, preci-
busq; subinde interiectis, noctem superant.
Illucescente iam die, pariter omnes, velut vno
ore, ac corde vno confessionis psalmum Do-
mino offerunt, ac suis quisq; verbis resipiscen-
tiam profitentur. Horum gratia, si nos fugi-
tis, fugietis simul & Aegyptios: fugietis Ly-
biam vtranq;, Thebæos, Palestinos, Arabes, H
Phoenices, Syros, & qui ad Euphratem habi-
tant: & vt semel dicam, omnes apud quos vi-
giliæ, ac preces, communesq; Psalmodiæ in
precio sunt] hucusq; Basilius. Sed longum
esset singula inpræsentiarum Sanctorum Pa-
trum afferre testimonia, quibus ab Apostolis,
primisq; credentibus in Ecclesia diuinarum
laudum cantus frequentatus probatur.
5 Proferamus nunc externorum, si Catho-
licorum non recipit Erasmus, atq; Sanctarum
Scripturarum testimonia. Philo Iudæus, vir
omnium consensu doctissimus, qui & in gra-
tiam Principis Apostolorum composuit librum
in Laudem Christianorum, qui sub Sancto
Marco

A Marco Euangelista in Aegypto religiosissimè uiuebant, atq; testis de visu, cantum ab eisdē primis credentibus in diuinarum laudum actione receptum, in libro de contemplatione hisce tradit: Vbi omnes consurrexere, duo chori fiunt in medio cœnaculi, alter virorum, alter fœminarum, vtriq; suus concentor præficitur, honore præstans, & canendi peritia: deinde cantant hymnos ad laudem Dei compositos varijs metrorū, carminumq; generib⁹, nunc vno ore, nunc alternis, nō sine decoris, & religiosis gestibus, & accentibus: modò, stantes modò retrorsum gradū mouētes, vt cunq; res postulat. Deinde postquàm vterq; seorsum B expleuit his se delicijs, velut amore diuino ebrij vnum chorum faciunt promiscuum, ad imitationem illius olim instituti, quando mare, Deo iubente, alteris salutem, alteris perniciē attulit, praeinente viris Moyse, Maria verò Prophetide fœminis.] Hæc Philo.

De eodem Lucianus Ethnicus, atq; Apostolorum, nec non Christianorum Romæ irrisor in Philopatro meminit. Adhuc & ipse Plinius Nepos ad Traianum principem (euius ætate superstites nonnulli etiam Apostolorū, ac Ioannes præsertim fuerant, libro decimo, Epistola nonagesima septima de eodem agit: Hos (inquiens Christianos quippe intelligit) C solitos esse statos dies ante lucem conuenire, carmenq; secum inuicem Christo, quasi Deo decantare.] Ita Plinius.

Sed esto (inquit Albertus Pius) Pauli ætate non fuisset inductus cantus, in Ecclesiam præsertim, solemni more. Quid tum? nec enim conueniebat, in ipsius religionis Christianę exordijs omnia inducere, præcipuè cantū solemnē diuinarum laudū. Primùm, quia id Senatui Apostolico in Hierusalem residenti Iudæi non permisissent; Christianis enim vix licebat latenter in cœnaculis, & solatijs domus congregatis, tacitis orationibus insistere, vt ex Apostolorum Actis est cognoscere. Cogebantur D tamen ad id peragendum eo ritu, quo poterant. Porrò, cum adhuc templum coleretur, & Iudæorum cantus in ipso resonarent, conuentus fieri priuatos ad decantandas laudes diuinas multis præbuisset scandalum nouitate facti, præsertim cùm legi aduersaretur, inhiberi rem sacram peragi, sacrificiumue offerri quouis alio loco, quàm in templo. Quapropter ab Euangelio recipiendo plurimi deterriti fuissent. Præterea, nec Gentiles, apud quos Christiani versabantur, ab idolis & suis superstitionibus ad Christum conuersi, permisissent eos publicè decantare, & sacra peragere. Quocirca, & ante lucem conueniebāt non frequentibus locis, nec celebribus: sed in cryptas, cuniculos (quarum adhuc plurima, B monumenta Romæ est videre) & in cauernis, & in subterraneis specubus rem diuinam peragebant, quò minus strepitus vocum exaudiretur, resonantibus ex eorum ore laudibus diuinis, quas continere nō poterant, vt Plinius testatus est, licet illis proscriptionis, & capitis periculū immineret. Quamuis igitur ijs de causis solemnis cantus in Ecclesiā primæuo illo tēpore; publicè saltem non fuisset inductus, non tamen ex hoc conuinceretur, quin Apostolica auctoritate institutus fuerit obseruandus, cùm tempora permitterent. Quem cùm perficere licuit, tanta alacritate, vbiq; fuit receptus, vt in vniuerso Christiano Orbe indesinenter, sta- F tis horis Domini laudes solemniter concinentium chori exaudirentur.

Postremò, cùm Militans Ecclesia Triūphātis in omnibus imitatrix sit, & quasi æmulatrix, iure optimo canendi mos ab Apostolis in ea inductus est, vt quemadmodum illa Omnipotētis Dei, atq; sempiternæ, induiduæq; Trinitatis maiestatem iugiter collaudat, sic & hęc nostra perpetuò pariter, & sine fine, vsq; ad consummationem sęculi vocibus eandem, & cantibus glorificaret. Vnde & in Missę præfatione, proprias cum illius concentibus coniungi vocea pientissimè verbis illis exorat: *Cū quibus, & nostras voces, vt admitti iubeas deprecamur supplici confessione dicentes: Sanctus: Sanctus: Sanctus:* Et G quidem de Angelicis concentibus plenæ sunt sacræ litteræ, sed Psalmi præsertim, Apocalypseosq; liber. Seraphum quoq; stantibus supra thronum, atq; clamantibus, & alternis vocibus canentibus, Isaias sublimem prorsus se intellexisse visionem testatur. Igitur & nos Isa. 6. contra Erasmi impietatē, traditiones Apostolicas contemnentis extollamus voces; Cantemus Domino gloriosè: & vt illius erga nos beneficentię nullus est finis, neq; modus, sed perpetuò liberalitatis eius munera suscipimus, sic & alternis vocibus, atq; choris ab eius preconijs nunquam cessemus. Ita tamē, vt iuxta Re- H gij Psaltis preceptum voces ipsas inflectamus, Psal. 46. quo dicitur: Quoniam Rex omnis terræ Deus, psallite sapienter: Sic (vt Hieronymus inquit) In cap. 5. cantet seruus Christi, vt non vox canentis, Epist. ad sed verba placeant, quæ leguntur, vt Ephe. spiritus malus, qui erat in Saule, eijciatur ab his, qui similiter ab eo possidentur, & nō introducatur in eos, qui de Dei domo scenam fecere populorum.

A

COMMENTARIVS.

39 Et subnecteretur in fine vniuscuiusque hic hymnus. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto: Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in secula seculorum. Amen. Idipsum ex decretis quoque Concilij Romani, & Damasi Actis habetur.

De Glorificationis Hymno.

APpositè autem præscripta verborū forma hymnus dicitur, cū ab incunabulis B Ecclesiæ a Sanctis Patribus, communi vocabulo, Glorificationis hymnus, vt apud diuersos, Basiliumque inprimis in Commentarijs ad Amphilochium, Iconij Episcopum sæpius constat, nuncupatus sit. Duo autem hic perstringenda sunt: Vnū, eiusmodi Glorificationis hymnum in primitiua dudùm Ecclesia, non eodem modo pronunciare Sāctos Patres consueuisse. Quandoquidem non nulli dicebant: *Gloria Patri per Filium, in Spiritu Sancto.* Alij. *Gloria Patri cum Filio, ac Spiritu sancto:* Alij verò. *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto,* Verùm ob diuersitatis formam Antiochiæ aliquādo inter Arrianos, & Catholicos, vt Theodo- C retus libro secundo, capite vigesimoquarto, & Sozomenus libro tertio, capite decimo nono referunt, contentione oborta, Arriani deinceps hac verborum forma vsi sunt: *Gloria Patri per Filium in Spiritu sancto.* Catholici verò: *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.* Alterum breuiter explicandum est. Hunc eundē Glorificationis hymnum ad varia primitùs in Ecclesijs ab eisdem Sanctis Patribus fuisse vsurpatum. Enimuero ea semper inualuit consuetudo, vt concionator sub extremum concionis, inuocatione Sāctissimæ Trinitatis cum gratiarum actione orans finem imponeret. Alij eodem hymno in fine Antiphonarum tantùm, D vt Auctor Cassianus est libro secundo de Origine Monachorum, capite octauo, vtebantur. Alij demùm in fine hymnorum, perinde vt Ecclesiam Mediolanensem, tempore S. Ambrosij obseruasse, S. Augustinus Confessionum, libro nono, capite septimo affirmat. Stantibus igitur, tum controuersia in verborum forma, tū diuersitate in rerum applicatione, S. Hieronymum (qui auctor hymni huius, perinde ac in textu ponitur, fuisse a quamplurimis traditur) Damaso Pontifici super his omnibus sententiam suam satis, superque exposuisse, in cuius etiā gratiam peculiari mox decreto, vtrunque, & verborum forma, & quibus potissimum ea applicanda, aptandaque esset, statutum est, pat-

est credere. In huius rei testimonium sub eiusdem Hieronymi nomine circunfertur Epistola E ad eundē Damasum Tomo nono relata: cuius & verba sunt: Precatur ergo cliens tuus, vt vox ista psallentium in Sede Romana die, nocteque canatur: & in fine cuiuslibet Psalmi, siue Matutinis horis, siue vespertinis coniungi præcipiat Apostolatus tui ordo: *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, sicut erat in principio, & nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.* Istud carmen omni psalmo coniungi præcipias, vt fides trecentorum decē, & octo Episcoporum Concilij Nicæni, etiā vestri oris consortio declaretur.] Hæc ibi. Quāuis Epistolā illi falsò adscriptam cēseat Victorius. Sed de ea in Re- F censionibus.

De Alleluia dictionis in Missa Institutione.

VErùm cùm de diuino officio a Hieronymo primùm ordinato, nec non Glorificationis hymno, eius precibus in fine vniuscuiusque Psalmi addito hactenus dictū sit, De vocis etiam huius, Alleluia videlicet, institutione subdendum. Sunt nonnulli, qui vocis eiusmodi vsum ab Angelo Sanctos Patres didicisse scribant. Vide Cassianum libro secundo, capite quinto, De origine Monachorum. Alij verò eius cantum Romę perantiquum fuisse tradūt, G Sanctus siquidem Augustinus in Psalmum cētesimum sextum, non recentiori vsu, sed antiqua traditione ab Ecclesia Catholica, toto Orbe diffusa Alleluia cantari solitū testatur. Sed quidquid sit, hoc vnum cōpertissimū: Damasi tempore eiusdē tā frequentē vsum in Ecclesia Dei fuisse receptum, vt etiā in funere defūctorum caneretur. Hieronymi extat testimonium Epistola trigesima, vbi: Sonabāt inquit, (de Fabiolæ exæquijs agens) Psalmi, & aurata tecta templorum reboans in sublime quatiebat Alleluia: ac propterea eiusdē vocis ivsum diuinis precibus præfatū Pontificem immiscuisse permulti alij senserunt. Nemini autem dubiū esse H debet, quin id ex Hieronymi potissimū consilio acciderit. Quandoquidē S. Gregorius Nazianzenus libro septimo, Epistola sexagesima tertia sequētibus id aperte testatur: Vt alleluia hic diceretur de Hierosolymorū Ecclesia ex B. Hieronymi traditione tēpore B. mem. Damasi Papæ traditur tractū.] Idipsum ex eodē Gregorio asserit Gulielmus Durātes libro quarto, Rubrica quadragesima septima. Quod ex eo quoque cōprobari videtur, quòd Hierosolymis idem Hieronymus eiusmodi vocē ita frequentari in Ecclesijs a suis Monachis voluerit, vt eādem nō in piorū tantùm ore, sed & bubulcorū, profanarum loco cantionum versaretur. Quo- Ep. 17.

cunque

A eiusq; te vetteris (idem inquit) arator stiuam tenens Alleluia decantat. Postremò eiusdem vocis cantu, & Monachos suos, & Christo sacratas Virgines, ad diuinorũ recitationẽ officiorum eundẽ conuocari iussisse, habetur ex Epistola vigesimaseptima ibi: Post Alleluia cãtatum, quo signo vocabantur ad collectã, nulli residere licitum erat.] E

De commeantium discipulorum ad Hieronymum frequentia, nec non eiusdem vitæ, ac doctrinæ exemplis. Cap. X.



LVRES 1 itaq; ad eum Monachorum, quibus vita, & scientia eius fama innotuerat, confluebant, 2 bonumq; doctorem, boni discipuli frequentantes, 3 doctrinæ illius efficaciam mirabantur: 4 Erat enim copiosus in ratione reddenda, vt vbicunq; interrogatus fuisset, paratum haberet, & competens sine aliqua dilatione responsum: 5 modò humilibus suauiter blandiens: 6 modò superborum colla confringens: 7 modò derogatoribus suis vicem necessaria B *mordacitate rependens: 8 modò virginitatem prædicans: 9 modò matrimonia* F *casta defendens: 10 modò virtutum certamina gloriosa collaudans: 11 modò lapsus in clericis, atq; Monachis prauitatis accusans. 12 Qui etiam, dum adhuc Romæ suum titulum Presbyteratus in Ecclesia Sanctæ Anastasiæ gubernaret, 13 tres clericos, nulla alia causa culpabiles, nisi quia, incompositè & inordinatè incedebant, ab aspectu suo, & mensa continua separauit. 14 Incessus enim incompositus, signum euidens est, quoniam status interioris hominis malè est ordinatus. 15 Vnde idem in Vita Paulæ: per exteriorem (inquit) hominem interioris hominis vitia demonstrantur. 16 Præterea tanta linguarum peritia scatebat, 17 vt quotiescunq; vnius lingua libros in manibus acciperet, hos in alia lingua sine offensione trascurreret; vt crederes sic esse scriptum, vt os eius inoffensa velocitate fundebat. 18 Vnde & in derogationem æmulorum suorum quandam Epistolam sic conclusit. 19 Hæc lucubratiuncula, tanta est ad lucernæ lumen celeritate perfusa, vt notariorum manus lingua præcurreret. 20 Per idem tempus ad Paulinum, ex Senatore Presbyterum mirificam destinauit Epistolam; 21 in qua mysterium vniuscuiusq; libri, tam veteris, quàm noui testamenti breuiter, summatimq; perstrinxit. 22 Quid enim non solum in diuinis, sed etiam in mundanis lit-* C *teris Hieronymi sagacitatem latere potuit? 23 Ex quibus scilicet mundanis necessitate quandoq;* G *cogebatur aliquid suis immiscere tractatibus, vt probaret ea, quæ a Sanctis Prophetis ante sæcula prædicta sunt, tam Græcorum, quàm Latinorum, & aliarum Gentium litteris contineri. 24 Non enim credendum est, quòd cum libri Gentilium delectassent, posteaquam ad cæleste tractus examen, salutifero pro eorum lectione castigatus est diuino verbere. 25 Quod qualiter contigerit, in prædicta Epistola ad Eustochium legitur, eodem inter alia sic referente.*

COMMENTARIVS.

1 P*Lures itaq; ad eũ Monachorũ, quibus vita & scientia eius fama innotuerat, cõfluebãt*] Ante nimirum Domini annum trecentesimum nonagesimum octauum: eo namq; ipso anno Paulinianus in Patriam ideo missus est, vt pa- D trimonium, ad confluentium Monachorum commodum, venderet. De eodem superiori Epist. 7. capite. Et in Epistola ad Aletam, de institutione filiæ: De India, Persida, Aethiopia Monachorum quotidie turbas suscipimus.] Et aduersus Rufinum. Omnes ad nos venientes læta humanitatis fronte suscipimus.] Bona fama, bonus odor est: Vnde Apostolus: *Christi* (inquit) *bonus odor sumus in omni loco*. Iure ergo optimo ad ipsum Hieronymum concursus vndiq; Monachorum asseritur, quia dum serui Dei, doctoresq; Sancti, inclytis eorum operibus Ecclesiam odore suauissimo replent, & doctrinarum pariter frequentia demulcent, quot quot purgatas habent nares ad discernendos odores spiritus, protinus post eos recreati properant, & illud Cantici Canticorum con- Cant. 1. cinunt: *Trahe me, post te in odorem vnguentorum tuorum curremus*. Ideo autem ad eundem Hieronymum, tum ob vitæ eius, tum ob scientiæ famam confluere Monachi dicuntur, vt in Christiano doctore, atq; Præsule cum vitæ si- H mul integritate, veram sapientiam debere esse coniunctam intelligamus. Explicat hoc ipse ad Nepotianum scribens: non confundant opera sermonem tuum, ne cùm in Ecclesia loquaris, tacitus quisq; respondeat: Cur hæc, quæ dicis, ipse non facis? Accusare auaritiam etiam latro potest. Sacerdotis os cum mente concordet.] Et super Epistolam ad Titum: Quomodo potest præses Ecclesiæ malum auferre de medio eius, qui in delictum simile corruerit? ac qua libertate corripit peccantem cùm tacitus ipse sibi respondeat, eadem se admisisse, quæ corripit?] Tandem ad Oceanum: Perdit

autho-

A. auctoritatem docendi, cuius sermo opere destruitur.] Vnde, & subditur.

2 *Bonumq́, doctorem, boni discipuli frequentantes.*] Igitur, qui doctrinæ, bonorum quoq; operum externa iungit exempla, boni illum sequuntur discipuli, quia ex Domini Saluatoris Matt. 7. sententia *Omnis arbor bona, bonos fructus facit.* Frequentant verò boni discipuli Doctoris limina, vt panem illum, ciboś; illos accipiant Psal. 103. de quibus dicitur. *Et panis cor hominis confirmet.* Matt. 24. Et. *Fidelis seruus, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, vt det illis cibum in tempore.* Enimuerò si fame nil durius est, quæ sępe compellit obsessos humanis B vesci carnibus, & in propriam sæuire naturam, ita vt nec parentes paruulis parcant liberis, & maritalis affectus dudum amatæ vxoris membra dilaceret: Si (inquam) hæc potest fames corporum, quid de fame dicendum animarũ? de qua & per Amos loquitur Dominus: *Et emittam famem in terram; non famem panis, neq; sitim aquæ; sed audiendi verbum Domini: & commouebuntur a mari vsq; ad mare, & ab Aquilone vsq; ad Orientem, circumibunt quærentes verbum Domini; & non inuenient.* Certè cùm hac posteriori, piorum semper animæ esuriant, quotidianumq; doctrinæ pabulum, quod ex Sacris tantùm Scripturis excutitur, postulent: de quibus & dicitur. C *Paruuli petierunt,* Thr. 4. *panem, & non erat qui frangeret eis,* meritò nũc ad illum confluere doctorem asseruntur, apud quem cibos huiusmodi, spiritualesq; alimonias norunt. Cui pariter Salomonis voce præ-Eccl. 11. cipitur *Mitte panem tuum super aquam, quia in multitudine dierum tuorum inuenies eum.*

3 *Doctrina illius efficaciam mirabantur.* Efficax doctrina tunc est, quando (vt dictum est) moribus non contradicit. Efficax præterea tunc censetur, cùm signorum virtute comprobatur. De hac eius efficacia loquitur Apostolus ad Thessalonicenses hunc in modum: 1. Thes. 1. *Scientes fratres dilecti a Deo electionem vestram, quia Euangelium nostrum non fuit ad vos in sermone tantum, sed & in virtute, & in Spiritu sancto, & in plenitudine multa: Sicut scitis quales* D *fuerimus in vobis propter vos. Et vos imitatores nostri facti estis & Domini, excipientes verbum in tribulatione multa, cum gaudio Spiritus sancti; ita vt facti sitis forma omnibus credentibus, non solum in Macedonia, & in Achaia, sed & in omni loco fides vestra, quæ est apud Deum profecta est.* Hęc ipse. Signis igitur æquè Hieronymi doctrina efficax atq; potens, eò vsque peruenerat, vt cunctos auditores in admirationem pertraheret.

4 *Erat enim copiosus in ratione reddenda, vt vbicunq; interrogatus fuisset paratum haberet, & competens sine aliqua dilatione responsum.* Apprimè hoc ipsum nouit Algasia, vnà cum Hedibia, quæ ex vltimis Galliarum finibus Apodemium ad Sanctissimum virum, ob difficilimarum noui testamenti questionum solutiones Bethlehem vsq; delegarũt. Idem Sunia, & Fretela, quæ ob Psalterij intelligentiam, eundem ex Germania consuluerunt: Idem Clarissimum orbis lumen Augustinus, qui Orosiũ aliàs ad se, pro intelligenda animæ ratione peregrinatum, ad ipsum Hieronymum eundem remisit. Nouit tandē Summus Ecclesiæ Pontifex Damasus, qui eundem, non sæpius tantũ in Scripturę Sacrę abditissimis mysterijs adhibuit, sed ad extremum eo etiam ad Synodicas totius Orbis, tum Orientis, tum Occidentis con- F sultationes vsus est. Ad Doctorem de qualibet re proposita iudicare, iuxta Deuteronomij dictum: *Interroga Patrem tuum & annuntiabit tibi, seniores tuos & dicent tibi,* nemo ignorat. Deut. 32. Munere ergò suo rectè functus Hieronymus nunc traditur, qui ad quæcunq; a doctissimis viris proposita inpromptu responsiones habebat. Cui & illud sapientis meritò aptari potest quo dicitur: *Lætatus sum in omnibus: quoniam antecedebat me ista sapientia, & ignorabam quoniam horum omnium mater est, quam sine fictione didici, & sine inuidia communico, & honestatem illius non abscondo. Mihi autem dedit Deus dicere ex sententia, & præsumere digna horum; quoniam ipse sapientiæ dux est, & sapientium emmendator.* Sap. 7. G

5 *Modò humilibus suauiter blandiens.* ExCassiodoro Institutionum diuinarum libro, capite decimo sexto testimonium istud intextum est. Et incipit: Beatus Hieronymus Latinæ linguæ dilatator eximius, nobis in translatione diuinæ Scripturæ tantùm præstitit, vt ad hebræũ fontē penè non egeamus accedere, quoniã nos facundiæ suæ multa vbertate cognoscitur satiasse, plurimis libris, copiosis Epistolis fecit beatos, quibus scribere Domino prestante dignatus est: planus, doctus, dulcis, parata copia sermonum ad quamcunq; partem H conuertit ingenium, *modò humilibus blandiens,* & sequitur perinde, ac in littera. Ex his verò, quæ catholico doctori conueniunt (quæ singula hoc capite explicantur) Hieronymus itē doctor prę́stãtissimus ex hoc inprimis cõprobatur, quòd blãdo sermone discipulos erudierit: Reuera (inquit idē ipse, nil fœdius præceptore Sup. Epi. ad Titum furioso, qui cum debeat esse mansuetus, & erudiens, e contra toruo vultu, trementibus labijs, rugata fronte, effrenatis conuicijs, facie inter pallorem ruboremq; variata, clamore perstrepit, & errantes nõ tam ad bonum trahit, quàm ad malum sæuitia sua præcipitat. Fecit vir

A Sanctus, quod alios tenere praecepit, benigneq;
se adeo in proprios discipulos habuit, vt par-
uulis interdùm, Apostoli exemplo, & ipse par-
uulus, quò eos Christo lucrifaceret effectus, illi
propterea impio Rufinus ore detraheret: no-
bilium nimirum pueros, ei ad Christi timorem
discendum commissos, humaniores Poetarum,
atq; historicorum litteras, eundem docere
consueuisse criminatus: quasi crimen, & non
potius immensa laus fuerit, quò cum Christia-
næ religionis rudimentis litteras quoq;, quæ
illi ætati necessariæ fuerant pueris tradidisse.
Certè, & praeceptoris mei Desiderij, doctrinis
omnibus apprimè exculti in docendo lenita-
B tem silentio nunc preterire non possum: Enim-
uero, cùm me, coæuosq; commonachos meos
Horatium Maghenzanum ioptimis, Pacifi-
cum Coecum, atq; Michaelem Angelum Ma-
lossum, celeberrimos omnes viros, doctoresq;
Theologos in liberalibus erudiret, coarguisse
illum nunquam aliquem, si quando minus di-
ligentem in studijs cõperisset, memini: Quin
potius miro artificio vsus, verbis ad persuaden
dum aptissimis, (quippe qui & eloquendi vi
politissimus esset) virtutum præconia paucis
protinus ingerebat: consequentes dehinc ea-
rundem dulcissimos fructus commemorans,
eorum & interdum nomina, qui ad litterarum
C studia incumbebant, quos æquè in gloria, ac
laude ponebat, non sine audientium nimium
per ora suffuso robore, horum quidem ob exer
citæ in disciplinis diligentiæ gloriam, illorum
verò ob subnascentis incuriæ adumbratam re-
præhensionem, in medium proferebat. Arti-
bus eiusmodi languentium discipulorum vi-
res confirmans, vrgentissimis, quasi quibusdam
stimulis ad latera admotis, homini soli, cogni-
tionis, atq; scientiæ ingeneratam cupiditatem
in eisdem mirum in modum excitabat: vnde,
quò, & tunc illismet blandior, eò æquè, atq;
deinceps etiam honorificentior perpetuò ha-
bitus est. Blandus deniq; erga humiles Hie-
D ronymus, quia suauissimis exhortationibus in-
numerabilium penè corda tam virorum, quàm
mulierum ad Monachatus professionem com-
plectendam accendit, eorundemq; multos ad
sanctioris adhuc vitæ propositum euexit:
Nec facile quispiam siccis legere potest oculis
ad diuersos eius Epistolas: ad Heliodorum ni-
mirum, Nepotianum, Pammachium, Marcel-
lam, aliosq; innumeros, acres procul dubio ad
virtutum studia excitationes.

6 *Modò superborum colla confringens.* At
quoniam, & mansuetudinem, & blanditias in
verbis, atq; moribus hæreticorum impia quoq;
turba habere se iactat, a quibus cauendum Mat
tæi septimo Saluator admonet, robur pariter
solidæ nunc virtutis, fideiq; ardor contra su- E
perbos mansuetudini in doctore copulatur,
quò nimirum, qui antea per mansuetudinem
humilibus blandiebatur, idem ex fidei zelo tu-
mescentium colla confringat. Superbum ve-
rò dicitur omne, quod in altum consurgit: Psal. 73.
Vnde & psalmo dicitur: Superbia eorum,
qui te oderunt ascendit semper. Certè nil hæ-
reticorum arrogantia altius consurgere vide-
tur: quandoquidem in tantam se illi efferunt
superbiam, vt ad peruicaces dogmatum suo-
rum assertiones cuncta casura existiment. Nec
satis est eis aduersus Sanctos Patres, scriptu-
ramq; Sacram mendacia, & contumelias con-
ferre, quòd etiam contra Deum se suis blasphe F
mijs immaniter erigunt. De eisdem Hierony-
mus hęc in Isaię caput decimumsextum habet:
Quis hæreticorum non superbus est, qui Eccle
siasticam despiciens simplicitatem, ita habet
Ecclesiæ homines, quasi bruta animantia: &
intantum superbiæ, iniuriæq; tumore erigitur,
vt contra ipsum Creatorem armet os suum;
detrahensq; prophetis eius, quasi authoritate
testimonij Euangelici in quo Saluator ait:
Omnes, qui venerunt ante me fures fuerunt &
latrones, adeo vt Moysen quoq; famulum Dei
appellet homicidam, & Iesu filio Naue detra-
hat, quasi homini sanguinario, qui tantæ San-
ctitatis fuit, vt ad imperium sermonis eius Sol, G
Lunaq; consisterent: & Dauid, de cuius semine
ortus est Christus homicidam, & adulterum
vocet, non respiciens eius pœnitentiam, &
mansuetudinem, qua Dei clementia compa-
ratur. Sed quamuis superbus sit & arrogans,
& furibundus exultet, tamen plus audet, quã
eius patitur fortitudo.] Hæc ipse. Horum er-
go superbiam virili pectore confregisse dicitur
Hieronymus, quia excelsa quantumuis eorum
dogmata, & dialectica arte munita adeo con-
cussit, vt in similitudinem pullorum auium nõ
valeant in sublime vltrà consurgere, imò, ne
mutire quidem. Et quæ hydræ capita ab eo
contusa non sunt? quæ renascentia non resce- H
cata? Nonne hydræ caput Heluidius? nõne hy-
dræ caput Iouinianus? An non hydræ capita
Vigilantius, Pelagius, Montanus? Extollant
nunc illi ceruices, venena diffundant si valent.
Porrò in collo superbiæ sedes adstruitur, quo-
niam vti Deus subiectionis, & obedientiæ or-
namenta in humilium ceruicibus constituit,
cùm dixit. *Tollite iugum meum super vos, &* Matt. 11.
discite a me: Iugum meum suaue est, & onus meum
leue: perinde Sathanas, qui illi aduersatur, si-
milisq; semper ei esse contendit, superborum
colla tumoris, arrogantiæq; vitio in altum ele-
uare perpetuò studuit. De quo per Isaiam Isa. 48.
Dominus: *Scius* (inquit) *quia durus es tu, &* Iob. 41.

A *neruus ferreus ceruix tua*. Et alibi. *In collo* Iob.41. *eius morabitur fortitudo*.

7 Modò derogatoribus suis vicem necessaria mordacitate rependens. Quod [rependens] scribitur, in quibusdã exemplaribus *restituens* legitur. Quoties itaq; in his, quę sunt fidei derogatorũ peruicacia alicui nota inuritur; vel in his a quib⁹ aliquando homines vix se extricare queunt, ignominia infertur, vt etiam ipse doctor vel prælatus, prædicandi, docendiq; Dei verbum auctoritatem perdat, tunc in ipsos detractores apertè procedendum est: Quod si aliquis, vel coniunctionis, vel amicitiæ falsus prętextus obstet, is etiam religionis causa, B communisq; emolumenti ratione penitus tollendus est. Id quod ab his quoq;, a quibus quasi quibusdam fulcris Ecclesia sustentata fuit præstitum, nemo ambigit. Lege Gregorij Nazianzeni aduersus derogatores suos: Basilij magni aduersus calumnias Neocæsariēsium, & Sabellianorum: Athanasij, pro suæ fugæ defensione aduersus Arrianos, ac aliorũ Patrum Apologias, & remipsam exemplis cũprobatã animaduertes. Pręstitit ergo & hoc idē, inplacabili fidei ardore, atq; zelo vir Sãctus, & semetipsum nunc clypeo, nunc gladio vtens aduersus Rufinum, Ioannem Hierosolymitanum Episcopum, innumerosq; alios derogatores tanto robore defendit, vt in nulla C re eis aliquando pepercerit. Est proculdubio, hoc sacris etiam litteris consonum, in quibus peculiare honoris ac, famæ curandæ præceptũ habetur. Ecclesiastici nimirum quadragesimo primo: *Curam habe de bono nomine*: Et Prouerbiorum vigesimo secundo: *Melius est nomen bonum, quàm diuitiæ multæ*. Vbi Commentator apud Hieronymum Tomo octauo: Nomen bonum (inquit) est nomen religionis, quod diuitijs mundialibus iure præfertur: Nã, & si quis mundum lucraretur vniuersum, meritò illum contemneret, vt nomen eius tantum scriberetur in cœlo, eiusq; memoria, & inter Angelos, & inter homines sanctos figere- D tur æterna.

8 Modò virginitatem predicans. Inter virginitatis hostes, Hieronymi ætate prior extitit Heluidius, posterior Iouinianus. Ille præcursor, iste sectator. Ille eiusdem meriti, ac gloriæ virgines, ac maritatas esse, Deiparam insuper, post partum virginitatis expertem sacrilega assertione protulit. Iste super vtranq; blasphemiam alias superaddidit. Vterq; verò Romæ adeò progressus est, vt quanplures Sanctarum etiam Monialium, de quarum pu- Lib. 2. c. 22. Retract. dicitia nulla suspicio præcesserat in nuptias deiecerit. Euismodi autem (Augustino teste) Iouinianus argumento vtebatur: Tu ne melior es, quàm Sara; melior quàm Susanna, siue B Anna? aliasq; multas adducens, quas scripturæ sacræ testimonio sanctissimas omnes norunt, cœlibatum in vtroq; sexu frangebat. Igitur, cùm Catholicus doctor non virtutes solum atollere, ad illasq; credentes allicere, verum & aduersus easdem oblatrantes canes, baculo scripturarum insurgere debeat: Vtrunq; virginitatis nimirum laudes ad eandemq; incitationes Demetriadi Virgini, Epistola octaua, atq; Eustochio, Epistola vigesima secunda latè Hieronymus explicauit: Et ex aduerso hostium calumnias tribus libris refefellit. Non satis explicari posset, quàm in virginitatis prędicatione Hieronymus efferbuerit: quando- F quidem omnes in eum ab æmulis concitatæ calumniæ ex huius potissimum ab eo explicatis preconijs, illi obuenerunt. Ob libellum de Custodia virginitatis ad præfatam Eustochium editum, Roma discedere compulsus fuit. Ob conscriptos pariter aduersus Iouinianum memoratos libros, quasi virginitatem in eisdem efferendo nuptias depræssisset ad Apologeticã Epistolã Pammachij precibus cõscribendã co- Ep. 52. actus fuit. Tandē, dum eiusdē virginitatis pre- Epist. 50. conia affert, maximo afflictus casu, iustè hisce cõquæstus est: Dum contra Iouinianũ præsso grado pugno, a Manichæo terga mea confossa sunt.] Et ad Nepontianum: Coegisti me Nepotiane carissime, lapidato iam virginitatis G libello, quem Sanctæ Eustochio Romæ scripseram, post annos decem rursus Bethlehem ora reserare, & confodiendum me linguis omnium prodere.] Verùm de hac latius infra, capite tùm decimo quarto, tùm decimo septimo.

9 Modò matrimonia casta defendens. Aduersus scilicet Manichæum, qui nuptias a Diabolo esse iactabat. Et quamuis non destiterint, qui eundem Hieronymum in pugna pro virginitate aduersus Iouinianum suscepta, Matrimonia nimis depræssisse garriuerint, iniustè tamen in eundem calumniam eiusmodi adhi- H buerunt, quippe qui in ipso operis exordio cõtestatus hunc in modum fuisset: Neq; verò nos Marcionis, & Manichęi dogma sectantes, nuptijs detrahim⁹, nec Tatiani, principis Encratitarum errore decepti omnem coitum spurcũ putamus, qui non solum nuptias, sed cibos, quos Deus creauit ad vtendum damnat, & reprobat. Scimus in domo magna non solum vasa esse aurea, & argentea, & lignea, & fictilia, & super fundamentum Christi, quod 1. Cor. 3. Paulus architectus posuit, alios ædificare aurũ, argentum, lapides preciosos: alios e contrario, fœnum, ligna, stipulam. Non ignoramus honorabiles nuptias, & thorum immacula-

A culatũ. His inquã, & alijs, cùm suum Hiero-
nymus palam legentibus edixisset consiliũ, de-
tractionis aduersus nuptias criminari aliquãdo
minimè debuit, qui easdem in ipsismet libris,
& alibi, in sextũ præsertim Epistolę ad Galatas,
aduersus eundem Tatianum, & Epistola quin
quagesimaquarta aduersus Montanum contu-
tatus fuerat. Verum multò plura reperit in-
uidia, quæ reprehendat, quàm, quę cauto mo-
deramine sapientia, atq; prudẽtia caueat, pro-
ferat, circumspiciat. Vnde idem de Ioninia-
ni dogmate, atq; se ipso in eundem concitato
differens: Patet (inquit) campus: stat e con-
tra acies: aduersarij dogma manifestum est: Et
B (vt Virgilianum aliquid inferam) illum aspi-
ce, qui contra vocat: respondeant aduersario:
aliter teneant modum in disputando, aliter
virgam in docendo, & me in suis libris, quid
vel prætermiserim, vel addiderim, doceant.
Reprehensores non audio, sequor magistros.]

*10 Modò virtutũ certamina gloriosa collau-
dans*, Ab Ecclesiastico doctore Christifidelib⁹,
pro sanctis virtutibus aduersus vitia pugnã su-
scepturis, earũ nunquã cessuras laudes aperien-
das, hoc loco facile declaratur. Hieronymũ au-
tem monitum luculentissime obseruasse haud
dubium est: Scatent enim vndiq; huiusce-
modi virtutum præconijs eius scripta. Pul-
C chrè vero virtutum studia certamina nuncu-
pantur, cùm, qui sibi virtutes acquirere propo-
nit, vt acriter certet necesse sit: ad quan-
libet quippe virtutem iter contrario vitio præ-
cluditur: humilitatem nimirum superbia obsi-
det: liberalitatem, auaritia: obedientiam,
contemptus: sollicitudinem, accidia, & sic
quaslibet alias virtutes, contraria vitia: Nec
vnquam hæ subeunt, ni prius illa succumbant.
Ergo, tantò acrius glorioso operi insistendum,
quantò in cuiuscunq; virtutis obsidionem duo
extrema, veluti duo munimenta consurgunt.
Felices sanè, qui antea superbi, iracundi, atq;
auari, aduersus proprias incessanter dimica-
D runt concupiscentias: nunc enim in eminen-
tissimo humilitatis, mansuetudinis, paupertа-
tisq; fastigio triumphantes, tranquilla pace
fruuntur.

11 Modò lapsus in clericis, atq; Monachis
2. Tim. 4. *prauitatis accusans.* Arguat insuper Doctor, ac
increpet in omni patientia, & doctrina præci-
pit Apostolus ad Timotheum: Et in Sermo-
ne De esu agni, apud ipsummet Hieronymũ.
Tom. 9. Nullius (dicitur) personam accipias: quantũ-
cunq; sit potens, vel nobilis, si peccauerit cor-
ripe eum. At quoniam libenter, quod de-
lectat auditur offendit autem omne, quod no-
lumus: hinc est, quod Hieronymus, & qui-
cunq; alius, qui veritatem prædicat amaritu-
dinibus repleatur. Amara siquidem ea est; E
Inimicitiæq; semper illam sequuntur: quẽad-
modum e contrario, per adulationem amicitiæ
conquiruntur. Vnde illud Poetæ: *Veritas* Gal. 4.
odium parit. Et Apostoli ad Galatas. *Inimicus
vobis factus sum, verum dicens*. Non deterrue-
runt hęc, vel similia aliquando a veritatis testi-
monio Hieronymum, quandoquidem feruі-
dus semper & inuictus Rustico Monacho scri-
bebat: Scio offensurũ me esse quanplurimos,
qui generalem de vitijs disputationem in suã Epist. 4.
referunt contumeliam, & dum mihi irascun-
tur suam indicant conscientiam: multoq; pe-
ius de se, quàm de me iudicant. Ego nemi-
nẽ nominabo. Nec veteris comędiæ licentia, F
certas personas eligam, atq; perstringam.
Prudentis viri est, ac prudentium feminarum
dissimulare, imo emendare, quod in se intel-
ligant, & indignari sibi magis, quàm mihi:
nec in monitorem maledicta congerere, qui
etsi ijsdem teneatur criminibus, certè in eo
melior est, quòd sua ei mala non placent.] Hęc
ipse. Quàm graues demum, eiusdem verita-
tis testimonio perpessus sit persecutiones, ter-
tio quoq; verbo eius scripta indicant. Quod
inferius quoq;, capite decimo quarto latius pa-
tebit.

*12 Qui etiam, dum adhuc Romæ suum titu-
lum Presbyteratus in Ecclesia Sanctæ Anastasiæ* G
gubernaret. Quòd hic Hieronymi titulus S.
Anastasiæ, alibi verò a quampiurimis S. Lau-
rentij ponatur, historię veritati non contradi-
cit, quandoquidem vtrunq; successiuè conti-
gisse, in quæstione de Cardinalatu eiusdem iã
supra monuimus. Numeratur hic annus (iux-
ta a nobis alias notata) a Christo trecentesim⁹
octogesimusquintus.

*13 Tres clericos, nulla alia causa culpabiles,
nisi quia incompositè, & inordinatè incedebant,
ab aspectu suo, & mensa continua separauit.*
De eisdem ita Epistola vigesima secunda me-
minit: Sunt alij (de mei ordinis hominibus lo-
quor) qui ideo Presbyteratum, & Diaconatũ
H ambiunt, vt mulieres licentius videant. Om-
nis his cura de vestibus, si bene oleant, si pes
laxa pelle non folleat: crines calamistri vesti-
gio rotantur: digiti annulis radiant: & ne plan
tas humidior via spargat, vix imprimunt sum-
ma vestigia. Tales cùm videris sponsos ma-
gis existimato, quàm clericos.] Hos ergo post
fraternam, iuxta Euangelium correptionem
nullatenus emendatos, meritò vir Sanctus ab
aspectu suo, & mensa continua remouet, quia
in illos excommunicationis sententiam dudũ
ferri consueuisse idem ad Demetriadem, De
Virginitate seruanda tradit, ibi: Cincinnatu-
los pueros, & calamistratos, & peregrini olẽtes
pelli-

A pelliculas: de quibus illud Arbitri est: Non bene olet, qui semper bene olet: quasi quasdam pestes, & venena pudicitiæ virgo deuitet. Nec hoc de omnibus dicimus, sed de his quos Ecclesia ipsa reprehendit, quos interdum abijcit: in quos nonnunquam Episcoporum, & Presbyterorum censura defæuit.

14 *Incessus, enim incompositus, signum euidens est, quoniam status interioris hominis malè est ordinatus.* Praua enim conscientia, neq; vultu, neq; oculis, neq; incessu, neq; alijs quibuscunq; machinationibus dissimulari potest. Cordis namq; secreta motibus corporis indicantur. Id quod & Saluator monuit dicens:
B *Ex fructibus eorum cognoscetis eos.* Et. *Ex abundantia cordis os loquitur.* Et quomodo castum se habere cor ille gloriabitur, quem sæpius libidinosum turpis, obscænusq; sermo demonstrat? Quomodo se spiritu pauperem ille probabit, cuius latentem intrinsecus auaritiam paruulæ quoq; rei cupido indicat? Igitur externa corporis compositio plurimum commendatur, quia non tam ad proprias animi passiones reprimendas, quàm ad proximi vitam rectè instituendam mirum in modum confert. Hinc Sanctissimos Congregationum Institutores in ea summum contulisse studium: certaq; quędam præcepta in suis regulis tradidisse le-
C gimus: nimirum, quòd eorum alumni decenti habitu, demissis oculis, erecta quidem statura, vt virilis sinceritas probaretur, non tamen colli elatione, quæ audaciam redoleret, sed ea in omnibus, verbis, incessu, motibus, compositione, quæ animas Christi iugo ferendo assuetas deceret, se exhiberent. Quod sanè in Augustini regula expressius habetur, vbi dicitur: In incessu, habitu, nihil fiat, quod cuiusquam offendat aspectum, sed quod vestram deceat Sanctitatem:] vt in omnibus videlicet humilitas mentis, motibus etiam corporis exprimeretur. Quæ quamuis Regularibus omnibus conueniant, nobis tamen potissimum, qui soli
D in eremo sedere dicimur, & quorum munus in diuinis contemplationibus, lachrymis, ac cæteris pœnitentiæ operibus esse statuitur, propria omnino videntur; ad quos vti mortuos mundo, & Apostoli præceptum dirigitur: *Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram.* Coloss. 2.

15 *Vnde idem in Vita Paulæ: per exteriorem (inquit) hominem interioris hominis vitia demonstrantur.* Epistola videlicet vigesima septima, capite decimo: Si vidisset (Paulam intelligens) aliquam comptiorem, contractione frontis, & vultus tristitia, arguebat errantem dicens: Munditiam corporis, atq; vestitus, animæ esse immunditiam, & turpe verbum, atq; lasciuum, nunquam de ore virgineo proferendum, qui-
E bus signis libidinosus animus ostenditur, & per exteriorem hominem interioris hominis vitia demonstrantur.] Consentiant igitur vterq; in nobis omnino interior, exteriorq; homo, & quod vni inest, eo non careat alter. Talis in omnibus interior sit, qualis videtur exterior, ne inspector noster clementissimus Deus (cuius conspectum vbicunq; fuerimus revereri, & tanquam Angeli coram eo mundi incedere iubemur) in nobis quidquam aduertat, quod suę Maiestatis oculos offendat.

De Vtroq; homine siuè interiori, siuè exteriori.

F VT specialius ad simplicem lectorem erudiendum, quidpiam de vtroq; proferamus homine, maximè cum modò vnum, modò alterum frequenter in hoc ipso opere ingerere debeamus: Per exteriorem hominem, ipsam carnem, seu partem sensitiuam: Vel, vt alij dicunt humanam rationem, vel veterem hominem, vel terrenum Adam, vel corpus peccati accipimus. Per interiorem verò ipsam mentem, vel rationem, aut animam, ijsdem omnibus præditam, vita nimirum, membris, alimentis, & indumentis, quibus & exterior, intelligimus. Vtriusq; creationem in Sacro
G Geneseos libro Moyses satis aperte declarat, cum interiorem ad imaginem, & similitudinē Dei factum: exteriorem verò ex limo terræ formatum tradit. Idipsum & Apostolus Paulus ad Corinthios apertius indicauit dicens: *Factus est primus homo Adam in Animam viuentem: nouissimus Adam in spiritum viuificantem. Sed non prius, quod spirituale est, sed quod animale, deinde quod spirituale. Primus homo de terra terrenus, secundus homo de Cælo, Cælestis. Qualis terrenus, tales, & terreni: & qualis Cælestis, tales & cælestes. Igitur, sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem Cælestis.* Et alibi. *Qui foris est homo noster corrumpitur, sed ille qui intus est renouatur de die in diem.* 1.Cor.15
H Hæc de vtroq; homine Apostolus. Nunc analogiam interioris hominis ad exteriorem explicemus. Forma hominis naturalis, est anima rationalis: Forma noui, spiritualisq; hominis est gratia. Illa in exteriore homine trium animarum, vegetantis nimirū, sentientis, & intelligentis munera præstat: ac vegetantis quidem augendo, nutriendo, sentiendo. Hæc, eādem omnino in interiori vim habet: augendi nimirum per merita, nutriendi per bona opera, sentiendi per virtutes. Sentiendi vis hæc corpori præbet. Primùm quinq; sensus: vim videlicet audiendi, videndi, odorandi, gustandi, & tangendi: Deinde vim appetendi, 2.Cor.4

A pētendi, irascendi, ac mouendi, cuius etiam
auxilio animalia per somnum quietem capiūt.
Hæc interiori homini gratia eadem prorsus tri
buit. Vim audiendi auribus fidei, quę credē-
da, intelligenda, cognoscenda, perpetranda.
Vim videndi oculis rectè intentionis, quæ cō-
sideranda, contenplanda, exploranda. Vim
olfaciendi naribus discretionis, quæ eligenda,
reprobanda. Vim gustandi gutture cordis, seu
faucibus mentis, vel voluntatis diuinatum re-
rum dulcedinem, quam qui percipit in has vo-
ces erumpit: *Quam dulcia faucibus meis elo-*
quia tua, super mel ori meo: Cæterosq; inuitās
Psal. 118. subdit: *Gustate & videte, quoniam suauis est Do-*
B *minus.* Vim tangendi manibus executionis,
atq; operationis, quæ attractanda, discernen-
da, tenēda pro fruitione summi boni. Concu-
Psal. 83. piscit pręterea interior homo Psalmistę testi-
monio, dum in atriorum Domini desiderio
deficit. Irascitur, cum quidpiam contra ho-
norem Dei committi cernit; de cuius ira scri-
Psal. 68. bitur: Zelus domus tuæ comedit me. Mo-
uetur, cum viam mandatorum percurrit, & de
virtute in virtutem progreditur. Somnum
capit, dum contemplationis quiete fruitur, &
eo maiorem percipit, quo & sublimior contē-
platio. Deniq; virtutibus operatiuis tanquam
omnibus membris constat, De quibus Apos-
Gal. 4. tolus loquitur: *Filioli mei, quos iterum partu-*
C *rio, donec formetur in vobis Christus.* Et alibi.
1. Cor. 6. *Nescitis, quoniam corpora vestra membra sunt*
Christi? Alitur doctrinæ, vel sacramentorum
cibis, quos Christus reliquit Ecclesiæ; de qui-
Io. 6. bus & dicitur: *Cibaria misit eis in abundantia.*
Io. 4. *Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi, si quis*
manducauerit ex hoc pane viuet in æternū: Qui-
cunq; biberit ex hac aqua, quam ego do ei, non si-
tiet in æternum. Vestibus præterea, indumen-
tisq; fidei, atq; charitatis contegitur, quæ qui
non habet ligatis pedibus & manibus mittitur
in tenebras exteriores. At longior nimis essem
si de singulis huius interioris hominis mem-
bris, alijsq; ad eum spectantibus sigillatim a-
D gere vellem: hæc paucula ad simplicem (vt
dictum est) lectorem monendum: ne videli-
cet de interiori homine naturalia audiens, in
carnalem sensum incideret, adnotasse sufficiat.

16 *Præterea tanta linguarū peritia scatebat.*
Demum, quod in doctore potissimum commē-
datur linguarum peritia est, quam qui non ha-
bet, in multos sæpe numero labi cōtingit erro-
res; Illudq; planè accidit, quod idem Hiero-
nymus Epistola centesima nona litteris consi-
gnauit: Magnorum (inquiens) sumptuum
est, & infinitæ difficultatis exemplaria posse
habere omnia; deinde etiam qui habuerint, &
hebrææ sermonis ignari sunt, magis errabunt,
Ignorantes, quis e multis verius dixerit: quod E
etiam sapientissimo cuidam nuper apud Græ-
cos accidit; vt intantum scripturæ sensum re-
linquens, vniuscuiusq; interpretis sequeretur
errorem.] Hæc ipse. Non hoc certè ipsi tri-
buendum, in quo omnium penè linguarum
genera nacta sunt; ex quo etiam ab ipsis nu-
tricum finibus ea accepisse Epistolæ author ad
Cyrillum testatur dicens: Hebræorum, Græ-
corum, Persarum, & Medorum, & penè
omnium nationum linguas, & litteras tanquā
si fuisset in eis natus & educatus sciuit. Ve-
rùm cum diuersarum linguarum peritia inter
Spiritus sancti dona connumeretur: ab eodēq;
Spiritu ea ipsa singulis, pro vt vult cōcedantur F
testante ad Corinthios Apostolo: *Alij datur* 1. Cor. 12
sermo sapientia, alij discretio spirituum, alij ge-
nera linguarum, alij interpretatio sermonum:
Quis ex hac ipsa idiomatum in Hieronymo af-
fluentissime collata cognitione eiusdem Spiri-
tus sancti cumulatam in eo pariter gratiam nō
agnoscat? Fuit hoc (Lector) supernæ dispensa-
tionis consiliū, vt multū is nosceret genera lin-
guarū, qui ad abscondita sacræ Scripturæ my-
steria, & voce, & scriptis posteritati reuelanda
assumebatur. Ceterùm cum, quos ita idē Spi-
ritus sanctus muneribus ditat constantes eos
etiā, inuictosq; aduersus hostes reddat (de quo
& in Apostolorū Actibus, post immissū in eos- G
dem Apostolos Sanctum spiritum sæpius exē-
pla legimus) quo clariori Hieronymi virtus & Ep. 109.
constantia potuit explicari argumento, quo ip
semet ad Domnionē verbis hisce vtitur. Itaq;
licet hydra sibilet, victorq; Sinon incendia iac- Lib. 3. c.
tet, nunquam meum iuuante Christo silebit e- 11.
loquium; etiam præcisa lingua balbutiet.] Et
aduersus Rufinum. Canes latrant pro domi-
nis suis, & tu non vis me latrare pro Christo?]

17 *Vt quotiescunq; vnius linguæ libros in ma-*
nibus acciperet, hos in alia lingua sine offensione
trascurreret, vt crederes sic esse scriptū, vt os eius
inoffensa velocitate fundebat. Idem in Vita sub
in certo auctore edita: Tanta namq; vtriusq;
linguæ peritia fungebatur, vt quoscunq; libros
Aeolicos in manibus acciperet, Latine sine H
offensione transcurreret: iterūq; Latinos Atti-
co sermone relegeret, vt crederes hunc esse scrip
tū, quod os eius inoffensa velocitate fundebat.

18 *Vnde & in derogationē æmulorum suorū*
quendam Epistolam sic conclusit. Habetur eius-
modi Epistola Tomo primo, in ordine qua-
dragesima septima: De Vitando suspecto cō-
tubernio prænotata.

19 *Hæc lucubratiuncula, tanta est ad lucerna*
lumen celeritate perfusa, vt notariorum ma-
nus lingua præcurreret. Diurno tempore
charitatis, hospitalitatisq; officijs Hierony-

A mum detentum, nocte ad lucernam sacram
dictare, explicareq; scripturam consueuisse,
tradit idem ipse in procemio libri septimi su-
per Ezechielem. De celeritate verò in ijsdem,
meminit in procemio libri tertij in Amos scri-
bens. Post grauissimam corporis ægrotationē
dictādi celeritate ostendi temeritatem meam,
vt quod alij stylum sæpe vertendo nō audent
scribere, ego committerem calui, qui semper
dictantes sequitur, & de ingenio, atq; doctri-
na audaciæ periculum facit: quoniam (vt sæ-
pe testatus sum) laborem propria scribendi
manu ferre non valeo, & in explanatione
sanctarum scripturarum, non verba compo-
B sita, & orationis floribus adornata, sed erudi-
tio, & simplicitas quæritur veritatis.] Et rur-
Ep. 125. sus Damaso scribens: Ante telaris itaq; (in-
quit) problematibus, quæ Epistolæ tuæ subie-
ceras, quod mihi videretur annexui, veniā
postulans, & festinationis pariter, & morarū.
Festinationis, quia vnam lucubratiunculam
dictare voluerim multorum opus dierum] De-
niq; ad Fabiolam ita concludit. Hæc ad vnā
lucubratiunculam, cum iam funis solueretur
a littore, & nautæ crebrius inclamarent pro-
Epi. 128. pero sermone dictaui, quæ memoria tenere
poterā, & quæ diuturna in rationali pectoris
mei lectione congesseram, satis intelligens me
C loquendi impetu, quā iudicio scribentis fluere,
& more torrentis turbidū proferre sermonē.

*20 Per idem tempus ad Paulinum, ex Sena-
tore Presbyterum mirificam destinauit Epistolā*,
Quo Christi anno Epistola data sit ex eo ma-
nifestè accipitur, quòd in ea circa finem Eu-
sebius Romæ agens memoretur. Porrò eius-
dem in Vrbem aduentus Christi anno trecen-
tesimo nonagesimo octauo a nobis supra, capi-
te nono, numero vigesimo quarto adscriptus
est: Vtiq; igitur tunc conscripta Epistola ha-
betur. Alius verò Paulinus ille est, de quo li-
bro secundo De origine Ordinis nostri agitur,
& ad quē Epistola tertiadecima est De institu-
tione Monachi, ab hoc, ad quē nūc memorata
D Epistola de Diuinis Scripturæ sacræ libris scri-
bitur. Quandoquidem ille ne Hierosolymam
commigret dissuadetur: hic multis rationibus
ad oppositum incitatur. Nec est (vt optimè
adnotauit Baronius) quòd quis dicat, euenire
potuisse, vt quem aliquando ad profectionem
hortatus est, postea noua adueniēte causa eun-
dem reuocarit. Nam, si ad vnum, eundemq;
eas quis velit datas fuisse Epistolas, in earum
posteriori, habenda prioris mentio erat, imò
& ratio afferenda, cur contraria superioribus
scriberentur, Sed & alia sunt, quæ eosdē Pauli-
nos distingunt, quę breuitatis gratia mittūtur.

*21 In qua mysterium vniuscuiusq; libri, tam
veteris, quàm noui testamenti breuiter, summa-
timq; perstrinxit.* Tandem vtriusq; scripturæ, E
siue nouæ, siuè veteris debet mysteria doctor
exponere, vt de eo Saluatoris parabola im-
pleatur, videlicet: Ideo omnis scriba doctus
in regno cœlorum similis est homini patrifa-
milias, qui profert de thesauro suo noua, &
vetera:] vt nimirum, quidquid de Euangelio
prædicat, veteris item legis, & Prophetarum
vocibus comprobet. Hoc sanè, quanuis om-
nibus Ecclesiæ Doctoribus congruat, speciali-
us tamen Hieronymo idipsū aptandū videtur,
quò præ cæteris ex singulari Dei dono, vtrūq;
& vetus, & nouum fidelibus populis transtu-
lisse, & exposuisse Testamentum constat. De- F
niq;, & de seipso testimonium reddens super
Zachariam in procemio loquitur. Itaq; imi-
tari cupiens illum patrem familias, qui profert Lib. 2.
de thesauro suo noua, & vetera, Et sponsam
do Cantico Canticorum, quæ dicit. *Noua cū* Cant. 7.
veteribus fratruelis meus seruaui tibi, Historiæ
Hebræorum tropologiam nostrorum miscui,
vt ædificarem super petram, & non super are-
nam, & stabile iacerem fundamentum, quod
Paulus architectus posuisse se scribit.]

*22 Quid enim nō solum in diuinis, sed etiam
in mundanis litteris Hieronymi sagacitatem la-
tere potuit?* Profectò, si de naturalibus scien-
tijs sermo habeatur, scriptorum vndiq; om-
niū in eius laudem resonant testimonia. Li-
berales namq; artes is ita perfectè nouit, quod G
citra omnem controuersiam nemo illo doc-
tior existimetur. Quid plura? quæ ignorauit
Hieronymus in natura, nullus hominum vn-
quam sciuit.] Ita auctor Epistolæ ad Cyrillum,
De Miraculis eiusdē. Quod si de diuinis sciē-
tijs modò dicta intelligantur, æqualem illi ne-
minem vnquā nouimus. Ita supradictus auc-
tor loco citato. Hieronymo nec Græci, nec
Latini, quē comparent habent aliquem: in eū
enim doctrinæ omnes, & virtutes ita cumu-
latè se contulerunt, vt post eū, quē in aliqua
re Gentibus inuideat Ecclesia neminē inueni-
at: Nā, & si multos in Ecclesia præstantissimos, H
ac doctissimos habuerimus viros, neminem ta-
men, qui tot ac tanta in omni doctrinarū gene-
re sciuerit, & tot linguarum habuerit cognitio-
nem, inuenimes. Quod si in aliqua re ab ali-
quo vincatur, semper tamen ei supersunt alia,
in quibus tandem illi præstans Hieronymus
victor abscedat.] Hactenus Victorius in Vita
eiusdem. Sanctus quoq; Augustinus, qui eū
Ioanni Baptistæ comparat, fatetur in se, nec
esse, nec esse vnquam potuisse tantum scien-
tiæ diuinarum scripturarum, quantum in
Hieronymo esse intelligebat.

23 Ex quibus, scilicet mundanis, necessitate

quan-

A *quandoque cogebatur aliquid suis immiscere tracta-tibus, vt probaret ea, quæ a Sanctis Prophetis ante sæcula prædicta sunt, tam Græcorum, quàm Latinorum, & aliarum Gentiũ litteris contineri.* Et certè quis nesciat (vt idem alibi tradit) & in Moyse & in Prophetis, quædam assum-
Ep.84. pta de Gentilium libris. Et Salomonẽ philosophis Tyri, & nonnulla proposuisse, & aliqua respondisse? Vnde in exordio Prouerbiorum commonet, vt intelligamus sermones prudentiæ, versutiasq; verborum, parabolas & obscurum sermonem, dicta sapientium, & ænigmata, quæ propriè Dialecticorum & Philosophorum sunt. Sed & Paulus Apostolus Epimeri-
B dis Poetæ vsus versiculo est, scribẽs ad Titum
Tit. 1. *Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri.* In alia quoq; Epistola Menandri ponit
1.Cor.15 senarium: *Corrumpunt mores bonos colloquia mala.* Et apud Athenienses in Martis curia
Act.17. disputans, Aratum testẽ vocat: *Ipsius enim, & genus sumus.* Sanctus quoq; Cyprianus vir eloquentia pollens & martyrio, Firmiano narrante mordetur, cur aduersus Demetrianum scribens, testimonijs vsus sit Prophetarum, & Apostolorum, quæ ille ficta, & commenticia esse dicebat, & non potius Philosophorum & Poetarum, quorum authoritati, vt Ethnicus
C contraire non poterat. Non ergo Hieronymus Ethnicorũ exempla, Sacris ea litteris inserendo Ecclesiæ cãdorem polluit, vt perperàm calumniatus est Rufinus, sed perinde ac elegantibus indumentis pulcherrima Iudith exornata ad deijciendos Babylonios processit, cui & dominus splendorem contulit, sic Hieronymi industria sæcularium litterarum apparatu ipsa scriptura illustrata in hæreticam perfidiam acrior insurgit. Deuteronomij vigesimo primo (addit idem ipse loco superius allegato) Domini voce præcipitur: Mulieris captiuæ radendum caput, supercilia, omnes pilos, & vngues corporis amputandos, & sic eam ha-
D bendam in coniugio. Quid ergo mirum, si & ego sapientiam sęcularem propter eloquij venustatem, & membrorum pulchritudinem, de ancilla atq; captiua Israelitidem facere cupio? Et, si quid in ea mortuum est idolatriæ, voluptatis, erroris, libidinum, vel præcido, vel rado, & nixus purissimo corpori vernaculos ex ea genero Domino Sabaoth?] Hæc ipse. In quo etiam a Cassiodoro Libro Institutionum diuinarum lectionum mirificè commendatur: Vbicunq; (inquit ille) se locus attulit Gentilium exempla dulcissima varietate promiscuit: Totum explicans, totum exornans, & per diuersa disputationum genera disertus, semper & æqualis incedens.] Postremò rem hanc ipsam pulchrè, eleganterq; Iustinus Martyr iudicio
E meo explicauit: Cùm nimirũ quidquid rectè ab eisdem Gentilibus dictũ est, nostrum antea fuisse, a quibus ijdem tanquam fures, (vt de Democrito, Platone, Pythagora, Homero, Aristotele, qui multa ab Hebræo accepit, & de alijs constat,) abstulerunt, scriptis consignauit. Porrò, quis ab eisdem nunc, vti ab iniustis possessoribus bene dicta omnia repetenda esse inficietur? Non ergo Hieronymo, nel cuicunq; alij scriptori vitio dandum, si in Sacris explicandis litteris Philosophorum, Gentiliumq; dictis aliquando vtantur.

24 *Non enim credendum est, quòd eum libri Gentilium delectassent, posteaquam ad cæleste tra-*
F *ctus examen, salutifero pro eorum lectione castigatus est diuino verbere.* Conueniunt hæc cum his, quæ de eisdem sæcularibus litteris Damaso Pontifici, post animaduersam in se cæle-
stem castigationem hisce subiunxit. Demo- Ep.146.
num itaq; cibus est, carmina poetarum, sæcularis sapientia, rethoricorum pompa verborũ: Hæc sua homines suauitate delectant, & dum aures versibus dulci modulatione currentibus capiunt, animam quoq; penetrant, & pectoris interna deuincunt. Verùm vbicunq; summo studio fuerint, ac labore perlecta, nihil aliud, nisi inanem sonum, & sermonum strepitum suis lectoribus tribuunt. Nulla ibi securitas veri-
tatis, nulla iustitiæ refectio reperitur: studiosi G
earum in fame veri, virtutum penuria perseuerant.] Cæterùm de illorum interdùm vsu se aduersus Rufinũ excusans: Crede mihi (inquit) multa ad purum recordatur infantia. Si litteras didicisses oleret testa ingenioli tui, quo semel fuisset imbuta. Lanarum conchylia nullæ aquæ diluunt. Etiam asini, & bruta animalia, quamuis in longo itinere, nouerunt secundò diuerticula. Miraris, si ego litteras Latinas non sum oblitus, cùm tu Græcas sine magistro didiceris? Septem modos conclusionum dialectica me elementa docuerunt, quid significet axioma, quod apud nos, pronunciatum
possumus dicere: quomodo absq; verbo, & no- H
mine nulla sententia fit. Soritarum gradus, pseudomeni argutias, sophismatum fraudes. Iurare possum, me, postquam egressus de schola sum, hæc nunquam omnino legisse. Bibendum igitur mihi erat de Lethæo gurgite iuxta fabulas poetarum, ne arguerer scire, quod didici?] Et paulo infrà. Vtinam celebritas loci (Bethlehem intelligens,) & Sanctorum de toto Orbe conuentus fineret me diuinas scripturas legere, in tantum spacium non habeo externa meditandi. Igitur non illum Gentiliũ litterę post illatam in eum castigationẽ oblectarũt, cui, sarcina occupationũ prægrauato tempus omnino ad Sacras perlegendas deerat.

25 Quod

A 21 *Quod qualiter contigerit, in prædicta Epistola ad Eustochiũ legitur, eodem inter alia sic*
Prou. 18. *referente*. Salomonis consilio, quo in Prouerbijs dicitur: *Iustus prior accusator est sui*, certior factus Hieronymus propriæ culpę confessionem non erubescit; quin potius cunctis legentibus explicat, vt per veram humilitatem cum Publicano se prosternens, & gloriam det Deo, & eiusdem clementia subleuari mereatur. Dicatur aliter. Reddere Hieronymum infelicitatis propriæ consignata momentis historia, illas Deo gratiarum actiones, de quibus B
David in Psalmo: *Cõfitebor* (inquit) *tibi Domine in toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua.* Psal. 9.

De studio ab Hieronymo in sæcularibus litteris adhibito, ac de Cælesti in eundem correptione. Cap. XI.



VM 1 ante annos plurimos 2 domo, parentibus, sorore, cognatis, 3 & quod his difficilius est, consuetudine lautioris cibi propter Cælorum me regna castrassem, 4 & Hierosolymam militaturus pergerem, 5 bibliotheca, quam mihi Romæ summo studio, ac labore confeceram carere omnino non poteram. B *6 Itaq; miser ego 7 lecturus Tullium ieiunabam, 8 post noctium crebras vigilias, 9 post lacrymas quas mihi præteritorum recordatio peccatorum ex imis visceribus eruebat 10 Plautus sumebatur in manus: 11 Si quando in memetipsum reuersus Prophetas legere cœpissem, 12 sermo horrebat incultus: 13 Et quia lumen cæcis oculis non videbam, 14 non oculorum putabam culpam esse, sed solis. 15 Cum ita me antiquus Serpens illuderet: 16 In media fermè quadragesima 17 medullis infusa febris corpus inuasit exhaustum, 18 & sine vlla requie (quod dictu quoq; mirabile sit) sic infelicia membra depasta est, vt ossibus vix hærerent. 19 Interim parantur exequiæ, 20 & vitalis animæ calor toto iam frigescente corpore in sola tantum tepente petusculo palpitabat. 21 Cùm subito raptus in spiritu 22 ad tribunal Iudicis pertrahor: 23 vbi tantum luminis, & tantum erat ex circunstantium claritate fulgoris, 24 vt proiectus in terram sursum aspicere non auderem. 25 Interrogatus de conditione, 26 Christianum me esse respondi. 27 Et ille, qui præsidebat: Mentiris; ait, Ciceronianus es, non Christianus: 28 Vbi enim thesaurus tuus, ibi & cor tuum: 29 Illicò obmutui, 30 & inter* C *verbera (nam cædi me iusserat) conscientia magis igne torquebar: 31 Illum mecum versiculum reputans: In inferno autem quis confitebitur tibi? 32 Clamare autem cœpi, & eiulans dicere. 33 Miserere mei Domine, miserere mei. 34 Tandem ad Præsidentis genua, prouoluti qui adstabant, 35 precabantur vt veniam tribueret adolescentiæ, 36 & errori locum pœnitentiæ condonaret: 37 exacturus deinde cruciatum, si Gentilium litterarum libros aliquando legissem. 38 Ego qui in tanto constrictus articulo, vellem etiam maiora promittere. deierare cœpi, & nomen eius obtestans dicere: Domine si vnquam habuero codices sæculares; si legero, te negaui. 39 In hæc Sacramenti verba dimissus reuertor ad superos; 40 & mirantibus cunctis 41 oculos aperio, 42 tanto lacrymarum imbre perfusos, vt etiam incredulis fidem facerem ex dolore. 43 Nec verò sopor ille fuerat, aut vana somnia, quibus sæpe deludimur. 44 Testis est tribunal illud ante quod iacui: Testis iudicium triste, quod timui: 45 Ita mihi nunquam contingat in talem incidere quæstionem. 46 Liuentes fateor habuisse me scapulas, plagas sensisse post somnum. 47 Et tanto dehinc studio diuina legisse, quanto non ante mortalia legeram.*

D

COMMENTARIVS.

1 C*Vm ante annos plurimos*. Tractatum de Custodia virginitatis ad Eustochium sæpius commemoratum, ex quo integrum caput istud depromitur, tunc Romæ ab Hieronymo scriptum, cum Damasi Pontificis iussu totus in arduis Synodicarum consultationum negotijs versaretur, testantur communiter omnes. Idipsum quoq; opus indicat, dum Romæ se passim editum prodit: Quo pariter tempore de eodem argumento (de Virginitate scilicet custodienda) sibi Damasum, & prosa & metro legisse libellos idem Hieronymus addit. Ex his, cœlestis hoc capite castigationis relatam historiam aperte colligimus, multo ante tempore, quàm ad Bethlehem idẽ secundo contenderet accidisse: Sub initio nimirum primi accessus in Syriæ solitudinem, de quo supra capite quinto circa principium.

2 *Domo, parentibus, sorore, cognatis*. Hæc sunt, quæ mitto ab eo qui vestigia sequi vult Christi iuxta Euangelij præceptum: Si quis Luc. 14. venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & vxorem, & filios, & agros propter meum, non est me dignus, relinquenda sunt. Ab Hieronymo autem nunc recensitam sororem, abscessus sui e patria tempore, matrimonio

iunctam

A iunctam fuiſſe ſequenti dictione, *cognatis* videlicet facilè declaratur. Marito hæc ipſa deinceps ſuperſtes, vt in viduitatis, ac caſtitatis propoſito perſeuerot, Iuliano Diacono Stridonienſi commẽdatur Epiſtola trigeſima ſeptima. Habetur de eadem mentio Epiſtola quadrageſimatertia ad Chromatium, Iouinum, & Euſebium hiſce verbis: Soror mea Sancti Iuliani in Chriſto fructus eſt. Hanc mihi Ieſus pro eo vulnere, quod Diabolus inflixerat, præſtitit, viuam reddendo pro mortua. Huic ego (vt ait Gentilis poeta) omnia etiam tuta timeo. Scitis ipſi lubricum adoleſcentiæ iter: in quo & ego lapſus ſum, & vos non ſi-
B ne timore tranſiſtis, hoc illa nunc maximè ingrediens, omnium eſt fulcienda præceptis, omnium eſt ſuſtentanda ſolatijs, ideſt, crebris veſtrę ſanctitudinis Epiſtolis roboranda: & quia charitas omnia ſuſtinet, obſecro, vt etiam a Papa Valeriano ad eam confortandam literas exigatis. Noſtis puellares animos his rebus plerunq; ſolidari, ſi ſe intelligant curæ eſſe maioribus.] Hęc ibi, ex quibus Victorius carnis lapſu eandem aliquando pollutam in Vita Hieronymi fatetur. Cęterùm impingere Victorium in eiuſmodi verborum ſenſum diligenter aduertens intelliget, Quandoquidem non lapſam, ſed ſanctum potius propoſi-
C tum, Iuliani conſilio eam retinentem indicant verba. [Soror mea &c.] Et quamuis Saluatoris virtute a peccati morte rediuiua dicatur: potuit fortaſſis Hieronymus alludere ad peccata iam in baptiſmi fonte ſepulta: Conſueuiſſe enim tunc adultos homines aqua intingi, nemo ex hiſtorijs ignorat, & nos alibi obſeruauimus. Ingentis potius virtutis fœminam, atq; iam per Diaboli inſidias ſecurè incedentẽ præallegata verba declarant, quibus dicitur: Huic ego, (vt ait Gentilis poeta) omnia etiam tuta timeo.] Deniq; quod adoleſcentiæ lubricum commemoretur iter, in quo & ſe aliquando lapſum idem teſtatur Hieronymus,
D non ratione lapſus tantùm carnis, ſed quorumcunq; vitiorum in genere dictum hoc omnino putandum eſt: Quandoquidem ita & Cicero pro Cœlio, (a quo & phraſis manifeſto vſurpata eſt) intelligendus videtur, dum ſcribit: Viæ adoleſcentiæ lubricæ, quibus illa inſiſtere, aut ingredi ſine caſu aliquo, aut prolapſione vix poteſt.]

3 *Et quod his difficilius eſt, conſuetudine lautioris cibi propter Cælorum me regna caſtraſſem.* Qui pro ſalutis æternæ acquiſitione ex vtroq; ſexu mortificat membra ſua, quæ ſunt ſuper terram cibi abſtinentia, hic ſe totum caſtrare dicitur, quia in ſe omnem libidinis titillationem reprimit, extinguitq;. *Sine enim* (vt poeta inquit) *Cerere & Baccho friget* E
Venus. Imò, & ipſa corda, libidinum incendijs exuſta, de quibus Oſeæ ſeptimo ſcribitur: *Omnes adulterantes quaſi clibanus corda eorum*, Dei miſericordia, & ieiuniorum frigore reſtringuntur. De eiuſmodi Eunuchis Saluator in Euangelio loquitur: *Et ſunt Eunuchi, qui ſeipſos caſtrauerunt propter regna Cælorum*. Certè Matt. 19.
non aliter Daniel, treſq; pueri, Annanias, Azarias, & Miſael ſibi tunc genitalia reſciderunt, cum eorum vnuſquiſq; firmus in corde propoſuit, ne pollueretur de menſa regis, neq; de vino potus eius, & rogauit Eunuchorum præpoſitum, ne contaminaretur. Quid nãq; fœdius animam deturpat ciborum immode- F
rantia, qua ventre æſtuante ipſum corpus protinus in libidinem deſpumare aſſerit Hieronymus. Quot quot ergo ſeipſos generoſè ciborũ abſtinentia caſtrauerunt, hi proculdubio ſũt, qui Verbũ vitæ fęcunda ſterilitate conceperunt. Porrò eiuſdem Hieronymi mira vitæ abſtinentia iam ſupra capite octauo explicata eſt. Epiſtolæ item auctor ad Cyrillum, De Miraculis eiuſdem, ſequentibus proſequitur, videlicet: Quinquaginta annis vinũ, & ſiceram aliqualiter non guſtauit: ab omni carnium, & etiam piſcium eſu, ita ſe abſtinuit, quòd vix ea nominare volebat. Coctũ quid, non niſi in vltima ægritudine bis co- G
medit.] Et paulò infra. Non niſi ſemel fructibus, aut herbarum folijs, ſiuè radicibus paſtus in die, poſt veſperas ſe orationibus præbens, vſq; ad ſecundam noctis horam quotidie vigilabat.] Aptè autem lautiorum in textu ciborum mira abſtinentia, cæteris paulò ante memoratis difficilior aſſeritur, quippe quæ de proprio (vt dicitur) ea fiat, cętera verò de alieno. Hoc & ipſe Hieronymus in Vita Paulæ teſtatur, cùm fœminam ipſam eiuſmodi celebrat teſtimonio: Scimus pleroſq; dediſſe eleemoſinam, ſed de proprio corpore, nihil dediſſe: porrexiſſe egentibus manum, ſed carnis voluptate ſuperatos: de albaſſe ea, quæ foris erãt, H
& intus plenos fuiſſe oſſibus mortuorum. At non Paula talis, quæ tantæ continentiæ fuit, vt propè menſuram excederet.] Hęc ipſe de Paula, quæ tantò vera, quantò eidem ipſi propria fuerunt.

4 *Et Hieroſolymam militaturus pergerem*. Prudens lector attende, quòd non ante Hieroſolymam pergitur, quàm ciborum parcitate caro maceretur. Vnde Auguſtinus in Sermonibus. Caro (inquit) iumentum eſt, quod Lib. ſer. 1
eſt freno & fame domandum, quis de via, quæ ducit Hieruſalem excludere conatur. Iungitur ergo quod perfectum eſt. Relictis enim parentibus, domo, cognatis, & omnibus

A propter Christum propriæ mortificationis crux voluntariè assumẽda est, de qua Christus Luc.4. Dominus loquitur: *Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me*: qua assumpta illicò Hierosolymã pergendum est. Christi videlicet tenenda vestigia: Act.14. protinus tribulationum via calcanda, quia per multas tribulationes oportet nos introire in regnum Dei. Via verò tribulationũ ea est, quę Hierusalem ducit, sicuti testatur Act.20. Apostolus: *Quoniam vincula, & tribulationes Hierosolymis me manent*. Et Christus in Euãgelio. *Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur Gentibus ad illudendum, & fla-* B *gellandum, & crucifigendum*. Quod sanè rei exitus comprobauit, cùm paulò post idem Saluator in ea cruci affixus sit, lapidatus Stephanus, occisus Iacobus, Princeps Apostolorum Petrus catenis uinctus, flagellati vnà discipuli. Per hanc tandem viam, quot quot habuit Deus charissimos deduxit omnes, & ad triumphi gloriã euexit. Vnde & de Hierusalem conqueritur: Matt.23. *Hierusalem, Hierusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt: quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos sub alas & noluisti? Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta, vt veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram, a sanguine Abel iu-* C *sti, vsq; ad sanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quem occidistis inter Templum, & Altare*.] Cęterùm circa historiam, quamuis Hieronymi, tum ex Vrbe, tum e patrio solo profectionis tempus, iam supra Christi annum trecentesimum quinquagesimum nonum numerauerimus: non nisi tamen post duodecim circiter annos Hierosolymam eundem peruenisse, sciendum est. Enimuero dum Apollinaris primùm lectione, maximis mox alijs terræ, atq; maris peregrinationibus, Euagrij tandem solitudine distractus fuit, totidem omnino ab eius e patria discessu ad eiusdem Vrbis ingres- D sum anni elapsi sunt.

5 *Bibliotheca, quam mihi Romæ summo studio, ac labore confeceram, carere omninò non poteram*. Sequentibus Christum tametsi omnium abdicatio iubeatur, sacri tamen codices, non auro, aut gemmis ornati, sed competenti arte dispositi permittuntur, vt eorum iugi lectione anima reficiatur, & diuinis im- Epist.22. buatur disciplinis. Vnde & Eustochio præcipitur: Crebrius lege, ac disce quamplurima, & tenenti codicem somnus obrepat, & cadentem faciem pagina sancta suscipiat.] Et alibi, Sæpe in manibus tuis diuina sit lectio, & crebrę orationes, vt omnes cogitationum sagittæ, quibus adolescentia percuti solet huiusce modi clypeo repellantur. [Certè E cùm Apostolos sanctos, quorum vitæ genus absolutissimum fuit, qui & de labore manuum victum sibi comparantes, quæ supererant pauperibus erogabant, codices apud se retinuisse legamus: Vnde Apostolus ad Timotheum: *Veniens* (inquit) *affer tecum li-* 2.Tim.4. *bros, & maximè membranas*: Consequenter nec Hieronymus Bibliotheca, quam sibi proprijs manibus confecerat carere poterat, vt Apostoli eiusdem dictum impleret: *Dum venio attende lectioni, exhortationi, & doc-* 1.Tim.4. *trinæ. Noli negligere gratiam, quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam*. Vel dicamus meritò illũ secum libros afferre debuisse, quem F sacras omnes vertere litteras, easq; Ecclesię sanctæ tradere decebat.

6 *Itaq; miser ego*. Hic adolescentiæ suæ labem detegere incipit. Et reuera miser Hieronymus, dum culpam admisit: Beatus verò, cùm eandem per confessionem dignis pœnitentiæ lachrymis abstergere studuit.

7 *Lecturus Tullium ieiunabam*. Non eiusmodi ieiunia accipit Dominus, qui in Isaia clamat: Nunquid tale est ieiunium, quod Isa.58. elegi per diem affligere hominem animam suam? Non insuper id genus profanorum auctorum studijs communicat, qui per os Dauid in Psalmo conquæritur: Abominabiles facti Psal.13. sunt in studijs suis. G

8 *Post noctium crebras vigilias*. Vigilant Dei serui nocte, ne eorum vnquam oculi obdormiant in morte. Quinimo ipsa nox dies illis etiã est, quia illis iustitię semper sol oritur, qui nunquam nouit occasum. Vel ideo nocte vigilias ducunt, quia id tempus pœnitentię operibus aptissimum est. Vnde Threnorum primo dicitur: *Plorans plorauit in nocte, & lachryma eius in maxillis eius*.

9 *Post multas lachrymas, quas mihi præteritorum recordatio peccatorum ex imis visceribus eruebat*. Si dissimulabiliter, qui mala non consenserunt operibus ex alienorum recordatione peccatorum lachrymas fuderunt: H quomodo Samuelem super Saul planxisse, & 1.Reg.16 Apostolum Paulum, super his, qui post peccatum non egerunt pœnitentiam legimus, de quibus idem Apostolus loquitur: *Ne, iterum cùm venero humiliet me Deus apud vos, &* 2.Cor.12 *lugeam multos ex his, qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam super immunditia, & fornicatione, & impudicitia, quam gesserunt*. Et. *Tristitia mihi est magna, &* Rom.9. *incessabilis dolor cordi meo*. Quo dolore? quibus lachrymarũ imbribus, quos interdum propriarum memoria culparum pupugit, easdem diluisse putamus? Erui autem lachrymæ

A ex imis visceribus dicuntur, hoc est ex interno cordis affectu, vt quod antea malitiæ, culpæq; fuerat arcanum, idipsum pœnitentiæ operibus attritum, salutari item fletus lauacro detergatur.

10 *Plautus sumebatur in manus.* In quibusdam antiquis exemplaribus, aliàs *Plato* legebatur. Nemo verò in hac vita tanta est firmitate suffultus, vt de sua stabilitate debeat esse securus, dicente Apostolo. *Qui stat, videat ne cadat.* Quandoquidem via, quæ tendit Hierusalem, hoc est ad perfectionem, tantis est insidijs, ac machinationibus obstricta, vt non facilè quispiam eam percurrat illæsus: ex quo B tenenti illam, iugiter vigilandum, armisq; insistendum, cùm in ea fortissimi etiam viri vrgentissimis interdum afflicti congressibus, sæpiusq; ductis trophæis, in pace tandem miserabiliter corruerint, illudq; prophetæ impletum sit. Thr.4. *Quoniam ingressus est hostis, & inimicus per portas Hierusalem*, quæ vtiq; munitissimæ erant. Totum istud Hieronymi nunc exemplo manifestum redditur. Enimuerò dum contra Diabolũ ieiunijs, vigilijs, lachrymis, alijsq; pœnitentiæ operibus validis non cedit ictibus, demùm in pace, profanorum auctorum lectione distractus, incautè vulneri locum præbet.

11 *Siquando in memetipsum reuersus Pro-* C *phetas legere cœpissem.* Qui post culpam in se nõ reuertitur, nec dolet se fecisse, quod malum est, huius profectò salus desperatur; ad profundumq; iniquitatis eundem iam peruenisse certum indicium est. Vnde iuxta sublimiorẽ intellectum: Tunc homo abire, egrediq; dicitur, quando in peccatum voluntariè labitur, in quo sensu de filio prodigo Lucæ decimo quinto scribitur, quod consumpto patrimonio abijt in regionem longinquam. Et Threnorum primo. *Et egressus est a filia Sion omnis decor eius.* Reuertitur autem, dum proprias culpas intelligens, de eisdem propter Deum sibi planctum assumit; vt ibidem de eodem filio sub- D iungitur. *In se autem reuersus dixit: Quanti* Luc.14. *mercenarij in domò patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo?* Quod sanè in Cantico etiam Canticorum apertè signatur, dum instantissimè longè aberrans anima ad pœni- Can. 6. tentiam hisce reuocatur. *Reuertere, reuertere Sunamitis: Reuertere, reuertere, vt intueamur te.*

12 *Sermo horrebat incultus.* Voluit incompræhensibilia sapientiæ suæ arcana Deus, ne sanctum canib⁹, margaritæ porcis, & profanis Sancta Sanctorum paterent verborum ruditate, quasi fictili vase compræhendi. Vnde, qui ex rhetoricis, sęcularibusq; litteris ad Sanctam Scripturam conscendit, nil mirum, si primo intuitu perhorrescat, eiq; singula scripturæ ver- E ba, tot in se consurgentia monstra iudicet: Quandoquidem; *Ignitum eloquium Dei vehe-* Psal.118. Psal.119. *menter*, & voces eius, tanquam *sagittæ cum* Heb.4. *carbonibus desolatorijs.* Et Paulus inquit. *Viuus est sermo Dei, & efficax omni gladio ancipiti penetrans vsq; ad diuisionem animæ.* Verùm vbi ipsemet legens, nucleo fracto verborum rudiũ mysteria gustu discernere incipit; protinus mannæ illius absconditi dulcedine captus, exclamat cum propheta. *Quàm dulcia faucibus* Psal.118. *meis eloquia tua, super mel ori meo?*

13 *Et quia lumen cœcis oculis non videbam.* Lumen diuinam doctrinam in prophetalibus libris latentem significat: illustrat enim ea men- F tem. Vnde & lucerna dicitur, quæ super caput Iob splendet. Per oculos verò, vel vis ani- Iob. 29. mæ cognitiua, vel mens, vel intellectus accipitur: Et dicuntur isti nunc cœci, nunc videntes oculi iuxta discretionem latentium mysteriorum. Enimuerò si sacras rectè intelligunt scripturas, & spiritali sensu, intuituq; easdem penetrant, tunc videntes dicuntur: cœci verò si secus accidit. Hos porrò ipsos Samuel propheta Domini, primo Regum habuisse iugiter per- 1.Reg. 8. gratiam reseratos narratur.

14 *Non oculorum putabam culpam, sed solis.* De hoc ipso Sole: doctrina nimirum veritatis, G Nahum tertio scribit: *Ortus est Sol, & auolauerunt locustæ, & non est cognitus locus earum, vbi fuerint.* Solent autem litteraturæ sæcularis professores, si quando in eorum manus sacer codex peruenerit, illicò damnare quod non intelligunt, & auctoris illud esse vitium non propriæ cœcitatis, de qua meminit Apostolus: *Tenebris* Ephes. 4. (inquiens) *obscuratum habentes intellectum*, culpam arbitrantur. His profectò illud Tobię aptari potest, quo dicitur; *Quale gaudium mihi* Tob.5. *erit, qui in tenebris sedeo, & lumen Cœli non video*: memorato lumine illustratus Sanctus Dauid: *Lucerna*, aiebat, *pedibus meis verbum tuum;* Psal.118. *& lumen semitis meis.*

15 *Cùm ita me antiquus serpens illuderet.* H Eiusmodi ergo, vt hactenus explicatum est, incautos Satanas decipere soleat homines, eius tandem tunc apertis oculis deteguntur insidię, cùm solidæ doctrinæ, ac veritatis intellectus lumine collustratur: quemadmodum quippe lumen in tenebris offendiculum indicat, perinde veritatis agnitio, quę sola ex scripturis Sanctis comparatur, Gentilium litteratum deliramenta, insanias falsas, & præcipites foueas detegit, nosq; metipsos nobis ipsis ostendens, sola mentium caliginem soluit. Ideo autem Satanas antiquus dicitur, quòd ab initio, vt dicitur, peccet, serpensq; propterea subditur, quod non subita hominem plaga prosternat,

tionis,

A fed illum suggestionis primùm, mox delecta-
tionis, consensus demum morsibus inuadens,
tam leniter in totam animam venena diffun-
dat, vt illum sensim conficiat, & perimat.
16 *In media fermè quadragesima.* Peccato
pœna respōdet: ergo propria vir Sāctus labe-
detecta illatā sibi propterea nunc subiungit ca-
stigationem. Duobus correptionum generi-
bus delinquentes obiurgare Deus solet homi-
nes: vno somnijs, infirmitatibus altero. De
Iob.33. vtroq; legitur in Iob. *Per somnium in visione
nocturna, quando irruit sopor super homines, &
dormiunt in lectulo: tunc aperit aures virorum,
& erudiens eos instruit disciplina, vt auertat ho-*
B *minem ab his, quæ fecit, & liberet eum de superbia,
eruens animam eius a corruptione, & vitam illius,
vt non transeat in gladium: Increpat quoq; per
dolorem in lectulo, & omnia ossa eius marcescere
facit.* Primo modo superbus Nabuchodono-
Matt.9. sor Danielis primo castigatus legitur, ibi: *Ego
Nabuchodonosor somnium vidi, quod perterruit
me, & cogitationes meæ in strato meo, & visiones
capitis mei conturbauerunt me.* Et Pilati vxor
Matthæi vigesimo septimo. *Nihil tibi & iusto
illi, multa enim passa sum hodie per visum prop-
ter eum.* Secundo verò modo punitus paraly-
ticus ille, cui Dominus in Euangelio dixit.
Remittuntur tibi peccata tua. Item Asaph, Eze-
chiel Reges, alijq; innumeri. Non altero ergo
C istorum tantùm, sed vtrisq; modis a Deo cùm
punitus sit Hieronymus, infirmitate nimirum
inprimis, ibi: *In media fermè quadragesima
medullis infusa febris:* mox somnio ibi: *Tunc
subito raptus in spiritu, ad Tribunal Iudicis per-
trahor*, dubitare quispiam posset de diuinæ
æquitatis mensura, nisi certò sciret, de omni
verbo otioso a se in die Iudicij rationē esse red
dēdā. Et quidē, si Episcopus Ephesiorū, Angel⁹
Apoc. 2. in Apocalypsi nuncupatus, qui causa nominis
Christi passionum multatum merita intra con-
scientiam retinebat, quia in ipsis passionibus a
primo conuersationis feruore tepuerat, cùm
D calorem paululum temperasset ad pœnitentiā
reuocatur, dicente scriptura: *Noui opera tua,
& patientiam tuam, & quia non potes sustinere
malos, sed habeo aduersum te pauca, quia charita-
tem tuam pristinam reliquisti. Memento vnde
excideris, & age pœnitentiam:* Si (inquam) tan-
tus vir, merita habens Sanctorum, ob aliquan-
tulam persecutionum tollerandarum feruoris
remissionem excidisse a Deo, qui charitas est,
proptereaq; a ruina consurgere suadetur, quan
tus delinquentium etiam venialiter lapsus exi
stimandus erit? Si tantis minis, atq; terroribus
videntur affici Sancti, quantas credimus pec-
catoribus ipsis pœnas parari? Verùm in hu-
iuscemodi etiam correptionibus Omnipoten-
tis Dei clementia potissimum commenda- E
tur, quæ non statim propter peccatum perdit,
quos condidit, sed temporaliter potius per par
tes, ac vices castigat, & arguit ipsos delinquen-
tes: eodem testante, qui ait: *Ego, quos amo, ar-* Apoc.3
guo & castigo. Sic & discipulum corrigit Ma-
gister, quem ardentioris esse cernit ingenij.
Et Lacædemonios olim liberos proprios, a te-
neris vsq; vnguiculis ictibus, verberibusq; ob
nitorem virtutis in eisdem laceratis alendum,
cęcidisse legimus. Verùm, quòd *in media fermè
quadragesima* eiusmodi castigatio Hieronymo
acciderit, cum, qui supra tempora est, nonnulla
circa nos, statutis atq; medijs temporibus inter
dum operari declaratur. Quod quidem, & Sa- F
cris esse consonum litteris illud haud obscurè
indicant, quæ passim in eisdem leguntur, qualo
illud præsertim est. *Domine opus tuum in me-* Hab.3.
dio annorum viuifica illud. Et. *Media nocte cla-
mor factus est. Dum medium silentium tenerent* Matt.25.
omnia, & nox in suo cursu medium iter perage- Sap.18.
*ret, omnipotens sermo tuus a regalibus sedibus ve-
nit.* Et. *Indica mihi, vbi pascas, vbi cubes in* Cant.1.
meridie: Viri sanguinem non dimidiabunt dies Psal.54.
suos. In media ergò quadragesima Hierony-
mus quoq; ardentissima febre ab eodem Deo
vexatur, vt medijs tribulationum fluctibus
(quadragesima enim afflictionis tempus est)
agitatus, attentius in semetipsum rediens ad
Deum oculos conuerteret. In angustia enim, G
Domine requisierunt te, in tribulatione mur-
muris doctrina tua eis. Isa.26.
17 *Medullis infusa febris, corpus inuasit ex-
haustum.* Idem paulò superius ex Iob: *Incre-
pat quoq; in lectulo,* (vel vt alij legunt) *Accessit
vsq; ad mortem anima eius, & omnia ossa eius
marcescere facit.* Quos sic clementissimus Do-
minus castigat, intra quoq; ipsa ossa, & in ipso
medullitio visitat, vt corporis interioribus
omnibus primū expurgatis, ad exteriora mox
sanitas effundatur: iuxta quod & Salomon ait. Prou.3.
Sanitas erit corpori tuo, & curatio ossibus tuis.
Et Dauid. *Omnia mea ossa dicent: Domine quis* Psal.34.
similis tibi. Vt integram hanc, firmamq; inte-
rioris hominis Habacuch consequi posset vale Hab.3.
tudinem, ita precabatur: *Ingrediatur putredo* H
*in ossibus meis, & super me scateat, vt requiescam
in die tribulationis, & ascendam ad populum ac-
cinctum nostrum.* Et idem Iob. *Consumpta est
caro a supplicijs, reuertatur ad dies adolescentiæ
suæ.* Enimuerò, quemadmodum phenix ignis
vi renouari traditur, sic per infirmitates, ac sup
plicia dum quispiam corrigitur, ad dies ado-
lescentiæ diuinæ pietatis indulgentia reuerti,
& ad paruulorum simplicitatem redire dicitur.
18 *Et sine vlla requie (quod dictu quoq; mi-
rabile sit) sic infelicia membra depasta est, vt*
ossibus

A *ossibus vix hærerent*. Si in ipsum corpus iam iamcasurum, tanta fremit nuperrimæ febris ingluuies, vt etiam membris omnibus depastis in ossa prosilliat, quid de ipsius interioris hominis morbo dicẽdum est, cuius membra, quẽadmodum perpetua stabilitate cõstructa sunt, sic & vermis eadem corrodentis in æternum duratura rabies describitur, de quo Isaias: *Et*
Isa. 66. *vermis* (inquit) *eorum non morietur in æternũ*.

19 Interim parantur exequiæ. Quòd febre, macie, frigore, corpore dissoluto eidem parentur exequiæ, apertè Hieronymo in extremis conflictanti, diuinoq; mox subsecuto miraculo plures affuisse homines, qui testes etiam po-
B tuissent esse, si placuisset, ostendit. Quod sanè in dicendorum gratiam memoriæ cummẽdandum est. In sacris litteris funeris pompa illis persoluitur, quibus resurrectionis spes in-
Gen. 50. 2.Par.32 dubitata relinquitur, sicuti de Iacob, Ezechia, ac alijs scribitur. Secus verò de ijs, quibus adimitur. Enimuero non ad vitam, sed ad æternam mortẽ, corpora ijdem in extremo Iuditio recipient. De horum profecto numero Ioram Rex fuit, cui nullæ exequiæ celebratæ sunt.
2.Par.21. Igitur meritò Hieronymo parantur exequiæ, cũ spes certa, quòd a culpa surgeret.

20 Et vitalis animæ calor toto iam frigescente corpore in solo tantũ tepente petusculo palpitabat. Idipsum in Vita Paulæ: Et frigente alia parte
C corporis, atq; membrorum, solum animæ tepotem in sacrosancto pectore palpitare. Frigere morientium, calere viuentium est. Duplex vero in scripturis calor habetur, bonus nimirum, & malus. De priori Lucæ vigesimo quarto. *Nonne cor nostrum ardens erat in*
Rom. 12. *via*. Et ad Romanos. *Spiritu feruentes*. De secundo vero Osseas loquitur. *Omnes adulterantes quasi clibanus corda eorum*. Non inconcinnè itaq; priori (qui charitatem significat) in interiori homine iam remitti incipienre illi parantur exequiæ, quia perinde vt aqua flammam, sic veniale peccatum charitatis imminuit ardorem. Et quanquam gratiam ab eo
D non auferat, pristinumq; calorem non extinguat, proximè tamen ad mortem disponit. Vnde & quandiu, cæteris corporis membris frigore contractis in solo pectusculo idem calor, quo in Deo viuit, palpitat, tãdiù perfectę valetudinis spes remanet: Quod si demùm extinguitur, iam tunc eidem, non funeris pompa disponitur, sed æternæ gehennæ sepulchrũ
Lúc. 16. aperitur: Sicuti scriptum est: Mortuus autem est & diues, & sepultus est in inferno.

21 Cùm subitò raptus in spiritu. In spiritu se raptum testatur vir Sanctus ad distinctionẽ
Ezech. 3. Ezechielis, Habacuch (iuxta Theodotionis editionem) & Philippi, quorum primus de Chaldea in Iudæam ad filios populi sui; E
Secundus in Babyleniam ad ministrandum Dan. 17.
Danieli, Tertius in Azotum ad Iesu Christi predicandum Euangelium in puncto temporis corpore translati sunt. Priori modo plures olìm Sanctorum ac Prophetarum fuisse Act. 8.
assumptos, ex sacris pariter litteris habetur.

De Raptu spirituali, & quid sit.

CONTROVERSIA XI.

AT qua ratione hominis spiritus ad supernaturalium contemplationem eleuetur, vel rapiatur breuiter inquiramus. Nonnullo- F
rum sententia fuit, animam hominis ab eius spiritu vsq; adeo seiungi, vt duas illas esse substantias affirmarint. De eisdem Didymus, libro tertio de Spiritu sancto, apud Hieronymũ Tomo 6. Ad eiusmodi autẽ sentẽtię firmitatẽ, ex sa-
ctis scripturis aliqua proferũtur testimonia: Da Dan. 3.
nielis nimirũ illud inprimis, quo dicitur. *In animo contritto, & spiritu humilitatis suscipia-* 1.Thes. 5.
mur. Et illud proximè sequens: *Benedicite spiritus, & animæ iustorum Domino*. Tertio & illud Apostoli. *Deus* (scilicet) *pacis sanctificet vos per omnia; vt integer spiritus vester, & anima, & corpus sine querela in aduẽtu Domini Iesu*
Christi seruetur. Sicuti enim (hæc ait opinio) G
alia est anima, & corpus aliud, sic & aliud est Spiritus ab anima, quæ suo loco specialiter appellatur: De quo & orat, vt integer cùm anima seruetur, & corpore; quia incredibile est, atq; blasphemum orare Apostolum, vt Spiritus sanctus integer seruetur, qui nec immutationẽ potest recipere, nec profectũ. De humano ergo spiritu hoc in loco Apostoli sermo accipiẽdus est. Iuxta ergo horum sententiam, Tunc in spiritu rapi, vel assummi homo dicitur, cùm eiusdẽ spiritus, relicto corpore, ac anima per aliquod tẽporis interuallum ex diuina dispositione ad supernaturaliũ, vel maxime abstractarum rerum visionem assumitur: Quo vtiq;
modo sacram scripturam intelligendã putant, H
quotiescunq; in ea sancti viri, vel Prophetæ in Spiritu rapti leguntur. Verùm quoniã hæc illorum positio duas hominis substantias spiritLuales cõminiscitur, duosq; interiores homines in vno tantũ homine ponit, manifestissimè veluti absurda omnium iudicio reijcienda. Enimuero non seiungi spiritum ab anima, sed vnã eandemq; prorsus esse substantiam indicat in-
primis B. Iacobus Apostolus dicens. *Quomodo* Iac. 2.
corpus tuum sine spiritu mortuum est. Et Apostolus
Corinthijs scribens: *Quis enim scit hominum* 1.Cor. 2.
ea, quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui
in eo est? Item illud Ecclesiastis: *Reuertatur* Eccl. 12.

A *puluis in terram suam vnde erat, & spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum.* Ex quibus spiritum pro anima accipi, vti vnum eundemq́; cum ea, nemo est, qui non videat. Quod si inuicem distinguerentur, quid dicendum de spiritu? Cùm enim animam a Deo creari, simulq́; humano corpore infundi Catholica teneat fides, vel spiritus eodem quoq; temporis puncto cum anima a Deo concreabitur, & eidem corpori infundetur; vel non a Deo, sed ab ipso generante producetur. Si primùm, vel eiusmodi Spiritus mortalis erit, vel immortalis. Si mortalis, ergo substantia spiritualis, & immaterialis a Deo creata cum ipso corpo-
B re interibit. Si immortalis, ergo post vnius hominis dissolutionem, duæ prò qualitate factorum, vel præmijs, vel pœnis supererunt substantiæ spirituales afficiendæ: quod quàm a veritate discrepet, ipse quoq; Saluator, qui vnius tantùm meminitè facil ostendit dicens: *Pater in manus tuas commendo spiritum meum.* Et eius quoq; Prothomartyr Stephanus: *Domine*
Luc. 23. Act. 7. *Iesu accipe spiritum meum.* Si secundum, hoc est, ab agente naturali spiritus cum corpore generatur, duo in philosophia etiam absurdissima sequentur: Vnum, e potentia materiæ supra vires eiusdem agentis, seu generantis educi substantiam omnino spiritualem: Alte-
C rum, omni prorsus carens materia (quæ cuiuscunq; corruptionis est causa) aliquãdo corrũpi. Et multa alia sequentur incommoda, quę singula referre longum esset. Est igitur anima idem omnino cum spiritu, de cuius productione, simulq́; producente hæc habet Zacharias: *Dixit dominus extendens cælum, &*
Zac. 12. Psal. 32. *fundans terram, & fingens spiritum hominis in eo.* Et Dauid. *Qui fingit per singulos corda eorum:* Fabricando scilicet quotidie animas, & eas simul nascentium corporibus infundendo.

Quod si contentiosè quispiam vtrunq; inter se distingui voluerit; distinctio secundum nominum potius, & nostrum loquendi modum, quàm secundum rerum diuersitatem attendē-
D da erit. Vt nimirùm, vnam eandemq́; substãtiam, & animam, & spiritum: animam quatenus proprium corpus actuat, & in eo operatur: spiritum quatenus ab ipso corpore seiuncta est, & absq; eo operationes edit, appellemus. Aliter itaq; dicamus: per spiritum præallegatis Hieronymi verbis, non animam, sed actum, operationemq́; potentiæ ipsius animæ: affectum, inquam, mentis (quæ præcipua animæ potentia est) significari: quo sensu Saluatorem dixisse haud dubium est: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est) regnum cælorum,* Et
Matt. 5. Luc. 1. eius semper Virginem matrem: *Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo,* Necnon Apostolum: *Mulier innupta & virgo, cogitat,* E
quæ Domini sunt, vt sit sancta corpore & spiritu. 1. Cor. 7.
Iuxta hanc spiritus acceptionem: Tunc hominem in spiritu raptum dicerem, cum eius mẽs, ex omnipotentis Dei vel dispositione, vel gratia, ad sui, vel aliarũ maximè abstractarũ rerũ intelligentiam, contemplationemq́; ita eleuatur, vt inferiores tunc potentiæ omnes proprias vel intermittãt actiones, vel ita saltẽ attenuentur, quòd eiusdem superioris potentię intentissimæ operationi nullius omnino impedimenti sint. Hoc sensu Ioannem in Apocalypsi supra montem raptum vidisse Hierusalẽ Apoc. 21.
nouam descendentem de cœlo, aliaq́; complura secreta cœlestia intellexisse, scribitur. Similiter Danielem, Ezechielem, & alios ex vtroq; F
testamento, Hieronymumq́; hoc ipso loco in spiritu raptos legimus. Et quamquam mentis (propriè loquendo) intellectio sit, voluntatis verò affectus: hoc tamen loco, mentis potius affectum, quàm intellectionem dicimus, vt simul explicemus ad eiusmodi supernaturalium rerum attentissimam contemplationẽ, vtrũq; simul concurrere, cuiusmodi in beatifica fruitione, visioneq́; accidit. Vel dicatur per mẽtem, non primam tantùm animæ potentiam, intellectum nimirum, sed totam hominis superiorem (vt aiunt portionem) videlicet, intel- * accipi
lectum, memoriam, voluntatem.* Et iuxta G
hunc sensum mentis nomine sumpto, dicitur ea imago Omnipotẽtis Dei, ad cuius imaginẽ homo in secundo Genesis capite conditus asseritur. Pluribus item alijs nominibus latè loquendo hic mentis affectus in scripturis sanctis exprimi solet. Dicitur raptus, quia eius impetu anima a proprio corpore rapi, atq; diuelli videtur. Dicitur excessus mentis, vti in Psalmo: *Ego dixi in excessu meo omnis homo mẽdax:* quia Psal. 115.
tunc ipsa anima vltra corporis limites cedere, pretergredi, & superare putatur. Dicitur & sopor, iuxta illud Genesis: *Immisit Dominus so-* Gen. 2.
porem in Adam. Et infra. *Cumq; sol occumbe-* Gen. 15.
ret sopor irruit super Abraham, quia eius profunditate totum obruitur corpus, veluti grauissimo somno. Quod præssius, ac proprius H
de vtroq;, excessu videlicet, seu Extasi, atq; raptu enountiare voluerimus. Extasim, excessumq́; ita definiemus: Extasis est mentis eleuatio per inspirationem intimam ad superũ contemplationem, per quam a sensibus, eorumq́; officio secernitur. Raptus verò diuinus, est mentis supra vires suas ad supera eleuatio, per inspirationem adeo potentem, vt ea tunc diuini, & non proprij iuris esse iudicetur. Ideo D. Thomas secunda secundæ, quæstione centesima septuagesima quinta, inquit, Extasim simpliciter denotare excessum mẽtis:

Raptum

A Raptum verò addere violentiam: ea tamen est violentia diuina, & supra naturam; non contra naturam, vt quiddam ex recentioribus perperam affirmarunt. Et de eiusmodi violentia Ioan. 12. Inquitur Saluator in Euangelio: *Cùm exaltatus fuero a terra omnia traham ad meipsum*. Quomodo & Paulus legitur tractus ad tertium Cœlum; nec non Hieronymus in littera, cum scribit *ad Iudicis tribunal pertraher*. His ita explicatis, haud difficilis in contrarium adductis occursus est. Enimuerò Danielis verba, mentis affectum potius, quàm animę, seu spiritus significant substantiam. Quod item de Spiritibus, atq; animabus iustorum superadditur, iuxta B superius notata, & de solutis iam ab ipsis corporibus animabus, & de coniunctis cùm eisdem, intelligendum est: Apostoli deniq; dictum de integritate spiritus, ad explicatum mentis affectum referendum est, cùm in eodem Ephes. 4. sensu alibi dixerit: *Sollicitisi seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis:* Vnum corpus, & vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ. Et in Actibus Apostolorũ scribitur, omnium credentium fuisse animam vnam & cor vnum in Domino. Hæc ad Hieronymi raptum explicandum.

COMMENTARIVS.

C *22 Ad tribunal Iudicis pertraher*: Cùm nemo, quamuis sanctus, securus ad Dei iudi- Psal. 142. cium accedat testante Propheta: Non intres in iudicium cum seruo tuo Domine, quoniam non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens: iure is, quem peccati alicuius conscientia mordet pertrahi dicitur, qui potius eligeret montium magnitudine omnium illo temporis puncto opprimi, quàm Iudicis sustinere præsentiam.

23 Vbi tantum luminis, & tantum erat ex circunstantium claritate fulgoris. Si thronus Dan. 7. eius, flammæ ignis, rotæ eius, ignis accensus dicuntur: Quin, & fluuius igneus rapidusq; D egredi a facie describitur: quantus tot sanctorum eius Angelorum splendor, quantum lumẽ Sanctissimi vultus illius, qui tanto Sole nostro peramplius, ac perfectius in virtute sua lucet, quanto distat creatura a Creatore, putandum est? Hæc est lux inaccessibilis, lux quidem ex parte sui, inuisibilis verò, ac inaccessibilis ratione imbecillitatis mentis nostræ. Vnde & Dionysius ait: Hæc est lux, a qua lumen omne, & ad quam luces omnes sunt caligines. Meritò ergo subiungitur.

24 Vt proiectus in terram sursum aspicere non auderem. Non de oculis corporis, cùm nõ in corpore, sed in spiritu raptus sit, hoc accipiendum est, sed de oculis interioris hominis. E Quemadmodum enim ad vehemens atq; repentinum lumen oculus protinus caligat atq; coecutit, ita mens, intellectusq; (interioris hominis oculi) ad iusti Iudicis inter Angelorum agmina sedentis maiestatem, fulgoréq; cœcutiunt. Vel dicamus eiusmodi oculorum deiectionem, non ex obiecti tantùm immensitate, vel organi imbecillitate, sed ex propriæ potissimum conscientię confusione accidisse. Sicuti de Publicano scribitur: *Publicanus autem a longè stans, nolebat nec oculos ad Cælum leuare: sed percutiebat pectus suum dicens: Deus propitius esto mihi peccatori.* Luc. 18.

F *25 Interrogatus de conditione*. Iudicandi omnibus ad quos spectat, forma præscribitur, ne quempiam videlicet inaudita causa, vel condemnent, vel absoluant. Cùm enim Dominus (quem nullum latet cordis secretum) hominum merita, vel demerita, omni prorsus inquisitione seiuncta decernere possit, si velit: ad nostram vult tamen doctrinam ministrorum assistentia eosdem aduocare, interrogare, audire, & in illosmet pro qualitate factorum, coram testibus sententiam ferre; quemadmodum primitus fecit in Adam, Caim, & innumeros alios: quin imo, & singulis etiam momentis de Animabus a proprijs corporibus separatis in Iudicio particulari exercet, idipsum postea in finali iudicio iterum repetiturus. G

26 Christianum me esse respondi. Quippe, qui, (vt idem sæpius scribit) de parentibus Christianis ortum dixisset, & vexillum crucis in sua fronte portaret:

27 Et ille, qui præsidebat: Mentiris, ait, Ciceronianus es, non Christianus: Religio siquidẽ Iacob. 1. munda, & immaculata, hæc est: Immaculatum se custodire ab hoc sæculo: Ergo, qui eiusdem religionis Christianæ fidem obtestans, in minimo etiam illam destruit, mentitur, & omnium efficitur reus: sicuti Iacobi secundo dicitur: *Quicunq; autem totam legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus*: Enimuerò H non ex fide tantùm, quoniam & Dęmones in Deum credunt, & contremiscunt, sed ex operibus vnusquisq; Christi fidelis dicendus est. Cęterũ, quis nostrorũ tẽporũ miserias, calamitatesq; satis vnquam deplorabit, in quibus innumeri Peripateticorũ, Platonicorũ, nec non Auerroistarum sibi nomine applaudunt, & eorum mordicus ineptias, vt plurimum fouent, tuenturq;? Væ nobis (idem inquit Hieronymus) quoties, omissis Euãgelijs, & Prophetis comœdias legimus, amatoria bucolicorum, versuum verba tentamus, tenemus Virgilium, toties, quod in pueris necessitatis est, in nobis crimen facimus voluntatis. Quid enim cũ Psalterio facit

A vt ad meliorem frugem conuertant, & mor-
tem auertant impendentem, de quibus dici-
Heb.1. tur: *Omnes sunt administratorij spiritus, in mi-*
nisterium missi propter eos, qui hæreditatem capi-
unt salutis. Pleni insuper paterna charitate
flagella quoq; si quando opus est adhibent,
vt quos verba non excitant, flagella emen-
dent, & corrigant. Quemadmodùm de
quodam Natali nomine, in hæresim prolap-
so, libro quinto Historiarum, ad finem Euse-
bius narrat: Natalis [(inquiens) deceptus,
frequenter admonebatur in somnis, sed cùm
negligentius susciperet visiones a Sanctis An-
gelis per totam noctem verberatus, & pœnis
B grauibus excruciatus, mane consurgens cili-
cio se induit.] Hæc responsio ex eo textui
consona magis conuincitur, quòd de circuns-
tantibus idem Hieronymus verba paulò supe-
rius faciens, de Satana ac eius asseclis, ne ver-
bum quidem habet: Quin potius eos om-
nes ex sanctorum, atq; electorum fuisse nu-
mero declarat, cum ait [Vbi tantum luminis,
& tantum erat ex circunstantium claritate ful-
goris, vt proiectus in terram, sursum aspicere
non auderem.

COMMENTARIVS.

C 31 *Illum mecum versiculum reputans: In in-*
ferno autem quis confitebitur tibi? Ita psalmi
sexti legit versiculus: *Quoniam nõ est in mor-*
te, qui memor sit tui, in inferno autem, quis
confitebitur tui? At quoniam Pagninus, &
communiter omnes, pro Inferno ex Hebræo,
sepulchrum vertunt, seu *foueam*, vt Felix in
propria Psalterij versione in margine notat:
Latini verò pœnarum locum, seu *gehennam*
damnatorum carcerem: hinc duplex sensus
eisdem ab Hieronymo vsurpatis verbis accõ-
modatur. Prior sensus est. Si mihi Domi-
ne flagris istis, atq; tormentis nunc vitam
adimere iubes, ac immaturo veluti fato in
D adolescentia absumis, cùm apud sensu, vitaq;
carentes nulla tui extet memoria, quomodo
morte deletus, atq; tumulo mandatus tuas
laudes proferam? litterarum tuarum myste-
ria Ecclesiæ reuelabo? beneficia immensa
largitatis tuæ inter mortales prædicabo?
Quis in sepulchro celebrabit te? In posterio-
ri sensu pro morte, non naturalis, sed spiri-
tualis mors, quæ per peccatum mortale in-
curritur, accipitur. Quemadmodum enim
corpus sine anima mortuum est, ita homo sine
gratia (quæ interioris hominis anima est) vita
caret. Consequenter non audit, non videt,
non intelligit, non reminiscitur, neq; vl-
lam vitæ spiritualis functionem exercet, sed
est veluti ignobile cadauer in ignem æternum E
conijciendum. Sensus ergo est. Cùm in
morte (spirituali videlicet) O Domine, crea-
tura omnis conspectum tuum auersetur, fu-
giatq; a facie tua, sicut quondàm Adam, &
Cain: In gehennæ insuper loco, non sit nisi mę-
ror, dolor, & desperatio, nec ibi pœnitentiæ
spaciũ detur, quin potius iuxta factorum qua-
litatem exactissima retributio infligatur: quis
in tam acerba morte(pręsentiam tuam intimo
odio refugientem) atq; æternorum igniũ, seu
infernarum tenebrarum horrore, misericor-
diam tuam laudibus efferet? cultum tuum
commendabit? Certè execrabitur te magis
vnusquisq;, quam attollet. *Non mortui lau-* F
dabunt te Domine, neq; omnes, qui descendunt Psal.113.
in infernum. Ex his, vel similibus ad antè
actæ Vitæ Hieronymus culpas diluendas pœ-
nitentiæ spacium obsecrabat; quæ expositio
textui magi congruit, cùm non de vitæ natu-
ralis discrimine, sed de iudicio, hoc est, æter-
ni ignis suplicij sententia se fuisse anxiom in
sequentibus declaret. Accedit, Angelos
quoq; ipsos, quos idemmet precatores exper-
tus est, de cruciatu, tantùm in futurũ per eum
perferendo, si Gẽtiliũ deinceps libros legisset,
meminisse, nõ de mortis naturalis inflictione.

32 *Clamare autem cæpi, & eiulans dicere.*
Clamant Angeli in cœlo clamore laudis, vn- G
de dicitur: *Clamabunt etenim hymnum dicent.* Psal.64.
Clamat frequenter Dauid clamore pietatis,
vnde dicit: *Clamor meus in conspectu eius in-* Psal.17.
troiuit in aures eius. Clamat Sodoma & Go- Gen. 18.
morrha clamore iniquitatis In Genesi, sicuti
scribitur: *Clamor Sodoma, & Gomorrha mul-*
tiplicatus est, & venit ad me, qui & id-
circo ad Deum venire tunc dicitur, cùm tã-
tum peccatur, quòd vltra Deus non vult
sustinere. Et Clamant filij Israel in Aegyp-
to clamore necessitatis, cum dicitur: *Cla-* Psal.106.
mauerunt ad Dominum cùm tribularentur, &
de necessitatibus eorum liberauit eos. Item est
clamor non tantùm oris, sed oculorum, ma-
nuum, & cordis, de quibus passìm in scrip- H
turis sanctis. Et primo de oculis: *Non sileat* Thr.2.
pupilla oculi mei. Secundò de manibus:
Manibus meis nocte contra eum (clamaui sci- Psal.76.
licet) *& non sum deceptus.* Tertio de corde:
Clamantes in cordibus vestris Abba. Pater. Rom.8.
Necessitatis ergo tempore, cùm Hieronymus
cordis voce clamaret, aiebat.

33 *Miserere mei Domine, miserere mei.*
Verba in Psalmis quamplurimum vsurpata.
Congeminatio autem, seu repetitio, instantis-
simam misericordię obtestationem ob crucia-
tuum acerbitatem, vel cordis amaritudinem,
& contritionem, vel fiduciam denotat. Di-

A rigit autem Hieronymus ita in angustijs con-
stitutus orationem, non ad ipsos flagellan-
tes, aut ad astantes Angelos, sed ad Deum, &
Iudicem suum, quia vti ab eo castigationis prę-
ceptum intelligebat, sic misericordiæ effectũ
1. Thes. 2 ab eodem pariter attendebat: Apostoliq; cõ-
silio vsus est, quo dicitur. *Intelligat quæcunq;*
anima fidelis, cum ignem in ossibus suis senserit
(idest afflictionem) *vndè ignis ille immissus sit,*
& ideo ne murmuret, sed gratias agat Deo cum
Beato Iob, qui non Satan flagellantem attendebat,
sed Dominum iubentem.

34 Tandẽ ad Præsidentis genua, peruoluti, qui
B *adstabant.* Sanctos in patria pro nobis viatori-
bus, ac nostris miserijs, necessitatibusq; suble-
uãdis ad Deũ preces fundere, tum ex scripturæ
auctoritate, tum ex hoc loco manifestè cõpro-
batur. Enimuerò, cum hæc ex ipsa charitatis vir-
tute omnẽ ducant originẽ, hinc est, quòd quã-
tò quis arctiùs illius vinculo Deo coniungitur,
eò quoq; eiusdem oratio efficacior dicatur.
Blasphemum verò Vigilantium oppositũ sen-
Lib. 2. tientem huiuscemodi conuincit Hieronymus
Epi. Mul- argumento. Si Apostoli, & Martyres adhuc in
ta in Or- corpore constituti possunt orare pro mortuis,
be. quando adhuc pro se debent esse solliciti, quã-
to magis post coronas, & triumphos? Vnus
Moyses sexcentis millibus armatorum impe-
C trat a Deo veniam: Et Stephanus imitator
Domini sui, & primus Martyr in Christo pro
persecutoribus veniam deprecatur, & post-
quam cum Christo esse cœperint, minus va-
lebunt? Paulus Apostolus ducentas septua-
ginta sex sibi dicit in naui animas condonatas,
& posteaquam resolutus esse cœperit cum
Christo, tunc ora clausurus est, & pro his qui
in toto orbe ad suum Euangelium crediderũt,
mutire non poterit: Meliorq; erit Vigilan-
tius canis viuus, quam ille leo mortuus?] Hęc
ille. Sed certè, & ipse rerum naturalium or-
do, quo superiora in inferiora influere aspectu
sentimus diuinarum quoq; seriem declarat.
Heb. 7. Vnde de Christo dicitur: *Accedens per semet-*
D *ipsum ad Deum ad interpellandum pro nobis.*
Iob. 33. De Angelis item: *Si fuerit pro eo Angelus lo-*
quens vnus de millibus, vt annunciet hominis
æquitatem, miserebitur eius, & dicet. Libera
eum, vt non descendat in corruptionem. Et pos-
Psal. 31. tremò de Sanctis ipsis: *Pro hac orabit ad te om-*
nis sanctus in tẽpore opportuno. Igitur dũ homo,
vel infirmitatibus vel somnijs, vel ẽt vtroq;,
perinde ac ipse Hieronymus a Deo corrigitur,
Sancti in patria (si tamen de multis operibus,
quæ operari debuerat, saltem vnum bonum
opus, quod veluti sacrificium pro eo placabi-
le Deo offerant) supplices illicò indulgen-
tiam, pœnitentiæq; spatiũ eidem impetrant.

Nec clementissimus Deus eorum precibus E
potest non indulgere, cùm de illis eundem
obsecrent, quibus veniam daturum certò
cognoscunt; Idem multo magis Angelos
sanctos conspectui eius semper adstantes cha-
ritatis officium pro quolibet in flagellis con-
stituto singulis momentis persoluere nemini
dubium esse debet: Quandoquidem illis, vt
hominibus, nationibusq; cunctis, defensio-
nis, siuè custodiæ suæ auxilio assistant, spe-
cialiter, & ex officio cura iniuncta est, vti e-
tiam paulò superiùs ex præallegato Iob loco
probatum est.

35 Precabantur, vt veniam tribueret ado-
lescentiæ. Quippe quæ in comparatione cæ- F
terarum ætatum, virilitatis videlicet, ac senec-
tutis excusabilior (si ita loqui fas est) censen-
da sit. Non possunt enim ex Philosophi sen-
tentia iuuenes esse prudentes, quia pruden-
tia requirit experientiam, quæ indiget tem-
pore: & multitudo temporis facit experien-
tiam. Sed lapsibus, præ cæteris omnibus æ-
tatibus adolescentiam, quæ variarum æstu
cupiditatũ, feruoreq; calentis inflammatur æ-
tatis periclitari, testatur Ambrosius. Deniq; Psal. 24.
Sanctus Propheta Domini clamat: *Delicta iu-*
uentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris
Domine.

36 Et errori locum pœnitentiæ condonaret: G
Iuxta Ezechielis olìm voce promissa. *Nolo*
mortem impij, sed vt conuertatur a via sua, & Ezec. 18.
viuat. Magnum sanè iudicium. Vitam pro-
pterea homini datam, non vt deliciarum, &
commodorum hunc mundum esse sciret, sed
perpetuæ eundem pœnitentiæ locum, & ve-
luti carcerem intelligeret.

37 Excruciatum deinde cruciatum, si Genti-
lium litterarum libros aliquando legissem. Non
ita hæc accipias velim, quasi omnis prorsus
Gentilium librorum lectio, tanquam mala
interdicta sit. Absit hoc a vero. Est enim
eadem interdum licita, & ipsi legenti vel
scribenti mirum in modum proficua. Lege H
de hoc Ipso eiusdem Hieronymi elegantissi-
mam Magno Oratori Epistolam. Ideo verò
in Hieronymum, & quoscunq; alios Genti-
lium librorum lectores cruciatum illaturus
Dominus nunc asseritur, qui nimij iisdem, &
plus debito futuri essent addicti. Quando ni-
mirum, ob illorum lectionem, atq; studium,
vel Prophetas horruissent, vel sanctas scriptu-
ras iusta veneratione non coluissent.

38 Ego, qui in tanto constrictus articulo, vel-
lem etiam maiora promittere, deierare cœpi, &
nomen eius obtestans dicere: Domine si vnquam
habuero codices sæculares: si legero, te negaui.
Qui congruis loco, & tempore, seruatisq; ser-
uandis

A uandis iurat, tantum abest, vt peccet, quòd etiam ipsi Deo honorem deferat. Est enim Iuramentum latriæ, cultusq; diuini actus. Vnde
Hier. 4. per Hieremiam dicitur. *Iurabis, viuit Dominus in iudicio, veritate, & iustitia.* *Deierare* verò est, Dei iurare nomen. Ex quo per Deum, & Creatorem tantùm, non creaturas esse iurandum intelligimus: Quemadmodum, & ex
Matt. 5. Matthæi quinto desumitur, ibi: *Ego autem dico vobis, non iurare omnino, neq; per Cælum, quia thronus Dei est: neq; per terram, quia scabellum est pedum eius: neq; per Hierosolymam, quia Ciuitas est magni regis: neq; per caput tuum iuraueris, quia non potes vnum capillum album facere,*
B *aut nigrum.* Igitur & ipsum Christum Dominum non prohibuisse omnino iuramentum, sed per creaturas tantùm: quò posteriori modo Iudæi pessimè iurare consueuerant satis expressè colligitur. Arguit hoc loco sacrilegij atq; periurij Hieronymum Rufinus, libro secundo Inuectiuarum suarum dicens: Audistis, quàm nouum, quanq; horrificum iuramenti sui [Hieronymum intelligens] exposuerit genus? Residente in tribunalibus Iudice Domino Iesu Christo, assistentibus Angelis, & intercedentibus pro se inter verbera & cruciatus, iurat se sæculares libros, . nec habiturum
C vnquam, nec lecturum: Relegantur nunc quæso, quæ scribit, si vna eius operis pagina est, quæ non eum iterum Ciceronianum pronuntiet.] At respondet vir Sanctus, se nequaquam Gẽtilium libros, post iuramentum legisse, sed, quæ puer didicerat attulisse: Dixi (inquiens)
Lib. 1. Apol. c. 7 me sæculares litteras deinceps non lecturum. De futuro sponsio est, non præteritæ memoriæ abolitio. Quis nostrum, non meminerit infantiæ suæ?]

39 *In hac Sacramenti verba dimissus reuertor ad superos;* Deniq; , vt verus Dei seruus castigatus Hieronymus, non autem perditus, vt alienus, dimissus reuertitur ad superos. De huiusmodi Iudicio, in quo de emmendatione
D agitur peccatorum, non perditione, loquitur Dominus Hieremiæ voce: *Te autem non fa-*
Hier. 30. *ciam in consummationem, sed castigabo, sinè erudiam te in iudicio, vt non tibi videaris innoxius.* Porrò Sacramenti hoc loco significatione, admirabilem potius, ac omnem naturæ ordinem excedentem rem aliquam, quam sacræ rei signum denotari arbitror: in quo pariter sensu, de Nabuchodonosor Regis somnio Danielis secundo scribitur. *Et ingressus domum suam Daniel socijs suis indicauit, vt quærerent misericordiam a facie Dei Cæli super Sacramento isto.* Et circa eiusdem capitis finem: *Verè Deus noster Deus Deorum est, & Dominus regum, & reuelans mysteria, quoniam tu potuisti aperire hoc Sacramentum.* Quòd prætera *ad superos* se E
redisse affirmet, ante relatam visionem in inferiori terræ loco fuisse sibi reuelatam apertè demonstrat: quod superioribus quoque adstipulari videtur, vbi scribit. *Illicò obmutui, & inter verbera (nam cædi me iusserat) conscientia magis igne torquebar, illum mecum versiculum reputans: In inferno autem quis confitebitur tibi?* Accedit & alia ratio, quia nimirum eiusmodi locus ipsi cruciatui magis cõgruebat. Enimuerò tametsi Deus Omnipotens secundum infinitatem suã omnibus creaturis per essentiam, præsentiam, & potentiam, quemadmodum de se ipso testatur: *Nonne Cælum & terram ego impleo?* Hier. 23.
illabatur, secundum tamen considerationes aliquas, in nonnullis interdum locis specialiùs esse sacra pandunt eloquia: In Cœlo. *Cælum* F Is. 66.
mihi sedes est. In Sole. *In Sole posuit Tabernaculum suum.* In Sanctis. *Ambulabo inter* Leuit. 26.
eos, & ero Deus vester, vosq; eritis populus meus. Igitur quemadmodum in Cœlo per reuelationem, In Sole per repræsentationem, In Sanctis per Sanctificationem, sic in Inferno secundum iustitiæ executionem sedere pro Tribunali dicitur, Propheta testante, qui ait: *Quo ibo a spi-* Psal. 138.
ritu tuo, aut quo a facie tua fugiam? Si ascendero in Cælum tu illic es, si descendero in infernum ades.

40 *Et mirantibus cunctis.* Non ergò Hieronymum tantùm, sed & adstantes omnes intellexisse Sacramentum comprobatur. Et hoc G in illos, qui eiusdem Hieronymi raptum vanum somnium putauerunt.

41 *Oculos aperio.* Felices, qui post flagella & cruciatus oculos tandem illos aperiunt, quos aliquando cœcatos propheta deplorat: *Et lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum.* De quibus & Salomon: *Sapientis* (inquit) *oculi in capite eius.* Hos procul dubio Nabuchodonosor Rex & ipse recepit, cum ingenti voce testatus est: *Igitur post finem dierum ego Nabuchodonosor oculos meos ad Cælum leuaui, &* Dan. 4.
sensus meus redditus est mihi, & Altissimo benedixi, & viuentem in sempiternum laudaui, & H
glorificaui.

42 *Tanto lachrymarum imbre perfusos, vt etiam incredulis fidem facerem ex dolore.* Quamuis enim Domini manus percutiat, & sanet, vt de se ipso in Deuteronomio testatur: *Ego occidam, & ego viuere faciam, percutiam & ego sanabo, & nõ est qui de manu mea possit eruere;* Deut. 32.
eandem tamen grauem, atq; vehementem ex Sophonia accipimus, vbi loquit: *Extendam* Soph. 1.
manum meam super Iudam, & super habitantes Hierusalem, & disperdam de loco reliquias Baal. Et ex Iob. *Manus Domini tetigit me.* Ex quo Iob. 19.
& incredulis meritò omne fides ex dolore redditur

A ditur. Certè, si passiones negantes Philosophi, illis interdum oppressi, ad earum protinus acerbitatem sententiam mutauere, esseq; eas intollerabile malum deinceps proprio ore confessi sunt, quemadmodum de Dionisio litteris proditum est: Quid si in eos cœlestis huiusce manus primus vix tactus concitatus fuisset, tam seuerus, tam efficax, tam vrgens, vt in ictu oculi montium vsq; ad profunda ardore Psal. 143. dissoluat? *Qui tangis* (inquit Dauid) *montes, & fumigant*.

43 Nec verè sopor ille fuerat, aut vana somnia, quibus sæpe deludimur. Vel contradictionis manifestæ assertorem, vel iuramenti (de B quo paulò superius) prorsus immemorem Sanctissimum virum hoc æque loco arguit impius Erasmus. Et contradictionem quidem ex eo auspicatur, quòd Rufino locum hunc illi objicienti, idem Hieronymus respondens, raptum hactenus explicatum, somnium vocat: Obji- Libr. 1. Apol. c. 7 cit (inquiens) mihi somnium meum.] Hic verò non fuisse somnium constanter asseuerat. Periurij etiam calumniam ex eo conuincit, cũ post iuramentum, sæcularem adhuc litteraturã sacris immiscuerit tractatibus, vt quasi dedita id opera fecisse, facilè legentibus constet. Deniq; ad impietatis cumulum, vt Sanctum virum ab illatis eximat calumnijs, raptum hu- C iusmodi fabulam potius, quàm historiam, figmentumq; omnino fuisse tradit. At Hieronymus omni tempore sibi constat, semper sui compos, semper oculatus: nunquam fabularum inuentor, sed solidissimæ perpetuò veritatis indagator, assertor. In quibus verò non Erasmus tantùm, sed & quicunq; alij nequissimi homines eundem carpere voluerunt, planè eius doctrinam non fuisse consecutos facilè conijcitur. Et quod ad contradictionem attinet, Somnium duplex ex scripturis sanctis, vanum nimirum, & verum haberi nemo negare Eccl. 5. potest. De primo in Ecclesiaste dicitur: *In multitudine somniorum, & vanitates, & verba plurima:* De secundo verò, dictum est supra ex Io. 33. Iob: *Per somnium in visione nocturna, quando* D *irruit sopor super homines, & dormiunt in lectulo, tunc aperit aures virorum, cum reliquis:* Hoc somniorum genere, non fideles tantùm, ac Sanctos suos Dominus quandoq; admonere consueuit: veluti Iacob olim Patriarcham, Genesis vigesimo octauo, & Magos in Euangelio Matthæi decimoquarto instructos legimus: sed etiam delinquentes, vt ipsum videlicet intelligant corrigentem, & conuertantur a via sua praua; quomodo de Nabuchodonosor, Pharaone, & alijs factum fuisse scriptura commemorat, quos vtriq; in iudicium, condemnationemq; sui per somnia eiusmodi futura vidisse, & tamen ipsum Deum reuelantem noluisse in- E telligere, super Ioelis primum tradit idem Hieronymus. Quando igitur hoc loco castigationem suam non fuisse somnium Hieronymus iuramento affirmat, sibi tunc non contradicit, quando in Rufinum inuectus, eandem somnij appellatione recenset, verum quippe, & vanũ somnium reperitur. Hic manifestè non fuisse vanum asseuerat, ibi non negat fuisse verùm. Hæc ad contradictionis calumniam refellendam. Sed quod nec iuramenti vim imminuerit, aut memoria deleuerit, propria eiusdem verba super tertium ad Galatas librum in Proe- F mio euidenter cõprobant, vbi scribit: Loquar, sed omnẽ sermonis elegãtiã, & Latini eloquij venustatem stridor lectionis Hebraicę sordida uit. Nostis enim & ipsi, quòd plusquam quindecim anni sunt, ex quo in manus meas nunquam Tullius, nunquam Maro, nunquam Gentilium litterarum quilibet auctor ascendit, & si fortè quid inde, dum loquimur obrepit: quasi antiqui per nebulam somnij recordamur.] Non itaq; somnij immemor est, cuius frequenter, tuncq; temporis præsertim, quando vel ex proprio ore, vel calamo sæcularis eloquij verbum aliquod prolabitur meminit. Et quamuis eiusdem scripta omni doctrinarum genere re- G fertissima, intextorum etiam vbiq; florum, & suauitate legentes recreent, & amœnitate demulceant: non ideo is sacrilegus (vt supra etiam notauimus) aliquo vnquam tempore dicendus est, cùm non præteritorum, quibus alias optimè imbutus fuerat obliuionem, sed eatundem sæcularium litterarum deinceps lectionem, vel studium, iureiurando promiserit. Postremò, quod nec fabula, aut commentum in eundem Cœlestis inflicta animaduersio, sed verissima historia fuerit, tum ex dictis, tum ex infra quoq; dicendis constat. Enimuerò, quod superius, ibi nimirum *Interim parabantur* H *exequia*, Et infra *Et mirantibus cunctis*, testatus est, quamplures tantæ rei nouitati affuisse testes, omnium iudicio manifestat. Et fortassis ex eisdem astantibus Rufinum vnum fuisse ex eo conuincitur, quòd veritatem historiæ infringere non est ausus. Quod si eam aliquomodo falsitatis potuisset effingere, plurimi procul dubio illam coemisset, ac fronti inuectiuarum, quas in illum conscripsit, affixisset.

44 Testis est tribunal illud, ante quod iacui: Testis iudicium triste, quod timui: Tertiò ad hanc ipsam veritatem confirmandam testimonia, tribunal nimirũ horrificũ, & iudiciũ triste adhibet Hieronymus: Quomodo & Moyses Israeli testes adduxit dicẽs: *Testes hodie in-* Deut. 4 *uoco Cœlum & Terram, cito perituros vos esse de terra, quam transito Iordane possessuri estis.*

Et

A Et Apostolus Paulus Timotheo. *Testificor co-*
2.Tim.4. *ram Deo, & Christo Iesu, qui iudicaturus est viuos, & mortuos.* Quis verò tribunal illud mẽte concipere, ne dicam in vanum assumere, non pertimescet?

45 Ita mihi nunquam contingat in talem incidere quæstionem. Pro quęstoue tormenta, cruciatusq; ad eruendam veritatem; Vel iudicium, in quo de pœna mortis agitur, accipimus.

46 Liuientes fateor habuisse me scapulas: plagas sensisse post somnum. Verberum quoq; liuori, & dolor adiungitur, vt cuiuscunq; dubitationis occasio tollatur. Sic Iob diuino & ipse
B verbere examinatus ad propriæ causæ veritatem eisdem testibus visus est, dicens. *Re-*
Iob.10. *uersusq; mirabiliter me crucias: Instauras testes tuos contra me, & multiplicasti iram tuam aduersum me, & pœna militant in me.*

47 Et tanto de hinc studio diuina legisse, quanto non ante mortalia legeram. De eiusmodi studio. Hoc vnum accipias lector, Hieronymum deinceps ita scripturã sanctam peruestigasse, quòd in quibuslibet verbis singula sacramenta veneratus sit. Singula (inquit idemipse) verba scripturarum, singula sacramenta sunt. Ista verba, quæ rustica putantur a sæculi hominibus, plena sunt sacramentis:
In Ps.90. Habemus enim thesaurum istum in vasis fictilibus: Thesaurũ sensuum diuinorum, habe-
C mus in verbis vilissimis.] Sed quid de verbis refero, cum & in ipsis punctis mysteria inesse mentis acie penetrauerit? Sed quia (alibi lo-
Super Epist. ad Ephes. c.4. quitur) & singuli sermones, apices, & puncta, in diuinis scripturis plena sunt sensibus, propterea magis volumus in compositione, structuraq; verborũ, quàm in intelligentia periclitari] Deniq; eiusdem in scripturis assiduitas ex his, quæ deinceps scripsit, vertit, docuit, ore personuit, perspecta habetur; cùm ante illatũ supplicium paucula vix edidisset.

D *Eloquentiæ studium damnandum ne a Christifidelibus?*

CONTROVERSIA XIII.

DVo nunc, explicati hactenus somnij occasione apud quosdam suborti errores recensendi, simulq; refellendi ~~errores~~ sunt. Vnus quidẽ eorum, qui in Germania potissimum, melioribus renascentibus litteris (cùm tamen ipsi omni prorsus barbarie polluerentur) glandibus adhuc vesci homines, relictis frugibus, hoc est eloquentiæ studijs, voluerunt: Et hoc quidem in ipsummet Hieronymum adhibitæ animaduersionis exemplo. Alter illorum, e quorum numero Angelus Politianus, qui non E
minus ineptè, quàm impiè Sanctum virum ob studium in Ciceronis libris insumptũ, iniustè verberibus affectũ ex eo iactauit, quòd nullã vnquam adumbratam, Idæam, ne dicam expræssam effigiem Ciceronianæ phrasis in suis scriptis prętulerit. Cæterùm prioribus respondere non multi negotij est; cùm ex allatis iã oppositum de eiusdem Hieronymi sentẽtia comprobatũ sit. Habetur eruditissima ad hũc ipsum errorem eliminandum ab eo conscripta Epistola ad Magnum Oratorem, Tomo secundo, in serie octogesimaquarta, in qua post cœleste eiusmodi in se illatum supplicium excel- F
lentissimorũ, atq; summorum Theologorũ, tã Græcorũ, quã Latinorũ exẽplis sæcularis litteraturæ scriptores, moderato studio tenẽdos, & legendos declarat. Sed & ad Theophilũ, Alexandrinum Episcopum de Græcis transferendis scribens: Indico (inquit) Beatitudini tuæ magnum me laborẽ sustinuisse in trãslatione eius (librum videlicet intelligẽs eiusdẽ Theophili Græco ab eo conscriptum sermone) vt omnes sententias pari venustate transferrem, & Grææ eloquentiæ Latinum aliqua ex parte respõderet eloquium.] Quod si iuxta horum placitũ eloquentiæ decus in Cicerone, alijsq; Gentilibus latè refulgens omnino a Christifidelibus paruipendendũ est, Cur Deus Optimus maxi- G
mus Aaron Moysi loquens verbis hisce cõmẽdat. Aaron frater tuus Leuites, scio, quod elo- Exod.4.
quens sit, ipse loquetur pro te ad populum, & erit os tuũ?] Cur Isaias Propheta, eloquentiæ itidẽ studio nitidus, eidem Domino gratus in sacris litteris perhibetur? de quò & Hieronymus: Sciendum est inquit, quod suo sermone disertus sit, quippe qui vir nobilis, & vrbanæ eloquentiæ, nec habens quidquam in eloquio rusticitatis admixtũ. Cur Salomon, Sapientiã eruditis interesse cogitationibus (eloquentia enim ea est, quæ eruditè loqui docet) testatus est? Cur Psalmorũ liber apud Hebræos omni verborum elegantia circumfertur politissimus? H
Cur Augustin⁹ in libro ad Cresconiũ exclamat: Vtinã mihi ad explicãda ea, quæ sẽtio pro desiderio eloquẽtia prouenisset?] Cur Ambrosij dicẽdi copia, apũ examinis symbolo tãtopere celebratur? Si hęc ipsa damnanda, cui ex aureo Chrysostomi flumine nitidas licebit haurire sẽtentias, leuiterq; fluẽtia verba? Quis eo, vel verbis disertior, vel sententijs crebrior, vel numeris, & tota orationis circumspectione iunctior? Quis Basilio magno in orationis cultu excellẽtior, in exaggeratione cumulatior, in tota dicẽdi arte elimatior? Si vitia detestatur durissima hominũ corda emollit: Si virtutes attollit protinus inflammat: si rem describit eamipsam

A ob oculos ponit. Quid Gregorium Nazianze-
num commemorē, qui orationem vt plurimū
præſſius ſtringens eiuſdem acumine vehemē-
tius incitat, atq; pungit? qui in oratione ſoluta
Thucydidem, in carmine Homerum expri-
mit? Igitur ne diutius argumentationem pro-
traham, ſi eloquentia a nobis procul pellenda
eſt, conſequens etiam, vt eum ea ſanctorum
penè omnium Patrum doctrinam (qua latiſſi-
mè fulget Eccleſia) reijciamus, quod nullus ſa-
næ mentis hominum affirmare audet. Ad diſ-
ficultatis itaq; ſolutionem, Hieronymi germa-
nus verborum ſenſus breuiter explicandus.
Tantum enim abeſt, vt ſomnij ſui hiſtoria, atq;
B narratione ſæcularis eloquentiæ ſtudium pro-
hibuerit, quòd & illud idem præallegatis locis,
& conceſſerit & approbarit. Verum id non
omnibus indiſtinctè, ſed certo ſexui: Aetati
inſuper illi, cui doctorum virorum ſententia
conuenire conſtat. Et reuerà propoſitæ ani-
maduerſionis in ſe exemplo, nil aliud vnquam
mente complexus eſt, quàm Euſtochium Deo
ſacratam virginem plus æquo in Gentilium
litteras incumbentem (cui & ſępius illud in-
gerit: *Quæ communicatio luci ad tenebras? qui
conſenſus Christo cum Belial?* quid facit cum
Pſalterio Horatius? Cum Euangelijs Maro?
Cum Apoſtolis Cicero?] poſt quæ mox ſom-
C nij ſui prodit hiſtoriam) auertere, ad ſacroſq;
codices, ac Pſalterium inprimis impellere.
Voluit æquè Hieronymus Eccleſiaſticos vi-
ros, numeriſq; omnibus abſolutos Theologos
admonere, ne in triuialibus, puerilibuſq; ſtudis
ad ſenectam vſq;, quaſi in Syrenarum ſcopu-
lis, ad eloquentiæ potius oſtentationem, quā
ſolidæ veritatis inquiſitionem immorarentur:
Adeo vt non in virgine tātùm immoderatum
eiuſmodi litterarum ſtudium repræhenderit,
ſed in conſumato Theologo, & communiter
Sacerdotibus, ac Religione præditis omnibus
ne ferendum quidem exiſtimarit. Neq; ta-
men puerilium, & adoleſcentiæ ſtudiorum
D memoriam abolendam cenſuit, quo minus
eorum recordari, & opportunis temporibus,
rebus ea accōmodare liceret, vt ipſemet con-
teſtatur, ſed ex profeſſo eiſdem, ingraueſcente
etiam ætate incumbere, poſt habitis diuinorū
ſtudijs prohibuit. Difficultatem vtiq; hanc
ipſam ita & Petrus Paulus Vergerius dirimen-
dā cenſuit. Non me deterret, quod damnatus
fuerit eloquentiæ ſtudij aliquādo Hieronym⁹,
cum extatica viſione raptus ad Iudicis æterni
tribunal, & quinam eſſet interrogatus, pro
Chriſtiani nomine, quod inter metum trepi-
dationemq; profitebatur, Ciceroniani ſibi no-
men obijci audiuit: Neq; enim res ipſa dam-
nata eſt, ſed fortaſſis eius ſtudium vehementius:

ſine qua profectò vix ſacræ litteræ certè cum B
tanta voluptate legerentur:] Hæc Petrus
Paulus. Idipſum Gratianus quoq; in De-
cretis, diſtinctione trigeſima ſeptima pluribus
reddidit: Vbi & Gloſſa diſtinguens: Qui-
dam (inquit) legunt libros Gentilium cau-
ſa delectationis, & voluptatis, & hoc eſt pro-
hibitum; quidam legunt ad eruditionem,
& illud eſt licitum, vt per eos ſciant rectè lo-
qui, & diſcernere verum a falſo. Et conclu-
dit, ſolam voluptatem prohiberi. Hæc ibi.
Deniq; quamuis ſermonis ſublimitas ab Apoſ-
tolo repræhendatur, non tamen eo animo, vt
eloquentiam, cuius ipſe teſte eodem Hierony-
mo expers minimè fuit, e medio tolleret, ſed F
quò certam ſpem illam, quam ex ea ſapientes
Græci oratores, cum aliquid populo perſua-
dere vellent animo concipere conſueuerunt,
penitus reprimeret. Ne homines (inquam)
ſui deinceps diſerti ſermonis elegantia freti,
ſed Dei virtute, infideles ad Chriſtum attrahe-
re laborabant: Enimuero ſi eloquendi ui Gē-
tium conuerſio adſcriberetur, Crucis procul-
bio triumphus tolleretur. Submittat ergo ſe
(Chriſtophorſonus inquit) eloquētia quo cru-
cis illuſtretur gloria. Eſt planè ancilla, quæ
virtutis Chriſti, veluti magiſtræ ſuæ nutū de-
bet obſeruare. Non vendicet ſibi quod poſſet,
ſed impertiat vnde acceperit. Inſeruiat ma- G
giſtrę ſuæ honori, vnde omnium honos efflo-
reſcit. Det operam aliorum commodis, ne ſi
ſua quærat videatur incōmoda. Crucis Chriſ
ti gloriam ſemper amplificet, contemnat ſuā.
Virtutem Chriſti dicendo adaugeat, quò ipſa
cum dicat, non careat viribus. Sit Chriſti vis,
quæ vincat, ſit eloquentia, quę eandem expli-
cet. Illa præſit & imperet, hæc ſemper ſit pa-
rata ad obſequendum. Hoc pacto neq; crux
Chriſti ſua vacabit gloria, neq; eloquentia in
vllam incurret repræhenſionem.] Pro hac ipſa
hactenus emmendata eloquentia, Paulū quoq;
Corteſium aduerſus Politianum (iuuentutem
inprimis ab Ciceronis ſtudio atq; lectione re- H
uocantem) in arenam deſcendiſſe, refert Cor-
nelius Schultingius.

*Ciceroniani nominis iuſtè ne inſimulatus
Hieronymus?*

CONTROVERSIA XIV.

POſteriorum, Angeliq; potiſſimū Politiani
ineptiſſimæ opinioni, qua Hieronymi li-
bri, & ſcripta, nullū Tullianæ eloquētiæ veſti-
giū exprimere aſſeruntur occurrere, atq; obſiſ-
tere, pro viribus quilibet, mediocriter etiā in li-
beralibus ſtudijs exercitatus exiſtimatur. Nec
meum

A meum esse arbitror, ex vtroq; nunc, Hieronymo nimirum, & Cicerone sigillatim exempla proferre, quorum collatione ipsemet Hieronymus Ciceroniani nitoris ad viuum exemplar aptissimum declaretur: res enim est, tum ab antiquis omnibus, tum a nostræ ætatis scriptoribus sanè sæpius iudiciũ decreta. Proponã inprimis vnum tantum, aut alterum ex prima ad Heliodorum Epistola exemplum, quò nec liminatem eiusdem Hieronymi scriptorum paginam Angelum vidisse declarem, mox insigniorum sententias proferam scriptorum; ex ipsomet postremò Hieronymo aliquot etiam argumenta depromam, ex quibus omnibus B garrientis corniculæ nugis silẽtium indictum, satis superq; constabit.

Qui igitur, ne adumbratum quidem Ciceroniani eloquij negat Hieronymum præsetulisse vestigium legat eiusdem Hieronymi nuper memoratæ Epistolę verba, videlicet. [Istæ quoq; litteræ testes sunt, quas lachrymis cernis interlitas.] Conferat deinde cum his, quæ in Epistola libri decimi quarti leguntur, nimirum [Accepi ab Aristocrate tres Epistolas, quas ego lachrymis propè deleui.] Et in Actione tertia in Verrem [Tabulæ sunt in medio, quæ se corruptas, & interlitas clamant.] Item pro Cluentio [qui testamentum interlinerit.]

C Legat insuper, quæ sequuntur. [Et hoc ego, non integris rate, vel mercibus, nec quasi ignarus fluctuum præmoneo, sed quasi nuper naufragio eiectus in litus, doctus nauta, timida nauigaturis voce denuncio.] Et eundem videbit imitatum Ciceronem in Oratione pro L. Murena, vbi scribit. [Quod si portu soluentibus ij, qui iam in portum ex alto inuehuntur præcipere summo studio solent, & tempestatum rationem, & prędonum, & locorum: quòd natura affert, vt eis faueamus, qui eadem pericula, quibus nos perfuncti sumus ingrediuntur: quo tandem esse animo oportet, prope iam ex magna iactatione terram videntem, in hunc, D cui video maximas reipublicæ tempestates esse subeundas?]

Idem obseruabit in ijs, videlicet. [Sed quoniã e scopulosis locis enauigauit oratio, & inter eanas spumeis fluctibus cautes fragilis in altũ cymba processit; paudenda sunt vela ventis,] quæ æque manifesto ex eodem Cicerone mutuata nemo ambigere potest; ex ijs inprimis, quæ Tusculanarum Quæstionum libro quarto idem scribit. [E quibus quoniam tanquam e scupulosis cotibus enauigauit oratio, reliquæ disputationis cursum teneamus.] Et pro Mar co Cœlio. [Sed quoniam emersisse iam e vadis, & scopulus prætervecta videtur oratio mea, perfacilis mihi reliquus cursus ostenditur] E Verùm ne lectoris prudentiæ diffidere potius videar, quàm Politiani ineptiam arguere, ab eiusmodi exemplis supersedeo.

Ad secundo loco propositum explicandum, sit magni illius, ac illustris Ecclesiæ columinis Augustini probatissimum testimonium: is namq; cùm Hieronymiani eloquij splendorem nunquam satis miraretur, pluribus quidem in locis, sed contra Iulianum præsertim elogio huiuscemodi sustulit. Hieronymi nobis eloquium ab Oriente vsq; ad Occidentem, instar lampadis solis resplenduit.] (Cass. c. 21) Sit Aurelij Cassiodori ad idem, libro Institutionum diuinarũ Lectionum iudicium: In Bethlehem (scribit F ipse) Hieronymum habitasse otiosum non arbitror: nisi vt in terra illa miraculorum ad instar solis, eius quoq; ab Oriente nobis more lampadis splenderet eloquium.] Subscripsit huic ipsi sententiæ Damasus Summus Pontifex, qui eius Epistolas ex eremo sub iuuentutis initio ad diuersos aliquando transmissas: ad Heliodorum nimirum primam, Ad Florentium binas, quintam & sextam: Ad Iulianum trigesimam septimam: ad Rufinum quadragesimam primam: ad Nicæam quadragesimam secundam: ad Chromatium, Iouinum, & Eusebium quadragesimam tertiam: ad Chrysogonum quadragesimam quartam: ad ipsummet Damasum quinquagesimam septimam, G & quinquagesimam octauam, quòd eruditissimæ omnes, & omni verborum elegantia luculentissimæ essent, propria manu describere, & in proprio scriniolo, non secus, ac solæ ad eloquentiam omnem penitus instaurandam sufficerent, condere consueuit. Attollit hoc ipsum Hieronymi dicẽdi genus Petrus Paulus Vergerius, dum hęc in eius laudibus pertonat. (Apud Corneliũ Schulting. ad Conf. Hieronymianum.) Eloquentiam eius certè laudare tentarem, quæ tanquam riuus limpidissimus leniter defluens, & aspectu, & sono delectat, nisi ipse se multo melius, quàm a me fieri possit, elegantia sua legentibus commendaret: ad quam dignè prædicandam eius ipsius eloquentia opus esset.] Ad eandem alludit Melchior Canus, libro secundo capite decimoquarto, de locis Theologicis cum litteris prodit: Diuus Hieronymus verborum copia, eloquentia sæculari, trium H linguarum peritia, rerum multiuaga cognitione abunde instructus.] Non dissentit Platina in Vita Innocentij: Tempore (inquiens) Theodosij Hieronymus Presbyter in Bethlehem habitans, ingenio ac facundia sua Christi fidem mirum in modum auxit, quod etiam eius scripta declarant.] Ad idẽ Christophorsonus in præfatione Ecclesiasticæ Historiæ Eusebij suffragium eiusmodi profert: Hieronymum

pona-

A ponamus in medio, cuius tanta fuit in ſcribendo facultas, vt omnes propè eloquentiæ numeros expleuerit: Quando in aciem cũ hæreticis prodit, nemo pugnacior, aut qui plus habet lacertorum: Quando reſpondet obtrectatoribus, nemo feruidior, nemo acrior: Quando res geſtas narrat, nemo elegãtior: Quando funebrẽ orationẽ inſtituit, nemo ad cõſolandũ aptior, ad laudandum copioſior: Quando familiariter cum amicis & neceſſarijs per litteras colloquitur, nemo ſuauior, nemo comptior. Mirũ eſt videre quo pacto in tota oratione paria paribus, contraria relata contrarijs, iam verba B dupplicata, iam iterata, iam breuiter commutata, ſententias perpulchrè illuminent.] Cornelium Schultingium (vt cæterorum cateruam recentiorum omittam) audiamus: Beatus (inquit) Hieronymus adeo excelluit in omnibus, vt longè præcurrat in ſingulis, ſi illum cum alijs conferas: Si eloquentiæ laudem intuearis, ſanè in hac parte omnes Chriſtianos ſcriptores tantum ſuperauit, vt ne hi quidem eum eo conferendi vllo modo ſint, qui omnem vitam in bene, ornateq; dicendi ſtudio conſumpſe- C runt. Ac tam longè abeſt, vt vel Cyprianum Rhetorem Carthaginenſem, vel Lactantium Chriſtianum Ciceronem, vel quemcunq; aliũ noſtræ Chriſtianæ Religionis ſcriptorem eloquentiſſimum cum Diuo Hieronymo audeas comparare, vt quorundam iudicio, ipſum Ciceronem, dicendi magiſtrum, atq; artificem præſtantiſſimum, nonnullis dicendi virtutibus vincat] hæc ipſe.

Sed ex eodem poſtremò Hieronymo hoc ipſum conuincamus. Profectò ſi Epiſtolam tantum centeſimam primam. De optimo genere interpretandi ad Pammachium, Politianus inſpexiſſet, vix ad credendum inducor D eumnet aliquo vnquam tempore oppoſitum fuiſſe opinatum, ne dicam ſcripſiſſe. Tradit enim in ea Hieronymus interpretandi de vno in aliud linguæ genus ſcriptores, tam exactas methodos, atq; regulas, vt quotquot poſtmodũ, qui eo in ſtudio pro uiribus contenderunt, eundem ſecuti ſint omnes. Porrò id genus præcepta adamuſsìm ex Tullio Cicerone decerpſiſſe: paſsìm inſuper, in cunctis a ſe editis lucubrationibus ſe obſeruaſſe, tertio quoq; verbo idem Hieronymus prodit. Vnde & paulò ante Chriſtophorſonus memoratus: Quamuis (inquit) in ſacris litteris interpretandis ordo verborum retinendus ſit, vt ait Dominus Hieronymus, quia myſterium eſt: tamen in aliorum Græcorum interpretatione, eodem auctore Cicerone, & citante, & imitante non verbũ e verbo, ſed ſenſus de ſenſu exprimendus. Hęc ipſe, qui & poſt pauca concludens ſubdit: Hæc Hieronymus ad Pammachium, quem E conſtat Ciceronem in hac re diligenter imitatum.] Præterea ſi Ciceroniani nomen Hieronymo falſò adſcribitur, ad quid idem ipſe, eloquentiæ ac phraſis eiuſdem non alio ſe potuiſſe obliuiſci modo, niſi ante de Lethæo bibiſſet flumine teſtatur? Bibendum igitur (inquiens) mihi erat de Lethæo gurgite, iuxta fabulas poetarum, ne argueret ſcire, quod didici?] Si item ſingulari Ciceronis amore non flagrabat, neq; eius imitatione afficiebatur, cur Epiſtola centeſima vigeſima, poſt Marci Tullij Ciceronis, & Quintiliani lectionem, ac flores rhetoricos, pro hebraicę, chaldaicęq; linguę intelligentiam in piſtrinũ ſe recluſiſſe fatetur? F Cur eundem Tullium omnibus in Latina lingua imitandum, in proemio libri tertij in Epiſtolam ad Galatas proponit? Cur eum ipſum inter Oratores ſummis laudibus effert? Deniq; (quid plura?) æmulorum etiam turba, quorum, & princeps Rufinus, numeris hanc omnibus in eius vndiq; ſcriptis affluentem Ciceronianam eloquentiam contumeliæ loco poſuit, criminiq; adſcripſit, (dum hæc ſuperius etiam allegata, in illum imprudenter inuexit.) Reſidente in tribunalibus Iudice Domino Ieſu Chriſto, aſſiſtentibus Angelis, & intercedentibus pro ſe, inter verbera, & cruciatus, iurat ſe ſæculares libros, nec habiturum vnquam, G nec lecturum. Relegantur nunc quæſo, quæ ſcribit, ſi vna eius operis pagina eſt, quæ non eum iterum Ciceronianum pronuntiet.] Quis igitur vilis homunculus iſte, qui arrogantię faſtu in gigantis protinus ſtaturam conſurgens, ac veluti nouus Goliath ex imperitorum agminibus prodiens, aduerſus tot, tantorumq; virorum phalangas ſtare, contendereq; audet? Qui lippientibus, atq; cocucientibus oculis de eloquentiæ nitore diſcernere, atq; diſputare: Omnium inſuper ingenio tardiſſimus, cenſuram propriam, imo verius ineptiam, probatiſſimis eiuſmodi ſententijs præponere non veretur? Fuit hic vulgarium haud ſcripto- H rum teſtimonio Angelus Politianus, politiori item litteratura non nihil excultus,

At grauiorum ſtudiorũ, Theologięq; inprimis cognitionis expers omnino, atq; ieiunus, vt propterea nemini mirum eſſe debeat, ſi tam imperitam, atq; ridiculam aduerſus Hieronymum, cuius operum, nec inſcriptionẽ fortaſſis aduerterat, protulerit tenueritq; ſententiam.

Lib. 1. Apol. c. 7

A

De Cura Leonis ab Hieronymo suscepta, atq; eiusdem Leonis in eum obsequio. Cap. XII. E



Ost 1 hac itaq; cùm quadam die de scripturis Sãctis Fratribus ex more dissereret, 2 subito tribus claudicans, quarto suspenso pede claustra cœnobij Leo ingens ingreditur. 3 Cumq; fratres territi fugam arripuissent, 4 Vir Dei, velut hospiti aduentãti se obtulit. 5 Et intelligens plantam eius a sentibus vulneratam, mox ipse curauit, 6 praecepitq; Fratribus, vt terrore deposito curã ipsius gererent. 7 Quod cùm solicitè fieret, omni ferocitate deposita, ita Leo mansuetus efficitur, vt ei Fratres, iussu Beati Hieronymi asinum quendam committerent, quem ab opere redeuntem in pascuis custodiret. 8 Accidit interea vna dierum, vt soporato Leone, 9 negotiatores quidam, qui Aegyptum adibant, videntes asinum solitagum incedentem, cupiditate victi, suo eum comitatu aggregarent. 10 Expergefactus autem Leo, cùm commissam sibi bestiam minimè reperisset, B *confusus ad Monasterium redijt, & quasi culpa conscius commune receptaculum solus ingredi non audebat. Quod Fratres vnà cũ B. Hieronymo perpẽdentes, absentem asinum ab illo aestimant deuoratũ:* F *nolentes tamen eum exasperare, abducti ei animalis opus iniungũt; vt scilicet eadem ferret onera, qua prius gestare asinus cõsueuerat. 11 Nec mirum Fratribus innocenter viuentibus Leonem obsequium praebuisse, cùm in testimonium prima creationis legamus viris Sanctis, & Deo humiliter famulantibus, & Leones, & volatilia ministrasse, 12 & ictus cessisse ferarum, & venenum non nocuisse serpentiũ. 13 Itaq; cùm Leo iniunctum sibi opus indesinenter exequitur, die quadam de sublimi prospiciens, praefatos viatores videt eminùs venientes, & cum camelis eorum suum socium comitantem. 14 Mox quasi deprahensis hostibus immane rugiens, 15 & contra eos vehementer insiliens, homines in diuersa dispersit. 16 Camelos autem onustos, vnà cùm asino cogens ad claustri portam deduxit: Mirati Fratres, cùm hoc retulissent Beato Hieronymo, Iussit ille, depositis oneribus Camelorum pedes ablui, eisq; pabula apponi, atq; aduentantibus hospitibus conuiuium praeparari. Et ecce illi continuo venientes ad Sancti Patris se vestigia prostrauerunt, de commisso furto veniã postulantes: quì eos benigne suspiciens ad cellam hospitum cum magna a lacritate deduxit. 17 Videntes illi tantã in Dei seruo clementiã* C *medium olei, quod de Aegypto attulerant, Monasterio obtulerunt. Quodq; singulis annis, tam ipsi, quàm haeredes eorum plenam olei hin eidem afferrent cœnobio, deuotissimè spoponderunt. 18 Quos* G *Beatus Hieronymus benigna cõmonitione refectos, & spirituali benedictione roboratos in pace dimisit.*

COMMENTARIVS.

1 P*Ost hac itaq; cùm quadam die de scripturis sanctis Fratribus ex more dissereret.* Consueuisse Hieronymũ Monachis sui sacras scripturas quotidie exponere testatur ipse pluribus in locis, praesertim vero aduersus Rufinũ, libro secundo, capite septimo; & in Epistola octogesimanona ad Augustinum, in calce. Quod certè rationi quoq; consentaneum, iam supra capite decimo ostendimus. Enimuero, D quorum munus est in lege Dei die, ac nocte meditari, eorum pariter partes censentur, vt eiusdem legis intelligentiam a Sanctis Patribus sedulo inquirant. Vnde & Rustico Monacho praecipitur: Ama scientiam scripturarum, & carnis vitia non amabis. Et Paulae dicitur: Habeant, qui volunt opes suas, & vase gemmato bibant: serico niteant, plausu populi delectentur, & per varias voluptates diuitias suas vincere nequeant. Nostrae diuitiae sunt in lege Dei meditari die ac nocte: pulsare ianuam, & saeculi fluctus, Domino praecũte calcare.] Porrò nisi ad extremos, ad proximè tamen superiores annos, Christi nimirum quadringentesimum decimum septimum rei huius euentus ex eo referendus persuadetur, quòd nullibi de eodem suis aliquando memoriam ingesserit Hieronymus scriptis.

2 *Subito tribus claudicãs, quarto suspenso pede claustra cœnobij Leo ingens ingreditur.* Bethlehemiticum cœnobium nõ longe ab eremi vastitate abfuisse Hieronymi verba declarant quibus ait: Hic igitur Propheta (Amos videlicet) quem nunc in manibus habemus fuit de Oppido Thecuae: quod sex millibus ad meridianã H plagam abest a sancta Bethlehem, quae mundi genuit Saluatorem, & vltra nullus est viculus, ne agrestes quidem casae, & furnorum similes, quas Aphri appellant, mapalia. Tanta est eremi vastitas, quae vsq; ad mare rubrum, Persarumq;, & Aethiopum, atq; Indorum terminos dilatatur. Et quia humi arido, atq; arenoso nihil omnino frugum gignitur, cuncta sunt plena pastoribus, vt sterilitatem terrae compensent pecorum multitudine.] Haec ille. Porrò deserta Iudeae Leonibus abundasse, istudq; praesertim aliorum omnium maxi-

A mum, omnis prophetalis ſermo teſtatur, qui de eiuſmodi animalibus frequenter ſermonem ingerit. Sed & de Syriacis Leonibus Ariſtoteles meminit: Leones (Inquiens) terræ Syriæ quinquies vita pariũt: primò quinq;, poſt vno, ſubinde pauciores, deinde ſteriles degũt.

3 Cumq; Fratres territi fugam arripuiſſent. Si ad Leonis rugitum omnia contremiſcunt, & cuncta animantium natura terretur, dicente

Amos. 3. ſcriptura; Leo rugiet, quis non timebit? non debuerunt ſolitarij, inermeſq; Monachi primo aſpectu & rugitum, & præſentiam eiuſdem

Gen. 4. formidare? Sed & in Geneſi ſcribitur: Terror veſter, ac tremor ſit ſuper cuncta animalia

B terræ, & ſuper omnes volucres cœli, cum vniuerſis, quæ mouentur ſuper terram: Omnes piſces maris manui veſtræ traditi sũt.] Deniq; aſpectu ſolo horribilem eſſe Leonem, omnes, qui rerum ſcripſere naturas teſtati ſont: Ariſtoteles, Catullus, Macrobius, Cardanus. De eius vero rugitu produnt, ad eiuſdem ſonum cuncta animalia figere gradum, etiam quæ eũ nunquam viderunt, vel experta ſunt. Ambroſius item: Voci eius (inquit) tantus ineſt terror naturaliter, vt etiam animantia, quæ per celeritatem impetum eius euadere poſſunt, rugiẽte eius ſonitu, velut quadã vi attonita, atq; vi-

C ta deficiant. Et Gloſſographus, in verba Pro-

Amos 3. phetæ Amos: *Nunquid rugiet Leo in ſaltu, niſi habuerit prædam?* Leo (inquit) cum famem patitur, ſi videt prædam dat rugitum, quo audito, feræ ſtant fixo gradu ſtupefactæ.

4 Vir Dei velut hoſpiti aduentãti ſe obtulit. Sola innocentia ab his omnibus, & quibuſcunq; alijs belluis ſecura eſt, cui & dicitur: *Dominamini piſcibus maris, & volatilibus cœli,*

Gen. 1. *& vniuerſis animantibus quæ mouentur ſuper terram.* Et alibi. *Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius,*

Pſal. 8. *oues & boues, vniuerſas, inſuper & pecora cãpi.* Veluti tamen hoſpiti belluæ occurit Hieronymus, eamq; vulneratam curat, quia Sancti Dei dominium commutant obſequio, & præeſſe non gloriantur, ſed prodeſſe.

D

5 Et intelligens plantã eius a ſentibus vulneratã, mox ipſe curauit. Huic ſimile apud Pli-

In Hiſt. de animalibus. niũ in hiſtorijs de animalibus: Mentor inquit ipſe Syracuſanus in Syria, Leone obuio ſuppliciter volutante, attonitus pauore, cum refugienti vndiq; fera opponeret ſe ſe, & veſtigia lamberet, adulanti ſimilis, animaduertit in pede eius tumorem, vulnuſq; & extracto ſurculo liberauit cruciatu. Pictura caſum hunc teſtatur Syracuſis.] hæc Plinius. Cæterùm quanuis malorum, ſiuè morborum vis ea ſit, vt etiam feras omnia experiri remedia cogat, in ſanctos tamen credenda clementia, non ex ipſarum natura, ſed maiore vi profecta, quæ pijs pro-

mittit impunè eos *ſuper aſpidem, & baſiliſcum* E

ambulaturos, & Leonẽ, draconẽue conculcaturos. Pſal. 91.

6 Præcepit fratribus, vt terrore depoſito curã ipſius gererent. Perfecta obedientia moram nõ patitur: Patris protinus mandata perficit, etiamſi vel impoſſibilia, vel indiſcreta videantur. Quo namq; ſtudio Maurus ſuper aquas ad magni quondam Patriarchæ Benedicti præceptum incedens Placidum capillis apprehenſum ad terram attraxit, Et Ioannes ex Pauli Ex Vitis Patrũ p. 2. Tit. de obediẽtia

Abbatis iuſſu, immanem æquè læenam auribus tenuit, ad eundemq; alligatam perduxit, eo vtiq; & ſimplices iſti Hieronymi diſcipoli horribilis beluæ curam ſuſcipiunt. De eiuſ- F

modi obedientia Bernardus loquitur. Perfecta obedientia legem neſcit, terminis non arctatur, nec contenta anguſtijs profeſſionis, largiori voluntate fertur in latitudinem charitatis, & ad omne, quod iniungitur ſpontaneo vigore liberalis, alacriſq; animi modum non conſiderans, in infinitam libertatem extenditur.] Et in Vitis Patrum legitur: In congregatione cuilibet conuerſanti magis obedientia, quàm continentia proponitur: quoniam continentia arrogantiam, obedientia autem humilitatem congruam pollicetur.] Ber. lib. de Præcep. & diſpenſatione. Ex Vit. Patrũ loco prælegato.

7 Quod cũ ſollicitè fieret, omni ferocitate depoſita, ita Leo manſuetus efficitur, vt ei Fratres iuſſu B. Hieronymi aſinum quendam committerẽt, quem ab opere redeuntem in paſcuis cuſtodiret. G

Vide quæ apud Aelianum, & Gellium libro quinto, capite decimoquarto habentur, & de Leonis gratitudine non vulgare per leges exẽplum. Romæ enim feris in circo maximo obiectus Androcles diſcerpendus, a quodam Leone, qui multos ante annos ab ipſomet in Africa, pede pariter ſpina ſauciato curatus fuerat, vniuerſo ſpectante populo, & blandè exceptus eſt, & beneuolentiſſimè tractatus.

8 Accidit interrea vna dierum, vt ſoporato Leone. Quamuis oculis patentibus ſemper ſit Leo, dormiatq; (& hoc propter genæ ſuperioris breuitatem) non tamen aduertere eum, H

quæ tunc fiunt, hoc loco indicatur. Vide Cõradum Geſnerum, Tomo de quadrupedibus. B.C. De Leone.

9 Negotiatores quidã, qui Aegyptum adibant videntes aſinum ſolinagum incedentem, cupiditate victi, ſuo eum comitatu aggregarent. Tres namq; Iudæa cõfines habet prouincias, Aegyptum, Idumæam, & terram Moab. Porrò ad Aegyptum frequentem mercatorum acceſſum omnis etiam Sacra Scriptura teſtatur. Signatur verò aptè in negotiatoribus inordinata habendi cupiditas, quia tametſi negotiatio in genere actus ſit ſua natura indifferẽs, facilimè tamẽ declinat ad auaritiã, niſi cautè exerceatur.

10 Ex-

A *10 Expergefactus autem leo &c.* Quoniam patentibus (vt dictum eſt) oculis ſomnum leo capit, arbitrati ſunt nonnulli eundem nequaquam ſoporem admittere, ſed reuera eorundẽ manifeſtus error ex eo eliditur, quòd omnibus animantibus is ex neceſſitate conueniat. Sicuti etiam philoſophus proprio libro de ſomno, & vigilia, capite ſecundo, & quarto docet.

11 Nec mirum fratribus innocenter viuentibus, Leonem obſequium præbuiſſe, cum in teſtimonium primæ creationis legamus viris Sanctis, & Deo humiliter famulantibus, & leones, & volatilia miniſtraſſe. In vita quoq; Sancti Elduci, Britaniæ Monaſterij Abbatis, multitudinem
B auium eius conſpectui, antea ab eius Monacho adeſſe iuſſam interfuiſſe ſcribitur. Ille ergo Dominus, apud quem nullum impoſſibile verbum: qui oculis omnium in ſe ſperantium, &
Luc. 1. pullis coruorum inuocantibus eum eſcam præbet in tempore opportuno: quin cerua nutrice, Aegidio proſpexit in eremo: qui leones ad Pauli ſuous perficiendum deſtinauit: qui coruum eidem vita adhuc ſungenti per ſingulos dies cum panis fragmento miſit, Idemipſe benigniſſimus Hieronymo quoq;, Monachiſq; eius, leonem hunc pro eorum neceſſitatibus ſubleuandis adeſſe voluit.

C *12 Et ictus ceſſiſſe ferarum, & venenum non nocuiſſe ſerpentium.* Iuxta olim a Chriſto Domino Matthæi decimo prænuntiata, nimirum: *Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporum.* Et Lucæ pariter decimo: *Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes, & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit:* Quæ Marci etiam vltimo reperiuntur, *Signa autem eos, qui crediderint hæc ſequentur: in nomine meo Dæmonia eijcient: linguis loquentur nouis: ſerpentes tollent & ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit.* In quibuſdam autem codicibus *rictus ceſſaſſe ferarum* ſcribitur. Rictus verò pro minaci oris compoſitione ſu-
D mitur, immanium belluarum proprius. Et eſt figura in eorum ore ad tempus contracta, vel producta, vel inuerſa, vel extenſa, quæ citò ad naturalem formam redditura ſit. Hac ipſa dictione idem Hieronymus ſuper illa Danielis prophetæ verba: *Deus meus miſit Angelum*
Dan. 6. *ſuum, & concluſit ora leonum*, vſus eſt dicens: Non leonum feritas immutata eſt, ſed rictus eorum, & rabies concluſa. Sed & rictu oris amplo leones eſſe Cardanus ſcribit, de quibus & Martialis canit.

Rictibus his tauros non eripuere magiſtri.

13 Itaq; cum Leo iniunctum ſibi opus indeſinenter exequitur, die quadã, de ſublimi proſpiciens præfatos viatores videt eminus venientes, & cũ Camelis eorum ſuum ſocium comitantem. Acutiſſimi enim viſus Leo eſt, eiuſq; pupillæ ex Plu- E
tarcho, & Aphrodiſienſe præfulgent, & dilucidiſſimum continent humorem, ita vt videantur ignitæ.

14 Mox quaſi deprehenſis hoſtibus, immane rugiens, hoc eſt, vltrà modum, vel crudeliter. Rugire verò Leonis proprium eſt: Vnde Aelianus Spartianus.

Tigrides indomitæ raucant, rugiuntq; Leones.

Pontanus libro primo amorum, mugire de Leone dixit:

At quondam Lybicis Leo dum mugiret arenis.

Virgilius verò fremere: Aenea. 9.

. . . . Fremit Leo ore cruento. F

15 Et contra eos vehementer inſiliens, homines in diuerſa diſperſit. Iratus Leo terram cauda primò quatit, poſtea dorſum proprium, & ita inſilit. Ita Albertus magnus.

16 Camelos autem onuſtos vnà cum aſino cogens ad clauſtri portam deduxit. Mirati fratres cùm hoc retuliſſent B. Hieronymo, iuſſit ille, depoſitis oneribus, Camelorum pedes ablui, eiſq; pabula apponi, atq; aduentantibus hoſpitibus conuiuium præparari. Quaſi magnum non eſſet furti peccato obnoxios negotiatores hoſpitio recepiſſe, eoſdem Hieronymus omnibus ſimul charitatis officijs complectitur, atq; de eorum conuerſione vehementer lætatus, conuiuium inſuper G
illis parat, Clementiſſimi Patriſfamilias exemplo, qui prodigum filium ad ſe reuertentem non abiecit, ſed recepit, in oſcula ruit, gauiſus eſt, conuiuium parauit. *Ita & gaudium* Luc. 15.
(Saluator ait) *coram Angelis Dei ſuper vno peccatore, pænitentiam agente.*

17 Videntes illi tantam in Dei ſeruo clementiam, medium olei, quod de Aegypto attulerant, Monaſterio obtulerunt. Quodq; ſingulis annis, tam ipſi, quàm hæredes eorum plenam olei hin eidem afferrent cœnobio deuotiſſimè ſpoponderunt. Hin, Menſuræ hebraicæ genus, de quo & Eze- H
chielis quarto dicitur: *Et aquam in menſura bibes, ſextam partem hin: a tempore vſq; ad tempus bibes illud.* Vbi ipſe Hieronymus: Porrò (inquit) hin, duos χόας Atticos facit, quos nos appellare poſſum⁹ duos ſextarios Italicos: ita vt hin, menſura ſit Italici ſextarij noſtriq; Caſtrenſis, cuius ſexta pars facit tertiam partẽ ſextarij Italici.]

18 Quos Beatus Hieronymus benigna commonitione refectos, & ſpirituali benedictione roboratos in pace dimiſit. Iuſtum quippe eſt, vt qui ad Sancti Patris poſt culpam ſe proſtrauere veſtigia: de eademq; prætereà veniam humiliter precibus impetrarunt, ſpiritualibus tandem refecti conſolationibus in pace, hoc eſt in gratia ad gloriam, ſeu ad ſocietatem, communionẽq; Sanctorum dimittantur.

A *De Hieronymiani Leonis historia veritate.*

CONTROVERSIA XV.

Quoniam in Incertum Hieronymi Actorum conscriptorem inuectus Erasmus hanc primus hactenus Leonis recensitam historiam, fabulam, purumq; commentū damnauit; cuius sententiam Baronius quoq; secutus est: illius nunc veritas diligentius perscrutanda. Scribit ergo idem Baronius Tomo quinto Annalium suorum: Quod verò spuria Theclæ acta, baptizati Leonis fabula ornabantur, ita & eiusmodi indiscretus Sancti Hieronymi laudator, noluit curati Leonis carere figmento. Credidit vir simplex (nisi & ista finxit) esse verum, quod (vt ait) ab accolis Bethlehemiticis audiuit acceptum. Porrò, vel quæ audiuit, non rectè percepit: vel qui narrauit, haud rem satis exploratam uisus est habuisse: vt Hieronymum, pro Gerasimo dixerit; nam ista ipsa de Leone in Palestina contigisse Sanctissimo viro Gerasimo Abbati, Sophronius Hierosolymorum Episcopus narrat veram historiam. Id verò rerum ignaro de Hieronymo asserendi occasionem tribuisse videtur, quod eiusdem Sancti Hieronymi imago, vnà cum Leonis effigie antiquitus consueuerit in Ecclesia pingi: vt potè hieroglyphicum eius in hæreticis insectandis infracti roboris, & vehementis in eos instar Leonis rugitus clamoris.] Hæc ille. Cuius etiam ad amussim relata sunt verba, vt quibus rationibus, quibusue auctoritatibus ab antiquissimis olim monumentis consignata scriptoribus, totaq; simul posteritate recepta tantus vir nitatur euertere, vnusquisq; cognoscat.

Et quidē quod in primis eiusmodi Leonis historiā, fabulæ vulgatissimæ allegatione, seu baptizati Leonis figmento eludat, non vrget. Quid enim cum equo hircoceruus, cum Apennino mons aureus? Baptizatum Leonem, Actis Pauli, ac Theclæ ingestum, merum commentum, nemo tunc temporis ignorauit; At curatum ab Hieronymo Leonem, omnis antiquitas tradidit, posteritasq; simul recepit. Præterea Leonis assertionem, quis impiam nō videt, ac sacrilegam? Curati verò Leonis historia Omnipotentis Dei, qui solus in Sanctis mirabilis prædicatur, gloriam manifestat. Nec rationi videtur consentaneum, quod idem Baronius addit. Bethlehem nimirum Monachos, vel rem huiuscemodi, aut minus exploratam habuisse, Hieronymum pro Gerasimo referentes, vel eiusdem exaratorem ipsos narrantes minimè percepisse. Quandoquidem interroganti me de Ordinis Monachalis, quem profiteor, non est (cùm eiusdem Hieronymi discipulatu glorier) de Sancto Benedicto respondeam, vt propterea ipse coinquisitor, reiq; eiusdem conscriptor responsione mea deceptus crederetur. Quod si Bethlehemitici cœnobij alumnos, dum facti adhuc memoria, vel Patrum adhuc recens traditio vigebat in errorē induci aliquomodo (quod vix credi potest) contigit: multò procul dubio magis, post tot sæcula ipse Baronius, & quicunq; alius, quicū eo eiusmodi aduersus communem traditionē, & auctoritatem historiam refellit. Quod tertio in Sancti Gerasimi Palestinæ Abbatis vita, a Sophronio Hierosolymorum Episcopo conscripta, eadem Leonis historia referatur, id non conuincit hanc eandem hoc loco repetitam, figmentum esse, ac fabulam. Quandoquidem eadem cum præsenti omninò non est, variatq; in multis, vt ipsis legentibus patet. Leo oūq; Gerasimo, ad ripam Iordanis occurrit; hic Hieronymo in Cœnobio: Illum Gerasimus pane, & legumiо bus indies singulos alere consueuit: huius Hieronymus curam alijs demandauit: Ille aquam ex Iordane deferebat; hic ligna ex sylua: Ille precio redimitur a seruitute, hic Hieronymi, perseuerat in opere: Ille repero asino, capitum ure tenens, coram Abbate eundem tritico onustum statuit, hic & asinum simul & Camelos ad fores Monasterij oleo prægrauatos. Deniq; multa de illo in Gerasimi Actis habentur, de quibus, ne verbum quidem in Hieronymi Vita: Cuiusmodi illa. Gerasimo vltra quinquaginta annorum spacium, eidem præbuisse illum obsequium. Eundem insuper Gerasimum proprio illum vocasse nomine: Iordanem scilicet. Vita demùm eodem Gerasimo functo, omni prorsus illum de cætero abstinuisse alimēto, moxq; super Sepulchri lapidem ex nimio dolore caput allidendo seipsum inter emisse. E contrario verò ex Hieronymi Actis habetur, eundem diuino afflatum spiritu, Aegyptijs negotiatoribus parasse conuiuium, & eorum iumentis pabula iussisse apponi: ab eisdem præterea, & olei medietatem, quam tunc deferebant, & in futuro singulis quibusq; annis, certam item olei mensuram accipere compulsum fuisse: quibus omnino Gerasimi Acta carent. Variant igitur in his, alijsq; multis vtriusq; & Hieronymi, atq; Gerasimi quo ad Leonis historiam Acta, vt propterea vnus, atq; idem rei euentus sano iudicio affirmari haud queat. Deniq; huc spectant, quæ Thuanus in Notis ad veteres Græcorum historias affert. Nequis enim Aelianum in varijs descriptionibus haud varium aliquando arbitraretur: Non semper (inquit) figmentis adscribendus idem rerum euentus, qui in historijs repetitur, modo

A rerum euentus, qui in historijs reperitur, modo loci, vel temporis differentia aliqua intercedat. Vide ipsum Aelianum, qui initio historiarum scribit. Mirum non sit, si pluries idem repeti videbitur, cum a veritate non absit.] Verum si rei vnius euentus alium illi similem ita abrogaret, vt alterum id circo eorũ figmentum esset putandum, innumeræ, eæq; approbatissimæ historiæ, fabulæ putarentur & mendacia. Quod non in profanis solum, sed in Ecclesiasticis quoq; omnino sequeretur. Ad hanc ipsam veritatem confirmandam vnum tantum, vel alterum sufficiat hoc loco exem-

Equil li. 6. c. 10. 5. plum. Marinam virginem, masculum creditam, in Monasterio olim receptam, Mona- B

chorumq; contubernio sociatam, in eisdem Ecclesiasticis historijs legimus: at quòd Virginem aliquando deflorasset, & filium ex ea genuisset, accusata, simulq; vti culpæ rea dãnata, cùm omnem sibi propterea iniunctam pœnitentiam absoluisset, post suum tandem e vita discessum innocens ab omnibus perspecta est. Idem de Sancta Margarita Virgine

Lib. 9. ca. 37. apud Equilinum: Idem de Sancta Theodora

Lib. 6. c. 109. apud eundem perleges. Vide præterea S. Ioannis Monachi vitã, de quo & Martyrologium Romanum decimo octauo Calendas Februarij singulis annis ita meminit: Romæ S. Ioannis Calybitæ, Eutropij, & Theodoræ no-

C bilium filij, qui cùm e domo clam abscessisset, atq; in Monasterio sex annis permansisset, ad Vrbem postea rediens aliquandiù in angulo domus paternæ, deinde in tugurio, in Insula Tiberina ignotos parentibus habitauit: a quibus ex libro Euangeliorum, quem secum detulerat in morte agnitus, ibidem clarus miraculis sepultus est: vbi etiam in eius honorem parentes de suis facultatibus Ecclesiam cõstruxerũt:] Huius, inquam, ac Sancti Alexij Confessoris Acta perlege, & in quamplurimis ex mutua collatione conuenire ipse fateberis. Fertur item Leonem pedibus terram effodisse, vbi conderetur Sanctæ Mariæ Aegyptiacæ ca-

D dauer, idq; Zosimi Abbatis mandato. Idipsum Antonio Eremitæ, cùm ad excauandam foueam (qua Pauli primi Anachoretę humaretur cadauer) sarculum deesset accidisse in eius vita legitur. Num igitur propterea hæc cum multis alijs Sanctorum actis, quia in plurimis consentiunt: quinimo frequenter eadem prorsus videntur, euertenda, vel vti mendacia protinus reicienda? Deniq; si Leonis effigies ideo ipsi Hieronymo ab antiquitate communi consensu adpicta est, quòd ipsos hæreticos, clamoris sui magnitudine, horrore, terroreq; perfuderit: Cur non æque cæteri quoq; Ecclesiæ Doctores consimilibus hieroglyphicis cohones-

tati sunt? Cur non pariter Augustini ingeniũ E per montium cacumina volans aquilæ symbolo: alijsq; alij, vti Gregorius Nazianzenus, Gregorius Magnus, Ambrosius, Basilius hieroglyphicis illustrati sunt? Certè nisi iniusta, propensior saltem in alteram partem, omnium iudicio antiquitas, iuxta Baronij sententiam, quæ doctoris vnius tantùm oracula expendẽs & admirans, cæterorũ doctrinam affluentissimam inconsulta præterijt. Præterea, cum Leo in sacris litteris multarum ac prorsus diuersarum rerum sit symbolum. Superbiæ nimirũ in Cantico Canticorum: *Veni a Libano sponsa a* Cant. 4. *capite Sanir, & Hermon, a cubilibus Leonum, a montibus Leopardorum.* Tyrannidis: *Quare* F *ergo factus est Israel in predam? super eum rugie-* Hier. 2. *runt Leones & dederunt vocem suam.* Diaboli. 1. Pet. 5. *Quia aduersarius vester Diabolus tanquam Leo rugiens, circumit quærens, quem deuoret.* Antichristi: *Leo cepit sufficienter catulis suis, & ne-* Nahũ. 2. *cauit.* Dogmatum peruersorum: *Vbi est ha-* Nahũ. 2. *bitaculum Leonum, & pascua catulorum Leonum, ad quã iuit Leo, vt ingrederetur illuc.* Securitatis. *Iustus autẽ quasi Leo confidens absq; terrore erit.* Prou. 28. Vocis tonantis in eremo: Ob cuius ẽt symbolũ S. Marcus sub Leonis effigie, tum in Ezechiele, Ezech. 1. tum in Apocalypsi Ioannis reuelatur, quod a Apoc. 4. Ioannis prædicatione in deserto exorsus sit. Christi deniq;, atq; simul fortitudinis. *Vicit leo de tribu Iuda.* Cum inquã, tã diuersarũ rerum, Apoc. 5. Leo, vel Leonis effigies Symbolum compro- G betur, Cur Hieronymi imagini adpictam Leonis effigiem, ad vocis potius in hæreticos clamorem, quàm ad securitatem, magnanimitatem, fortitudinem, vel quidpiam aliud simile vsurpare, vel somniare debemus? Quę maior ratio de vno, quam de alijs? Non sunt quidẽ damnãda hieroglyphica, quæ oculis intuentiũ proposita ingenia protinus excitare, eademq; quamplura incognita docere consueuisse nemo ignorat: Sed tunc haud tolleranda dicimus, cum ipsas historias vel tollunt, vel euertunt: vti in proposita Leonis veritate accidit, H quam & omnino perdere, & ad mysterium traducere nititur Baronius: Quod si id ei condonaretur, vtiq; & innumerabilium penè Sanctorum historiæ corruerẽt: eorum quippe imagines modò cum belluis nunc cum alijs, atq; diuersis rebus, pictura nobis propositæ hieroglyphicè explicari possent. Ad mysteriorum sanè peruestigationem tunc accedendum est, vltraq; picturæ specimen aliud intelligendum, cùm haud historiæ veritas habetur: Ceterùm cùm immemorabilis sæculorũ traditio, nec nõ scriptorum consensus vnanimis rei alicuius euentum prodit, confictis ad libitum interpretationibus frustra subobscuratur: ære namq; pe-

Rr tennio-

A fenniora antiquitatis monumenta sunt. Non satis tandem video quid hanc ipsam Leonis historiam incertam, vel spuriam reddere possit, cum non Bethlehemitici tantùm cœnobij perpetua traditione, sed & Ecclesiæ, scriptorumq; auctoritate fuerit eadem multo ante recepta. Ac Ecclesiæ quidem inprimis in sequentiæ Missa, quæ recitari olim in eius die Festo consueuit eiusmodi habetur apud nos testimonium.

Tu Leonem sauciatum,
Qui sanasti humanatum,
Sana nos a crimine.

Item in hymno ad Vesperas.

B *Horridas cautes eremi subiuit*
Pastor, cùm multos Monachos gregasset
Ligna, qui gessit domuit Leonem
legifer abbas.

Hanc eandem historiam Frater Ioannes Baptista Mantuanus, Carmelita Theologus, Libro nono Fastorum ita cecinit.

Dum vero in cœtu Fratrum diuina sedendo
Sacramenta doces, legumq; abscondita sensa,
Ecce Leo septum ingreditur pede claudus inerti:
Aufugere omnes, tu solus in hospite tali
Nil hostile timens, læsa medicamina planta
Influis, ille autem posita feritate clientem
C *Se tibi deuouit, quid multa moramur? Agaso*
Factus ad hybernos asino vectante solebat.
Concisa in troncos, ac discuneata securi
Ducere ligna focos: sed cùm sopita teneret
Lumina, iumentum pascens rapuere latrones.
Postquam experrectus socium non vidit, amaro
Per sylnas animo, perq; omnia rura excurrit.
Ast vbi qua endo tempus se amittere nouit,
Anxius ad fratres rediit, nec vt ante solebat,
Ingenuè tectum ingressus, collegia patrum
Erubuit, longeq; abiens a limine tristi
Procubuit, vultu culpam mœrore fateri
Visus, & aspectu misero, veniamq; precari,
Te tandem mandante feram, quis tam mansuetam.
D *Tam docilem speret? lignis generosa ferendis*
Terga dedit, nec se regem memor esse ferarum,
Demissa ceruice humilis successit asello.
Sic homines docuit sceleris, cùm pœnitet illos
Quid sit opus facto, qualiq; ardore dolendum est.
Ligna tulit donec pecudem, latrone perempto
Reperit in campis, gaudensq; in tecta reduxit.

Ad idem Beati Dardanij, dum, quæ poterat in eremo de se dicere Hieronymus, carmen huiusmodi est.

Omnia sunt nihili, cœlestum præter amorem
Quidquid agunt homines, concipiuntq; sibi. E
Sæpe mihi assistunt mansueto corde Leones:
Horrenda assurgunt, terribilesq; feræ.

Idipsum Marulus libro quarto. Diuus, inquiens, Hieronymus, cùm inuidorum malinã, atq; infestationes ne ferendo quidem, posset reprimere, Roma cessit. Mansueti enim, placidiq; hominis proprium est dare locum improbitatibus aliorum, neq; cum pertinacium malignitate contendere: sed cui Romæ homines aduersabantur, in Syriç deserto feræ seruierunt. In Bethlehemitico deinde Monasterio manentẽ, leo, posita ferocitate blanditer adijt, & reliquis, qui aderant metu dilabentibus,
ipsi pedem spina vulneratum porrexit. Sana- F
tus famulatum exhibuit, nihilq; tã metuendus Monachorum asellum ad pascua educebat, reducebatq; ad stabulum, agasonis fungens officio, qui quondam prædonis functus fuerat: ferocite nempe non potuit, vbi hospitis benignitatem experiri cœpit: nec ab eo prorsus discedere, cuius beneficio se nouerat cõualuisse.] Recipit historiam Volaterranus dum scribit. Mentori pedem porrigenti Leo, surculum extraxit. Quin & D. Hieronymus Leonẽ simili beneficio demeritus traditur.] Consentit, & Textor: Elpis (inquiens Samins os grande, Leoni dentibus infixum extraxit. Simile be-
neficium Diui Hieronymi in Leonem fertur: G
Vnde asinum eius clitellarium syluis ligna deferentem diù sit comitatus, semperq; domum reduxerit. Quem, cùm aliquando sopitus a mercatoribus raptum perdidisset, perditi lubens operç se suffecit, clitellisq; ligna detulit, tantisper, dum paucis post diebus repertum in stabulum fugatis latronibus adduxerit.] Approbat hanc ipsam historiam Vincẽtius Beluacensis, in Speculo libro historiali, libro decimosexto, capite decimo octauo. Ad eandem deniq; allusit Petrus Paulus Vergerius, dum: Post quæ (inquit) studia, cùm de frequentissima Vrbe recessisset (Hieronymum intelligẽs)
ad eremum se transtulit: & qui in Vrbe om- H
nium vrbanissima homines perpessus erat bestiales, in desertissima eremo bestias est expertus humanas: ibi Leo natura sæuissimus imperium eius pertulit, cum hic homo natura mitis in se sæuiret.]

Hæc de Leonis Hieronymiani historiæ veritate.

De

De Paula ab Vrbe ad Orientem nauigatione, Monaſterijſq; ab ea ibidem constructis. Cap. XIII.



NTEREA 1 venerabilis Paula, 2 cuius ſupra fecimus mentionem, 3 admirans religioſam vitam Reuerendorum Epiſcoporum, Paulini ſcilicet Antiocheni, & Epiphanij Salamina, 4 quos Sedes Apoſtolica pro quibuſdam Eccleſiaſticis negotijs detinebat 5 eorum, atq; Hieronymi accenſa virtutibus, 6 Vrbem deſerere cogitabat. 7 Illis itaq; ad proprias ſedes remeantibus, 8 toto cum eis deſiderio adnauigauit. 9 Deniq; vt votum, Deo dante compleret, 10 deſcendit ad portum: 11 relictisq; filijs, 12 Toxotio ſcilicet, 13 & Rufina, 14 facultatibusq; deſertis, 15 ſola Euſtochio comitante 16 Hieroſolymam contendit. 17 Cumq; Sancta loca ſtudioſiſſimè perluſtraſſet, 18 poſt multa pericula, immenſoſq; labores, reuerſa Bethlehem, 19 diuerſorum peregrinorum cellulas, Monaſteriaq; conſtruxit. 20 De quibus ſcilicet Monaſterijs, Beato diſponente Hieronymo, 21 vnum viris tradidit gubernandum: 22 Virgines autem, quas de diuerſis partibus congregauerat in tres turmas, Monaſteriaq; diuiſit. 23 Inter quas tanta ſe humilitate deiecit, vt qui eam vidiſſet, extremam eſſe crederet ancillarum. 24 Hæc intuens ſorores ſuas, circa cultum Sanctæ Dei Genitricis, ac Virginis deuotiſſimas, Beato Hieronymo vnà cum filia ſupplicauit, vt de ipſius Aſſumptione ſermonem faceret, eiuſdem Virginis præconia continentem: quarum pias petitiones, vir pariter deuotus admittens, cum ſumma diligentia, quod rogabatur impleuit. 25 Decnius ſanctæ vita, & eius diſceſſu Roma, & progreſſu per viam, & acceſſu in Hieruſalem, omnibuſq; prædictis idem Hieronymus latè tractat in Epitaphio, quod edidit, ſuper obitu & tranſitu eiuſdem. 26 Sanè inter innumeros tractatus, quos ad diuerſos miſit, ad quandam virginem, Aſellam nomine ſcripſit Epiſtolam, 27 in quapro humanitate ſibi ab ea exhibita, gratias ei refert, 28 & de olim impoſito ſibi crimine innocentē ſe aſtruens, æmulorum ſuorum inuidiam increpat, quos etiam in Sancta Paula diſceſſu ſuſurraſſe acceperat. Huius autem talis eſt textus Epiſtolæ.

COMMENTARIVS.

INter cæteros, qui ex diuerſis orbis terræ partibus Epiſcopos, nec non Catholicos patres ad Concilium Romanum Damaſi Pontificis, Theodoſijq; Imperatoris tempeſtate conuenerunt, ex Oriente tres potiſſimum, ijq; celeberrimi viri fuere; Paulinus nimirum, & Epiphanius, hic quidem Salaminæ (nunc Conſtantiæ Cypri inſulæ) ille Antiochiæ Epiſcopi: Tertius, clariſſimum orbis lumen Hieronymus, Monachus & Sacerdos, paulò ante ab eodem Paulino ordinatus. Horum ergo trium, tum virtutum documenta, tum Sanctitatis exempla attentius intuita Paula: Paula inquam, illa toti mundo notiſſima (& de qua ſupra capite ſecundo) protin' maiori ergo Deum deſiderij incaluiſſe igniculo hoc loco celebratur. Nec Sanctorū præſertim Christi Epiſcoporum virtutes admirandas in ſingulis horis contemplatam fuiſſe difficile ei fuit: Quandoquidem hoſpites eoſdem habere promeruiſſe, teſtatur idemipſe Hieronymus Euſtochio ſcribens hiſce verbis: Cumq; Orientis, & Occidentis Epiſcopos ob quaſdam Eccleſiarum diſſenſiones, Romam Imperiales litteræ contraxiſſent: vidit (Paula ſcilicet) admirabiles viros, Chriſtiq; Pontifices Paulinum Antiochenæ Vrbis Epiſcopum, & Epiphanium Salaminæ Cypri, quæ nunc Conſtantia dicitur. Quorum etiam, Epiphanium hoſpitem habuit; Paulinum in aliena manentem domo, quaſi proprium humanitate poſſedit. Quorum accenſa virtutibus per momenta patriam deſerere cogitabat: Non domus, non familiæ, non poſſeſſionum, non alicuius rei, quæ ad ſæculum pertinet memor; ſola (ſi dici poteſt) & incomitata ad eremum Antoniorum, atq; Paulorum pergere geſtiebat: tandemq; exacta hieme, aperto mari, redeuntibus ad Eccleſias ſuas Epiſcopis, & ipſa voto cum eis, ac deſiderio nauigauit.] hucuſq; idem.

Annus verò, quo hic Hieronymi, atq; dictorum Epiſcoporum in ipſam Vrbem contigit ingreſſus, numeratur a Baronio trecenteſimus octogeſimus ſecundus, ſub initio hiemis. Et ex eo calculi ſui rationem deducit, quod idem ipſe Hieronymus, Damaſo morte ſublato, penè triennium Romæ ſe fuiſſe commoratum Epiſtola nonageſima nona ad Aſellam virginē teſtatur: Qui & de tempore abſceſſus ſui inde alibi ſpecialius indicans, menſe eundem Auguſto accidiſſe aduerſus Rufinum ſcribit. Si igitur (ipſe inquit Baronius) menſe Auguſto, Siricij anno primo, Chriſti nimirum trecenteſimo octogeſimo* ~~octauo~~, Hieronymus Roma * quinto

ma

A ma discessit, & penè triennium in ea mansit, consequens etiam est, vt eiusmodi anno: sub hiemis scilicet initio, Christi trecentesimo octogesimo secundo eandem Vrbem ingressus sit.] Hæc Baronius: ad quæ & capite primo, dum eiusdem Hieronymi ad Cardinalatum ætatem peruestigauimus, breuiter allusimus. Cæterùm, cum nullo certo Hieronymi ex Vrbe profectionem possit Baronius conuincere argumento, nec deinceps in eandem ingressus (quem ex eadem auspicatur) certum potest statuere tempus. Propterea ab eius opinione dissidens: hunc eundem Hieronymi in Vrbem aduentum, non in Christi annum trecen- B tesimum octogesimum secundum, sed in proximè sequẽtem, trecentesimum octogesimum tertium sub extremo, abscessum verò ab eadẽ, in trecentesimum octogesimum sextum, Siricij nimirum secundum, referendum arbitror. Et quidem, quod non nisi post Gratiani miserandam apud Lugdunum cædem (quæ Christi Domini anno trecentesimo octogesimo tertio, atq; die vigesima quinta, mensis Augusti secundum Onuphrium, die verò vigesima quarta secundum Marcellinum in Chronico adscribitur) in Vrbem aduenerit Hieronymus, declarat eiusdem Epistola decima nona ad Præsidium Diaconum, De cereo Paschali, C Tomo nono relata: in qua apertè [illegible] ipsum non nihil post præfati Imperatoris occubitum accidisse, ita testatur: Nec dum annus completus est, quo Principem Gratianum, prodente exercitu suo ante fœda captiuitas, dehinc miserabilior oppræssit interitus.] Et post pauca: Plura (inquit) cùm dicere vellem, & te mecũ tali exhortatione retinere, subito nunciatum est, asellos esse conductos, qui me Romã vsq; pertraherent.] Hæc ibi. Et quamuis de Epistolæ robore, atq; auctoritate suspicari quispiã posset, maximè cùm in supposititia opera reiecta sit: Hieronymi tamen legitimam, atq; germanam (excepto fragmento, eidem ab an- D tiquariis olim adiecto) in Recensionibus pluribus ostendemus.

Porrò Hieronymum, non vt multi opinãtur, a Sanctis Episcopis, vti communem amicum, ac veluti itineris comitem assumptum, sed speciatim, & Pontificijs, & Imperialibus litteris conuocatum, Romam pariter cum vtroq; contendisse, propria eius verba in Epitaphio Marcellæ declarant videlicet: Deniq; & cùm me Romam cum Sanctis Pontificibus Paulino, & Epiphanio Ecclesiastica traxisset necessitas, quorum alter Antiochenam Syriæ, alter Salaminam Cypri rexit Ecclesiam.] Nouisse autem illum antea Summum Pontificem, eoq; veluti præstantissimi ingenij viro vsum fuisse probant superius explicata capite quinto, sexto, & sep- E timo. Hoc ergo ipso tempore in oculis omnium, tanquam lucerna ardens, singularissimũq; iubar constitutus Hieronymus, ad Pontificij oneris vicem subeundam protinus assumitur, eiq; non ad Sacrosanctæ tantum Synodi, sed & ad totius Orbis Ecclesiarũ Questiones respondẽdi munus cõmittitur. Latius hoc Victorius in eiusdem Vita explicans, hæc habet: Videns sibi (Damasus scilicet) veluti alterum Paulum Petro adiutorem in Vrbem venisse, remissis ad sedes proprias Episcopis, & Paulino in Episcopatu Antiocheno confirmato, Hieronymum vt sibi in Ecclesiasticis causis inseruiret, & par- F tem Pontificij oneris sustineret, secum retinet, res fidei, & omnes quæstiones religionis ei, vti vndequaq; doctissimo, & maximè orthodoxo demandat: hoc est, vt totius orbis Consultationibus, præsertim Synodalibus, quæ ad Romanam, velut ad matrem Ecclesiarum omnium, & Apostolicam sedem quotidie deferuntur, respondeat: & quid credere, vel non credere reuertentes ab hæresi debeant, normam, formulamq; præfigat.] Testatur hoc ipse ad Ageruchiam his verbis: Ante annos plurimos, cum in chartis Ecclesiasticis iuuarem Damasum, Romanæ Vrbis Episcopum, & Orientis, atq; Occidentis Synodicis Consultationibus responde- G rẽ, Vidi &c.] Cæterùm, quis chartas eiusmodi Ecclesiasticas, Orientisq; & Occidẽtis Synodicas consultationes, præstantissima Hieronymi ingenij monumenta, cũ Actis ipsiusmet Concilij Romani oboletas non suspiret? Hactenus hæc ad historiæ intelligentiam præmisisse sat sit. Nunc accedamus ad litteram.

1 *Interea Venerabilis Paula.* Et quidem venerabilis, testante Apostolo: Viduas honora, quæ verè viduæ sunt: viro nanq; hæc destitu- 1.Tim.5. ta, sed Christo maritata, omnibus pietatis officijs intenta, ad illud breui temporis spacio venerationis, ac meriti fastigium peruenit, vt quemadmodum vidua, Regũ tertio recensita, Prophetã Domini Heliã Thesbitẽ apud se reti- 3.Reg.17 H nere, alereq; promeruisse affirmatur, sic & hæc sub Sanctorum Christi Pontificum personis, ipsummet Christum hospitio receperit. Per sin- Epist. 27. gulos enim Sanctos, (vt Hieronymus testatur) Christum se videre credebat, & quid quid in illos contulerat, in Dominum se contulisse lætabatur.] Et infra. Omnis inopum multitudo matrem, & nutriciam se perdidisse clamabat. Demùm eiusdem in pauperes pro Christo beneficentiam commendans: Quid (inquit) hac virtute mirabilius, fœminam nobilissimæ familiæ, magnis quondam opibus, tanta fide omnia dilargitam, vt ad egestatem penè vltimã perueniret? Lateant alij pecunias, & in corbo-

A in corbonā Dei æra congesta, funalibusq; au-
reis dona pendētia: Nemo plus dedit pauperi-
bus, quàm, quæ sibi nihil referuauit.

2 *Cuius supra fecimus mentionem*. Capite
nimirum secundo, initio.

3 *Admirans religiosam vitam Reuerendo-
rum Episcoporum: Paulini scilicet Antiocheni,
& Epiphanij Salamina*. Quantorum vterq;
meritorum esset hinc facilè videre est, quòd il-
lorum in Deum religionem sanctissima femina
admirata sit. Sed & aliud additur argumen-
tum: Quod Valentis Imperatoris edicto, Ca-
tholicis omnibus in Oriente Episcopis pulsis,
Arrianisq; in eorū Ecclesijs introductis, soli E-
B piphanius & Paulinus, vnà cū magno Athana-
sio, sedes proprias tenere (quippe qui ob sanc-
titatis famam, tum priuatis hostibus, tum Im-
peratori simul essent formidini) permissi sunt.
Ep.61. Testatur hoc ipse Hieronymus ad Pammachiū
scribens. Eo tempore, quo totum Orientem,
excepto Papa Athanasio, atq; Paulino Arria-
norum, & Eunomianorum hæresis possidebat,
quando tu Occidentalibus, & in medio exilio
Confessoribus non communicabas, ille (nem-
pè Epiphanius) vel Presbyter Monasterij ab
Eutychio audiebatur, vel postea Episcopus Cy
pri a Valente nō tangebatur: tātæ enim vene-
rationis semper fuit, vt regnantes hæretici i-
C gnominiam suam putarent, si talem virum
persequerentur.] Hæc ipse in Ioannem Epis-
copum Hierosolymitanum hæresis labe pollu-
Lib.6.c.7 tum. De Paulino quoq; Sozomenus: Paulino
autem (scribit) propterea pepercit (Valentē
intelligens) quòd vitæ eius sanctimoniam re-
Lib.4.c.2 uerebatur.] Et Socrates. Paulinum Episcopū
(inquit) propter eximiam eius pietatem nul-
Lib.5. c. lo affecit incommodo Cauendus vero, cau-
23. teq; legendus hoc loco Thodoretus, qui in
Sanctos viros Paulinum, & Euagrium plus æ-
quo inuectus, Meletijq;, ac Flauiani parti-
bus addictus, multa a veritate aliena scriptis pro
sequitur. Id quod & alij, Baroniusq; præser-
Tom. 4. An. Damasi anno 6. tim Tomo quarto Analium suorum, monue-
runt.

4 *Quos sedes Apostolica pro quibusdam Ec-
D clesiasticis negotijs detinebat.* Dum Antiochenę
Ecclesię Patriarchatus in summo rerum discri-
mine, tum propter Arrianam hæresim, tum
propter consedentium in illa simul Episcopo-
rum schisma, de quo latius supra capite septi-
mo, laboraret: vt illi aliquomodo cōsuleretur,
communi consensu, Damasi videlicet Ponti-
ficis, & Theodosij Oriētis Imperatoris vtrūq;
fuisse Romam euocatū paret credere. Quod
ex eo pariter suadetur, quod eidem Paulino
dicta Sedes Antiochena, in Alexandrina olim
Synodo, communi Patrum iudicio delegata,
ex eiusdem etiam Concili Romani recentiori E
decreto, contra Meletium, Vitalem, ac reli-
quos schismaticos adiudicata sit. Quod Vic-
torius quoq; in Vita eiusdem Hieronymi in-
dicauit, & Baronius in Annalibus affirmauit. Bar. loco
Pro parte siquidem Paulini, non Damasum prælle-
tantùm, verùm & successores Romanos Pon- gato.
tifices deincep. fuisse, ex Ecclesiasticis histo-
rijs constar.

5 *Eorum, atq; Hieronymi accensa virtutibus.*
At quomodo Hieronymi potuit Paula accen-
di virtutibus, qui Pontificis lateri innixus,
totus in Ecclesiasticis causis detinebatur: qui
semper hinc inde quæstionibus propulsatus, in F
publicum illi vix progredi licebat: quem nun-
quam penes se otiosum agere idem Pontifex
pertulit? Non quidem priuatis Sancti Viri, sub
ingressus præsertim sui in Vrbem initio collo-
cutionibus id factū arbitror: quandoquidem
feminatum omnino consortia se deuitasse tunc
ad Principiā virginem fatetur: Cùm, inquiens,
verecundè nobilium feminatū oculos declina-
rem, ita egit (Marcella scilicet) secundum
Apostolum importunè, opportunè, vt pudorē
meum sua superaret industria.] Et ad Asellam.
Antequam domum Sanctæ Paulæ nossem, to-
tius in me Vrbis studia consonabant.] Prouo-
cata ergo Paula ad sanctioris vitæ propositum G
ex celeberima Hieronymi sanctitatis fama,
qua tota Vrbs tunc personabat primo fuit:
mox ex prædicandi interdùm diuini verbi ar-
denti spiritu; tu ex docendi vi, interpretandiq;
sacros libros peritia: tum demùm, post eorū-
dem Christi Confessorum, atq; Pontificum di-
scessum priuatis colloquijs, & sanctis exhorta-
tionibus.

6 *Vrbem Romanam deserere cogitabat.* Cō-
mune hoc & cæteris omnibus, qui Christo mi-
litare desiderant, vt cùm primos cœlestis a-
moris igniculos perceperint, de Vrbibus illicò
deserendis cogitent, & ad longinqua se præ-
parent: Ambitio namq;, (vt ad Marcellam H
scribitur) potentia, magnitudo Vrbis: vide-
ri, & videre: salutari, & salutare: laudare:
detrahere: vel audire, vel proloqui, & tan-
tam hominum frequentiam, saltem inuitum
videre, proposito Monachorum, & a quiete
aliena sunt: aut enim videmus ad nos venien-
tes, & silentium perdimus: aut si non vide-
mus, superbiæ arguimur: interdùm vt uisitan-
tibus reddamus uices ad superbas fores pergi-
mus: inter linguas rodentium ministrorum
postes ingredimur deauratos.] Et ad Helio-
dorum. Ex hac supputatione illa summa na-
scitur, Monachum perfectum in patria sua
esse non posse: perfectum autem esse nolle,
delinquere est.] Hæc ipse de Vrbium pericu-

A lis. Deniq; & illarum frequentias declina-
uit Helias, vitauit Elisæus, Christi præcur-
sor Ioannes abhorruit: & si quando iuxta
Iordanis fluenta, vbi copiosa hominum con-
sueuerat turba concurrere, deprahensus est:
ideo tantùm, vt populos eosdem [redacted] cō
fluentes, & Pharisæos tanquam genimina vi-
perarum argueret, ad illa descendit.

7 *Illis itaq; ad proprias sedes remeantibus.*
Exacta videlicet hyeme, (vt paulò superius ex
ipsiusmet Hieronymi Epistola vigesima septi-
ma allatum est:) initio veris sequentis anni,
iuxta Baronij supputationem trecentesimi oc-
togesimi tertij: secundum verò a nobis adno-
B tata, trecentesimi octogesimi quarti. Igitur
ex his, vltra quinq;, vel sex ad plus mēses, San-
ctos Episcopos non fuisse Romæ commoratos,
atq; sanctissimæ ibidem feminæ charitatis offi-
cijs conplexos satis expressè liquet.

8 *Toto cum eis desiderio adnauigauit.* Quos
nanq; iustis ex causis corpore sequi non pote-
rat, deuoto mentis affectu comitata est.

9 *Deniq; vt votum Deo dante compleret.*
Hoc est, desiderium, non promissionem Deo
factam: quo sensu Prouerbiorum trigesimo
primo scribitur: Quid dilecte mi. Quid dilecte
vteri mei, quid dilecte votorū meorum?

10 *Descendit ad portum.* Post annos vide-
C licet duos fermè cum dimidio. Enimuero na-
uigationem eius non nisi post Hieronymi pro-
fectionem accidisse testantur communi senten
tia Baronius & Victorius, locis supra allegatis,
& alij. Quod eiusdem quoq; Hieronymi tes-
timonio haud obscurè cōprobatur, dum in E-
Ep.99, pistola ad Asellam Virginem Romæ degentē,
quam ex portu Romano idem conscripsit, de
eadem Paula eiusmodi mētio habetur: Saluta
Paulam, & Eustochium, velit, nolit mundus
in Christo meas.] Ex quo eandem cum filia,
Romæ adhuc detentā post Hieronymi discef-
sum intelligimus. At quod non multum naui-
gationem quoq; suam ipsa distulerit, imo
Hieronymo abscedēte & ipsam in puncto fuis-
D se, declarant eiusdem Hieronymi in præcitata
Epistola verba, videlicet; Nihil mihi aliud o-
bijcitur, nisi sexus meus, & hoc nunquam, ni-
si cū Hierosolymā Paula & Melania proficiscū
tur.] Porrò eandem ab Hieronymo dimissam
idcirco arbitror, vt & domesticis negotijs, &
modestiæ atq; publico pudori, (quem summo-
pere Sanctus Vir affectauit) consuleretur.

11 *Relictiq; filijs.* Quantis fortissimæ fe-
minæ pectoris robur efferemus præconijs? hos
tem ne terræ illam, an potius hospitem præ-
dicabimus? Quis ita sæculi fastum, & parē-
tum stemmata contēpsit? Quis ita in terris de-
git, vt eiusmodi impetu ad cœlestiū raperetur
commercia? Nouum certè, nec antea, vel post E
auditum Romæ spectaculum: feminam
Consularem, delicijs omnibus abiectis, cha-
risq; filiorum pignoribus desertis, in sacco &
cinere ad Christi Domini incunabula, per tot
vitæ discrimina, cū Crucis vexillo non vltra re
uersuram, ab Vrbe propria nauigasse. Tam
insigne virtutis facinus litteris huiusmodi con- Ep.27.
signauit Hieronymus, nimirum: Descendit
ad portū, fratre, cognatis, affinibus, & quod
his maius est, liberis prosequentibus, & clemē-
tissimam matrem pietate vincere cupientibus.
Iam carbasa tendebantur, & remorum ductu,
nauis in altum protrahebatur: paruus Toxo-
tius supplices manus tendebat in littore: Rufi- F
na iam nubilis, vt suas expectaret nuptias ta-
cens fletibus obsecrabat: & tamen illa siccos
tendebat ad cœlum oculos: pietatem in filios,
pietate in Deum superans: Nesciebat se ma-
trem, vt Christi probaret ancillam: torquebā-
tur viscera, & quasi a suis membris distrahere-
tur cum dolore pugnabat: & in eo cunctis ad-
mirabilior, quòd magnam vinceret charitatē.
Inter hostium manus, & captiuitatis duram
necessitatem nihil crudelius est, quàm paren-
tes a liberis separari. Hoc contra iura naturæ
plena fides patiebatur, imo gaudens animus
appetebat, & amorē filiorū, maiore in Deū a-
more contemnens, in sola Eostochio, quæ & G
propositi & nauigationis eius comes erat, ac-
quiescebat. Sulcabat interim nauis mare, &
cunctis, qui cum ea vehebantur, littora respiciē
tibus ipsa auersos tenebat oculos, ne videret,
quos sine tormento videre non poterat. Fa-
teor nulla sic amauit filios, quibus antequam
proficisceretur cuncta largita est, exhæredans
se in terra, vt hæreditatem inueniret in cęlo.]
hæc ipse.

12 *Toxotio scilicet.* Huic, posteaquam Lę-
ta, Albini Gentilium Summi Pontificis filia co-
nubio iuncta est, illud Romæ mirabile accidit,
quòd pia conuersatione vtriusq;, Toxotij ni-
mirum, & Lætę ipse Albinus, Christianæ reli-
gionis hostis acerrimus, Christi fidē, & Bap- H
tismi Sacramentum suscepit. Porrò ex eius-
modi coniugio, Paula illa, iunior dicta pro-
dijt, quæ in crepundijs adhuc, Alleluia canere
consueuit: pro cuius etiam institutione Hie-
ronymus Epistolam ad matrem conscripsit.
Aetate postmodum aucta, ad aulam Paulā Hie
rosolymam nauigauit, vbi virginitate sua Deo
dicata, vnà cum Eustochio, ac cæteris virgini-
bus, in Monasterio sancto fine quieuit. De his
eiusdem Hieronymi tale habetur testimoniū:
Quis hoc crederet, vt Albini Pontificis neptis,
de promissione martyris nasceretur? vt præ-
sente, & gaudente auo, paruulæ adhuc lingua
balbu-

A balbutiens, Christi Alleluia resonaret? Vt virginem Christi in suo gremio nutriret senex? Et benè, feliciterq; expectauimus. Sancta, & fidelis domus virum sanctificat infidelem. Iam candidatus est fidei, quem filiorum & nepotum credens turba circundat. Ego puto, etiam ipsum Iouem, si habuisset talem cognationem potuisse in Christum credere.]

Toxotij eiusdem, atq; Leç coniugij, nec nō Albini ad Christum conuersionis meminit Baronius Tomo quarto, sub anno trecentesimo octogesimo secundo. Verùm non sub eiusmodi anno, sed & post multos alios hæc accidisse ratio temporum manifestat. Soluente namq; B Paula a portu Romano (cuius rei historiam in Christi annum trecentesimum octogesimū sextum retulimus) paruulus adhuc, & natu minimus Toxotius, Epistola vigesima septima traditur: Rufina verò eiusdem soror iam nubilis. Aptius igitur vtriusq; coniugium, trecentesimo nonagesimo sexto adscribendum videtur: Virginis portò natale anno proximè sequenti, quo & Hieronymus Epistolam pro educatione eiusdem conscripsit, viuente adhuc Paula auia, de qua initio eiusdem. Cæterùm post auiæ e vita transitum, Eustochio amitæ transmissam eam hinc accipio, quòd in Epitaphio, nec dū Hierosolymis agens, sed Christo tantùm reseruata ipsa scribitur. Adnauigasse deinceps non multo post Hierosolymam probabilis coniectura est. De ea mentio habetur Epistola nonagesima quarta, quam Christi anno quadringentesimo decimo quinto datam, Petro Mariæ Campo ab Historijs Placentino respondimus, & Animaduersione nonagesima item quarta infra probabimus. Item Epistola septuagesima nona, cuius & tempus Christi anno quadringentesimo decimo nono in animaduersionibus consignabimus. Postremò hęc ipsa, post Eustochium Monasterij atq; Virginum cura suscepta, quanto tempore vixerit, quoue pariter anno diem extremum clauserit, incompertum adhuc. Sanctitatis eius virtus ex hoc vno Hieronymi testimonio conijce. [Si Paulam miseris, & magistrum me, & nutriciū spondeo: Gestabo humeris: balbutientia senex verba formabo: Multo gloriosior mundi philosopho, qui non Regem Macedonum, Babylonio periturum veneno, sed ancillam, & sponsā Christi erudiam, regnis cœlestibus offerendā.] Nec putet quispiam a propositis Hieronymi gestis horū nos explicatione deflectere: quandoquidem nec prorsus aliena eiusmodi sunt ab Hieronymo: quin potius plurimum proposito meo inseruiunt: quò nimirum & Christi Virginem ad summum virtutum omnium apicē Hieronymi institutione, ab incunabulis vsq;

Epist. 27. Cap. 12. C

D

E. prouectam ostendam, & ne eādem in Ordinis, quem profiteor serie, atq; Catalogo primitus adscriptam inconsultus prætercam.

13 *Et Rufina.* Hæc pariter paulò post Alętio viro clarissimo nupta, immaturo funere matris animū, Hieronymo teste constrauit. Eius virtutes admirandas Sanctus Paulinus Nolanus Episcopus Epistola, trigesima prima, ad virum eius consolatoria scriptis prosequutus est. Vbi etiam inter cætera huiusmodi commendatur elogio. Est coniux fidei, soror virginitatis, filia perfectionis, cui Paula mater, soror Eustochium, tu maritus.] Epist. 27.

14 *Facultatibusq; desertis.* Et quidem si liberos, quæ carissima pignora dicuntur, quorū & amor intimis cordis visceribus hæret, iam fortissima Christi virago reliquerat, consequēs etiam erat, vt ea æquæ abijceret, quæ extrinsecus circunstabāt. Nam facilè (Hieronymi sententia) abijcitur, quod extrinsecus hæret: hoc fecit Crates Thebanus, Antisthenes, fecerunt plurimi philosophi, quos vitiosissimos legimus. At quod nascimur: carnis videlicet, & sanguinis affectum deponere, perq; (vt ita dicam) calcatos filios incedere: siccis deniq; oculis ad crucis vexillum euolare, hoc difficillimum, singulareq; virtutis exemplum. F

15 *Sola Eustochio comitante.* Quippe quæ eiusdem propositi, atq; consilij foret. G

16 *Hierosolymam contendit.* Eadem omnino via, eademq; prorsus per terræ, ac maris insulas, nauigatione. Constat id ex Epistola super eius dormitione edita, in ordine vigesima septima.

17 *Cunq; Sācta loca studiosissimè perlustrasset.* De hac ipsa incredibili animi eius, in singulis locis Sanctis venerandis religione, pluribus ibidem agitur.

18 *Post multa pericula, immensosq; labores reuersa Bethlehem.* Bethlehem ideo reuersa scribitur, vt eius peregrinationem non Hierosolymis tantùm, aut Bethlehem absolutam, sed vlterius protractam intelligamus. Enimuerò piè primùm Sacris excultis locis, in Aegyptum adhuc ad Sanctos Patres perrexit, demùm iterum Hierosolymam contendit. Quod, vt integrum peregrinationis eius tempus certo spacio complectar, biennio saltem, vel circa, illud fuisse conclusum ex eo persuasum habeo, quòd paulò post Hieronymum, ea e portu Romano soluit: De hinc Hierosolymam ingressam, ac locorum Sanctorum venerationi intentā, Christi videlicet anno trecētesimo octogesimo sexto feruentissimo æstu, anni proximè sequentis ad Iordanem venisse, verbis sequentibus tradit Hieronymus: Vix nox transierat, feruentissimo æstu venit ad Iordanem; stetit in ripa fluminis H

minis

minis, & orto sole, solis iustitiæ recordata est, quomodo in medio amnis alueo sicca Sacerdotes posuerint vestigia.] Demùm ab eodem in Aegyptum persoluto itinere, eius pariter inde recessus tempus subiungens, scribit: Mirus ardor, & vix in femina credibilis fortitudo: oblita sexus, & fragilitatis corporeæ, inter tot millia Monachorum cum puellis suis habitare cupiebat. Et forsitan eam cunctis suscipientibus impetrasset, ni maius Sanctorum locorum retraxisset desiderium. Atq; propter feruentissimos æstus, de Pelusio Maiomam perueniēs, tanta velocitate reuersa est, vt auem putares.] Igitur cùm sub æstatis extremo Roma discessert: cum feruentissimo æstu Hierosolymis in Sanctorum locorum veneratione sollicita fuerit: feruentissimoq; item æstu ex Aegypto. Maiomam (quod oppidum ad triginta ab Hierusalem millia distat) ex Hieronymi testimonijs redierit: Vtiq; etiam peregrinationem eius non minori, quàm biennij spatio potuisse concludi, ex præmissis compertissimum habetur. Porrò temporis hęc exacta ratio, ideo scriptis consignata est, vt quanto pariter tempore ab Hieronymo Paula abfuerit, optime pateat. Et quamuis eorum vterq;, posteaquam Hierosolymam appulsus est, in Aegyptum contenderit, non vnà tamen, aut eodem tempore, sed seorsìm, diuersoq; id tempore accidisse illud declarat, quod peregrinationem suam sæpius ingerens Hieronimus, In proemio præsertim super Osseam, & in Proemio libri quarti super Epistolam ad Ephesios, nunquam ipsius Paulæ meminit. Eiusdem pariter Paulæ nauigationis, ac itineris omnem cursum scriptis commendans, nunquam illi se comitem indicat.

19 *Diuersorum Peregrinorum cellulas, Monasteriaq; construxit*. Idem ex eodem Hieronymo: Donec extrueret cellulas, ac Monasteria, & diuersorum peregrinorum iuxta viam conderet mansiones, in qua Maria, & Ioseph hospitium non inuenerunt.]

20 *De quibus scilicet Monasterijs, Beato disponente Hieronymo*. Dignum plane, vt de illis Hieronymus omnino decerneret, pro quorum spirituali amplificatione, honore, atq; gloria, tum labores, tum certamina frequenter suscepturus erat. Extat inter eiusdem opera. Tomo nono relata Regula ad Moniales, cuius initium *Tepescens in membris proclinum corpus ad terrā*, quam Victorius, Schultingius, & alij falsò illi adscriptam tenent. Hieronymi tamen germanam esse ex hoc suspicari quispiam posset, quòd multa, quæ hinc inde Sanctus doctor, in certis, ac legitimis operibus scripsit, quasi ad verbū, in hoc ipso Tractatu, seu Regula legantur. Et quidē, quæ pluribus in locis, de Sanctis Aegypti Patribus retulit, eadem in hac Regula, sub capite decimo *De vita scilicet mirifica Sanctorum Patrum in eremo*, transtulit. Quæ ad Eustochium Virginem, Epistola vigesima secunda, de cœlesti ope, Angelicisq; sibi exhibitis consolationibus commemorat, in hac, capite vigesimo sexto *De contemplationis dulcedine*, iterum repetit. Legantur quæ de clausura Monialium Epistola quadragesima octaua aduersus Sabinianum Diaconum: Epistola vigesima septima ad Eustochium, & alibi recensuit, illamet in capite vigesimo septimo *de Clausura domus* in vnum compilata animaduertentur. Tandem in Epitaphio Paulæ, Epistola vigesima septima, quæ de psallendi modo describuntur, ea sunt, quæ capite trigesimo tertio, & sequenti digeruntur. Verùm his, alijsq; similibus facilè occurritur, si dicatur: eiusdem conscriptorem potuisse Hieronymi scripta legere, a quibus & quamplurima accepisse, legenti vtrunq; haud obscorè patet. Vti Hieronymi legitimum opus, a recentioribus nonnullis, Alphonsoq; inprimis Rodriquez, prima parte exercitationis perfectionis, Tractatu quarto, capite secundo: Tractatu octauo, capite decimo octauo; Item secunda parte, Tractatu secundo, capite primo, & infra, capite quarto, & decimo. Item tertia parte, Tractatu quinto, capite primo, & infra capite decimo: nec non Tractatu septimo, capite secundo, hæc Regula citari consueuit. Sed exactios, districtiusq; de hac re iudiciū habebitur in Recensionibus Tomi noni.

21 *Vnum uiris tradidit gubernandum*. Aliud ab eo, de quo supra capite nono.

22 *Virgines autem, quas de diuersis partibus congregauerat, in tres turmas, Monasteriaq; diuisit*. Tametsi multas nauigationis, atq; peregrinationis comites cōcines habuerit Paula Virgines, vt & Hieronymus hisce testatur: Hucusq; iter eius descriptum sit, quod cum multis virginibus, & filia comite peregrinauit.] Et paulò superius: Inter tot millia Monachorum cum puellis suis habitare cupiebat:] Præter Romanas tamen, quamplures alias, ex diuersis eandem locis congregasse, idem paulò infrà testatur: Post virorum (inquiens) Monasterium, qood uiris tradiderat gubernandum, plures virgines, quas e diuersis Prouincijs congregauerat, tam nobiles, quàm medij & infimi generis, in tres turmas, Monasteriaq; diuisit, ita duntaxat, vt in opere, & in cibo separatæ psalmodijs & orationibus iungerentur. Horum omnium in Monasterijs institutum, professionem, ac exquisitissimum ordinem latè ibi dedescribens Hieronymus, planè huiusmodi, non

A nona, ficut noftrorũ temporum hæretici, Erafmufq; inprimis, latrant inuenta, fed antiquiffima, ab initio etiam nafcentis Ecclefiæ confuetudines & leges, apertè oftendit.

23 *Inter quas, tanta fe humilitate deiecit, vt qui eam vidiffet, extremam effe crederet ancillarũ.* Idem ex Hieronymo: Tanta fe humilitate deiecit, vt qui eam non vidiffet, & pro celebritate nominis uidere geftiffet, ipfam effe non crederet, fed ancillularum vltimam. Et cùm frequentibus choris virginum cingeretur, & voce, & vefte, & habitu, & inceffu minima omnium erat.] Nec immeritò, præ cæteris virtutibus omnibus ipfa, quæ alijs præerat Vir-
B ginibus humilitatis ftudiofa defcribitur, cum prælatorum virtus eiufmodi propria fit, quò nimirum, vt quos verbo debent inftruere, viuido inprimis doceant humilitatis exemplo: Vnde & Gregorius: Tanto (inquit) effe humilior, atq; ad feruiendum Deo promptior, quifq; debet effe ex munere, quantò fe obligatiorem effe confpicit in reddenda ratiotione.] Et ad Pammachium Hieronymus: Quantò humilior, tantò fublimior es: lucet margarita in fordibus.] Et ad Saluinam: Nihil prodeft vile palliolũ, furua tunica, corporis illuuies, fimulata paupertas, fi nominis dignitatem operibus deftruas: Cui plus creditur, ab eo plus exigitur; potentes potenter tor-
Sap. 6. C menta patientur.

24 *Hæc intuens forores fuas, circa cultum Sanctæ Dei Genitricis, ac Virginis deuotiffimas, Beato Hieronymo vnà cum filia fupplicauit, vt de ipfius Affumptione fermonem faceret, eiufdem Virginis præconia continentem: quarum pias petitiones, vir pariter deuotus admittens, cum fumma diligentia, quod rogabatur impleuit.* Hoc fanè prudentis patrisfamilias intererat, vt quarum omnium temporalem curam gerebat, ijs æquè eas prouideret alimonias, quibus fanctè, beateq; vita inftitueretur: dicente
Prou. 13. fcriptura: *Multi cibi in noualibus Patrum.* Verùm, quoniam de eiufmodi fermone non
D fatis inter Scriptores de auctore conftat, nunc breuibus ipfa veritas explicanda.

De Auctore Sermonis Affumptionis Deiparæ Virginis.

CONTROVERSIA XVI.

QVoniam duo inter Hieronymi fcripta, fub eodem titulo, De Affumptione nimirùm Beatæ Mariæ femper Virginis Sermones habentur: quorum, & vterq; eum fuppofititijs, Tomo nono operum eius circunfertur; ne circa ipfum controuerfum, atq; nu-
E per in textu nuncupatum error occurrat, de auctore prioris, cuius & initium: Cogitis me o Paula, & Euftochium,] nunc inquirendum. Igitur de eo ipfo, in Cenfura ad eundem Tomum Victorius agens, Græci potius hominis, quàm Latini illũ effe arbitratur: quippe quòd, Græcus in eo homo, & minus in Latina lingua exercitatus loquens fibi videatur. Porrò Sophronium, Hieronymi auditorem, & difcipulum fibi Sermonis certò perfuadens auctorem, eũdem, veluti eiufdem Hieronymi adulterinũ, cum cæteris eiufmodi generis numerauit. Cęterùm, cum veritatis inquifitio omnium difficillima fit, maximè fi de rebus agatur, quæ vel a fæculis noftris plurimum diftent, nõ
F perinde ac Victorius ego, Sophronij fermonẽ effe exploratum habeo; illius confequenter iudicio haud fubfcribendum arbitror. Et quidẽ, quę Latino fermone Sophronius aliàs confcripfit, proferat Victorius, mox cõferat vtraq;, dehinc ex collatione fententiam ferat; & tunc pro compertiffima (vt fcribit ipfe) rem antea dubiam certam habebit. Verùm, cùm neq; ex Hieronymo, neq; ex Gennadio, neq; ex alijs fcriptoribus, Latini alicuius operis habeatur Sophronius auctor, incerta quoq; Victorij eiufdem fententia. Nec veritatis fpeciem habet, vitam agente Hieronymo, Sophronium fermonem potuiffe confcribere, cùm Virginũ
G eiufmodi omnium doctor, & director vir fanctus in nullis vnquam illis defuerit; quin potius earum iugiter intentiffimus (Paulæq; præfertim, & Euftochio, quibus maiorem fuorum dicauit operum partem) precibus fuerit. Quòd fi poft Hieronymi e vita difceffum quifpiam Sermonem editum contendat: ex eo refellitur, quòd Hieronymus vtrifq;, tam Paulæ, quàm Euftochio fuperuixit. Quamuis vero Hieronymi falinam (vt Victorius dijudicat) fermo non fapiat, non propterea fic ad verborum feriem atq; nitorem attendendum eft, quòd doctrinæ fublimitas inconfulta prætermittatur. Quandoquidem hæc prorfus di-
H gna videtur Hieronymo: Vnde & ex ftyli tãtum diuerfitate Sanctorum Patrum voluiffe aliquandò fcripta difcernere, periculofum id omnino, alibi oftendimus, dum de Commentariorum in Iob auctore, difputauimus. Præterea, fi Hieronymus in proprijs fcribendis operibus, quo ad ftylum fe non femper eũdem prædicat: vti in calce Commentariorũ in Aggæum: Obfecro (inquiẽs) te, lector, vt ignofcas celeri fermone dictanti, nec requiras eloquij venuftatem, quam multo tempore hebrææ linguæ ftudio perdidi.] Et in Procemio tertij fuper Epiftolam ad Galatas: Omnem fermonis elegantiam, & eloquij venuftatem

A ſtridor lectionis hebraicæ ſordidauit. Cuius & aliquando ſe ab aduerſarijs notatum, quòd ſterilis, ieiuniq; ſermonis eſſet, alibi ſcripſit. Si (inquam) Hieronymus vario interdum ſcribendi genere inceſſit, cur eo contradicente, per eadem ſemper inceſſiſſe volumus affirmare? Reſpondeant nunc, qui ea tantùm Hieronymi germana ſcripta contendunt, in quibus eloquij ſplendor emicat, vbi nam ea ſint quę ab aduerſarijs ieiunij ſterilisq; ſermonis accuſata ſunt? Proferant, quæ ex proprio eiuſdē teſtimonio, cū cæteris item ab eo editis cōparata, ex ſermonis hebraici lectione ſcripta ſordeſcunt: Profectò, cùm nihil eiuſmodi in-
B ter eiuſdem opera accipiant, nos ex manifeſta eius aſſertione Sermonem hunc, Commentarios in Iob, & alia nonnulla (de quibus ſigillatim in Recenſionibus) numerabimus. Dirigitur Sermo, non ad ſublimioris, ſed tenuioris ingenij virgines, in cuius æquè exordio proprij auctoris declaratur intentio. Nec ſuperuacaneū paucula ex eo nunc afferre arbitror, quò iuſtiſſima Hieronymo inflectendi ſtyli cauſa habeatur; Cogitis (inquit) o Paula, & Euſtochium, imo charitas Chriſti me compellit, qui vobis dudum tractatibus loqui cōſueuerā, vt nouo loquendi genere, ſanctis, quæ vobiſcū degunt virginibus, latino vtens eloquio, exhor-
C tationis gratia Sermonem faciam de Aſſumptione Beatæ, & glorioſæ ſemper Virginis Mariæ, more eorum, qui declamatoriè in Eccleſiijs ſolent loqui ad populum. Experiar quæ hortamini affectu infantium, maximè quia propter ſimpliciores quaſq; id me depromere compellitis, vt habeat Sāctum Collegium veſtrum ſermone Latino, quibus, ſe occupet laudibus eodem die, quibuſue diuinis vacet lectionibus:] hæc ex eius initio, ex quibus propter imperitarum maximè ingenia, quibus & imperitus Hieronymus, factus eſt, conſcriptum fuiſſe ſermonem conſtat. Sed rem illuſtremus exemplis. Quis vnquā inter Latinos Scrip-
D tores, eloquentiæ apices ita abſoluit, ſicuti Cyprianus & Hilarius, quorum & dicendi copiā intantùm demiratus Hieronymus eſt, vt illud Iſaiæ oraculum eiſdem aptare minime dubi-
Iſ. 60. Sec. 70. tauerit, quo dicitur: Gloria Libani adueniet in Cypariſſo, Pinu, & Cedro.] Quod in Cōmentarijs explicans: Vir Sanctus, inquit, & eloquentiſſimus Martyr Cyprianus, & noſtri temporis confeſſor Hilarius, nonne tibi vidētur, excelſæ quondam in ſæculo arbores, ædificaſſe Eccleſiam Dei?] Hæc quamuis certa, indubitataq; ſint, Hilarij legatur ad Apram filiam inſignis, celeberrimaq; exhortatoria, mirumq; protinus erit, quomodo proprij fluuij, turgidi aliàs, ſupereſfluentisq; naturalē impetū

E tunc tantus vir in ea dictanda cohibere potuerit: de quo & Baronius ita effatur: Videas in ea (præallegata videlicet ad filiam Epiſtola) virum ſanctiſſimum, pariterq; eloquentiſſimū, ſtylum ſui natura ſublimem inclinare puellæ, & de induſtria humilem reddere, atq; ad perſuadendum facilem, ſimplicibusq; virginis auribus accommodare.] Hæc ipſe. Et quamuis ſolus Eraſmus, eiuſdem Hilarij conſilij penitus ignarus, Epiſtolam a legitimis operibus ſecreuerit; omnis tamen antiquitas, & recentiorum ſimul caterua, vti certam & germanam eandem recognouit: Vnde & Bellarminus in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis: Cæterùm (inquit) Fortunatus Sancti Hilarij
F ſucceſſor in vita ipſius diſertis verbis ſcripſit, dediſſe S. Hilarium Epiſtolam ad Apram filiā, & totum argumentum Epiſtolæ deſcripſit, vt non ſit dubium, hanc ipſam, quæ extat Epiſtola, verè S. Hylarij eſſe.] Hæc de S. Hylario. Sed & S. Cyprianus Chriſtianorum Cicero, aliquando ſublime dicendi genus ita inflexit, in libro præſertim, de diſciplina & bono pudicitiæ, Item in libro ad Nouatianum, vt idem ipſe Eraſmus eiuſmodi inter notha ſupputanda perperàm dijudicarit. Verùm meritò inter recentiores Bellarminus, qui ſupra, eundē loco citato, in Cypriano ſugillat. Innumera rei huius exempla ſuppetunt. At hoc vnum, vel
G etiam alterum propoſuiſſe ſat ſit. Deniq; ipſum Hieronymum in ſacris explicandis litteris ad audientium, vel legentium captum, frequenter attendiſſe, teſtatur ipſemet ſuper Ezechielis quadrageſimum ſeptimum, hiſce verbis: Quod cubitos genere maſculino, & non neutrali cubita dicimus iuxta regulam Grammaticorum, & in ſuperioribus docui, non nos ignorantia facere, ſed conſuetudine, propter ſimplices quoſq;, & indoctos, quorum in Congregatione Eccleſiæ maior eſt numerus. Poſtremò & prodigioſiſſimæ Verbi in carne reuelationes, eidem Paulę declaratę, de quibus & in hoc ſermone men-
H tio habetur, a Hieronymo tantùm (quippe qui tantæ mulieris ſecreta omnia nouerat) eūdem conſcriptum probant. Sed plenius de hoc ipſo in Recenſionibus.

COMMENTARIVS.

25 *Decuius ſancta vita, & eius diſceſſu Roma, & progreſſu per viam, & acceſſu in Hieruſalem, omnibuſq; prædictis, idem Hieronymus latè tractat in Epitaphio, quod edidit, ſuper obitu & tranſitu eiuſdem.* Non differunt hęc ab his, quę ſuperius ex eodem Epitaphio frequenter adduximus. Argumentū verò, quod in ſanctę mulie-

A mulieris laudibus explicandis a peregrinatione deducitur, illorum apertè traijcit opinionē, Vigilantijq; præsertim, ac nostri sæculi hagiomachorum, qui Sanctorum locorum improbant peregrinationes. Enimuerò, tametsi Catholicorum Patrum aliqui, vti Gregorius Nyssenus, Basilius, nec non idem ipse Hieronymus eas interdum damnare visi sint, non omnino tamen, aut omnibus indistinctè, sed nonnullis tātummodo easdē interdixere personis: ijs videlicet in vtroq; sexu, qui selectum iam victitandi genus, Monasticum nempe professi fuissent. Et vt eorum simul errorem diluerent, qui ob frequentissimum peregrinationis B vsum putabant si minus Christiano nomine dignos, si agere prætermisissent, quod ab omnibus impensè actitatum, singulis diebus cernerent, Quod verò de eiusmodi hominum tantùm genere loquuti sint Patres, ex proprijs eorum scriptis manifestò liquet. Enimuerò in calce Epistolæ Gregorius non Monachum tantùm, sed Abbatem pariter sugillans scribit: Consule ergò dilectè fratribus, vt e corpore peregrinentur ad Dominum, non vt e Cappadocia in Palestinam.] Diuus Basilius: Totus (inquit, Monachum in peregrinatione lapsum arguens) sublimis, & ad transitum conuersus, velut peregrinus, eremo C agros & vrbes permutans, ad Hierosolymam decurrebas.] Idem deniq; Hieronymus Paulinum Monachum a peregrinatione reuocans testatur, dicens: Reuera, vt simpliciter motus mentis meæ fatear, considerans & propositum tuum, & ardorem quo sæculo renunciasti, differentias in locis arbitror, si vrbibus, & vrbium frequentia derelicta in agello habites, & Christum quæras in solitudine, & ores solus in monte cum Iesu, sanctorumq; tantum locorum vicinitatibus perfruaris: idest, vt vrbe careas, & propositum Monachi non amittas. Quod loquor, non de Episcopis, non de Presbyteris, non de Clericis loquor, quorum aliud D officium est, sed de Monacho.] Hæc Hieronymus: ex quibus omnibus constat, non cuiuscunq; status, ac conditionis hominibus, sed Monachis tantùm longinquas peregrinationes ex proprio instituto prohiberi.

Epist. 13.

26 Sanè inter innumeros tractatus, quos ad diuersos misit, ad quandam virginem, Asellam nomine scripsit Epistolam. E Habetur hic allegata Epistola Tomo secundo, & nonagesima nona in serie est. Quantæ verò hæc Christi virgo, eiusdemq; Hieronymi discipula Sanctitatis fuerit (vt nobilissimum familiæ eius genus silentio prætercam) quæ ad Marcellam quinta decima est, per se satis admonet. Prætermitto (inquit) quòd in matris vtero benedicitur ei antequam nascatur: quòd in phiala nitentis vitri, & omni speculo purioris, patri virgo traditur per quietem: quòd adhuc infantiæ inuoluta pannis, & vix annum decimum ætatis excedens, honore futuræ beatitudinis consecratur. Ad ea venio, quæ post duodecimum annum sudore proprio elegit. F Vnius cellulæ clausa angustijs, latitudine Paradisi fruebatur. Idem terræ solum, & orationis locus extitit, & quietis. Ieiunium pro ludo habuit, inediam pro refectione.] Et in calce. Sola vitæ suæ æqualitate promeruit, vt in vrbe pompæ, lasciuiæ, deliciarum, in qua humilem esse miseria est, boni eam prædicent, & mali detrahere non audeant: viduæ eam imitentur, & virgines: maritatæ colant: noxiæ timeant; suspiciant sacerdotes:] hæc ibi. Porrò natalis dies eius, quo ex hac vita migrauit in cœlum, perpetuò regnatura, ex Martyrologio Romano, singulis annis octauo Idus Decembris publico præconio in Ecclesia cele- G bratur.

27 In quo pro humanitate sibi ab ea exhibita, gratias ei refert. Humanitatis officium istud in eo versatum dicerem, quòd aduersus linguas rodentium hæc Christi virgo Hieronymū litteris, quibus & seipsam orationibus eiusdem enixe commendauit, protinus secuta affectu sit. Hoc enim, Hieronymi sequēs Epistola initio suo videtur prætendere.

28 Et de olim imposito sibi crimine innocentem se astruens, æmulorum suorum inuidiam increpat, quos etiam in Sancta Paula H *discessu susurrasse acceperat.* De singulis sigillatim in sequenti capite.

De

A *De æmulorum in Hieronymum inuidia, & infamia eidem falsò imputata. Cap. XIV.* E



I tibi 1 putem gratias a me referri posse, non sapiam. 2 Potens est Deus super persona mea Sancta anima tua restituere, quod meretur: 3 Ego enim indignus, nec æstimare vnquam potui, nec optare, vt mihi tantum in Christo largireris affectum. 4 Et licet me sceleratum quidam putent, & omnibus flagitijs obrutum, 5 & pro peccatis meis, etiam hæc parua sint: 6 tamen tu benefacis, quod ex tua mente, etiam malos bonos putas. 7 Periculosum quippe est de seruo alterius iudicare: 8 & non facilis venia praua dixisse de rectis. 9 Veniet, veniet illa dies, in qua & mecum dolebis ardere non paucos. 10 Ego probrosus, ego versipellis, & lubricus, ego mendax, & Satanæ arte decipiens. Quid est tutius, hæc vel credidisse, vel finxisse de insontibus, an etiam de noxijs credere noluisse. 11 Osculabantur mihi manus quidam, & ore vipereo detrahebant: 12 & dolebant labijs, corde gaudebant. 13 Videbat Dominus, & subsannabat Epist. 17.

B *illos; & miserum me seruum suum, futuro eum eis iudicio reseruabat. 14 Alius incessum meum calumniabatur, & risum; 15 & ille vultus detrahebat: 16 hic in simplitate aliud suspicabatur.* F

17 Penè certè triennium cū eis vixi. 18 Multa me virginum crebro turba circundedit. 19 Diuinos libros, vt potui, nonnullis sæpe disserui. 20 Lectio assiduitatem, 21 assiduitas familiaritatem, 22 familiaritas fiduciam fecerat. 23 Dicant quid vnquam in me aliter senserint, quàm Christianum decebat? 24 Pecuniam cuiusquam accepi? munera vel parua, vel magna non spreui? in manu mea æs alicuius insonuit? 25 Obliquus sermo: 26 oculis petulans fuit? 27 Nihil mihi aliud obijcitur, nisi sexus meus. 28 Et hoc nunquam obijcitur, nisi cùm Hierosolymam Paula, & Melania proficiscuntur. 29 Esto, crediderunt mentienti: cur non credunt neganti? idem est homo ipse, qui fuerat: fatetur insontem, qui dudum noxium loquebatur. 30 Et certè veritatem magis exprimunt tormenta, quàm risus: 31 nisi quod facilius creditur, quod aut fictum libenter auditur, aut non fictum, vt fingatur, impellitur. 32 Antequam domum Sanctæ Paulæ nossem, totius in me Vrbis studia consonabant: omnium penè iudicio dignus Summo Sacerdotio decernebar. 33 Beatæ memoriæ Damasus meus sermo erat. 34 Dicebar Sanctus: 35 dicebar humilis, 36 & disertus.

C *37 Nunquid domū alicuius lasciuioris ingressus sum? 38 Nunquid me vestes sericæ, nitentes gemmæ, picta facies, auri rapuit ambitio? 39 Nulla fuit alia Romæ matronarū, quæ meā posset edomare mentē, nisi lugens, atq; ieiunans, squallens sordibus, fletibus penè cæcata, quā continuis noctibus misericordiā Domini deprecantē sol sæpè deprehendit: 40 cuius canticū Psalmi: 41 sermo Euangeliū: 42 deliciæ continentia: 43 vita ieiunium. 44 Nulla me potuit alia delectare, nisi illa, quam manducantem nunquam vidi: 45 Sed postquam eam pro suæ merito castitatis venerari, colere, suspicere cœpi, omnes me illicò, deseruere virtutes. 46 O inuidia primùm mordax tui: 47 O Satanæ calliditas semper sancta persequens. 48 Nulla alia Romanæ vrbi fabulam præbuerunt, nisi Paula & Melania, quæ contemptis facultatibus, pignoribusq; desertis, 49 crucem Domini, quasi quoddam pietatis leuauere vexillum. 50 Si balneas peterent, 51 vnguenta eligerent, 52 diuitias, & viduitatem haberent materiem luxuriæ, & libertatis, 53 dominæ vocarentur, & sanctæ: 54 Nunc in sacco & cinere formosæ volunt videri, & in gehennam ignis, cum ieiunijs, & pædore descendere. 55 Si Gentiles hanc vitam carperent, si Iudæi; haberent solatium non placendi eis, quibus displicet Christus: 56 Nunc verò, proh nefas, homines Christiani, prætermissa domorum suarum cura, & proprij oculi trabe neglecta, in alieno oculo festucam quærunt: 57 lacerant sanctum propositum,* G

D *58 & remedium pœnæ suæ arbitrantur, si nemo sit Sanctus; si omnibus detrahatur; si turba sit pereuntium; si multitudo peccantium. 59 Hæc, mi Domina Asella, cùm iam nauem conscenderem, raptim flens, dolensq; conscripsi. 60 Et gratias ago Deo meo, quòd dignus sum, quem mundus oderit. 61 Ora autem, vt de Babylone Hierosolymam regrediar: 62 Ne mihi dominetur Nabuchodonosor, 63 sed Iesus filius Iosedech. 64 Veniat Esdras, qui interpretatur adiutor, & reducat me in patriam meam. 65 Stultus ego, qui volebam cantare canticum Domini in terra aliena; 66 & deserto Monte Syna, Aegypti auxilium flagitabam. 67 Non recordabar Euangelij: quia, qui de Hierusalem egreditur, statim incidit in latrones, spoliatur, vulneratur, occiditur. 68 Sed licet Sacerdos despiciat, atq; Leuites: Samaritanus ille misericors est, cui cum diceretur: Samaritanus es, & Dæmonium habes: Dæmonium renuens, Samaritem non negauit: quia quem nos custodem, Hebræi Samaritem vocant. 69 Maleficum quidam me garriunt: 70 Titulum fidei seruus agnasco: 71 Magum vocant & Iudæi Dominum meum. 72 Seductor & Apostolus dictus est. 73 Tentatio me non apprehendat, nisi humana. 74 Quotam partem angustiarū perpessus sum, qui Cruci milito? 75 Infamiā falsi criminis imposuerunt: 76 Sed scio, per bonam & malam famam perueniri ad regna Cælorum.* H

COM-

COMMENTARIVS.

A BAronius sub Christi anno trecentesimo oc
ctogesimo quinto, Hieronymi res gestas cō
plectens, Epistolā hanc a Lupo, loco itē huic
ad eiusdem Hieronymi Vitam recensendam
intextam, memorato nunc anno scriptam, atq;
datam arbitratur: cuius & verba sunt: Cū non
vt Damasus fecerat, Siricius Papa in conscri-
bendis litteris Hieronymi opera vteretur, neq;
eū, vt ille, quod par erat, amplecteretur, atq;
foueret: mox Pōtificis Romani destitutus prę-
sidio, idem Hieronymus acerbissimos pati cœ-
B pit persecutores; illos scilicet Clericos, quorū
mores improbos scriptis editis sugillasset.
Quamobrē, vt se a concitato turbine liberaret,
tranquillum cogitans portum, nempe tutam
Hierosolymę mansionem, illuc nauigaturus,
hoc anno ab Vrbe recedens, nauē conscensu-
rus, ad Romanum portū se contulit. Id quidē
hoc anno factum esse, ex eo perspicuum red-
ditur: Cum enim ipse testetur, se penè triennuū
Romæ mansisse, pariterq; post obitum Da-
masi recessisse: constetq; ex his, quæ superius
dicta sunt, venisse Romam sub Consulatu An-
tonij, & Syagrij, anno Domini trecentesimo
octogesimo secundo, ipsum hoc anno ab Vr-
C be oportuit recessisse. Præteriti igitur anno, Au-
gusti mense ad Romanum portum se confe-
rens nauem conscendit, prout ipse satis aperte
demonstrat in Apologia aduersus Rufinum.]
Hæc ipse: Ex quibus non vltrà septem menses
post Damasi a sæculo migrationem mansisse
in Vrbe Hieronymum colligitur.
Cæterùm, cùm non in annum hunc, sed in
proximè sequentem, Christi videlicet trecen-
tesimum octogesimum sextū eiusmodi ab Vr-
be Hieronymi recessum referendum superio-
ris capitis initio dixerimus: Nunc paulò dili-
gentius res ipsa exploranda. Cùm igitur Hie-
ronymus viuente Damaso, viro, vti aliàs dic-
D tum est, in diuinis scripturis apprimè erudito,
atq; earundem indagatore studiosissimo, tum
ex continuis sibi ab eodem propositis difficul-
tatibus, mutuisq; collocutionibus, tum ex Ec-
clesiasticis chartis, Synodicisq; Consultatio-
nibus ita præmeretur, vt respirare vix posset:
quietem aliquando ab vtroq; nactus: & ex
Pontificis nimirum obitu, & ex Romani Con-
cilij exitu; expeditus illustres res, gloriosaq;
facta aggressus est: Gymnasiumq; inprimis,
pro sacris litteris publicè interpretandis ape-
ruit: mox monasticum cultum, ab Athanasio,
Petroq Alexandrinis Episcopis aliàs prædica-
tum, in vtroq; sexu propagauit. De gymnasio
quidem latè hoc ipso capite, & capite secun-
do. De Monachatus vero institutione, ad E
Marcellam Epistola decimasexta, Epistola vi-
gesima tertia, vigesima quinta, vigesima sex-
ta, & decima tertia. Cæterùm quis tam præ-
clara facta, non eiusmodi tantum septem men-
sium spacio, vt Baronius affirmat, sed longio-
ri temporis interuallo dirigenda nesciat? De-
niq; huiusmet profectionis ab Vrbe Hierony-
mi tempus persuasum etiam habebitur, si per-
secutionis in eundem concitatæ primò causas
perscrutemur, mox, quæ aduersus eundem æ-
muli, atq; inuidi molliti fuerint afferamus. F
Duæ autem potissimùm (vt reliquas omittam)
persecutionis causæ numerantur: vna, quòd
ibidem Monachatus fundamenta gloriosè ie-
cisset, altera quòd iniquorum clericorum, Mo
nachorumq; vitæ turpitudinem in commemo-
rato De custodia virginitatis libello sugillas-
set. De priori Epistola vigesima quinta idem
ipse agit, cū ait: Quo vsq; gen⁹ detestabile Mo-
nachorum, non Vrbe pellitur? non lapidibus
obruitur? non præcipitatur in fluctus? Matro-
nam miserabilem seduxerunt.] Et Epistola
vigesima tertia: Nos quia serica veste non vti-
mur, Monachi iudicamur: quia ebrij non su-
mus, nec cacchinno ora dissoluimus, cōtinen- G
tes vocamur, & tristes, si tunica non canduе-
rit: statim illud e triuio, impostor, & Gręcus
est] Posteriorem verò causam Epistola secun-
da ad Nepotianum ita percenset. Coegisti me
Nepotiane charissime, lapidato iam virginita-
tis libello, quem Sanctę Eustochio Romæ scrip
seram, post annos decem rursus Bethlehē ora
reserare, & confodiendum me linguis hominū
prodere.] Apertius in Præfatione libri de Spi-
ritusancto. Pharisæorū conclamauit senatus,
& nullus Scriba, vel fictus, sed omnis, quasi
indicto sibi prælio doctrinarū, aduersum me im
peritię factio cō iurauit.] Et ad Demetriadē Vir
ginē: Ante annos circiter triginta, de Virgi-
tate seruāda edidi librū, in quo necesse fuit mi- H
hi ire contra vitia, & propter instructionē vir-
ginis, quā monebā Diaboli insidias patefacere:
qui sermo offendit plurimos, dum vnus quisq;
intelligens, quod dicebam, non quasi monito-
rem libenter audiuit, sed quasi criminatorem
sui operis auersatus est. Veruntamē, quid pro-
fuit armasse exercitum reclamantium, & vul-
nus conscientiæ dolore monstrasse? Liber ma-
net, homines perierunt.] Hæc ipse. Postremò,
quæ in eūdem æmulorum factio struxerit hoc
ipso capite, ex proprijs eius verbis habe-
tur, quibus ait: Infamiam falsi criminis impo-
suerunt: Esto, crediderunt mentienti, cur

A non credunt neganti?] quibus manifestò se in iudicium quoq; capitis vocatum astruit. Igitur mente nunc vnusquisq; perlustret, si acerbissimi odij semina, septem tantùm mẽsium spacio, & iactari, & confoueri, & in extremum vsq; excrescere quiuerint, vt in iudicio etiã, corãq; tribunalibus eius perfidia vulgaretur: an vero longiori idipsum contigerit interuallo. Sed de his in præsentiarũ satis; reliquas nunc Hieronymi in textu explicatas res gestas commentarijs prosequamur.

1 *Si tibi putem gratias a me referri posse, non sapiam.* Ita exorditur Epistola, in ordine, vt dictum est nonagesima nona. Prodit autem

B ex se apertè, quo loco, quo ve consilio conscripta sit: illum quidem verbis [Hęc mi domina Asella, cùm iam nauem conscenderem, raptim flens, dolensq; conscripsi:] hoc verò ibi [Ora autem, vt de Babylone Hierosolymam regrediar.] Et pulchrè se Hieronymus in eius exordio ad plenam gratiarum actionem in tantã virginem minus aptum affirmat, cùm tantæ virtutis sit detractoribus aures præcludere, quòd humanarum non sit virium paria omninò reddere.

2 *Potens est Deus super persona mea Sanctæ animæ tuæ restituere, quod meretur.* Deus quippe solus est, qui virtuti eiusmodi ęqualia red-

C dere valet præmia: cuius & præstantiam optimè nouit, qui dixit: *Detrahentiũ labia sint procul* Prou. 4.

a te. Et infra: *Cum detractoribus ne misceearis,*

Pro. 24. *quoniam repente veniet perditio eorum, & ruinam vtriusq; quis nouit?* Pauci reuera sunt, qui huic vitio renuncient, raròq; inuenies, qui ita vitam suam irrepræhensibilem reddere velint, vt non libenter repræhendant alienam; tantaq; huius mali libido mentes hominum inuadit, vt etiam qui procul ab alijs vitijs recedunt, in istud passìm, quasi in extremum Diaboli laqueũ incidant. Vnde & meritò Propheta Domini, non solum audire detrahentes, ne cum illis mergeretur in infernum nolebat, quin & illis infensissimus erat, eosq; insectaba-

D tur, vt a tanto facinore liber ageret. *Detrahentem* (inquit) *secretò proximo suo hunc persequebar.*

3 *Ego enim indignus, nec æstimare vnquam potui, nec optare, vt mihi tantum in Christo largireris affectum.* Est sane grande, & subtile ar-

Ep. 14. tificium (vt ad Celantiam scribitur) laudare alium in commendationem sui, & decipiendo, animum sibi obligare deceptu, quodq; hoc maximè vitio agi solet, fictas laudes certo precio vendere. At non ita Hieronymus: Virginem namq; Deo dicatam laudibus extollens, ipse ab illa sapientia, quæ eum in forma Dei esset, exinaniuit se, formam serui accipiens edoctus, humilimè de se nunc loquitur, abiectissimè de E se cogitat, & cæteros tanquam longè meliores se, præconijs vndiq; exornat. Discipulos olim proprios ipse docuerat. Nihil (inquiens) Ep. 14. habeas humilitate præstantius, nihil amabilius. Hæc est enim præcipua conseruatrix, quasi custos quædam virtutum omnium: nihilq; est, quod nos ita & hominibus gratos, & Deo faciat, quàm si vitæ merito magni, humilitate infimi simus. Propter quod scriptura dicit.

Quanto maior, humilia te in omnibus, & coram Eccl. 3.

Deo inuenies gratiam. Et Dominus loquitur

per prophetam: *Super quem requiescam, nisi* Isa. 66.

super humilem, & quietum, & trementem verba

mea? Veruntamen humilitatem sequere, non F quæ ostenditur, atq; simulatur gestu corporis, aut fracta voce verborum, sed quæ puro affectu cordis exprimitur: aliud est enim virtutem habere, aliud virtutis similitudinem: aliud rerum vmbram sequi, aliud veritatem.] Expertus est vir sanctus quod monuit: impleuit, quod iussit; seq; indignum prorsus virgineo affectu cõtestans, & quælibet in se ab aduersarijs iactata, parua peccatorum suorum grauitate esse confirmans, nos æquè (doctrinę eius, institutiq; professores) humilitatis admonuit.

4 *Et licet me sceleratum quidam putent, & omnibus flagitijs obrutum.* Si Sanctissimi viri, & amici Dei, post diù probatã vitę sanctimoniã, post edita etiam miracula a detrahentium lin-

guis, non in silentio tantùm, sed in Concilijs, G & coràm omnibus inique dilacerati sunt, quę spiritus nostri pręsumptio, vt cũ in multis quotidie delinquamus, & in medijs culparum sirtibus periclitemur, ab eiusmodi serpẽtũ morsibus immunes nos fore credamus? Indignemur, si quispiam aduersus nos mussitet: si existimationem nostram, e curru triumphãtem detrahere studeat? Sit integer: sit sanctus: sit innocens quantumuis homo, fieri omninò nequit, vt absq; morsu hominum vitę pręsentis curricula illęsus pertranseat. Erant Apostoli Spiritu sancto pleni, vitam ab omni suspicione ducentes irreptęhensibilem, & tamen vt

scribitur: *Ibant gaudentes a conspectu concilij,* H Act. 5.

quoniã digni habiti sũt pro nomine Iesu cõtumeliã pati. Erat Ioannes Baptista pręcursor Domini in deserto, nouum planè vitæ genus ducens, & Baptismum pœnitentię pręducans, & tamen solitudini eius, vitęq; austeritati Iudęi detrahebant. Descendit tandem ipsum Patris Verbũ, Christus Iesus in mundũ, & eiusdẽ pariter turbas, consuetudinem, cibos, & potus ijdẽ criminati sunt. Cęterùm, quò maiorem quotidie rodentium rabiem experimur, eò nobis pleniorem expectemus a Domino reddẽdam mercedem. Crescat in nobis iugiter Christi

amor

A amor, crescat fides, illudq; Apostoli in cordibus repetatur: Si hominibus placerem, Christi seruus non essem] falsus rumor cito opprimitur, & vita posterior indicat de priore: Cito ignis stipulę conquiescit, & exundans flamma deficientib° nutrimẽtis paulatim emoritur. *Gal. 1.*

5 Et pro peccatis meis etiam hæc parua sint. Familiare hoc Sanctis omnibus, vt inter præsentis vitæ tribulationes, quæ aliàs perpetrarunt delicta ad memoriam reuocent; eiusmodi enim consolationis argumento, parua tunc omnia, quæ perferunt: quin potius iucunda, & veluti munera quædam praeciosissima iudicant.

B *6 Tamen tu benefacis, quòd ex tua mente, etiam malos, bonos putas.* Optimum reuera consilium, vt quando inquam linguam euitare non potes, non annuas, non consentias non credas. Vnde & ad Sancti Dauidis interrogationem, qua dicitur: *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requiescet in monte sancto tuo?* Merito Spiritus sancti voce respondetur: *Qui opprobrium non accepit aduersus proximos suos.* *Psal. 14.*

7 Periculosum quippe est de seruo alterius iudicare. Ratio affertur, qua præfati consilij prudentia, & æquitas demonstratur: Quandoquidem periculosum semper esse iudicium, C in sacris litteris edocemur. *Nolite* (inquit) *Saluator Dominus in Euangelio iudicare, & non iudicabimini: nolite cõdemnare, & non condemnabimini.* Et ad Corinthios Apostolus: *Qui autem iudicat me Dominus est. Itaque nolite ante tempus iudicare, quoadusq; veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium.* Ipse enim (vt in psalmo dicitur) *Solus finxit corda hominum, & intelligit omnia opera eorum.* Aliter liuor hominum, aliter conditor eorum iudicat: Non eadem sententia tribunalis eius, & anguli susurronum. Multæ hominibus viæ videntur iustę, quas postea prauas experimur: & testaceis vasculis thesaurus sæpe reconditur. D *Periculosum autem de alterius seruo iudicium*, hoc loco dicitur, vt ab Apostolo dictum vsurpatum intelligetemus: *Tu quis es, qui iudicas alienum seruum?* Domino suo stat, aut cadit: stabit autem: potens est enim Deus statuere illum. *Matt. 7.* *1. Cor. 4.* *Psal. 32.* *Rom. 14.*

8 Et non facilis venia praua dixisse de rectis. Recti dicuntur, qui latam mandatorum Dei viam excurrentes, neq; ad dexteram, neq; ad sinistram deflectunt: De quibus in canticis scribitur. *Recti diligunt te.* Et in Psalmo. *Latamini in Domino & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde:* Qui ergo de huiuscemodi ita peruersè loquitur, quasi tortuosè & prauè (prauitas enim rectitudini opponitur) *Cant. 1.* *Psal. 31.*

illi processerint, & de illis fuerint, de quibus dicitur: *Maledicti, qui declinant a mandatis tuis,* is procul dubio haud facilè veniam consequitur, non quòd Deus benedictus illi, pœnitentiam agenti, misericordiamq; humiliter ab eo imploranti ad culpam condonandam durus, & asper sit: sed quòd vndiq; in satisfactione reddenda consurgant summæ difficultates. Non enim dimittitur peccatum, nisi restituatur malè ablatum. Et certè, quid difficilius palinodiæ cantu? restitutione in integrum famæ malè ablatę? Quid factu laboriosius, quã semel imbibitam, maleq; conceptam opinionem ab hominum mentibus omninò delere? E *Psal. 118.*

quàm damna omnia in ipsos diffamatos illata æquè compensare? Qui deniq; eiusmodi viris detrahunt Balaam peiores sunt: enimuero is populo, cui benedixisset Dominus nunquam se maledicturum testatus est. Isti verò libentius, frequentiusq; in eos maledictis suis insiliunt, quos rectos & Deo charos norunt. F

9 Veniet, veniet illa dies, in qua & mecum dolebis ardere non paucos. Alienam vitam temerè iudicantibus extremi Iudicij dies, magnus, & terribilis, dies videlicet iræ, & calamitatis: in quo simul cœlum cum terra pauebit, cœlorum omnes mouebuntur virtutes, trementes erunt Angeli, simul cum Sanctis omnibus; & in quo singulorum vitæ discutientur discrimina, & merita apparebunt, breuiter nunc indicitur. Repetitio autem verbi *Veniet, veniet* maiorem aperit emphasim, durioremq; timorem incutit. Sic & Apostolus loco supra allegato, a falsis eiusmodi iuditijs cunctos auertẽs finale indixit iudicium, dicens: *Itaq; nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat Dominus, qui & illuminabit absconditia tenebrarum, & manifestabit consilia cordium.* G *1. Cor. 4.*

10 Ego probrosus, ego versipellis & lubricus, ego mendax, & Satanæ arte decipiens. Quid est tutius, hæc vel credidisse, vel finxisse de insontibus, an etiam de noxijs credere noluisse? Vniuersalis Iudicij denunciationi, ratio quoq; subiungitur ad comprobandum prefatam Virginem ex eo benefacere, quòd malos etiam, ex sua mente bonos arbitretur: & consequenter detractoribus, siue vera, siue falsa commentẽtur, nunquam esse credendum. Rationem verò ita videtur intexere: Dato etiam, quòd ego probrosus, ego versipellis & lubricus, ego mendax, & Satanæ arte decipiens sim, vt æmuli eri minantur; quid est tutius, hæc vel credidisse, vel finxisse de insontibus: an de noxijs etiã noluisse credere. Quasi inferat. Certè pro conscientiæ tranquillitate, securius est nunquam, de noxijs etiam noluisse credere. Igitur a fortiori; multò minus de insontibus, virisq; sanctis H

A ctis nunquam quid mali, vel est credendum, vel iudicandum (ne dicam fingendum.) Probrosus verò dicitur, qui omni infamia, omniq; dedecore notatus est. Versipellis, qui ad proximum decipiendum vertit pellem ne agnoscatur. De hominibus idgenus Saluator in Euangelio loquitur: *Attendite a falsis prophe-* Matt. 7. *tis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces*. Ductum putatur nomen ab his uiris, qui in lupos verti, rursusq; restitui sibi dicuntur. Vnde Virgilius

His ego sæpe lupum fieri, & se condere syluis
Mœrim sæpe animas imis excire sepulchris.

11 *Osculabantur mihi manus quidam, & ore* B *vipereo lacerabant*. Deosculationem pro veneratione accipimus, quos enim venerari, adorareq; solemus, eisdem & manum deosculamur, & capita submittimus, quod se Beatus Iob elementis, aut idolis fecisse negat. Hic autem æmulorum in se perfidiam retexere incipit Hieronymus. Cum igitur is in ipsa Vrbe quasi tuba altisonans, magnificus in sanctitate, & sapientia, mirabilis & prædicandus in cunctis operibus esset; annuntiaretq; impijs opera eorum, & peccatorum vincula ferrea, doctrinæ suę romphea confringeret, striderunt impij dentibus in eum, cogitauerunt & locuti sunt nequitiam aduersus eum: *Osculabantur illi* C *manus*, quia insignis eius eruditio & vitæ sanctitas venerabilem, & omni obsequio dignum reddiderat: Verùm post tergum vipereo ore lacerabant, quia eiusmodi virtutes, tum ipsorum inscitiam, tum vitę turpitudinem manifestabant. Non inconcinnè verò detractori os viperæ Hieronymus tribuit, cum in multis vterq; conueniat. Vnde & qui rerum scripsere naturas, viperam nequissimum bestiæ genus esse, atq; super omnia, quæ serpentini generis sunt callidius: Caput insuper inter cæteras feras (vt etiam Galenus testatur) perniciosius habere tradunt. Non aliter profectò, detractor, flagitiosorum omnium monstrum tetettimum est: cætera nanq; animalia propriæ D saltem speciei parcunt, hic verò in eandem magis insæuit. Nec immeritò capitis perniciosissimi arguitur, cum latens in eo, oreq; præsertim atrox venenum teneat. De quo Bernardus: Nunquid (inquit) vipera est lingua, quæ tres interficit statu vno? Lingua detractoris, tres interficit simul vno verbo: scilicet se, & eum qui audit, quando consentit ei: quandoq; etiam eum, cui detrahitur, quando peruenit ad eius notitiam. Viperæ concepto fętu pullos vtero conclusos intestina corrodunt, atq; discectis lateribus cum eius interitu prodeunt. Vipera in silentio mordet, tortuosè incedit, terram comedit: Detractor proximi proditor est: enimuerò retrò eum mordet, E quem præsentem amare se simulat: non detrahit nisi vbi de silentio confidit, & quemadmodum serpentes, verbis & tumultibus hominum terrentur, ita detractor ad aduentum personæ, cui detrahit, terrore concutitur: Tortuosè incedit, dum a laude eius incipit, cui vult detrahere; sed & terram comedit, dum quod terrenum & infirmum in homine est, carpit. Deniq; vipera mordicus hæret: detractor pertinaciter proximo aduersatur, eiusq; sanguinem ebibēs insatiabiliter tenet, ac deuorat. De idgenus viperis loquitur Isaias: *Vipera & regulus volans:* Isa. 30. Et Ioannes in Euangelio: *Generatio viperarum,* Matt. 3. *quis ostendit vobis fugere a ventura ira?*

12 *Dolebant labijs, corde gaudebant*. Non F detractionis tantùm vitio Hieronymi hostes laborasse, sed & adulationis macula fuisse respersos ex his ostēditur. Cæterùm detractorem omnem atq; maledicum simulatorem etiam esse nuperrimè monuimus. Adulantium autem hoc proprium: vt aliud corde, aliud ore profiteantur: osculentur manus, morsus infigant: iungant dexteram, sinistra iacula contorqueant, sicut in Psalmo scribitur: *Molliti* Psal. 54. *sunt sermones eius super oleū, & ipsi sunt iacula.* Semper virtutes, felicitatē, atq; gloriam genus istud hominum, & hostium omnium perniciosissimum sequitur. Definiturq; a Philosophis adulator hostem esse occultum & blandum, G quo si quidpiam in rerum natura flagitiosius sit, sententiam ferat, qui mentis est compos. Pulchrè nostrorum temporum auctor, præsentis sæculi calamitates intuens, hæc litteris prodidit: Creuit hoc in nostra ætate vitium & in vltimo fine stetit, vltraq; augeri non potest. In hoc omnes nos scholam, studiumq; dedimus, vt officium putemus illudere, sapientiam decipere, prudentiam neglecta veritate mentiri.]

13 *Videbat Dominus, & subsannabat illos, & miserum me seruum suum futura cum eis iudicio reseruabat*. Veram hanc, certamq; aduersus detrahentium venena Sanctis viris tunc reli- H quit Christus antidotum (spem nimirum æternæ retributionis in futuro iudicio) cum ait: *Beati estis, cum vos maledicent, & persequentur* Matt. 5. *& dicent omne malum aduersum vos propter iustitiam: Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis*. Hac spe recreatus Apostolus illud frequenter repetebat. *Fidelis* 1. Tim. 4. *sermo: in hoc enim laboramus, & maledicimur, quia speramus in Deum viuum, qui est Saluator omnium, & maximè fidelium*. Porrò adulatores, atq; detractores Dominus subsannare dicitur, non quod is reuerà quempiam subsannet, aut derideat: sed quod nos miseros eiusmodi

pecca-

A peccata perpetrantes, subsanatione digna cõmittamus. Subsannatio namq; propriè, rugata fronte, & contracto naso exprimitur, quod de Deo corporaliter existimare omninò nefas est. Quin & in grauibus viris, id quoq; repræhensione dignum censetur. Ab humanis ergo exemplis Dei affectus nos discimus.

14 *Alius incessum meum calumniabatur, & risum.* Nunquam soli præstantes virtute viri incedunt, comites semper habent liuorem, inuidiam, & similia, quæ veluti operum omnium intentissimi exploratores, eorum gressus dinumerant, singulas actiones obseruant, &
B prolabentia vsq; sistere nitũtur verba, vt cũcta deinceps ludificentur. Risum præterea criminantur, non quod in sapientum ore virorũ is abundet, de quò & scribitur *Risum reputaui*
Eccl. 2. *errorem*: Et cui Dominus comminatur: *Væ*
Luc. 6. *vobis qui ridetis*: Sed ideo risum damnant, si quando mediocri vix modestaq; hilaritate sancti viri ora perfundant: quod & sine peccato fieri posse scriptura testatur dicens: *Sapiens autem tacitus ridebit.*

15 *Et ille vultui detrahebat:* Profectò, si Dei serui formosis vultibus essent: si rubentibus buccis: si crassi, nitidi, calamistrati, dealbati, lineis, ac sericis vestibus induti: si deniq; annulis radiarent, & calceis crepitantibus, vti
C sponsi procederent, mundus vtiq; illos exciperet, & tanquam proprios diligeret. At quoniam in luctu, & squalore sunt, pœnitentiæ operibus carnem macerant, abiectis vestibus, fuscisq; cucullis teguntur, iniurijs prouocati, calumniam non reddunt, sed in solitudine taciti degunt, diabolico spiritu eorũ tectis operibus (quorum fructu ipsi exciderunt) inuidentes, affectata apud eosdem esse omnia conclamant: Vultum, habitum, mores, pestifera simulationis, hypocrisisq; labe compicta omnia lacerant.

16 *Hic in simplicitate aliud suspicabatur.* Si
D virtus absolutè simplicitas esset, non vtiq; in ea quid peruersi vnquam suspicandi nacti fuissent in Hieronymum aduersarij occasionem; At quoniam ad opposita esse potest, hinc omnis circa ipsanmet suspicio. De ea ita Hieronymus: Prudentia absq; simplicitate malitia est, & simplicitas absq; ratione stultitia nomi-
In Os. natur.] Et Beda. Simplicitas (inquit) sine rectitudine dissoluta est & stulta: rectitudo autẽ sine simplicitate austera nimirum existit, & dura: verum vtraq; virtus coniuncta, perfectum reddit hominem. Vnde & de Beato Iob dicitur, quod erat simplex & rectus. Simplex videlicet per innocentiam mansuetudinis: rectus cautela discretionis. Simplex, quia nullum lædere, imo prodesse desiderabat; rectus, quia se a nullo corrumpi permittebat.] E

17 *Penè certè triennium cum eis vixi.* De tempore, quo Hieronymus Romam se contulit, quouè in ea mansit, iam superiori capite, & initio huiusmet explicatum est, & rursus inferius. De eius æquè ab eadem recessu, supra etiam, capite tertio.

18 *Multa me virginum crebrò turba circundedit.* Quamuis toto, quo idem ipse Hieronymus Romæ degebat tempore fœminarum cõsortium deuitaret, quin & earum omnem aspectum refugeret, non ita, vt sibi in animo induxerat, sed aliter, e contrarioq; prorsus, diuina disponente gratia actitatum est: Quandoquidem in sacrarum expositione litterarum longè is felicior in fœminis, quàm in viris F
euasit. Prima omnium Marcella fuit, de qua Ep. 16.
idem ad Principiam virginem scribit: Cum verecundè nobilium fœminarum oculos declinarem, ita egit (Marcella scilicet) secundum Apostolum *importunè opportunè*, vt pudorem 2. Tim. 4.
meum sua superaret industria. Et quia alicuius tunc nominis esse existimabar super studio scripturarũ, nunquam conuenit, quin de scripturis aliquid interrogaret: nec vt statim acquiesceret, sed moueret e contrario quæstiones, nõ vt contenderet, sed vt quærendo disceret earũ solutiones, quas opponi posse intelligebar. G
Quid in illa virtutũ, quid ingenij, quid sanctitatis, quid puritatis inuenerim, vereor dicere, ne fidẽ credulitatis excedã, & tibi maiorẽ dolorẽ incutiam, recordanti quanto bono carueris. Hoc solum dicam, quod quidquid in nobis longo fuit studio congregatum, hoc illa libauit, didicit, atq; possedit, vt post profectionem nostram, si in aliquo testimonio scripturarum esset oborta contentio ad illam iudicem pergeretur.] Deniq; quantum, & eius doctrina, & fidei ardor Ecclesiæ Romanæ profuerit, quando cunctis tacentibus ipsa se murum obiecit, ne Origenis hæreses iam in Vrbem inuectæ, vnà cum Periarchon a Rufino translato H
radices figerent, in Apostolicumq; thronum irreperent, idem latè eodem in loco prosequitur. Porrò tantæ fœminæ, Albina quoq; eius mater discendi cupidissima copulata eũdem Hieronymum frequenter adijt, de qua ipse: Certè cum Romæ essem, nunquam tam festina me vidit, vt non de scripturis aliquid interrogaret, neq; verò more Pythagorico quidquid respõderam rectum putabat, nec In Præf. ad Gal.
sine ratione præiudicata apud eam valebat authoritas, sed examinabat omnia, & sagaci mente vniuersa pensabat, vt me sentirem non tam discipulam habere, quàm Iudicem.] Huic accessit Principia virgo, Marcellæ gregalis indiuidua, quam primam omnium, vna

Xx cum

A eum ipsa Marcella in Vrbe Monastica vitam suscepisse idem scribit. Mox Asella, dehinc Felicitas, Læa, postremò Paula, Eustochium, & aliæ quànplures, tum viduæ tum virgines, genere clarissimæ omnes, æquè ac sanctissimæ eiusdem Hieronymi habitaculum, vt ab eo erudirentur frequentare consueuerunt. Verũ rei nouitatis insimulat* obtrectatores ipsos hac tandẽ responsione cõuicit: Si viri de scripturis quærerent, mulieribus nõ loquerer.] Et paulò infrà: Sequuntur mulieres Saluatorem, & ministrant ei de substantia sua. Ille, qui de quinq; panibus, quinq; millia hominũ, exceptis mulieribus, & paruulis aluit, escas sanctarũ mulierũ B nõ recusat accipere: cũ Samaritana loquitur ad puteũ, & saturatus conuersione credentis, cibos, qui coempti fuerant, negligit. Apollo, virum Apostolicum, & in lege doctissimum Aquila & Priscilla erudiunt, & instruunt eum de via Domini. Si doceri a fœminis non fuit turpe Apostolo: mihi quare turpe sit post viros docere & fœminas?]

19 *Diuinos libros, vt potui, nonnullis sæpe disserui.* Qui nam in specie hi libri essent, quos in communi sanctis hisce fœminis explanauit, Psalterium inprimis dicas. Ex proprijs eiusdem verbis, nimirum: Cum hora fermè tertia Epist. 24. hodiernæ diei septuagesimum secundum psalmum, idest, tertij libri principium legere cœpissemus, C & docere cogeremur tituli ipsius partem ad finem secundi libri, partem ad principium tertij libri pertinere, repentè nobis nuntiatum est Sanctissimam Læam exisse de corpore, ibiq; ita te palluisse conspexi.] Ex quibus nõ Marcella tantũ, sed & reliquæ supracitatæ fœminæ eiusmodi interpretationi tunc præsentes intelliguntur. Disseruisse præterea, rogatu præsertim S. Blesillæ Ecclesiasten, testatur idem Eustochio sorori scribens in hunc Ep. 116. modum: Memini me ante hoc fermè quinquennium, cùm adhuc Romæ essem, & Ecclesiasten Sanctæ Blesiæ legerem, vt eam ad cõtemptum mundi huius prouocarem, & omne quod in mundo cerneret putaret esse pro nihi- D lo, rogatum ab ea, vt in morem Commentarioli obscura quæq; dissererẽ, vt absq; me posset intelligere, quæ legebat: Itaq; quoniam in procinctu nostri operis subita morte subtracta est, vobis reddo, quod debeo.] Præ cæteris verò quànplura docuisse Marcellam, ac præsertim decẽ voces, quibus apud Hebræos Dei nomen appellatur, ex proprijs eiusdem scriptis compertum habetur. Explicuit eidem dictiones hebraicas: Alleluia, Maranatha, necnon Diapsalma Græcam vocem, ac tractatum, de blasphemia in Spiritum sanctum: quæ singula litteris ab eo æquè consignata inter eius opera leguntur. E

20 *Lectio assiduitatem.* Et hoc ideo, quoniam festino gradu ad magistros boni discipuli pergunt, eorumq; iugiter limina terunt.

21 *Assiduitas familiaritatem.* Idem ex Pro Deiotaro. eloquentiæ, parente: Consuetudo familiaritatem affert. Similitudo itèm familiaritatis est causa, perinde ac ex aduersò Dissimilium infida dicitur societas: & propterea sancto viro moribus similes sanctæ quoq; fœminæ familiaritate iunguntur, de quibus Apostoli præceptũ est: Vt superabundanter habeatis in charitate eos, qui huiusmodi sunt propter opus suum.

22 *Familiaritas fiduciam fecerat.* Tertio F doctori a discipulis fidem adhibendam nemo ignorat: In cuius quoq; testimonium vulgaris resonat sententia: Oportet addiscentem credere. At quã castè, quàm sincerè in his omnibus se Hieronymus gesserit mox subiungit.

23 *Dicant, quid vnquam in me aliter senserint, quàm Christianum decebat?* Recta conscientia ab alicuius oculis non abhoret: angulos detestatur: sermonem silentem nescit: palam loquitur, quod corde tenet, & ideo quos in publico fœminarum congressu arbitros sui Hieronymus adhibuit, illos securus nunc interpellat. Felix quidem conscientiæ puritas, quæ inter rabidos oblatrantium greges, immobilis & fixa securitate potitur: cui veritas & iustitia G fiduciã tribuentes tantum audet, vt proprios et hostes in sui testimoniũ, & iudiciũ aduocet: Tantum præsumit, vt sola hostium multitudine non terreatur. Interrogatus Bias quænam res in vita metu careret: Bona conscientia, respondit. Efflagitatus Periander, quid esset libertas: Recta conscientia, inquit. Socrates rogatus, quinam tranquillè viuerent: Illi (inquit) qui nullius absurditatis sibi conscij sunt. Diogenes item, illum minimè timidum, animosum autem maximè, qui nullius mali sibi conscius foret, affirmauit.

24 *Pecuniam cuiusquam accepi? munera vel parua, vel magna non spreui? in manu mea aes* H *alicuius insonuit?* Radicem omnium malorũ auaritiam definit Apostolus, quæ quanuis ab omnibus Christifidelibus, a doctore tamen, & sacri verbi præcone longè potissimum eiusdem Apostoli exemplo arcenda est: *Argen-* Act. 20. *tum enim (*inquit*) & aurum nullius concupiui: ipsi scitis.* Quiddam huic simile in libris Regum memoriæ proditum legimus exemplum: Cùm nimirũ in medio populi iudicio Sanctus Propheta Domini contẽdens dixit. *Loquimini* 1. Reg. 12 *de me corã Domino, & coram Christo eius: Vtrum bouem cuiuspiam tulerim, aut asinum: si quempiã calumniatus sum, si de manu cuiusquam munus accepi, & contemnã illud hodie, restituamq; vobis.*

Igitur

A Igitur eodem none vſus argumento Hierony-
mus: *Pecuniam inquit cuiuſquam accepi?* Quin
non argentum tantùm, aut aurum ſe reieciſſe,
ſed & tenuuta quæq; alia fuiſſe deteſtatum ex
eo declarat, quòd crebra munoſcula, & ſuda-
riola, & faſciolas, & his ſimilia, Sanctum amo-
Epiſt. 2. rem non habere ſæpios teſtatus ſit. Contraria
ſanè doctoris Eccleſiaſtici inſtituto Philoſophi
illius ſeotentia eſt, qui a diſcipulis, rudibus
quidem ingenio, ob oimium, qui in illis inſtru-
endis, laboris adhibetur: promptioribus verò
e contra, atq; ſubtilibus, ob multas quas addi-
ſcunt litteras, multum etiam pecuniæ extor-
quendum eſſe affirmauit.

B 25 *Obliquus ſermo.* Monetur ſecundo fę-
minarum ioſtitutor honeſtatis & caſtimoniæ,
ne videlicet aliquando, vel verborum obſcuris
anfractibus, vel oculorum furtiuis nutibus per
eum ſuſpicio contiogat oriri: Quandoquidē
duobus hiſce potiſſimum cordis puritatem la-
befactari ex ſacris litteris inſtruimur. Qui
enim fieri poteſt, vt is ſimplex & rectus, ac ti-
mens Deum dicatur, cuius ſermo obliquus,
verba ambigua, atq; obſcuta ſunt? Ex fructi-
Matt. 7. bus eorum, Saluator inquit, cognoſcetis eos:
Matt. 12. Et: *Ex abundantia cordis os loquitur.* Pro in-
dicio nanq; qualitatis interioris hominis ſunt
verba erumpentia. Et quemadmodum exi-
C guæ rei cupido latentem auaritiam indicat: ſic
callidus, obſcurusq; ſermo pollutam hominis
mentem. Vnde & hunc ipſum minis Salomō
inſectatus in prouerbijs loquitur: *Sermo obſcu-*
Prou. 26. *rus in vacuum non ibit.* Et alibi. *Maledictum*
fruſtra prolatum in quempiam ſuperueniet.
Opprimet quidem illud aliquando proferen-
tem, quoniam qui de verbo, etiam otioſo a no-
bis in extremo iudicij die rationem exquiret,
ſermonem multò magis obliqua mente prola-
tum ioiudicatum non prætetibit. Ideo verò
omnis ille ſermo obliquus dicitur, qui non rec-
ta inteotiooe profertur: Omnis quippe huma-
na actio denomioationem ſortitur ab intentio-
ne, quæ ſi recta erit, hoc eſt, a diuina regula
D noo deſflectet, opus vtiq; rectum: quod ſi in-
flexa atq; tortuoſa, idipſum æquè obliquom
appellabitur.

26 *Oculus petulans fuit?* Certè a prædictis
omnibus expurgari cōtendens Hieronymus a
detractoribus, ex oculorum id indicio maxime
exoptabat, quippe quod omniū certiſſimum,
atq; exploratiſſimū. Et quidem mentis noſtræ
oculi ſunt ſpeculum, nec illis diſſimulari con-
ſcientia poteſt: cordis arcana produnt, & ip-
ſa mens laſciua ex eiſdem potiſſimùm geſtit
ſemper erumpere: Non enim ex Augustini
teſtimonio, ſolo tactu; ſed affectu & aſpectu
appetitur, & appetit concupiſcentia fęmina-
rum: Nec dicatis vos habere animos pudicos, E
ſi habeatis oculos impudicos, quia impudicus
oculus impudici cordis eſt nuntius. *Annuens*
oculo (Salomon inquit) *dabit dolorem: digna* Prou. 10.
factis ſupplicia recipiet, quoniam abominatio
Domino defigens oculum. Tam grandem præ-
ueniens Propheta Domioi dolorem iugi dilu-
tus fletu clamabat. *Oculus meus deprædatus eſt* Thr. 3.
animam meã: enimuerò ex eo tanquam corpo-
ris oſtio non tantùm cordis ſecreta prodeunt,
ſed eundem concupiſcentiæ mors ad depræ-
daodam miſeram animam ingreditur: ſcri-
ptum quippe eſt: *Ecce mors aſcendit per fe-* Hier. 14.
neſtras veſtras. Huc ſpectat, quod ſumm[illegible] om
nium Chronista, ſæuum atq; attrox vulnus po
ſteritati aliàs a primis parentibus importatum F
deſcribens, loquitur: *Vadit mulier, quod bonum* Gal. 3.
eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis,
aſpectuq; delectabile, & tulit de fructu eius, &
commedit. Certè inuictiſſimus ille heros, qui
nullo vnquam tentationum molimine, aut in-
flexus, aut concuſſus eſt, oculos illos habens:
de quibus Saluator meminit: *Si oculus tuus fue-*
rit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit: ne Matt. 6.
unquam eoſdem hoſtis aggrederetur, aut per
incuriam aliquando morti parentes excæca-
ret, ſapienter planè ſe geſſit, dum ait: *Pepigi*
fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de Iob. 31.
virgine: Enimuerò, vt cordis cogitationes ca-
ſtè ſeruare poſſet, fœdus cum oculis pepigit, ne
prius incautè aſpiceret, quod poſtea inuitus
amaret: Oculos raptores ad culpam fœdere
obſtrinxit, ne diſſoluta ad laſciuiam mens pro- G
na coofugeret: oculos deniq; erga viſibiles ſpe
cies firma pactione deuinxit, vt ad inuiſibilia
mens ipſa ſecurior accederet. Igitur vt cordis
munditia cuſtodiatur, oculorum quoq; diſci-
plina ſeruanda eſt: quantacunq; enim grauita-
te mens vigeat, niſi ioterioris hominis oculi
grauitate comprimantur, exterius ſemper ob-
ſtrepunt, & ad leuia quęquæ mentem enetuē
trahunt.

27 *Nihil mihi aliud obijcitur, niſi ſexus meus.*
Hæc vna tandem omnes in Hieronymum iac-
tatæ calumniæ concluduntur. Porrò ſexum
fęmineum ab aduerſarijs ſibi in crimen addu- H
ctum, proprium Hieronymus dicit, vt proprijs
itidem aduerſantium verbis vtatur: perinde
ac paulò ſuperius, cum dixit *ego probroſus: ego*
verſipellis & lubricus: Ego mendax, & Satanæ
arte decipiens. Vide io quantam liuor erum-
pat amentiam: quaſi iam vir eſſe deſijſſet, fę-
minarumq; ſexum mutuatus fuiſſet, vir ſan-
ctus, oon effeminatus, ſed de fęminarum nu-
mero & ſexu, communi voce vuolgatur.
Videbant illum quidem ad ſanctas fęminas
frequentes Epiſtolas, libroſq; conſcribentem:
audie-

A audiebant illum multas earundem laudibus sæpè celebrantem: eas alloquentem: docentem: in illarum pium obsequium desudantem: Habebant in singulos dies ad eius domicilium fęminarum concursum ante oculos: Illum mulierum, Illum virginum turba circundatum obseruabant: his omnibus dissecati cordibus Innocentem strophis eiusmodi subsannabant.

28 Et hoc nunquam objcitur, nisi cùm Hierosolymam Paula, & Melania proficiscuntur. Non prius insanabilis vlceris tumor erupit, quàm Paula & Melania Hierosolymam se contulerunt: tunc pectoris omnia venena sæuum,
B execrabileq; inuidiæ monstrum profudit, & cum intestinis omnibus oculos ipsos euomit. Quòd verò Melaniæ, nunc atq; Paulæ mentio coincidat, non ita accipiendum est, ac si vtraq; vnà simul Roma Hierosolymam nauigarit. Apagè: ex communi enim scriptorum sententia, vtrunq; & Hieronymum videlicet, & Paulam præcessit. Extat eiusdem Hieronymi testimonium Epistola vigesima quinta ad eandē Paulam, super obitu Blęsillæ filiæ, quo dicitur: Sancta Melania nostri temporis inter Christianos vera nobilitas, vnico filio possessione concessa, ingruēte iam hieme Hierusolymam nauigauit. Ideo verò Melaniam nunc Hierony-
C mus commemorat, quòd tum ex profectionis eius occasione, tum Paulę ad idem iam iter capesceudum expeditæ, æmuli eundem calumniandi ansā arripuissent. Cæterùm quanto tempore Melania Hieronymum præcesserit, non satis scriptoribus compertum est. Palladius Roma eam discessisse, in Aegyptumq; (In Lausiaco c. 33.) ipso exordio Valentis & Valentiniani Imperatorum contendisse scribit. At ex Hieronymi Chronicon, sub anno decimo eorundem, hæc habentur: Melania nobilissima mulierum Romanorum, & Marcellini Consulis quondam filia, vnico Prætore tunc Vrbano filio derelicto, Hierosolymam nauigauit, vbi tantatū virtutū, præcipueq; homilitatis fuit miraculo, vt The-
D clæ nomen acceperit:] hęc ibi. Porrò Valentis & Valentiniani imperij exordium, secundum Baronium anno Christi trecentesimo sexagesimo quarto, sub initio adscribitur: Annus verò decimus eorundem in annum Christi incidit trecentesimū septuagesimū quintū. Siritij deniq; annus secundus, quo supra eundē Hieronymum Roma migrasse probatum est, eiusdem Christi Domini annus trecentesimus octogesimus sextus numeratur. Igitur ex prędictis omnibus iuxta Palladij testimonium Melaniæ nauigatio, Hieronymi ab Vrbe profectionem annis viginti & vno præcessit. Iuxta verò eiusdem Hieronymi sententiam vndecim tantùm. Cæterùm quomodo hæc cum ipsius E
Hieronymi in textu allatis nunc verbis conueniant, prudens lector inquirat; non enim in his immorari, sed ad alia progredi consiliū est. Et quidem, si viginti vno anno, vel vndecim tantùm Melania Hieronymum præcessisset (quo tempore, nec dum Romam ipse contenderat, sed nec post multos annos) cur illi eiusdem Melaniæ, æquè ac Paulę recessus in crimen objciebatur? Vacabat is procul dubio culpa, si ad Melaniæ iter attendamus. Nec ipse Baronius prudentum virorum iudicio difficultatem ennodare videtur, dum scribit: (Tom. 4. sub Christian. 385) idcirco eidem Melaniæ peregrinationem contumeliæ loco fuisse exprobratam, quod eo F
tunc tempore vnà cum Paula illò iter arripuerat, quò & ipsa Melania aliquot ante annos ex Aegypto se contulerat. Quandoquidē, quid toti Vrbi de Melaniæ, vel itineribus, vel electis ab ea domicilijs, in remotissimis etiam Orbis terrę partibus constiterat? Quid ideo in culpa Hieronymus, vt tot ante annos nauigatio a fęmina exacta in crimen illi objceretur? Igitur in temporum ratione penes scriptores error sit, necesse est. Enimuerò non annorum interualla, sed mensium tantummodo, Melaniæ ac Hieronymi iter intercessisse, tum præsentis capitis præcitata verba, tùm inferius subiungenda declarant. Hęc de Melaniæ ab Vrbe recessus tempore. Nunc aliqua de eius moribus G
ac vitæ exitu perstringenda sunt.

De Melania ab Hieronymo interdum alienata.

MElania, de qua nunc sermo est, senior dicta, ad distinctionem Melanię iunioris, neptis eius, ac sanctissimæ fęminæ oībus, tum pręallegato Hieronymi in Chronicis, tum alijs SS. Patrū testimonijs vulgatissima, quò primū est celebrata, eò deinceps depressa, atq; deplorata est. Fuisse eam tantæ constantiæ asserit idem Hieronymus, vt siccis oculis virum suū, duosq; simul filios sepelierit. Alio mox superstite derelicto, in Aegyptum, Rufino Aquile- (Ep. 25.) H
iense comite contendit, quam & aliquandiù, non sine illic commorantium patrum solatio coluit. Verùm Didymi ibi Alexandrini, magni tunc nominis viri intima cōsuetudine vsa, illo propinante, Origenis venenum hausit. Laudarunt propterea, summisq; deinceps præconijs fęminam extulerunt Origenistæ, Palladius, Euagrius Ponticus, Rufinus, & alij, de quibus supra, Hierosolymam deinde profecta, Hieronymi quoq; disciplina cum sanctis alijs fęminis nonnihil erudita est; cęterum Romam regressa, augustiorisq; vitæ abiecto proposito, instar vxoris Loth retro conuertentis oculos

regressa,

A (vt Victorius scribit) in illius salis statuam conuersa est, de quo Christus. Si sal (inquit)
Matt. 5. infatuatum fuerit ad nihilum valet vltrà, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Hic idem feminæ lapsus a Baronio, Tomo quarto Annalium Ecclesiasticorum, sub anno Christi trecentesimo nonagesimo tertio lugetur: Quamuis postmodum Tomo quinto eandem vnà cum Melania nepte, Albino, & Vrbano filio iterum Roma (Alarico eam Gothorum rege deuastante) in Africam, mox Hierosolymam nauigasse, ibiq; intra quadraginta dies e vita excessisse (cum prius tamen Origenis patrocinium, doctrinamq; de-
B testata fuisset, nec non Romanæ Ecclesiæ, ac Hieronymo reconciliata fuisset, idem ipse tradat. Cuius opinio ex eo probari videtur, quòd illam Sanctus Augustinus, illam Sanctus Paulinus Nolanus Episcopi tunc peregrinantem inuiserint, & præconijs celebrarint. Additur quòd Hierosolymam appulsa ab Hieronymo hospitio recepta credatur: quandoquidem de Melania iuniore, ac Apiniano viro eius, nec non Albino, Epistola septuagesima nona verba faciens, inquit: Sancti filij communes Albinus, Apinianus, & Melania plurimum vos
C salutant. Vero igitur simile est, eandem cæteris quoq; comitibus copulatam (vno Vrbano excepto, qui in Africa morte sublatus iam fuerat) apud Hieronymum diuertisse, post cuius æquè transitum conscripta Augustino creditur ipsa Epistola. Perperàm eandē ab Equilino in Sanctorum Catalogo referri plerisq; persuadetur. De Melania iuniore in Sācta Bethlehem sub eiusdem Hieronymi disciplina, cum nonaginta virginibus profitente, mentio habetur Libro secundo de Origine Ordinis nostri. Eiusdem memoriam singulis annis pridie Calendas Ianuarij Martyrologium Romanū recolere consueuit.

D

COMMENTARIVS.

29 *Esto, crediderunt mentienti: cur non credunt neganti? idem est homo ipse, qui fuerat; fatetur insontem, qui dudum noxium loquebatur.* Quis iste præ cæteris primùm mentiens, mox negans fuerit detractor, neq; hoc loco, neq; alibi explicatur. Nonnulli seruulum quendā ex propria Paulæ familia: alij rumigerulum, vel alium quempiam homunculum, qui ob acceptam ad id pecuniam Hieronymum turpiter diffamabat, fuisse scribunt. Sed quisquis fuerit, non multum refert. Porrò præfatam turpitudinis illi calumniam illatam ortam hinc credit Victorius, quod idem Hieronymus nobiles, ac diuites matronas lucri & amoris inhonesti causa, sanctioris vitæ prætextu Hierosolymam ducere putaretur: subornatumq; propterea, quò facilius res crederetur asserit quempiam rumigerulum, qui se nescio quid inhonesti de Sancto cum Paula vel vidisse assereret. Sed de hoc, & capite secundo actum est. E

30 *Et certè veritatem magis exprimunt tormenta, quàm risus:* Eò demum malignantium omnium peruenisse declaratur iniquitas, vt non in angulis amplius, aut publicis ciuium cōgressibus, sed ante quoq; iudicum tribunalia Hieronymi decus publicis actis subobscuratū sit. Conuincitur hoc planè ex his, quæ paulò superiùs habentur: nimirum. *Esto crediderunt mentienti, cur non credunt neganti?* siquidem F
eiusmodi criminis accusator sub tormentis coactus dicere veritatem, omnino negauit, quod prius affirmauerat. Vides igitur ex prædictis omnibus, ipse lector, quod quemadmodum in hac vita, a detractionibus immunis nemo vnquam euasit; sic Sanctis, Catholicisq; viris nequissimos homines maculas illas vt plurimum inferre consueuisse, quæ & facilius crederentur, & indelebilius hominum mentibus infigerentur: ex quarum numero cùm libidinum nota præcipua sit, hinc vtiq; etiam accidit, quod illis in ea abstergenda totum negotium facessitum sit. Nec Hieronymo tantùm, G
sed magno quondàm etiam Athanasio, nec non Damaso Summo Pontifici, atq; alijs quāplurimis eam ipsam fuisse illatam, historiæ produnt: dum hunc nimirum in Concilio Romano a calumnia se purgasse; illum in Concilio æquè ad Tyrum coacto, sibi obsistentem mulierem falsitatis conuicisse, referunt. Hoc tamen certò scias non fuisse opus Hieronymo coram iudicibus vltrà causam dicere propriā, cùm in ipso iudicij exordio ex accusatoris cōtradictione eius innocentia, vitæq; simul integritas apprimè ab omnibus cognita sit. In hoc Victorius communi scriptorum consensu erroris arguitur, quod hucusq; in Hieronymum H
descriptam persecutionem sub Damasi exitu commotam putarit: cum reuerà non sub Damaso, sed sub successore Siricio, teste etiam Baronio, eaipsa excitata, capitis huius initio, & ex paulò infra adducendis habeatur.

31 *Nisi quod facilius creditur, quod aut fictum libenter auditur, aut non fictum, vt fingatur, impellitur.* Respondet hisce verbis superiori quæsito, quod proposuerat nimirum. *Cur non credunt neganti?* Et quidem ita esse, quòd omnes libenter aduersus proximum conficta mendacia audiant, probat in singulis momentis experientia ipsa. Cur namq; hodie tam atrox malum procedit in mundo, fer-

A uetq; nonc in moltis, nisi qnia ab omnibus iam penè libenter auditur? Obturent omnes antes proprias ne audiant, [vel saltem credant, & illicò omnes a detractione cessabūt. Obtrectatoribus fauorem assensu non tribuant, vel eiusmodi vitium non nutriant annuendo, & eorū protinus linguę obmutescent. *Ventus* Prou.25. *Aquilo* (Salomon inquit) *dissipat nubes, & vultus tristis linguas detrahentium*. Sicut sagitta, si mittatur contra duram materiam nonnunquā in mittentem reuertitur, & vulnerat vulnerantem: iuxta illud: *Facti sunt mihi in arcum* Ps.7. *prauum*. Et alibi. *Qui mittit in altum lapidē, recidit in caput eius*: Ita detractor, cum tristem Eccl. 27. faciem viderit audientis: imo ne audientis quidem, B sed obturantis aures suas, ne audiat indicium sanguinis, illicò conticescit, pallet vultus, hærent labia, saliua siccatur.] Est quidem mirabile dictu, quantū vitium istud hominum mentes semper inuaserit: enimuero quos reliqua inflectere non valuerunt vitia, fortissimos quoq; viros istud aliquando deiecit. An non Sanctus Aaron? An non sancta Moysi soror Maria? & eorum tamen vterq; vitij huiusmet labe interdum pollutus iratum loquentem Dominum audiuit: *Quare non timuistis* Num.12. *tis detrahere seruo meo Moysi*. Timeat ergo vnusquisq; semper, ne labe huiusmodi conspergatur, C qua sanctos quoq; homines ea interdum non caruisse cognoscit.

32 *Antequam domum Sancta Paula nossem, totius in me Vrbis studia consonabant: omnium penè iudicio dignus Summo Sacerdotio decernebar*. Cum viuente Damaso Pontifice de Hieronymo per omnium ora circumuolitaret opinio, fore eundem in illius locum post mortem subrogandum, euidenter ex hoc accipio, Paulæ domum eum ipsum, agente adhuc Pōtifice non nouisse: enimuero, cognito eius domicilio, suppræssus protinus eiusmodi rumor, ex inferius etiam dicendis indicatur. Igitur ex eiusdem Hieronymi in Sanctarum Virginū, D atq; fęminarū confouendis ingenijs solerti studio, nec nō Paulæ dom⁹ ad sacros libros explicandos delectu, omne calumniæ genus peruersi homines deduxerunt. Atq; ita contigit, vt quos paulò ante, ipso sedente Damaso laudatores, & propriarum virtutū quasi præcones habuerat, in se detractores acerrimos cęperit, eo sublato experiri.

E

De Cardinalatu Sancti Hieronymi.

CONTROVERSIA XVII.

ANtequam domum Sanctæ Paulæ nossē, totius in me Vrbis studia consonabant: omnium penè iudicio dignus Summo Sacerdotio decernebat.] Hanc Hieronymi auctoritatem Baronius, qui eundem ex Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Collegio segregauit attentè considerans, simulq; ex Ecclesiasticis historijs, neminem eo tempore, aut ante, vel post, ex longo etiam annorum interuallo in Pontificem, qui prius ex Presbyterorū F Romanorum numero (quos nunc S. R. E. Cardinales dicimus) non esset, assumptum fuisse perpendens; ne tam euidenti testimonio eiusdem Hieronymi Cardinalitia dignitas conuinceretur, sinistra illud interpretatione, sequentibus infringere laborauit.

1 Ex his (inquiens) quòd dicat dignum Summo Sacerdotio æstimatum, opinati sunt puto, nonnulli eundem Hieronymum creatū fuisse a Damaso Papa Presbyterum Cardinalem, non intelligentes per summum sacerdotium, quemlibet Episcopatum disignari, vt pluribus in nostris ad Romanum Martyrologium notis palam fecimus. G

2 Sed & quòd intimè Damaso inhæreret, eam dignitatem existimant consecutum: quasi necesse fuerit, omnem qui ab Epistolis esset Summo Pontifici, fuisse Cardinalem; cùm de Sancto Prospero, auctore Gennadio certum sit in eodem ministerio vsui fuisse Sācto Leoni Pontifici, nec tamen Cardinalem extitisse.

3 Vel ex eo alij deduxerunt argumentum, quòd Sanctus Augustinus ad ipsum Hieronymum scribens hæc dicat: Quanquam secundū honorum vocabula, quæ iam Ecclesiæ vsus obtinuit, Episcopatus Presbyterio maior sit, tamen in multis rebus Augustinus Hieronymo minor est.] Sed quæ hæc multa? (dicit Baronius) accipe: quòd ætate grandior, cui plurimum H deferendum erat: quodq; Christianus a puero: quòd insuper linguarum peritia excellebat: quòd nulla aliqoando hæresi fuerit infamatus, vel spuria sobole auctus: quibus omnibus, Augustinum Hieronymo fuisse minorem liquidò constat.

4 Placuit Paulino Episcopo Antiocheno eundem S. Hieronymum ordinare Presbyterum, cui tamen sic ipse assensit, vt non pateretur alicui adscribi Ecclesiæ, quippe qui sic consentiret in Clerum adsciri, vt tamen nollet deserere esse Monachus, sed pro animi arbitrio liber, quo vellet pergeret.

Testa-

A Testatur id ipse Hieronymus, cùm a Ioanne Episcopo Hierosolymitano ipsius Ecclesiæ subijci tentaretur ad Pammachium scribens, ipsum Ioannem ita compellans: Porrò, quòd dicis, te petijsse, vt subijcerentur Ecclesiæ Dei, & non scinderent eam, neq; proprium sibi facerent principatum, de quibus dicas, non satis intelligo: Si de me, & Presbytero Vincentio: satis multo dormisti tempore, qui post annos tredecim nunc excitatus hæc loqueris: Ob id enim & ego Antiochiam, & ille Constantinopolim Vrbes celeberrimas deseruimus, non vt te in populis prædicantem laudaremus, sed vt in agris, & in solitudine adolescentiæ peccata
B deflentes, Christi in nos misericordiam deflecteremus. Sin autem, & de Pauliniano tibi sermo est, vides eum Episcopo suo esse subiectum, versari Cypri, ad visitationem nostram interdum venire, non vt tuum, sed vt alienum, eius videlicet a quo ordinatus est. Quòd si hic etiam esse voluerit, & in exilio nostro quietus in solitudine viuere, quid tibi debet nisi honorem, quem omnibus debemus Episcopis? Fac a te ordinatum: idem ab eo audies, quod a me misello homine Sanctæ memoriæ Episcopus Paulinus audiuit: Num rogaui te, vt ordinarer? Si sic Presbyterium tribuis, vt Monachum nobis non auferas, tu
C videris de iudicio tuo. Sin autem sub nomine Presbyteri tollis mihi, propter quod sæculum reliqui: Ego habeo, quod semper habui: nullum dispendium in ordinatione passus es.] Ex his vides (idem ait Baronius) nequaquam sustinuisse Hieronymum alicui, cum ordinatus est adscribi titulo, nec postea in aliquam referri Ecclesiam voluisse: imo de ambobus, nempe de Hieronymo, & Vincentio Epiphanius ad Ioannem scribens testatur, nec precibus adduci vnquam potuisse, vt vel saltem in Monasterio sacerdotis munere fungerentur. At si quod plerique dicunt idem Hieroymus a Damaso Papa factus est Cardinalis, tituli Sanctæ
D Anastasiæ, cur cum redigi vellet a Ioanne sub Ecclesia Hierosolymitana, nun æquè excepit, sicut de Ordinatione a Paulino facta, ita de Cardinalatu, quo dicunt a Damaso Romę donatum? Vel cur ex illa facta contestatione Paulino, se omnino liberum esse declarat, si postea a Damaso in titulum Cardinalis coaptatus est? Sed cùm omnino se liberum fateatur, nec vnquam tituli vinculo voluisse astringi testetur: Vide quomodo subsistat, vt fuerit ipse creatus a Damaso Presbyter Cardinalis. Da igitur Presbyterum Cardinalem sine titulo, & acquiescēt, qui de his dubitant, dicentibus Hieronymum ordinatum a Damaso Presbyterum Cardinalem: sunt enim correlatiua, & ad aliquid

E significantia antiquo more, Presbyter Cardinalis, & Titulus, vt alterum sine altero esse non valeat. Nec est quod fingere quis possit, Hieronymum postquam recusauit adscribi Ecclesiæ Hierosolymitanę venientem rursus Romã, passum a Damaso in titulum Cardinalis adscribi: nam illa Epistola, (vt ibi testatur) decimo tertio anno scripta est, postquam Hieronymus Hierosolymis commoratus est, totidemq; & amplius post obitum Damasi.

5 Sed, & contra hanc ipsam Hieronymi assertionem, auctor illorum sermonum, quos Augustino supposuit, & ad Fratres de eremo inscripsit (quisquis ille fuerit hac certè ex parte nonnisi impostor dicendus, cùm multorum
F mendaciorum Sanctissimum, ac doctissimum virum constituerit assertorem, vt in Notis ad Martyrologium Romanum demonstrauimus) hic inquam aduersus eiusdem Hieronymi assertionem, hæc habet: Legimus enim Fratres charissimi Sanctum Patrem Hieronymum Cardinalem fuisse in Ecclesia Sancti Laurentij Martyris.

6 Rursus verò alius ille anonymus auctor (tutius enim sine auctoris nomine produntur mendacia) qui scripsit Vitam Sancti Hieronymi, æquè Cardinalatus eius assertor est: sed quòd portentosis mendacijs consarcinatus sit G
libellus ille, suo loco dicturi sumus] Porrò hūc ipsum auctorem in suis ad Martyrologium Romanum Notis, Monothelitam hæreticum fuisse scribit.

7 Demùm, Ecce tibi, inquit, iam habes e quibus fontibus hausere recentiores scriptores, atq; pictores prototypum mutuari sunt.] Hæc itaq; (Lector) sunt, quæ Baronius in Annalibus Ecclesiasticis aduersus Hieronymi Cardinalatus propugnatores attulit argumenta. Verùm, quoniam ad textum propero, & quæstionem hanc operis huius fermè initio collibrani, non est quod diutius nunc immorer, &
dicta iam, superuacaneus iterùm ingeram; Rationibus allatis pro ingenij tantummodo paruitate facere satis enitar. H

Quòd igitur inprimis de duplici summi Sacerdotis acceptione opponitur, verum est Ad. 1.
quemlibet Episcoparum, nominum huiusmodi significatione designari: At cum frequentior semper vsus obtinuerit, Summum Pontificem, Romanæ Vrbis Episcopum, illis denotari, non sunt cōtentiosè alteri sensui, & minus accepto pro cōpertissimo verba applicanda. Eiusmodi verbis, Sūmū Pontificē cōsueuisse Hieronymū intelligere, declarant eiusdem verba aduersus Luciferianos, quibus ait: Ecclesiæ salus in Summi Sacerdotis dignitate pendet, cui si non exors quædam, & ab hominibus eminens de-

tur

A tur potestas, tot in Ecclesiis efficientur Schismata, quot Sacerdotes. Et ad Damasum.

Epl. 123. Aduersus quam inuidiam duplex me causa consolatur, quòd & tu qui summus Sacerdos es fieri iubes: & verum non esse quod variat, etiam maledicorum testimonio comprobatur] Accedit (vt Erasmum omittam, qui Romanũ Pontificem Summum tantùm Sacerdotem antiquitus vocatum scribit) communis scriptorum assensus, qui Hieronymi eadem verba, pro summa, ac Pontificia dignitate interpretati sunt: Victorij, Equilini, Incerti, & cæterorum, qui eiusdem vitam conscripserunt. Præterea, quòd Baronij ab te prorsus, & Hierony-
B mi consilio, verborum eiusmodi interpretatio sit, vnusquisq; per se ex eo facilè iudicare potest, quòd in ipsa Vrbe se dicat Hieronymus omnium penè iudicio summo sacerdotio dignum acclamatum: at cùm in ea nullus Summus Sacerdos, nisi Summus Pontifex, & Christi Vicarius dicatur: consequens etiam est, vt de eo tantummodo verborum sensus sit. Addatur: Si Hieronymi verba de simplici tantùm Episcopatu intelligenda essent, quid tam magnum & portentosum ad eundem promoueri fuisset, vt propterea totius Vrbis studia in eum consonare, & vniuersi Cleri Romani voto probari electio debuisset? Sed quid plura? Si Vrbiũ
C Episcopi tunc temporis, ex communi,* tùm
* assensu plebis, tùm Cleri Diocesani assumi, & sic assumpti auctoritate Apostolca confirmari consueuerant, ad quid Hieronymus, si de eiusmodi dignitate locutus fuisset, vniuersali Vrbis Romæ studio, ac voluntate in se mentionem fecisset? Quid illi omnium penè Romanorum acclamatio suffragata fuisset? Igitur, non de simplici Episcopatu, sed summa, ac Pontificia dignitate, cuius electio penes dictos Vrbis Ciues, ac Clerum tunc temporis erat, necessariò is intelligendus est.

Ad. 2. Nec insuper, quod subiungitur: Hieronymum nimirum a secretis Damasi fuisse, veritati consentaneum est, quandoquidem eùm ip-
D sius Hieronymi verbis ad Ageruchiam expresse pugnate videtur. Verba eius sunt. Ante annos plurimos cùm in chartis Ecclesiasticis iuuarem Damasum Romanę Vrbis Episcopũ: & Orientis atq; Occidentis Synodicis cõsultationibus responderem] Non igitur a secretis Damasi fuit, sed auditor totius Sanctæ Matris Ecclesiæ delegatus. Qui ab Epistolis sunt, a cubiculo, a calicibus, a triclinio ministrant, serui dicuntur, & ministri: At Hieronymus Damasi collega fuit in Summo Pontificatu, & coadiutor. Quòd post omnes etiam Victorius hisce testatus est: Hieronymum, vt sibi (Damasus scilicet) in Ecclesiasticis causis inserui-

ret, & partem Pontificij oneris sustineret secũ E
retinet, res fidei, & omnes quæstiones religionis ei, vti vndequaq; doctissimo, & maximè orthodoxo demandat: hoc est, vt totius orbis consultationibus, præsertimq; Synodalibus, quæ ad Romam, velut ad Matrem Ecclesiarũ omnium, & Apostolicam Sedem quotidie deferuntur respondeat; & quid credere (Aduertat hoc Baronius,) vel non credere reuertentes ab hæresi debeant, normam, formulamq; præfigat.] Hæc ipse. Iuuare Summum Pontificem: respondere: decernere in his, quæ sunt fidei, ita vt decreta totus mundus accipiat, & cum ipso Pontifice, veluti alterum Pau-
lum cum Petro laborare: Respondeant quot- F
quot ab Epistolis tantùm Summis Pontificibus fuerunt: an munera sint simplicis, (vt ita dicã) Secretarij vel Scribæ; an potius præstantissimi Cardinalis. Nec vnquam Hieronymus, si ab Epistolis tantùm fuisset, arrogantioribus, tumidioribusq; verbis *Iuuarem, & Responderem*, in quibus manifesta declaratur auctoritas, non seruitus, aut ministerium, qui humilimus semper & modestissimus fuit, erga Catholicos potissimum patres, vsus fuisset. Concedendum igitur Hieronymo est, non ab Epistolis officiũ, sed præstantissimorum virorum illorum dignitas, qui in partem Ecclesiasticæ gubernationis
assumuntur: quorum opera & consilio ardua G
quæquæ, grauissimaq; negotia disponuntur, cuiusmodi sunt Ecclesiæ Sãctæ Cardinales, vt Anacleti etiam decreto explicatur, ibi: Sunt enim Cardinales cardines ostij Sanctæ Ecclesiæ, quia sicut ostium regitur Cardinibus: ita Sancta Ecclesia Cardinalibus. Qui verò de Sancto Prospero exemplum adducitur, dissimile omninò, ac prorsus diuersum ab Hieronymi munere fuisse ex modo dictis vnusquisq; cognoscit, cùm eundem Sanctum Prosperum S. R. E. Generalem Auditorem fuisse nemo
hucusq; affirmare ausus sit. Nec ex Gennadij xxii. dist. S.R.E.
testimonio idem Sanctus Prosper ab Epistolis,
vel Auditor Leonis magni certus habetur; H
verba enim eius sunt: Epistolæ quoq; Papæ Leonis aduersum Euthychem, de vera Christi Incarnatione ad diuersos datæ, ab ipso (scilicet Sancto Prospero) dictatæ creduntur: vel vt in Equilino, alijsq; legitur [notatæ creduntur.] Aduersus igitur Hieronymi Cardinalitiam dignitatem non militat.

At mirum reuerà, quomodo tantus vir, qui nihil vnquam pro animi arbitrio (vt sæpius de se idemipse testatur) sed aperta semper demonstratione, vel enuntiauit, vel ab alijs falsò interdum scripta, reiecit, in excardinando Hieronymo, sub dubio a scriptoribus litteris prodita, tanquam omninò certa & vsurparit, & suis

intexue-

A interuerit ſcriptis, perinde ac præallegatum Gennadij teſtimonium (quod reuera ſub dubio relictum non eſt, qui non videat. Deniq; vt illorum opinionem, qui S. Proſperum Sancto Leoni ab Epiſtolis fuiſſe putabant commẽtum eſſe Gennadius ipſe indicaret, ex propria ſententia, & ſecundum rei veritatem remipſã retrouerſa pagina, & dictarum Epiſtolarum cõtra Eutychem quis proprius auctor fuerit explicans ita ſcribit: Leo Vrbis Romæ Epiſcopus, ſcripſit ad Flauianum Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Epiſcopum aduerſus Eutychem Preſbyterum, quòd tunc ambitione Epiſcopatus, noua in Eccleſiam moliebatur inducere, Epiſ-
B tolam in qua admonet eum, vt ſi confiteretur errorem, & polliceretur emendationem reciperet eum: ſi autem perſiſteret in incepto, cum ſua hæreſi damnaretur. Simul docet in ipſa Epiſtola, & diuinis confirmat teſtimonijs Dominum Ieſum Chriſtum, ſicut paternæ diuinitatis verum filium, ita verum humanæ naturæ eſſe hominem credendum; ideſt ex carne Virginis carnem traxiſſe, & non de cœlo corpus, ſibi exhibuiſſe, ſicut Eutyches aſſerebat.] Hæc ille. Deniq; & inter recentiores Bellarminus ad eiuſmodi Gennadij teſtimonium,
In Lib. de Scrip. Eccleſiaſt. cui perperàm Baronius innixus eſt alludens, hæc habet: Gennadius in libro de viris Illuſtribus ſcribit, Epiſtolam illam celebrem Sãcti
C Leonis ad Flauianum contra Eutychem exiſtimari a S. Proſpero fuiſſe cõſcriptã; At certè, ſi vlla Epiſtola S. Leonis eſt, illa omnino eſt, ſiue ſtylũ, ſiue doctrinam Leonis attendas. Non igitur Proſperi, contra Eutychem elucubrata, ſed Leonis ingenij monumenta ſunt. Nec tãdem tantum Pontificem (cuius doctrinam atq; eloquentiam planè diuinam fuiſſe ſingulis annis in Breuiario Romano teſtatur Eccleſia) munus huiuſmodi conuincendi heretici ſubterfugiſſe, ſibiq; longè ſapientia inferiori illud demandaſſe, ratio aliqua ſuadet, vel ſuggerit.

Ad. 3. Porrò, quæ tertio loco, Auguſtini verba interpretando addit Baronius, non ſic (perinde
D ac ipſe exponit) accipienda ea eſſe, quilibet diligenter, attentoq; inſpiciens ſententiam ferre poteſt. Enimvero, ſi Auguſtinus omnem (vt ita dicam) maioritatem, vel minoritatem ducit ab honoribus Eccleſiaſticis, reſpectu diuerſarum conſiderationum, cur deſcendendum ad linguarum, ſeu idiomatum cognitionem, ad parentũ originẽ, & ſimilia? Quando iuxta honorũ vocabula, ſe maiorẽ Auguſtinus Hieronymo affirmat, id Epiſcopatus ratione aſſerere nemini dubium eſt. Conſuetudo namq; ſemper obtinuit, vt Preſbyteris major Epiſcopus ſit: Pariter, quando idem in

E multis ſe Hieronymo Preſbytero minorẽ teſtatur, tunc neceſſario quidpiam tale in Hieronymi Preſbyterio conſiderare eſt, quo idẽ Auguſtinus eodẽ Hieronymo minor ſit, & hoc ideo quia expreſſè non niſi de honoribus, dignitatibusq; Eccleſiaſticis loquitur. At tale, quidpiam non poteſt eſſe, niſi Cardinalitia dignitas (Cardinales enim maiores eſſe Epiſcopis dignitate, aliàs a nobis probatum eſt, quęſtione propria de Cardinalatu item Hieronymi) Igitur vt Preſbyter, hoc eſt, ſecundum quaſdã in Hieronymi Preſbyterio animaduerſiones Auguſtinus illo minor erat. Quòd verò tunc temporis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardina-
F les, Preſbyteri tantùm nomine ſignarentur, loco item ſupra allegato pluribus explicatum eſt. Senſus itaq; quem Baronius ad Auguſtini verba accõmodat, & ſecundum quẽ Auguſtinum maiorẽ, vel minorẽ Hieronymo eſſe contendit, verus ac germanus eſſet, ſi in eiſdem Auguſtinus adderet [alijs] ita vt ſcriberet [tamen in multis alijs rebus Auguſtinus Hieronymo minor eſt] at quoniam non digreditur, ſed de Epiſcopatu & Preſbyterio tantùm loquendo reſpectu diuerſorum, in vtroq; maioritatem, vel minoritatem affirmat, neceſſario quoq; fatendum eſt, eiuſdem Baronij interpretationem Auguſtini verbis non poſſe aptari. G

Ad argumentum vero quarto loco adductum, reſpondetur, quòd cùm ex eodem Hieronymo aliud omnino ſit clerici munus, aliud Ad. 4. Monachi inſtitutum, iure optimo Hieronymũ in ſimplicis Preſbyterij ordinatione a Paulino Antiochiæ facta de Monachatu obſeruando fuiſſe conteſtatum, eiuſq; omnino Eccleſiæ adſcribi recuſaſſe, quoniam eiuſmodi ordinatio, ſecluſa tali conteſtatione Monachi propoſitum (quod idem a primis vſq; annis amplexatus fuerat) auferebat: Sic nanq; ordinati, ad animarum curam ſubeundam, ad inſeruiendum, miniſtrandumq; Diœceſanis Epiſcopis, ac ad alia permulta; præſertim ad reſidentiam proprię Eccleſię tenebantur: Quemadmodum de Pauliniano Fratre ex eodem Hieronymo idem Baronius H ſuperius allegat, cùm illum Cypri Epiſcopo ſubiectum refert Hieronymus. At cùm non ſic in Preſbyterij ordinatione a Summo Pontifice facta res ſe ſe habeat, aut ad tituli reſidentiam, aut ad aliud prædictorum ita ordinati adſtringantur, niſi tantùm ad effuſionem ſanguinis pro libertate, defenſioneq; Sanctæ Matris Eccleſiæ, perinde ac ex eorum voti profeſſione conſtat, non ſequitur ex Baronij argumentatione, quòd quemadmodum titulũ Eccleſiæ Antiochenę Hieronymus

ante recusarat, quod Romanæ æquè Ecclesiæ Titulum sibi a Pontifice delegarũ nollet accipere: Quanqoquidẽ primus titulus, primaq; (vt modo dictum est) ordinatio, Monachorũ professioni aduersari videtur, secunda eorundem non tollit propositum, quin potius eminentissimè perficit. Id quod & consuetudini, & legibus, & rationi consentaneum esse comprobatur. Consuetudini quidem, quia Monachos Cardinales effectos, nec a substantialibus regulæ cui se vouerunt, nec ab his, quę ex voto tenentur, liberari videmus. Legibus verò, quia de eisdem, quando ad clericatus ordinem perueniunt, Capite de Monachis, decima sexta, quæstiune prima eosdem non debere a priori proposito discedere, nec solitum Monachalem habitum dimittere statuitur. Et loquitur ibi Canon secundum communẽ doctorum sententiam de Monachis translatis ad Episcopatum, vel Cardinalatum, Rationi denique congruit, quia dignitas est quidam ascensus, liberatio autem a substãtialibus regulæ, vel ab his, ad quæ quis ex voti emissione obligatur potius descensus est, Et quanuis hac responsione Baronij argumentationi satis paria reddidisse arbitrer; quoniam tamen complures ex Hieronymi verbis a se citatis, deducit consecutiones, ne illas prætermittere omninò videar, singulis etiam nunc occurram.

Obiectio, Si (inquit) Baronius a Damaso Papa Hieronymus factus est Cardinalis, Tituli S. Anastasiæ, cur cũ redigi vellet a Ioanne sub Ecclesia Hierosolymitana, non æquè excepit, sicut de Ordinatione a Paulino facta, ita de Cardinalatu, quo dicunt a Damaso Romæ donatum?

Respõsio, Soluitur. Non debere qui Palestinæ interrogatur, respondere Aegypto, Lis & controuersia erat de ordinatione inprimis Pauliniani, mox Hieronymi, & Vincentij. Hos namq; tres tantùm in Bethlehemitõ cœnobio fuisse tunc Presbyteros, ex proprijs Hieronymi verbis habetur, ibi [Si de me, & de Vincentio] & Paulò infra [Sin autẽ de Pauliniano tibi sermo est:] Id quod & ex superiori Epistula Epiphanij Episcopi clarius desumitur, ibi; Cũ enim vidissẽ, quia multitudo sanctorũ fratrũ in Monasterio cõsisteret, & SS. Presbyteri Hieronymus, & Vincentius, propter verecundiam & humilitatẽ, nollent debita nomini suo exercere sacrificia, Paulinianum ingenti difficultate tento ore ordinauimus Presbyterum.] Cũ itaq; hi tantum in Bethlehem Monasterio Presbyteri morarentur, & quæstio verteretur de simplicis Presbyterij Ordinatione, non erat quod Hieronymus de Ordinatione Romana exciperet. In huius confirmationem eiusdẽ Ioannis Hierosolymitani accipe verba; Quãdo (inquit) cœptum est de ordinatione Pauliniani, & aliorum, qui cum eo sunt ventilari, videntes se repræhendi, cum propter charitatem, atq; concordiam concederentur eis omnia: hoc autem solum expeteretur, vt licet ab alijs contra regulas ordinati essent, tamen subijcerentur Ecclesiæ Dei, & non scinderent eam, neq; proprium sibi facerent principatũ, in hoc non acquiescentes, cœperunt proponere de fide.] Hæc ille, Non erat ergo, quòd in controuersia de Presbyteratu (num videlicet Paulinianus, cum cæteris dictis compresbyteris ab externis Episcopis essent rectè ordinati, necnè) Hieronym⁹ de ordinatione Romana exciperet, quippe quæ alijs cõpresbyteris, atq; cõmonachis nullo modo suffragaretur, quin potius importuna esset. Deniq; nõ oportebat Hieronymum de Ordinatione Romana excipere, cùm nulla omninò in ea præcessisset contestatio de Monachatus professione seruanda: dictum quippe est, eiusmodi ordinationẽ Monastices in nullo aduersari, perficere autem magis, explereq;

Obiectio, Deducit secundo Baronius: Cur (inquiens) ex illa facta contestatione se omnino liberum esse declarat Hieronymus, si postea a Damaso in Titulum Cardinalis coaptatus est?

Solutio, Iã ex superiùs allatis difficultas sublata est, dum vtriusq; ordinationis discrimen explicatũ est. Diuersa insuper Titulorum ratio est, Puris Presbyteris Ecclesiarum tituli assignãtur, quò earundẽ Ecclesiarum administrationi, & animarum curæ præsint, in alijsq; quamplurimis contendant, & desudent; At Presbyteris Cardinalibus, ad honorem tantummodo, ac dignitatem, necnon ad iurisdictionem decernuntur. Prior titulus oneris tantum est, posterior honoris, & iurisdictionis.

Obiectio, Da (inquit tertio loco Baronius) Presbyterum Cardinalem sine titulo, & acquiescent, qui de his dubitant, dicentibus Hieronymum ordinatum a Damaso Presbyterum Cardinalẽ; sunt enim correlatiua, & ad aliquid significantia antiquo more Presbyter Cardinalis, & Titulus, vt alterum sine altero esse non possit.

Solutio, Transeant hæc omnia. Et ipse Hieronymus post ordinationem Antiochenam Titulo Romæ adscriptus asseritur: non tamen propterea id eiusdem testimonio aduersatur, cùm eiusmodi posteriorem titulum Monachatus professionem non infringere supra satis probatum sit.

Ad. 5, Quod item Baronius in derogationem auctoris Sermonum ad Eremitas quinto loco subnectit, satis controuersũ est. Sed detur Augustini nõ esse op⁹. Quæritur ab eo, cuius auctoris sit? recentioris, an veteris? Certè nõ recẽtioris,

quia

A quia in vetustissimis Augustini manuscriptis
exemplaribus habetur; ergo cuiuspiam ex ve-
teribus. At quis melius, vel verius antiquita-
tis monumenta illis, tradere posteris potuit,
qui vel præsentes, seu æquales, vel propinqui
eis ipsis fuerunt? Et quidem plus firmitatis
vnicus illorum temporum testis censendus
est habere, quàm tota simul recentiorum ca-
terua.

Obiectio Obijeit Baronius, auctorem fide indignum
omnium iudicio esse censendum, cùm mul-
ta mendacia proferat. At etiam si hoc ad-
mittatur, tunc rursus ab eo quæritur: An
omnia reijcienda, quæ Hieronymi Actis in-
B seruit; an potius aliqua admittenda, aliqua
refellenda? Non omnia redarguenda: quia in
multis conuenit, cum his, quæ hoc ipso capite
ex Epistola eiusdem Hieronymi nonagesima
nona describuntur. Igitur in aliquibus redar
guendus, in aliquibus admittendus. Porrò si
tenendus in quibusdam; cur non potissimum
in Cardinalatus assertione, maximè cùm veri-
tati huiusmodi nullus vnquam antiquorum ad-
uersatus legatur,

Ad. 6. Sexto loco allatum facile tollitur, cùm no-
minis auctoris suppressio legitima operis non
sit censenda damnatio. Quandoquidem &
multi in scripturæ Sacræ libros commentarij
C circunferuntur: multa item Philosophorum,
atq; Theologorum placita, nec non antiqui-
tatis egregia monumenta extant, quorum au-
ctores ignorantur, & tamen certa, atq; fide-
lissima esse omnibus compertissimum est. In
huius rei testimonium Decreti verba faciunt,
quæ distinctione decimaquinta, Capite tertio,
Sācta Romana Ecclesia decernūtur, videlicet:
Actus Beati Syluestri Apostolicæ Sedis præsu-
lis, licet eius qui cōscripsit nomen ignoremus:
a multis tamen in Vrbe Roma Catholicis legi
cognouimus, & pro antiquo vsu multę hoc
imitantur Ecclesiæ.] Hæc ibi de approbatione
Actorum eiusdem Sancti Syluestri, etiamsi eo-
D rum certus auctor ignoretur. Quod verò sub-
ditur, Vitæ eiusmodi auctorem Monothelitam
hæreticum esse; profectò si ita est, æquè eun-
dem antiquissimum esse facilè concludere est,
cùm secundum communem scriptorum sen-
tentiam eiusmodi hæresis anno Domini sex-
centesimo pullulauerit. Cæterùm eandem
Hieronymi Vitam Catholicam esse, nihilq;
contra fidem continere ipsis legentibus patet,
Optimo igitur iure, vti antiquissimam, & mil-
le, ac vltra ab hinc annis conscriptam recipi-
endam esse conuincitur. Præsertim cùm ex
eiusmodi commento, nil sibi auctor vtilitatis
acquireret, aut propriæ hæresi firmitatem tri-
bueret: Quin potius præiudicium, sibi tanquā
expressi mendacij assertori intulisset, quòd no-
tior tunc, & manifestior ea res Cardinalatij E
Hieronymi esset, quàm nunc sit.

Pro recentioribus deniq; omnibus, qui ei- Ad. 7.
dem Hieronymi Cardinalitio subscripserunt,
quòd nimirum ab antiquis mendacia hause-
rint; Retorqueri vtiq; in ipsum proferentem
dictum potest. Quoniam; Si qui veterum
omnium auctoritatem, qui vetustatis iudicia,
& traditiones immemorabiles sequuti sunt,
mendacia hauserunt; num illi, qui nullis nec
veteribus, nec recentioribus auctoribus, sed nec
vllis traditionibus innixi sunt veritatis scopum
soli attigisse, censendi sunt? Hæc omnia
(Lector) sunt, quæ Baronius ad historiam
Cardinalitij Hieronymi penitus euertendam, F
aduersus antiquorum omnium (nullo recla-
mante) sententiam & auctoritatem, diuersis in
locis protulit. Si plura cupis, Tractatum vi-
deas Fratris Alphonsi Ciaconi, qui pro eodem
Hieronymi Cardinalitio latissimè rem expli-
cauit, nec non a nobis superius explicatam
quæstionem. Interim hanc ipsam historiam
versibus dignissimè celebratam, accipe ex li-
bro nono Fastorum Fratris Baptistæ Mantua-
ni, vbi scribit.

Cùm verò tibi fama foret Lucentior astris
Vitaq; conflato decies syncerior auro,
Dignus habebaris Petro succedere, & omnis
Vrbs Romana oculos in te coniecerat vnum, G
Optabantq; decus tibi Pontificale Latini.
Istius aggressus splendorem extinguere laudis,
Insidias tibi liuor edax mira arte tetendit.

Et in Hymno ad Vesperas in Sacratissimi Na-
talitij eius festo.

Postquam sacrorum studijs inhærens:
Roma Sacratus roseo galero
Bethlehem pergens æmulata liquit
Vestis iniqua.

Item in Hymno ad Nocturnum hieroglificè
idipsum designatur.

Mentis refulget lumine,
Ardore cordis conflagrat,
Illustrat orbis Cardines H
Diurnus iste Lucifer.

Sed reuertamur ad textum.

COMMENTARIVS.

33 Beatæ memoriæ Damasus meus sermo erat.
Cum superioribus pariter, & hæc valdè con-
ueniunt. In Hieronymum nimirum, non an-
te fuisse ab aduersarijs concitatam persecutio-
nem, quàm a sæculo Damasus migraret: Enim
uerò omnis tum Cleri, tum populi Romani si-
bi exhibitæ venerationis, nec non de se per
omnium ora circumuolitantis fauoris causam,

& ori-

A & originem in ipsum Damasum reijcit. Et est verborum sensus: Beatæ memoriæ Damasus, mei sermonis causa erat. Verùm quemadmodum, qui salutis populi causa extitit: Salus populi emphaticè dicitur: sic & Hieronymus, vt accuratius rem ipsam exprimeret, non cuiuscunq; sermonis sui in tota Vrbe Damasum fuisse causam, sed ipsummet sermonem suum extitisse commemorat.

34 *Dicebar Sanctus:* Confirmat, explicatq; simul nunc dicta. Sancti verò nomen, honoris titulus fuit, qui Religiosissimis viris, Sanctisq; virtutibus plenis hominibus adscribi olim consueuit. In quo sensu, & in Psalmo B dicitur. Qui ambulat sine macula, & opera- Psal.14. tur iustitiam. Passim eo Sanctos Patres, Hieronymumq; præsertim vsos fuisse vocabulo ex eorum scriptis habetur. Ex Hieronymi Epistola nonagesima octaua: Sanctum, & Venerabilem fratrem nostrum Papam Alipium, vt meo obsequio salutes obsecro. Et ad Fabiolam de veste Sacerdotali: Sufficiat, quòd Sanctus Epiphanius egregium super hoc volumen edidit. Et Epistola nonagesima nona ad Augustinum: Memento mei Sancte, & Venerabilis Papa. Peccatoribus quoq; ad meliora conuersis nomen aptatur. iuxta Apostoli Eph.1. ad Ephesios doctrinam, nimirum. *Elegit nos* C *in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus Sancti, & immaculati coram ipso.* Non enim Apostolus dixit: *Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem Sanctos, & immaculatos coram ipso:* sed vt in consequenti vita per opera, atq; virtutes Sancti, & immaculati essemus, qui antea non fuimus. Deniq; nec Sancti nomen amittit, qui post peccatum per pœnitentiam resurgit. Imo Sanctorum quamplurimos, actiores post peccatum per pœnitentiæ opera consurrexisse legimus. Differt verò (inquit Hiero- ad Eph.1 nymus) inter Sanctum, & immaculatum: quòd Sanctus, immaculatus quoq; esse potest: immaculatus verò non statim Sanctus. Paruuli quippe immaculati sunt, quia integro cor- D pore nullum fecere peccatum, & tamen non Sancti, quia Sanctitas voluntate, & studio comparatur. Et quod immaculatus dici potest ille, qui peccatum non fecit. Sanctus autem is, qui virtutibus plenus sit.

35 *Dicebar humilis.* Si Sanctus Hieronymus (hoc est virtutibus plenus) consequenter & humilis, quia humilitas prima Christi fidelium virtus est, & præcipua inter virtutes: qua etiam virtutes omnes coronantur. Igitur qui æmulorum inuidiam, atq; persecutiones fuga vitare non potest, humilitate saltem, Hieronymi exemplo easdem superare contendat.

36 *Et disertus.* Humilitatem pariter doc- E trina illa comitatur, de qua in Prouerbijs scri- Prou.11. bitur: *Vbi humilitas, ibi sapientia:* Et Dominus in Euangelio loquitur: *Confiteor tibi Pater Do-* Luc.10. *mine Cæli, & Terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis,* idest humilibus.

37 *Nunquid domum alicuius lasciuioris ingressus sum?* Virtutibus deniq; sanctis, vitæ quoq; conuersatio sancta connectitur, vt qui sanctus virtutibus, propriæ adhuc conuersationis munditia comprobetur. Sic & Apostoli, apostoliciq; viri virtutibus opera copulantes sine querela in mundo commorati sunt, vt etiam pro nomine Iesu contumelias pati gau- F derent. Inquiritur autem primo de lasciuioris Act.5. atq; suspectæ mulieris contubernio, quia primum illud est, quod allicere, irretireq; homines solet, quodq; fortissimos viros, multis interdum victorijs, atq; tropheis auctos sæpenumero deuicit, prostrauit, perdidit. Cauendum illud ab omnibus, tum Scripturæ sacræ, tum Sanctorum Patrum dicta testantur: at ab his potissimum, qui veræ sapientiæ desiderio tenentur prorsus deuitandum esse Salomon indicauit, cum scripsit: *Ne intendaris fallaciæ* Prou.5. *mulieris:* Et paulo infra: *Longe fac ab ea viam tuam, & ne appropinques foribus domus eius.* Sed beatus qui dicere potest. *Hæc est gloria* G *nostra, testimonium conscientiæ nostræ: quoniam* Prou.5. *in sanctitate & sinceritate, & in gratia Dei conuersati sumus in mundo.*

38 *Nunquid me vestes sericæ, nitentes gemmæ, picta facies, auri rapuit ambitio?* Aptissimè hæc omnia cum præcedentibus cohærent: quandoquidem vestes sericæ, nitentes gemmæ, & pictæ facies lasciuiam vt plurimum comitantur: sicuti e contrario, incultus habitus, neglecta munditiæs, pallens vultus, pudicitiæ testimonia sunt: De eisdem sæpius alibi idem Hieronymus. Vel dicatur de personarum acceptione eundem sermonem nunc ingerere: Num videlicet in sacri verbi explanatione, vel prædicatione is aliquando personas acceperit, H ita vt cæteris prætulerit, quæ vestes sericas, nitentes gemmas, pictasq; facies habuissent? Et reuera vti in sæcularibus Iudicibus abominabile illud vitium nemo ambigit, ita in Ecclesiasticis Prælatis, atq; doctoribus, immane prorsus, execrandumq; sacrilegium idipsum esse omnia iura proclamant. De eodem, & per Malachiam conquæritur Dominus dicens. *Vos autem recessistis de via, & scandalizastis plu-* Mal.2. *rimos in lege: irritum fecistis pactum Leui, dicit Dominus exercituum. Propter quod, & ego dedi vos contemptibiles, & humiles omnibus populis: Sicut non seruastis vias meas, & accepistis*

faciem

A *faciem in lege*. Peccatorum nanq; omnium Leui, ideſt Eccleſiæ Præſulum ac doctorum, illud maximum & extremum habetur, quando accipiunt faciem, ſeu perſonam, & non ſecundum temporum, & audientium opportunitatem, aut indigentiam, vel ſanam doctrinã produnt, vel iuſta correptione vtuntur. In illis ęquè hoc idem peccatum arguit & con-
Pſal. 81. demnat Regius Pſaltes dicens. *Et facies peccatorum ſumitis*.

39 *Nulla fuit alia Romæ matronarum, quæ meam poſſet edomare mentem, niſi lugens, atq; ieiunans, ſqualens ſordibus, fletibus penè cæcata, quam continuis noctibus miſericordiã Domini*
B *deprecantem ſol ſæpè deprehendit*: De Paula nunc manifeſtè loquitur, in cuius teſtimoniũ, alibi etiam ſcribit. Nunquã poſt viri mortem vſq; ad diem dormitionis ſuæ cum vllo commedit viro, quamuis eum ſanctum, & in põtificali ſciret culmine conſtitutum: Mollia etiam in grauiſſima febre lectuli ſtrata non habuit, ſed ſuper duriſſimam humum ſtratis cilicio lis quieſcebat, ſi tamen illa quies dicenda eſt, quę iugibus penè orationibus dies, noctesq; iungebat: illud implens de Pſalterio: *Lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lachrymis meis, ſtratum meum rigabo*: In qua fontes crederes lachrymarum: Ita leuia peccata plangebat, vt
C illam grauiſſimorum criminum, crederes reã. Cunq; a nobis crebrius moneretur, vt parceret oculis, & eos ſeruaret Euãgelicæ lectioni, aiebat: Turpanda eſt facies, quam contra Dei præceptum purpuriſſo, & ceruſſa, & ſtibio ſæpe depinxi. Affligendum eſt corpus, quod multis vacauit delicijs, longus riſus, perpeti compenſandus eſt fletu.]

40 *Cum canticum Pſalmi*: Huiuſmodi enim canticis laudatur Deus, & Satanas ex credentium cordibus eijcitur.

41 *Sermo Euangelij*: Ideo nanq; nouum teſtamentum ſermo dicitur, quia Dei ore re-
Iob. 22. uelatur. De eo ita Iob loquitur: *Suſcipe ex ore*
D *eius legem, & pone ſermones illius in corde tuo*.

Cant. 8. 42 *Deliciæ continentiæ*: Hæ ſunt deliciæ, quibus & ſponſa in Canticis affluit, & quibus ſuper dilectum innititur.

43 *Vita ieiunium*. Vita ſcilicet ſpiritualis, quæ ex Dei gratia habetur. Ieiunium enim vitæ huius alimentum & eſca eſt, de qua idem
Hier. Tomo. 7. in Pſal. 108. Hieronymus alibi: Annona noſtra (inquit) & eſca ieiunium eſt. In ieiunio, victoria, triumphus. Deniq; & Apoſtolus, nõ in ſani-
2. Cor. 12 tate, ſed in infirmitate gloriatur; *Quando enim infirmor, tunc fortior ſum*.

44 *Nulla me potuit alia delectare, niſi illa, quam manducantẽ nunquã vidi*: Idipſum fermè in Epitaphio eius, vt ex paulò ſuperiùs allatis

E conſtat. Magnã autẽ & Hieronymus, & quicunq; alij ſerui Dei, tunc recipiunt oblectatio- Ep. 27. c.
nem, cùm Chriſtifideles contra Diabolum fortiter dimicantes, eosq; in Dei laudibus concrepantes admirãtur. Iiſmet prorſus delicijs affectus & ipſe Deus aſſeritur, cùm in Pſalmo dici-
tur: *Myrrha, & gutta, & caſia, a veſtimentis tuis* Pſal. 44.
a domibus eburneis, ex quibus delectauerunt te filiæ Regum in honore tuo: per fidem ſcilicet, & memoriam paſſionis eius: per voluntariam inſuper propriorum corporum mortificationẽ, & cantica laudis.

45 *Sed poſtquam eã pro ſua meritò caſtitatis venerari, colere, ſuſpicere cœpi, omnes me illicò, de-*
F *ſeruere virtutes*. Si poſt Damaſi e vita diſceſſum, ac poſt etiam Paulæ domus frequentationem criminis eſt accuſatus Hieronymus, eundem conſequenter apud communem hominũ exiſtimationem omnes illicò deſeruere virtutes, cum virtus & vitiũ ſimul eſſe non poſſint.

46 *O inuidia primùm mordax tui*. Idem apud Proſperum: Inuidia in ſuum auctorem reciproca eſt, de bono alterius tabeſcentis animi cruciatus. Et apud Periandrum: Quemadmodum erugo ferrum, ſic inuidia animam illius in
quo ineſt conterit. Vnde Xenophon in Pędia Lib. 1.
Cyri: ſolent (inquit) inuidi, & qui præcipuè ſuo ingenio diffidunt, aut qui præſtant impudentia alios detrahendo, obloquendoq; laceſſere: verum vtantur ſuo inſtituto ac moribus,
G modo id ſciant: malitiam magnam partem ve-
neni ſui bibere. Et Salomon: *Putredo oſſium* Pro. 14.
inuidia. Pulchrè & alius quidam verſum ex Græcis transferens. Elegiaco metro de eiuſmodi vitio luſit canens.

Iuſtius inuidia nihil eſt, quæ protinus ipſum
Auctorem rodit, excruciatq; animum.

Ad hoc Bionis Boryſthenetis dictum pertinet, qui quendam inuidum triſti aliquando vultu conſpiciens: Neſcio (inquit) vtrum tibi aliquid acciderit mali, an alteri boni quidpiam. Exclamat deniq; aduerſus hoc vitium eruditè, de cõtemptu naturæ Alanus hunc in modum: Inuidia, quod monſtruoſius monſtrũ? aut quod damnoſius damnũ? quæ culpabilior culpa? quę
pęnalior pęna? Hæc eſt erroneæ cęcitatis abyſ- H
ſus, humanæ mẽtis infernus, cõtentionis ſtimulus, corruptionis aculeus. Qui ſunt inuidiæ motus, niſi humanæ tranquillitatis hoſtes, mũdanæ tentationis ſatellites, animi laborantis vigiles hoſtes, alienæ felicitatis excubiæ?] Hæc Alanus. Cæterùm Inuidia tanquam ignis ſumma petit, & cuncta virtutum culmina concremat, cuncta bona peſtiferè deuorat: Et vt Cãntharides maximè læto tritico innaſcuntur, & roſis florentibus, ſic inuidia maximè eos comitatur, qui virtute, aut opibus florent.

A 47 *O Satanæ calliditas semper sancta persequens*. Satanas, siuè Satan Hæbraicè idem, quod Latinè aduersarius siuè contrarius significat. Is ergo meritò sancta persequi semper dicitur, quòd illis semper aduersetur: is insidijs sāctos deprędari, quòd tranquilla eos nūquā lętari pace permittat. Erras (inquit Hieronymus) Frater, erras, si putas vnquam Christianum persecutionem non pati: Tunc maximè op- 1. Pet. 5. pugnaris, si te oppugnari nescis: *Aduersarius noster tanquam leo rugiens aliquem deuorare* Psal. 9. *quærens circumit, & tu pacem putas? Sedet in insidijs cum diuitibus in occultis, vt interficiat in-* B *nocentem: oculi eius in pauperem respiciunt: insidiatur in abscondito, sicut leo in spelunca sua: insidiatur, vt rapiat pauperem*, & tu frondosę arboris tectus vmbraculo molles somnos, futurus præda carpis? Persequitur me hostis, cui, nomina mille, mille nocendi artes, & ego infelix victorem me putabo, dum capior?] Hæc ipse. Et certè quantò sanctior quisq;, tantò acrioribus oppugnatur cōgressibus: Nec oppugnatio ad desperationem, vel negationē credentis, sed ad probationem atq; coronam a Domino permittitur.

48 *Nulla alia Romanæ vrbi fabulam præ-* C *buerunt, nisi Paula & Melania, quæ contemptis facultatibus, pignoribusq́; desertis*. De vtriusq; tū Paulæ tùm Melaniæ ab Vrbe discessu atq; nauigatione paulò superiùs ibi. *Nihil mihi aliud obijcitur, nisi sexus meus: & hoc nunquàm obijcitur, nisi cum Hierosolymam Paula & Melania proficiscuntur*. Dicuntur autem Sanctæ hæ mulieres, non propter abiectionem tantùm facultatum (quæ copiosissimæ, fuerant) aut charorum pignorum, hoc est filiorum contemptum Vrbi fabulam (idest fandi occasionem) præbuisse, sed propter sui præsertim ipsarum absolutissimam renunciationem.

49 *Crucem Domini, quasi quoddam pietatis* D *leuauere vexillum*. Qui sequi vult Christum, tollat crucem eius necesse est. Vnde & idem Saluator: *Qui vult*, inquit, *venire post me abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me*. At quoniam eiusdem Crucis mysterium, iuxta Apostoli sententiam, & scandalum & stultitia reputatur, hinc etiam sequitur, quòd qui eam tollunt, mundo fabulam prębeant: & de eisdem tantus statim in populo rumor excitetur, quasi scandalo fuerint vniuersis, extremæq́; dederint amentiæ argumenta: 1. Cor. 4. ad quod & Apostolus allusit dicens: *Spectaculum facti sumus mundo, & angelis, & hominibus*. 1. Cor. 1. Et. *Nos stulti propter Christum*. Quin & ipse Christus Patrem alloquens: *Tamquam prodigium factus sum multis, & tu adiutor fortis:* Psal. 72. *Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum*. E

50 *Si balneas peterent*. Balneas fœminis olim vsitatissimas passim apud scriptores reperies. Vnde & de re promiscuis balneis, & lauacris cum fęminis leges quædam apud S. Cyprianum, Libro de habitu Virginum, & Libro de disciplina Virginum. Eas verò alibi, vir sanctus tanquā libidinum fomenta sanctis fęminis omnino verbis illis prohibuit, videlicet. Scio pręcepisse quosdam, ne virgo Christi cum Eunuchis lauet; nec cum maritatis fęminis, quia alij non deponant animos virorum: aliæ tumentibus vteris pręseferāt fœditatem. Mihi omnino in adulta virgine lauacra displicēt, quæ seipsam debet erubescere, & nudam videre non posse. F Si enim vigilijs & ieiunijs macerat corpus suum, & in seruitutem redigit: Si flamam libidinis, & incentiua feruentis ætatis extinguere cupit continentiæ frigore: Si appetitis sordibus turpare festinat naturalem pulchritudinem, cur e contrariò balnearum sopitos ignes suscitat.] Et infra ad Saluinam: Balnearum calor nouum adolescentulę sanguinem non incendat.] Henricus Grauius nō *Balneas*, sed *Baias* legendum putat. Baię verò, ciuitas Campaniæ, secus Campanum mare sita, situs amœnitate & aquarum salubritate celeberrima est. Ita dicta (vt Silio placet) a Baio Vlyssis socio illic sepulto. In huius a- G gro aquæ calidæ referuntur, & ad voluptatē, & ad varios morbos commodæ: Vnde Horatius.

Nullus in Vrbe locus Baijs prelucet amœnis.

Deliciarum item, conuiuiorum, atq; commessationum locum, in quo & vnguenta olim preciosissima pigmentari consueuerāt haud obscurè indicauit Cicero, cum pro Cœlio dixit: Qui vngeuenta sumsperit, qui Baias viderit.] Et ad Atticum. Conuiuia Baijs acta, commessationesq́;] De eadem Vrbe apud Senecam Libro septimo Epistola quinquagesima septima. H

51 *Vnguenta eligerent*. Quod de balneis dicitur, de vnguentis pariter affirmatur: Eorū quippe vsu, & carnis mortalis iugis fluxus retardatur, nitentiorq́; cutis redditur, & eorūdem suauitate sensus omnes demulcentur. Hinc est, quòd ad alliciendos homines, eosq́; ad amores impudicos trahendos plurimum valeant, ab eisdemq́; mulieribus frequentari vt plurimum consueuerint. Vnguentis Deut. 32. olim eiusmodi & dilectus Dei populus incrassatus, & impinguatus recalcitrauit. Ipseq́; Dauid eaipsa aliquando detestatus dicebat: Psal. 140. *Corripiet me iustus in misericordia, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum*. Non extant nostris temporibus vnguentorum eiusmodi

gene-

A generα, de quibus loquitur Hieronymus, quæ
& luciditatem super aquæ subtilitatem, & sua-
uitatem super Orientis aromata prætendant.
Verùm alia longè præciosiora nobis proponun
Matt. 6. tur, de quibus & Christus in Euangelio: *Tu*
autem (inquit) *cùm ieiunas, vnge caput tuum, &*
faciem tuam laua. Et sponsa in canticis loqui-
Cant. 1. tur. *Trahe me, post te curremus in odorem vn-*
Cantic. 4 *guentorum tuorum*. Et. *Odor vnguentorum*
tuorum super omnia aromata.

52 Diuitias, & viduitatem haberent mate-
riem luxuriæ, & libertatis. Duo hæc luxuriæ
& libertatis incentiua meritò dicuntur. Di-
uitiæ quidem, quoniam, qui diuites fieri volũt
B ex Scripturæ sacræ testimonio in multas labun
tur tentationes, luxuriæq; peccato vt plurimũ
obruuntur. Vnde & Beatus Iacobus exclamat:
Iacob. 5. *Agite nunc diuites, plorate vlulantes in miserijs*
vestris, quæ aduenient vobis. Et paulò infrà.
Epulati inquit, estis super terram, & in luxurijs
enutristis corda vestra in die occisionis. Quibus
quoniam & Sodoma, & Gomorrha, & finiti-
mæ aliæ ciuitates abundarunt, simili modo ex-
fornicatas fuisse, postq; carnem alteram abijsse
Iud. 1. Beatus Iudas testatus est. Certè & sapientis-
simus Salomon, ne Domini aliquando obli-
uisceretur hæc omnes detractauit habere dicẽs:
Diuitias, ne dederis mihi, ne fòrte saciatus illi-
Prou. 30. *ciar ad negandum & dicam: Quis est Dominus?*
C Viduitas demùm eiusdem luxurię simul, ac li-
bertatis origo & causa in quibusdam affirma-
tur: quoniam vidua pristinæ meminit volup-
tatis: scit quod amiserit, quo delectata sit,
Ab hisce fęminis cauendum Vir Sanctus Chri-
Epist. 22. cap. 5. sti Virginem admonens inquit: Videat ple-
rasq; viduas, antequam nuptas infelicem con-
scientiam mentita tantùm veste protegere.
Quas nisi tumor vteri, & infantum prodiderit
vagitus, sanctas, & castas se esse gloriantur.
Aliæ verò sterilitatem præbibunt, & nec dum
sati hominis homicidium faciunt. Nonnullæ
cum se senserint concœpisse de scelere, abortij
venena meditantur, & frequenter etiam ipsæ
D commortuę trium criminum reæ ad inferos
perducuntur: homicidæ sui: Christi adulterę:
nec dum nati filij parricidæ.] Et infrà. Non
Cap. 13. delũbem matronarum saliuam delicata secte-
ris, quæ nunc strictis dentibus, nunc labijs dis-
solutis balbutientem linguam in dimidiata
verba moderantur, rusticum putantes omne
quod nascitur, adeo illis adulterium etiam
linguæ placet. *Et cum luxuriatæ*, (inquit Apo
1. Tim. 5. stolus) *fuerint, in Christo nubere volunt, haben-*
tes damnationem, quòd primam fidem irritam fe-
cerunt.

53 Dominæ vocarentur, & sanctæ: Quæ
ergo in explicatis hactenus: balneis videlicet,
vnguentis, viduitate, & libertate luxuriantur, E
has proculdubio Mundus dominas vocat, &
sanctas; quoniam vti suas ipse cognoscens,
omnibus honorum titulis veneratur, & colit,
Domino testante, qui ait: *Si de Mundo fuisse-*
tis, mundus quod suum erat diligeret: Mundus, Ioh. 15.
inquam ille, de quo alibi scribitur: *Et mundus*
eum non cognouit. Et. *Mundus in maligno*
positus est. *Dominas* idest principes suas, &
Sanctas, idest rectè ordinatas ac compositas.
Alij non *Dominas*, sed *Nonnas* legendum pu-
tant. Est verò Nonnus, & Nonna Aegyptia
dictio, inuiolatum significans. Eiusmodi sanè
lectio mirum in modum Hieronymo alibi
scriptis, in quibus eandem dictionem vsurpat F
consentit: præsertim verò ijs, quæ in Epistola
vigesima secunda capite sexto habentur, nimi-
rum: Quia maritorum expertæ dominatum,
viduitatis præferunt libertatem, castæ vocan-
tur & Nonnæ.] Et infrà in Epistola quadrage-
sima septima, capite tertio: Quæ in adulatio-
nẽ tui sanctum, nonnumq; coram te vocant.]
Vt etiam optime cum Henrico Grauio adnota
uit Victorius. Eadem æquè dictione vsus est
Arnobius in expositione psalmi centesimi
quinti: Si ille (inquiens) qui Sanctus vocatur,
& nonnus sic agit, ego quis, aut quotus sum,
vt non agam?] Item in Psalmi centesimi qua-
dragesimi: Adulantes nobis inuicem in præ- G
senti positi, sanctos vocamus & nonnos.]
Marianus Victorius præallegatum vigesimæ
secundæ Epistolę locum Scholijs illustrans hęc
habet: Repræhendit Hieronymus viduas, quæ
in superbiam elatæ, viduitatis præseferentes
libertatem, castas se, & ab antiquitate Nonnas
vocari patiebantur.] Ita ille. Cæterùm di-
ctionis originem incognitam prorsus illi fuisse
apertè constat. Dum nimirum eandem ab
Itala dictione, in multis adhuc Tusciæ locis
vsurpata, videlicet *Nonno, & Nonna*, quæ no-
mina Latinè auum, & Socrum significant de-
riuatam indicat. Huius nominis fuit Nonnus
Edissenæ Ecclesiæ Episcopus, & alter Nonnus H
Panopolita Aegyptius eloquentissimus, qui
Sancti Ioannis Euangelium versibus heroicis
interpretatus est. Meminit de vtroq; Baro-
nius in Adnotationibus ad Martyrologium Ro
manum, sub die secunda mensis Decem-
bris.

54 Nunc in sacco, & cinere formosæ volunt
videri, & in gehennam ignis, cum ieiunijs, &
padore descendere. E contrario verò, quæ vi-
tam cœlibem, & ab omni actione terrena alie-
nam in vltima egestate trãsigunt, his protinus
sęculum tentationes mouet vrgentissimas: iur-
gia in ipsas iactat, & contumelias: cõcitat odia,
ignominiáq; ipsasmet notat. Quod si in sac-

co &

A eo & cinere pœnitentiam agant, quin & ieiunijs, macieq; consummantur, formæ speciem, atq; pulchritudinem adhuc easdem prætendere, iamq; gehennæ quæstum, & prædam esse subsannat. Mysticè verò qui pœnitentiæ operibus ita addictus est, vt de commissis culpis propter Deum doleat, & dignis pro eisdem operibus satisfaciat, hic quoq; in sacco & cinere dicitur. Vnde, & Regius Propheta cecinit:
Psal. 50. *Cinerem tanquam panem manducabam.* Et alibi, ad solis in finalis iudicij die dolorem exprimendum scribitur: *Et factus est sol niger, tanquam saccus cilicinus.* Apoc. 6.

55 *Si Gentiles hanc vitam carperent, si Iudei haberent solatium non placendi eis, quibus*
B *displicet Christus:* Quando idgeous Crucis Christi hostes Dei seruos, ancillasq; persecutionibus diris exagitant, solatio profectò hi persuoduntur, quoniam absq; pressuris cœlorum regnum haud acquiri certò norunt, testante scriptura: *Oportet nos per multas tribulationes introire in regnũ Dei:* Et Saluatore in Euangelio: *Beati estis, cùm vos maledicent, & persequentur, & dicent omne malum aduersum vos propter iustitiam: Gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlo.* Verùm, cùm sibi a proprijs fratribus, eiusdem Christi sanguine redemptis bellum parari vident, tunc non
Act. 14.
Matt. 5.
C solatio, sed tristitia; non gaudio, sed lacrymis
1. Reg. 6 dissolui se sentiunt. Sic Saulis quondam peccata Sanctus Propheta Domini Samuel fleuisse Regum primo describitur: Sic Apostolus
2. Cor. 5 Paulus angore simili ex causa laborẽs dicebat: *Tristitia mihi est magna, & incessabilis dolor cordi meo.* Quodq; quæribundum magis, ac lacrymabilem casum reddit: non ipsi tantùm Dei serui confratrum suorum peccantium culpas deplorant; sed ipsos quoq; siue sublimiores Potestates, siue inferiores Angelos Dei omnes, qui de peccatoribus pœnitentiam agentibus gaudere in Euangelio perhibentur, apprimè eosdem non immeritò lugere dixerim. Vnde & subditur.

56 *Nunc verò, proh nefas, homines Chri-*
D *stiani, prætermissa domorum suarum cura, & proprij oculi trabe neglecta, in alieno oculo festucam quærunt:* Iure hoc loco exclamatur, quòd reuera & antedicta, & mox subdenda exclamatione digna sint, & attentè ea ipsa considerantibus, vt exclament causa sufficientissima.
1. Pet. 2. Quid nanq; detestabilius excogitari potest, quàm Christianos homines, Christi nomine insignitos, sanguinis eiusdem lauacro regeneratos, genus electum, regale sacerdotium, gentem sanctam, populum acquisitionis, cui lex de sola dilectione, cuiq; pax æterna pro testamento relicta est; Quid (inquam) execrabilius,

quàm eosdem contra leges omnes, in se inuicem inuidia raptari, odio furere, seipsos mor- E
dere, comedere, consumere? Hęc (inquit) Ephes. 5.
Christus mando vobis, vt diligatis inuicem.
In hoc cognoscent homines, quia mei estis discipuli, Io. 15.
si dilexeritis inuicem. Pacem relinquo vobis, pa- Io. 14.
cem meam do vobis: Quasi tamen hæc æterni Patris sapientiæ verba neniæ sint, ac nugæ, insanimus membra in membrum: Sanguis sanguinem tangit, & frater fratris exitio, perditioneq; lætatur. Porrò quod de proprij oculi trabis neglectione, de alienęq; festucæ in proximi oculo solicitudine subditur, ex Domini Saluatoris parabola accipitur, vbi ait: *Quid* Luc. 6.
autem vides festucam in oculo fratris tui, trabem
autem, quæ in oculo tuo est, non consideras? Aut F
quomodo potes dicere fratri tuo: frater sine, eijciã festucam de oculo tuo, ipse in oculo tuo trabem non vides? Quod ideo dicitur, vt illi, qui suis quantumuis magnis vitijs non perspectis, in alijs, minimum etiam neuum obseruant, moneantur,

57 *Lacerant sanctum propositum.* Hoc est Monachalem professionem: De eorundem obloquijs supra capitis huius initio: Et ad Furiam de Viduitate seruanda, Epistola decima idem Hieronymus: Contra nos (inquit) autẽ omnis consonat chorus, & latrant vniuersa subsellia: iunguntur nostri ordinis, qui & roduntur & rodunt, aduersus nos loquaces, pro se G
muti. Quasi ipsi aliud sint, quàm Monachi, & non quidquid in Monachos dicitur, redundet in Clericos, qui patres sunt Monachorum.

58 *Et remedium pœnæ suæ arbitrantur, si nemo sit Sanctus: si omnibus detrahatur: si turba sit pereuntium: si multitudo peccantium.* Iuxta vetus prouerbium. Solatium est miseris socios habere pœnarum.

59 *Hæc, mi Domina Asella, cùm iam nauem conscenderem, raptim flens, dolensq; conscripsi.* De Asella in calce superioris capitis. Quod verò se maris fluctibus Vir Sanctus committens, in hanc vnicam præ cæteris Christo Sacratis Virginibus, & Sanctis fęminis, velut in H
fulgentissimum omnium Sydus, & tãquam fidissimam Hesperum mentis oculos præsentis conscriptione Epistolæ defixerit, meritum id profectò & Virginis probat, & propriæ humilitatis indicium exhibet, dum illius se orationibus commendat. Nec verò vacat mysterio, quòd raptim, seu cursim Epistolam se cũscripsisse testetur: Quandoquidem serui Dei in præsentis vitæ spacio, semper in cursu & peregrinatione sunt: nunquam ciuitatem, vel locũ permanentem habent: futurum inquirunt hospicium: Vnde & cum Propheta immurmurãt:
Quoniam aduena ego sum apud te & peregrinus; Psal. 38.
frequen-

A frequenterq́; cum eodem gementes exclamãt:
Psal.119. *Hei mihi, quia incolatus meus prolongatus est*: Et
Philip.1. cum Apostolo: *Cupio dissolui & esse cum Christo.*
Additur preterea eorum peregrinationi fletus
& dolor, quoniam, vel alienas ex charitatis
affectu, vel proprias ex carnis conditione ali-
quando deplorantes miserias, semper in tris-
titia, & mœrore sunt, perinde ac & in Psalmo
Psal.124. dicitur: *Euntes ibant & flebant mittentes semi-*
Io.16. *na sua*. Et alibi in Euangelio: *Amen dico*
vobis quia plorabitis & flebitis vos, mundus autẽ
gaudebit, vos vero contristabimini, sed tristitia
vestra conuertetur in gaudium: Non tantùm
hoc modo se plorasse Apostolus testatur, quã-
B do ait: Ipsi scitis qualiter vobiscum per omne
tempus fuerim, seruiens Domino cum omni
humilitate, & lachrymis; sed &, vti nunc Hie-
ronymus, fletu & dolore, quasi carta & attra-
mento se æquè Epistolam conscripsisse affir-
Rom.9. mat, cum ait: *Ex multa tribulatione, & an-*
gustia cordis scripsi vobis per multas lachry-
mas.

Num Domini *titulus Ecclesiasticis personis conueniat?*

CONTROVERSIA XVIII.

C PRocax suo more in Ecclesiasticos omnes
Erasmus [Domini] dictionem, in suo
Militis Christiani Enchiridio perperàm, & non
fine ambitionis nota ab eijsdem vsurpatam,
quòd siuè potestatis, & dominij sit; siuè illis
Christi voce prohibeatur, oblatrauit. Cæte-
rùm quia ipse liberalium artium peritiam sę-
pius iactare consueuit, non satis Grammatices
hac in re meminisse probatur: Quandoquidẽ
aptissimè titulum eiusmodi Ecclesiasticis per-
sonis cõuenire, ex mox dicendis quilibet intel-
liget. Et quamuis ad Deum omnipotentem,
ad Imperatores, ad Reges, cæterosq́; sæcula-
res principes quandoq́; referatur: descendere
D tamen eundem ad minoris, infimæq́; etiam
conditionis homines comperiet. A domo, do-
minum deducunt Grammaticorum scholæ:
Ita vt quicunq; domunculæ tantùm præest, li-
cet ex fæce plebis sit, Domin⁹ domus dicitur.
E Item quisquis bouis, vel equi, aut agri, ser-
uiue ius proprietatis habet, Dominus eius rei
dicitur: Præterea & is qui vsumfructum tan-
tummodo accipit, pro tempore, quò rei vsu
potitur, Dominus dicitur. Si igitur hi iure
Domini dicuntur: cùm Ecclesiæ tot & tanta
possideant, cõuincitur eos inprimis qui Eccle-
sijs præsunt, remq; earum administrant iure
Dominos dici non ambitiosè.

Nec officit eiusmodi titulo profanas, sæcu- B
laresq́; signati potestates, quandoquidem cõ-
munis is vtriq; est: sęcularib⁹ nimirũ, & sacris:
Paulo testante qui ait: *Sunt dij multi: & Do-* 1.Cor.8.
mini multi. Et quidem Deo præsertim tribui-
tur, prima ad Timotheum sexto; *Rex Regum,*
& Dominus Dominantium. Exodi sexto: *Ego*
sum Dominus Deus vester. Amos quinto: *Do-*
minus est nomen eius. Regibus deinde Danie-
lis primo. *Timeo ego Dominum meum regem*:
Tertio Regum primo: *Quæramus Domino no-*
stro Regi adolescentulam. Principibus, alijsq́;
profanis Potestatibus Hieremiæ vigesimosep-
timo: *Hæc dicetis ad Dominos vestros*. & in
Deuteronomio: *Constituit eũ Dominum domus* F
suæ, & principẽ omnis possessionis suæ. Sacerdoti-
bus, primo Regum capite primo: *Obsecro mi*
Domine, viuit anima tua Domine, ego sum illa
mulier, quæ steti coram te hic orans Dominum:
Priuatis hominibus, prima Petri capite secũ-
do: *Serui subditi estote Dominis vestris in omni*
honore. Lucæ decimo sexto: *Nemo potest duo-*
bus Dominis seruire. Primogenitis in familia,
Genesis vigesimoseptimo: *Esto Dominus fra-*
trum tuorum. Infimæ cõditionis hominib⁹, Ioã-
nis vigesimo, cùm hortulano credito dicitur:
Domine si tu sustulisti eum dicito mihi. Seruis,
Genesis vigesimo quarto: *Bibe Domine mi,*
& camelis tuis hauriam acquam. Christo de- G
niq; humilitatis magistro, Ioannis decimo ter-
tio: *Vos vocatis me, magister, & Domine, &*
bene dicitis: sum etenim. Igitur ex his, alijsq́; in-
numeris propè testimonijs satis superq́; con-
stat *Domini* titulum, non sæcularibus tantùm
Principibus, sed alijs etiam, ijsq́; minoris, atq;
infimę cõditionis: ijs insuper, qui humilitatem
profitentur, & docent valde communem esse,
non esseq́; deinceps tumoris atq; ambitionis.
Quod si ex sacris hactenus litteris, singulæ in
vnum essent congerendę auctoritates, quibus
Deus, Personæq́; in diuinis hac ipsa dictione
indicantur, profectò sacrorum potius, quàm
profanorum vocabulum cõprobaretur. Titulũ H
ergò vtriq; generi communem, hoc est pro-
fano, & sacro, Ecclesiæ Proceres erga seipsos,
propriasq́; personas admiserunt, qui & ad hu-
miles, infimosq́; homines descenderet: quiq́;
(vt explicatum est) modestissimus foret, ne
eminentiori, Regis videlicet, Ducis, ac Prin-
cipis vocabulo (etiam si ordine ac dignitate il-
lis præstent) iactantiæ, ambitionisq́; suspicio-
nem prætenderent.

Sed dicat Erasmus: Cum diuino omnes
cultui consecratos, etiam malos, ac flagitio-
sos, (perinde ac de Scribis, & Pharisæis ipse-
met Christus decreuit) honore afficiẽdos legũ
quarumcunq; decretis caueatur, quò aptiori

A modeſtiorią; potuiſſe eoſdem vnquam hocce cohoneſtari titulo:quem non nuper, ſed ab ipſo etiam naſcentis Eccleſiæ exordio in eoſdē translatū fuiſſe, prima Petri Epiſtola capite quinto declarat? *Paſcite* (dicitur in ea) *qui in vobis eſt gregem Dei, non vt Dominantes in clero* (ex faſtu videlicet ſuperbiæ) *ſed forma facti gregis:* ex humilitate nimirum, iuxta Saluatoris præceptum: (Luc. 22.) *Qui in vobis maior eſt, fiat ſicut minor*. Et Ioannes Electæ ſanctiſſimæ fœminæ ſcribens. (Io. 2. Ep.) *Et nunc* (inquit) *rogo te Domina:* In Actibus quoq; Apoſtolorum (Act. 16.) carceris cuſtos Paulo dixit, atq; Silæ: *Domini, quid me oportet facere, vt ſaluus fiam?* (Epiſt. 90.) Auguſtinus item Hieronymo ſcribens, in fine Epiſtolæ: B *Memor noſtri* (inquit) *exaudiaris a Domino in omni ſancto deſiderio tuo, Domine Chariſſime, & deſideratiſſime, & honorande in Chriſto frater*. Denią; , & iam vniuerſali Eccleſiæ vſu, atq; decreto ſeruatur, vt in diuini recitatione officij Verſicularius ad lectiones in Matutinis precibus, Prima, atq; Completorio a Sacerdote benedictionem petat, ſub eiuſmodi verborum forma: *Iube Domne benedicere*, a Domini nimirum plena, atq; perfecta dictione, de medio vocali ablata, ita Domnus nuncupatus, Et hoc ipſo ita immutato nomine, prænominis, ſiue tituli vice, Monachi nunc omnes honoris, ac dignitatis gratia decorantur.

C Quod pręterea dictio ſit, Chriſti teſtimonio Eccleſiaſticis minime aptanda perſonis (vt ipſemet ſubdit Eraſmus) non ſatis id expreſſum ex ſacris litteris habeo. Niſi quòd circa idgenus titulos Saluator in Euangelio diſcipulos illis interdum monuit, (Matt. 23.) videlicet: *Vos autem nolite vocari Rabbi vnus eſt enim Magiſter veſter: Omnes vos fratres eſtis: Et Patrem nolite vocare vobis ſuper terram, vnus eſt Pater veſter, qui in cælis eſt. Nec vocemini magiſtri, quia magiſter veſter vnus eſt Chriſtus*. Porrò ſi ad hæc alludit Eraſmus, quæſtionis arbitrium audiat Hieronymum.

D Quæritur (inquit ipſe) quare aduerſum hoc (Tom. 6. ſ. 4. Cōm. in cap. 23 Matth.) præceptum doctorē Gentiū Apoſtolus eſſe ſe dixerit: aut quomodo vulgato ſermone, maximè in Paleſtina, & Aegypti Monaſterijs ſe inuicem Patres vocent. Quod ſic ſoluitur. Aliud eſſe natura patrē, vel magiſtrum: aliud indulgentia. Nos ſi hominem patrem vocamus, honorem ætati deferimus, non auctorē noſtræ oſtendimus vitæ: Magiſter quoq; dicitur ex conſortio veri magiſtri. Et ne infinita replicem: quomodo vnus per naturam Deus, & vnus filius, non præiudicat cæteris, ne per adoptionem Dei vocentur, & filij; ita & vnus pater, & magiſter non præiudicat alijs, vt abuſiuè appellentur patres & magiſtri.] Hæc ipſe. E Quibus & per adiunctionem vnius ex natura, atq; primarij Domini, Catholicæ confeſſioni Eccleſiaſticos viros eadem voce ex indulgentia honoris gratia cohoneſtari non obſtare, haud obſcurè colligitur.

COMMENTARIVS.

60 *Et gratias ago Deo meo, quòd dignus ſum, quem mundus oderit.* Pro bonis ac proſperis etiam Iudæi, & Gentiles, Ethnici, & Publicani communiter Deo gratias agunt: At pro aduerſis, æquè ac proſperis eidem illas referre, Chriſtifidelium tantummodo eſt: Vnde & Apoſtoli præceptum: F Gratias agentes ſemper pro omnibus in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, Deo, & Patri. (Epheſ. 5.) Semper (inquam) & in omnibus, vt non tantùm pro his, quæ bona putamus, ſed etiam, quæ nos coarctant, & contra noſtram veniunt voluntatem in Dei præconium mens læta prorumpat: dicamusą; cum S. Iob. (Iob. 1.) *Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc: Sicut Domino placuit ita factum eſt. Sit nomen Domini benedictum*. Hac ergo virtute præ cęteris pollens Hieronymus, Crucem ſuam iugiter portauit: Chriſtū perpetuo ſecutus eſt, & inter aduerſa gratiarū ſemper retulit actiones. Deniq; inter ipſos acriores perſecutionum impetus: G inter acerbiora aduerſantium odia, illud Saluatoris immurmurans: (Io. 15.) *Si mundus vos odit, ſcitote quia me priorem vobis odio habuit: Non eſt ſeruus maior Domino ſuo: Si me perſecuti ſunt, & vos perſequentur:* Patientia tandem: atq;, animi conſtantia cœlos ſibi aperuit.

61 *Ora autem, vt de Babylone Hieroſolymam regrediar:* Frequens Hieronymo, vt ſe alienis orationibus & voce & litteris commendaret, quemadmodum ex Epiſtola ad Theodoſium, & cęteros Aegypti anachoretas obſeruare eſt, vbi: Nunc (inquit) in medio conſtitutus (Epiſt. 38.) elemento, nec regredi valeo, nec progredi poſſum: H ſupereſt vt oratu veſtro Sancti ſpiritus aura me prouehat, & ad portum optatum (Epi. 40.) optati littoris proſequatur.] Et ad Auguſtinū. Ideo te admoneo, vt orationes aſſiduas animi tui pro me emittas ad Dominū.] Item ad eundem Epiſtola nonageſima prima, & ſuperiori: Memento mei Sācte, & venerbilis Papa.] Quod vero is pro reditu ſuo de Babylone Hieroſolymam, virginem ad orationē moneat: Manifeſtò pro Babylone Romam intelligit. Babylonem autem Ciuitatem quondā, & Metropolim Chaldęorū in terra Sennaar, ex ſacris litteris vulgatiſſimam, a confuſioneą; nomen accepiſſe, ita vt pro ipſamet confuſione accipi conſueuerit, nemo ignorat, Cęterū

eum

A cum ipsa etiam Roma, Imperij Romani caput, & Orbis totius domina, antequam signatam in fronte blasphemiam, Christi sanguine aboleret, & veritatis discipula fieret, ob martyrum sanguinis inextinguibilem sitim, qua laborabat, nec nō Gentilicam superstitionem, qua errores omnium nationum in proprio sinu confouebat, & ipsa (inquam) Babylonis nomine a Sanctis Patribus, ab Apostoloq; Petro inprimis, in prima sua Epistola, & a Ioanne in Apocalypsi interdū vocata sit: Non ideo tamē putandū, Hieronymum eandem eiusmodi vocasse hoc loco nomine in detractionem, aut de rogationem Ecclesiæ. Nequaquam. Sed Babylonem idcirco nuncupauit, vt proposito suo eam Scripturæ sacræ historiam, qua Iudæi in Babylonem adducti referuntur, aptius commodaret: vt patet ex sequentibus. Enimuerò, quemadmodum illis Hierosolyma in terram alienam, hoc est in Babylonem transmigrasse aliquando contigit: sic se, ea ipsa Hierosolyma interdum egressum, Romæ hospitem fuisse affirmat. Et quemadmodum illi redditum in patriam, dum malè a Babylonijs tractarētur suspirabant: sic ipse Romæ, dum omni inhumanitatis genere a falsis clericis & Monachis afficeretur flens, dolensq; Hierosolymam regredi peroptabat. Quemadmodum deniq; illis ex aliena, in terram natiuitatis propriam redditus permissus est; sic ipsi Hieronymo ad propriam vocationis patriam e portu Romano soluere datum est. Verùm alia permulta sunt, quæ hanc ipsam historiam Hieronymi hactenus explicato euentui æqualem omnino reddant, de quibus in mox subdendis. Non igitur in ipsam Vrbem, vti fidei, & veritatem magistram (quemadmodum iniustè criminatus Rufinus est) sed in ipsos tantùm, a quibus alienigena contumelijs impetitus est oculos tenens defixos, ad suum propositum lepidè traduxit historiam. Enimuerò, vt in illa fides catholica, altis defixa radicibus surgit, manetq; super Christum immobiliter fundata, eam innumeris semper extulit præconijs: eam veneratus est: consuluit: eidemq; perpetuò adhæsit. Romanæ (inquit) plebis laudatur fides. Vbi alibi tanto studio & frequentia ad Ecclesias, & ad martyrum sepulchra concurritur. Vbi sic ad similitudinem cœlestis tonitrui amen reboat, & va cua idolorum templa quatiuntur? Non quod aliam habeant Romani fidem, nisi hanc, quam omnes Christi Ecclesiæ, sed quòd deuotio in eis maior sit, & simplicitas ad credendum.] Quod si cuipiā hęc Hieronymi verborū expositio non placet, dicat aliter. Non fuisse nimirum Ecclesiæ Romanæ præiudicio, Vrbem ipsam tunc temporis Babylonem nuncupari, quando, & Gentilicia in ea adhuc impietas magna ex parte vigebat, vt propterea ex parte Babylon, ex parte ciuitas sancta adhuc haberi posset. Qui horum maiorem notitiam cupit, historias legat Ecclesiasticas, Annalesq; præsertim Baronij, & ita tunc se habuisse res, perinde ac dicitur, animaduertet. Hac eadem ex causa & Paulinus Nolę Episcopus Melanię senioris redditum in patriam describens, eam ipsam Vrbem, Babylonis nomine introducit dicens: Hanc ergo (Melaniam scilicet) filia Sion hactenus habuit, & desiderat, nunc filia Babylonis habet & admiratur.] Et paulò infra. Quare ita illi gratulandum de memoratis virtutibus puto, vt de præsenti sede timeatur, vt tam insignis anima plus Romæ conferat, quā de Roma trahat, & sic sedeat supra flumina Babylonis, vt recordetur Sion, & organo corporis suspenso ab inimicæ omnibus Babylonis insidijs & illecebris, in sui propositi tenore, velut in salicibus gemino semper humore viuentibus, constituta viuere non desinat.] Hæc Paulinus. E Tom. 4. sub Siricij an. 13. Paul. apud Seue rū Ep. 10 F

61 *Ne mihi dominetur Nabuchodonosor.* Is etenim fuit, qui aduersus Iudæos bellum, nō semel, atq; iterum, sed ter etiam mouit: primòq; Iechoniam, secundò Ioachim, tertiò Sedechiam tulit, quo item tempore Hierosolymam cum templo vastauit, ipsosq; Iudęos in captiuitatem duxit.

63 *Sed Iesus filius Iosedech*. Hic ille est, de quo Dominus ad Aggeum: *Loquere* (inquit) *ad Zorobabel filium Salathiel, ad Iesum filium Iosedech sacerdotem magnum.* Fuit autem is Princeps & Sacerdos Israelitici populi, primusq;, qui eundem post Danielis prophetiam, quæ facta est sub Cyro Rege, de Babylone in patriam reduxit: quiq; vnà cùm eodem Zorobabel templi fundamenta iecit. G

64 *Veniat Esdras, qui interpretatur adiutor, & reducat me in patriam meam.* Esdras deniq; ex Sacerdotibus æquè, ac ducibus eiusdem populi fuit, qui concaptiuos fratres anno septimo Artaxerxis Persarum Regis de Babylonis captiuitate reduxisse libro primo eiusdem, capite septimo describitur. Isq; idem putatur esse, qui in Paralipomenon libro Iosedech dicitur, ibi. Porrò Iosedech egressus est, quando transtulit Dominus Iudam & Ierusalem per manus Nabuchodonosor.] Ab hoc verò Hieronymus in patriam reduci obsecrat, non quòd ortus sui ciuitas ea fuerit, sed vt in proposita persistendo historia, eandem vocationis suæ terram esse demonstret: ad quam non minus Dei voce prouocabatur, quàm dudum ipsemet Israel alienigena. Hæc secundum historia ad quam alludit Hieronymus. Iuxta verò sublimiorem intelli- H

(Left margin letters: B beside "bylonem idcirco", C beside "aliena, in terram", D beside "tum immobiliter".)

A intelligentiam populo, qui captiuus ducitur in
Babylonem aptè genus humanum indicatur,
quòd de Paradiso per peccatum corruens, in
captiuitatẽ mundi huius venit, vbi superbissi-
Isa. 14. mi Nabuchodonosor illius, qui in Isaia dixit: *In
Cælum conscendam, super astra Cæli exaltabo so-
lium meum, similis ero altissimo* angustijs, atq;
tyrannide oppressum, secus eiusdem fluenta,
hoc est, lacrymarum vallẽ per dies quamplu-
rimos sedens suspirauit, vt in psalmo dicitur:
Psal. 136. *Super flumina Babylonis illic sedim⁹ & fleuimus,
dum recordaremur tui Sion*. Verùm in plenitu-
dine temporum verus Iesus, Deus, & homo,
Rex & Sacerdos e Cœlo in Virginis vterum
B descendens, idemq́; sui sanguinis precio redi-
mens, non illi deinceps eundem Nabuchodo-
nosor dominari passus est; quin Esdræ, qui in-
terpretatur adiutor, de quo & sępius Prophe-
Psal. 53. ta recinit: *Ecce enim Deus adiuuat me, & Do-
minus susceptor est animæ meæ*: officio fungens,
in propriam tandem patriam, mysticamq́;
Hierusalem reduxit: Quàm Beatus Ioannes
describens: *Sustulit me* (inquit) *in Spiritu in
Apoc. 21 montem magnum, & altum & ostendit mihi Ciui-
tatem Sanctam Hierusalem descendentem de Cæ-
lo a Deo habentem claritatem Dei.* Et Paulus.
Heb. 12. *Accessistis ad Ciuitatem Dei viuentis Hierusa-
lem Cælestem, & Ecclesiam primitiuorum, qui
C conscripti sunt in Cælis, & ad multorum millium
Angelorum frequentiam*. Vel exponatur cap-
tiuitas de anima, quæ ter ab impio Nabuchodo
nosor Rege Iudæis inflicta: cogitatione primũ,
mox consensu, tertiò opere ex illa parte Hie-
rusalem, hoc est Ecclesię, quæ est sine ruga &
macula captiua in eam regionem confusionis
ducitur, de qua Lucę quintodecimo: *Et non
post multos dies adolescentior filius peregrè profe-
ctus est in regionem longinquam, & ibi dissipauit
substantiam suam, viuendo luxuriosè*. Verùm
Esdræ auxilio, diuini videlicet verbi prædica-
tione in illã Hierusalem, cui idem Christus Ie-
sus Rex, & Sacerdos in æternum dominatur,
D reducitur.

*65 Stultus ego, qui volebam cantare canti-
cum Domini in terra aliena*. Ex Psalmo cen-
tesimo trigesimo sexto, ad maiorem eiusdem
historiæ explicationem dictum accipitur.
Cùm namq; Iudæi in Babylone captiui ad can
tica prouocarentur, suspendissentq; antea ijdẽ
salicibus ad ripã Euphratis organa sua, respon-
Psal. 136. disse illos scribitur. *Quomodo cantabimus can-
ticum Domini in terra aliena?* Sic nimirum se
nunc Hieronymus stultitiæ damnat, quòd Ro-
mæ canticum Domini canere aliquando præ-
sumpserit. Pro cantico autem Domini sacro-
rum arbitror librorum explanationes intellige
re, quæ totum hominem, & ab omnibus mole-
stijs liberum exigunt. Quo item sensu Pauli- E
niano fratri alibi scripsit: Canticum, quod can-
tare non potui (librum de Spiritu sancto Didi-
mi intelligens) hic a vobis in Iudæa prouoca-
tus immurmuro.] At iuxta allegoriam, qui
peccatorum funibus constricti ex Hierusalem
(vt dictum est) in Babylonem ducuntur cap-
tiui, canticum Domini cantare nequeunt, quia
eisdem fletus, & pœnitentię opera conueni-
unt, non cantus. Qui verò de illa Hierusalem,
quæ sine ruga, aut macula describitur sunt, illi
procul dubio canticum canunt & Domini prę
dicant maiestatem.

*66 Et deserto Monte Syna, Aegypti auxi-
lium flagitabam*. Ne punctum quidem a præ- F
dictis digrediens Hieronymus, aliam rursus ad
se ipsum coarguendum subdit historiam. Ius-
sisse namq; Dominum quondam populo suo,
ne ad aduentũ Nabuchodonosor Regis, exerci
tusq; eius pertimesceret, ne ve Hierusalem ip-
sam desereret, sed viriliter ageret, quoniam
ab ei⁹ potentia ipsummet immunem seruasset,
scribitur in Hieremiæ prophetia: Verùm cũ
is metu perterritus, Dei pręcepto non pa- Hier. c. 42 & 43. & seq.
ruisset, sed in Aegyptum quasi illius armis a fu-
rore Chaldæorum posset defendi confugisset,
vana omnino spe deceptus est, vt idẽ Propheta
tradit. Quinto si quidẽ anno captiuitatis Hie-
rosolymorum (Iosepho teste) qui est tertius,
& vicesimus Regni Nabuchodonosor, cùm G
eandem idemipse, vnà cũ Ammonitis, & Moa
bitis expugnasset, perrexissetq́; deinceps ad-
uersus Aegyptũ, nõ eius tantùm Regem, cùm
cęteris subuertit, sed denuo ipsos quoq; Iudæ-
os, partim occidit, partim captiuos in Babylo-
nem duxit. Ad hęc omnia alludens nunc
Hieronymus, stultum a simili se iterum propter-
ea vocat, quòd nimirũ deserto monte Syna
(hoc est Iudæa, pars enim pro toto ponitur) v-
bi ab hæreticis, schismaticisq́;, ac falsis insuper
Monachis exagitabatur (vt supra capite sep-
timo explicatum est) dictam solitudinem, &
locum antea deseruisset, atq; pro quiete, & H
veluti ad perfugium Romam venisset: Quan-
doquidem se vana omnino spe deceptum as-
truens, hostem a tergo habuisse, maioraq; ibi
bella fuisse coactum sustinere hisce nunc ver-
bis concludit. Mysticè per Iudæos terræ san-
ctæ incolas, qui vt auxilium externum impe-
trent, propriam deserunt Hierusalem, obstinati
indicantur peccatores, qui Sanctorum dese-
rentes consortia, Aegyptijs, terræ nimirum te-
nebricosę habitatoribus copulantur. Verùm
Deus inultos illos abire non patiens, Nabu-
chodonosor deniq; Regem, a quo se illi aufu-
gere credunt in illos transmittit, qui eosdem,
tutos etiam, atq; inter Aegyptios custoditos

compre-

A cōpræhendit, & captiuos ducit vnde fugiebāt.
Hierony. in Thre. Cap. 4. Aliter idem Hieronymus. Quisquis (inquit)
deserto vno vero Deo, adiutorium quærit a spi
rituali Aegypto, hoc est ab hoc mundo, & lu-
brica huius sęculi vestigia pergit, vana spe de-
lusus, hostium tandem spiritualium fit preda.
Is. 30. Vnde scriptū est. *Aegyptus vanè auxiliabitur.* Et
Hier. 17. iterū. *Maledictus homo, qui confidit in homine.*

*67 Non recordabar Euangelij: quia, qui de
Hierusalem egreditur, statim incidit in latrones,
spoliatur, vulneratur, occiditur.* Ostendit (no-
tat Victorius) sententiam nostram verā esse:
quòd scilicet non Romæ sed Hierosolymæ, &
Bethlehem sua esset vocatio, propterea Baby-
B lonem Romam vocauit] Manifesta verò pa-
rabola est, habeturq; Lucæ capite decimo.
Porrò detractoribus, quibusq; pariter detrahi-
tur eadem aptatur, quoniam latronibus de-
tractores comparantur: quemadmodum enim
rem illi, sic isti famam prædantur: Tantoq; pe
iores latronibus habentur, quantò fama tem-
poralibus omnibus pręstantior reputatur: Re-
fertur enim inter immortalia bona, dicente
Eccl. 4. scriptura: *Curam habe de bono nomine:* Et ali-
Psal. 111. bi: *In memoria aeterna erit iustus, ab auditione
mala non timebit.* Latrones præterea se ipsos
proferunt, ita vt ab eis etiam impetiti viatores
aufugere queant: at detractores in hoc eisdem
C peiores censentur, quoniam nunquam faciem,
vt dicitur, ostendunt, sed in angulis, absentis
proximi famam lædunt, inuoluunt. Deniq; il-
li corpus vulnerant, vel etiam interimunt: Isti
gladio linguæ totum hominem, in communi
omnium existimatione sauciant & perimunt.
De his illud est. *Sepulchrum patens est guttur
Psal. 13. eorum, linguis suis dolose agebant, venenum as-
pidū sub labijs eorū, quorū os maledictione plenum
est, veloces pedes eorum ad effundendū sanguinē.*

*68 Sed licet Sacerdos despiciat, atq; Leuitae:
Samaritanus ille misericors est, cui cum diceretur:
Samaritanus es, & Daemonium habes: Daemo-
nium renuens, Samaritē se non negauit: quia quē
D nos custodem, Hebraei Samaritem vocant.* Ita a
detractoribus acceptus Hieronymus, vt etiam
bono spoliatus nomine, insuper & vulneratus,
peneq; in communi hominum opinione extin
ctus foret: religiosis nunc quoq; personis, ijs-
demq; sacerdotibus, atq; leuitis, a quibus ex
officio curari, recreariq; omnino debuerat, fuis-
se despectui, manifestè demonstrat. Igitur no-
bis obtrectatorum perfidia seminecibus inter-
dum iacentibus, quando Sacerdotis & Leuitę,
nec non cæterorum, ad quos animarum cura-
tio spectat, auxilium deest, quin potius miseri-
cordiæ obliti, nos prætereunt, tunc veri Sama-
ritę, idest custodis, qui vulneratos omnes cu-
rat, & suo imponens iumento ad stabulum Ec-
clesiæ deportat, auxilium implorandum est; E
Quoniam Ipse est, qui sanat omnes infirmita-
tes nostras, *Et qui redimit de interitu vitam* Psal. 102.
nostram. Et de quo Ecclesiasticus loquitur.
Circundederunt me vndiq; & non erat qui adiu- Psal. 102.
uaret. Respiciens eram in adiutorium hominum Eccl. 51.
*& non erat: Memoratus sum misericordiae tuae
Domine, quae a saeculo sunt, quoniam eruis susti-
nentes te, & liberas eos de manibus Gentium.*

69 Maleficum quidam me garriunt. Ma-
leficus aliquando bene audit, quemadmodum
illud Psalmi. *Quae non exaudiet vocem incan-
tantium, & malefici incantis sapienter.* Verùm F
quoniam eiusmodi hominū genus laudē mere Psal. 57.
tur non vituperationem, cum præsertim me-
retricis Niniuæ amore deuinctos ad mētis sani-
tatem reuocet, satis apertè constat in hoc
sensu Hieronymum maleficum non fuisse cō-
clamatum. Est itaq; propriè maleficus ille, qui
veri Dei cultu neglecto, vel contempto Dæ-
mones inuocat, illisq; in omni virtute, signis,
& portentis mendacibus, & in omni decep-
tione ad perdendos homines vtitur: quem sæ- Hier. super Dan. cap. 2.
pè etiam sanguinem, & victimas adhibere,
mortuorumq; corpora contingere tradit idem
Hieronymus. Leguntur in hoc sensu Pharao-
nis malefici Exodi capite septimo, & octauo.
Hos vero ita in lege veteri Deo abominabiles G
certò scimus, vt eos ipsos vltimo supplicio
puniendos fore, idem verbis illis decernat.
Maleficos non patieris viuere. Et alibi. *Non* Exod. 22
sit in te maleficus, nec incantator, neq; qui Py- Deut. 18.
*thones consulat, nec diuinus, & quaerat veritatē
a mortuis.* At quoniam præceptum huiusmo-
di iudiciale erat, cum ipsa consequenter lege
cessauit; committiturq; nunc sæcularium Prin-
cipum arbitrio secundum humanas leges cri-
minis eiusdem pœna. Maleficij item nomine
omnia crimina intelliguntur, quæ contra Deū
patrantur, cuiusmodi sunt omnia, quæ contra
præcepta prioris tabulæ fiunt. Siuè ergo pro
maleficio, Dæmonis inuocatio accipiatur, siuè
quodlibet aliud, vt dictum est, peccatum intel- H
ligatur: ex eiusmodi contumelia Hieronymū
constat tanquàm flagitiosissimum hominum
ignominia ab hostibus fuisse notatum.

70 Titulum fidei seruus agnosco: Qui Chris-
ti fidem profitetur & legem, is profectò fidei
suæ titulum, qui Christus est, a quo & nomen
accipit agnoscere dicitur; quoniam fidem
eius, simul ac legem profitendo, consequen-
ter per imitationem ad persecutiones, probra,
& passiones non tantùm se præparat, aut
easdem in se immissas patienter sustinet, sed
in eisdem etiam lætatur, & crescit, perin-
de ac Salomon testatus est dicens: *Fili ac-* Eccl. 2.
cedens ad seruitutem Dei sta in iustitia,

A *& timore, & prapara animam tuam ad tentationem*: & paulò post: *Coniungere Deo & sustine, vt crescat in nouissimo vita tua.* Esse verò Titulum signum quoddā in alicuius rei exordio, consequentia facilè declarans, & ipsum signatum a cæteris distinguens, dicerem: ex quo & librorum, Psalmorumq; prænotationes, tituli appellātur. Ad distinctionem insuper a cæteris, quatuor Angelis, ne cuipiam ante nocerent creaturæ, quàm Dei serui in frontibus Apoc. 7. signarentur, præceptum in Apocalypsi Sancti Ioannis legimus. De hoc ipso titulo se frequentius commendans Hieronymus, alta personat voce: Lib. 2. aduers. Ruf. Cap. 8. Quanto magis ego Christianus, B de parentibus Christianis natus, & vexillum crucis in mea fronte portans a malignis lectoribus non debeo reprobari? Se verò in eiusdem tituli fidei agnitione seruum hoc loco nominat, vt ad illud Saluatoris alluderet, quo dicitur: Luc. 6. *Non est seruus super Dominum suum.* Et Apostoli: Gal. 1. *Si hominibus placerem, Christi seruus non essem.* Sed beatus, qui hunc Domini sui titulum agnoscens, in fronteq; portans, moribus illi non contradicit: qui opprobria & detractiones complectens, æquo animo tolleret, quæ Dominus, & Magister pertulit: Qui deniq; tanta, quanta is pro eo sustinere ac C pati dignatus est, vult pariter pro eius nomine perferre.

71 *Magum vocant & Iudæi Dominum meū.* Non legimus in Euangelio Dominum a Iudæis magum verbo, sed sensu appellatum: vti Marci tertio: *Et Scribæ, qui ab Hierosolymis descenderant, dicebant: Quoniam Beelzebub habet, & quia in principe Dæmoniorum eijcit Dæmonia.* Et Matthæi nono: *Pharisæi autem dicebant: in principe Dæmoniorum eycit Dæmones.* Et quamuis propriè Magus a malefico distinguatur: quemadmodū ex Daniele colligitur, vbi Dan. 2. scribitur. *Præcepit ergo Rex, vt conuocarentur arioli, & magi, & malefici:* Quòd nimirū maleficus verborum vi, & Dæmonis inuocatione (vt dictum est) vtatur: Magus verò circa res tantùm naturales, seclusa omni Dæmo- D nis inuocatione versetur; cursusq; syderum, & motus cœlorum contempletur: In cuius etiā testimonium Chaldæorum Magos, ex nouæ stellæ in Oriēte apparitione primùm Domini Saluatoris intellexisse aduentum, ad eumq; adorādum in sanctam Ciuitatem venisse, Matthæus commemorat: Consuetudinē tamen, & sermonem communem, Magos, pro ipsis Hier. in Dan. c. 2. 1. Cor. 10 maleficis accipere solitam idem Hieronymus tradit: in quo vtiq; sensu Actorum octauo dicitur: *Vir autem quidam nomine Simon, qui ante fuerat in Ciuitate magus.* Et paulò infra: *Attendebant autem eum, propter quod multo tempore magicis suis dementasset eos.* Iuxta hāc E nominis acceptionem Magum a Iudæis Dominum Iesum fuisse vocatum hoc loco Hieronymus asserit.

72 *Seductor & Apostolus dictus est.* Ex secūda videlicet ad Corinthios capite sexto, ibi: *Vt seductores & veraces, sicut qui ignoti, & cogniti: quasi morientes, & ecce viuimus.* Cuius pariter calumniæ, & Dominum Iesum accusatum testatur Lucas dicens: Luc. 23. *Cœperunt autem illum accusare dicentes: Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dari Cæsari, & dicentem se Regem esse.*

73 *Tentatio me non apprehendat, nisi humana.* Inter tot, tantasq; sibi ex iniquorum ho- F minum insidias illatas iniurias, optat nunc Hieronymus, deprecaturq; hisce verbis Dominum, ne vltrà nouo tentationum genere afficiatur: Quo item loquendi modo Apostolum Corinthijs olim scribē[illegible] vsum fuisse verbis illis legimus, videlicet: 1. Cor. 10 *Tentatio vos non apprehendat nisi humana.* Porrò humanæ illæ putantur tentationes, quæ ex carne, & sanguine ortum ducunt, cuiusmodi sunt: fornicatio, immunditia, luxuria, idolatria, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, rixæ, dissēsiones, hæreses, insidiæ, ebrietates, comessationes, & his similes. Non humanæ verò, quæ ab extra, seu a spiritualibus potestatibus in nos concitantur: cum nimirum ipse G Satanas, vel transfigurat se in angelum lucis, persuaderéq; nititur, vt eum angelum lucis arbitremur: vel aliud horum, aut simile quidpiam facit. Tunc huiusmodi tentatio non humana dicitur, quia reuera non a carne & sanguine, seu ex natura corporis, aut materia carnis, & sanguinis educitur, sed a Principatu, & Potestate, Rectore tenebrarum, & nequitia spirituali in nobis suscitatur. De horum genere Apostolus disserens. *Non est*, inquit, Ephes. 6. *nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus Principatus, aduersus Potestates, aduersus mundi Rectores tenebrarum harum, aduersus spiritualia nequitia in cœlestibus.* Sunt qui dicant, nonnullos reperiri H Dæmones, qui amoribus, & amatorijs canticis seruiunt, de quibus Prophetę dictum intelligunt: *Spiritu fornicationis seducti sunt.* Os. 4. Quosdam verò iracundias, furores, rixas, & bella excitare: Aliquos inimicitijs præesse: Quosdam vero alios ad alia prouocare, & de his Apostoli quoq; dictum: Tentatio videlicet vos non apprehendat nisi humana intelligendum arbitrantur. Quidquid sit, tentationum genus reperiri, quod non humanum sit, certissimum est. Ad quod, & Hieronymus respiciens Apostoli eiusdem dictum

vsur-

A vsurpāt. *Tentatio me non apprehendat nisi humana.*

74 Quotam partem angustiarū perpessus sum, qui Cruci milito? Cùm non humanæ virtutis sit Cruci militantium angustias recensere omnes, pulchrè cum aliquas Hieronymus ante retulisset, indefinitū tandem earum relinquēs numerum, inquit. [Quotam partem angustiarum perpessus sum, qui cruci milito?] Quid huic simile apud Apostolum dum Corinthijs scribit reperies: vbi, *A Iudæis inquit, quinquies quadragenas vna minus accepi: Ter virgis* 2.Cor.11
cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci nocte, & die in profundum maris fui.
B Deinde indefinitè subiungens, addit: *In itineribus sæpe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in Ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus.* Vniuersa tādē interrogatione cōcludēs, perinde ac nūc Hieronym⁹: *Quis*, inquit *infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur & ego nō vror?* Et quidem solus Dominus, cuius præscientia arenæ maris stellarumq; Cœli numerum non præterit, eas omnes nouit. Sub crucis vexillo stipendia meruerunt Apostoli, Martyres, Confessores, Virgines, Cæsares, Reges, Principes, totus deniq; mundus: & tamen ad imitationem capitis sui tolerasse omnes probra, flagel-
C la non timuisse, irrisiones sustinuisse, tribulationum viam percurrisse constat. Alij tristitias, & desolationes perpessi sunt: alij amiserunt nomen bonum super vnguenta præcinsum: Alij nequiter ab his tractati sunt, in quos beneficia contulerunt. Et quis horum omnium angustias nouit? quis earundem numerum supputauit? O crucis vexillum, quorumcunq; omnium, Aquilæ etiam insignium augustissimum: cuius gloriæ splendor super omnē Cœlorum celsitudinem corruscans, totumq; mundum replens, ad inferorum vsq; profunda penetrat: sub quo ipsi Cæsares, & qui portant orbem colla submittunt: Cui militantes longè ijs omnibus felices, qui palmis, tropheisq; E
onusti Tarpeiam olim rupem super excelsos currus conscenderunt, euadunt: Quorum militantium gloria & virtus eorum multò superat famam, qui suo imperio Prouincias, Regna, Imperiaq; subegere: Cuius tandem excellentissimam Maiestatem Isaias oculis mentis con- Isa. 55.
tuens: *Et erit*, inquit, *Dominus in nomen, & in signum sempiternum, quod non deficiet.* Vbi idē Hieronymus hæc habet: His, qui de malo commutati fuerint in bonum, erit Dominus in nomen, & in signum æternū; vt ex ipsius appellentur nomine Christiani, & Crucis eius mutantur cauterio. De quo signo Symeon tenēs Luc.2.
vlnis paruulum loquebatur: *Hic erit in ruinam,* F
& resurrectionem multorum, & in signum, cui Isa. 7.
contradicetur: de quo & dictum est: *Dabit vobis Dominus signū*, Et sanctus cantat in Psalmo: Psal. 85.
Fac mecum Domine signum in bonum, Et ipse, Matt. 24.
qui signum est: *Cum videritis signum filij hominis*, quod non deficiet, nec vllo fine mutabitur, sed de præsenti conuersatione transibit in futurum] Luc.12.

75 Infamiam falsi criminis imposuerunt: Illius intellige, de quo hoc ipso capite, & capite secundo.

76 Sed scio per bonam, & malam famam perueniri ad regna Cælorum. Apostoli dicto innititur, quo & Corinthij ad patientiam in 2.Cor.6
G aduersitatibus incitantur, ibi: *Per gloriam, & ignobilitatem, per infamiam, & bonam famam.* Igitur sustineamus paululum & nos in hac vita tentationibus affici, vt æternā deinceps pro temporalibus mercedem capiamus. Negligamus detrahentium conuicia, vt Christi voce laudemur. Non timeamus in hoc mundo de bono nomine, vt ab illo gloriæ regno donemur. Pro nihilo tandem iniquorum hominum maledicta ducamus, vt ille post superatos agones nobis benedicat, de quo in Psalmo dicitur. *Maledicent illi, & tu benedices.* Psal.108.

De alijs quibusdam ab Hieronymo editis operibus. Cap. XV.

D H



Lenitudinem, 1 itaq; sapientia, & scientia adeptus 2 dedit, vt abyssus vocem suam, 3 & aqua hebraica amaritudinis ad verbum eius dulcorata sunt, 4 & reuelata sunt abscondita a sæculis, & generationibus. 5 Cuncta enim volumina veteris testamenti prius de Græco, 6 postea veratiori editione de hebraico transtulit in Latinum: 7 eademq; ferè omnia Spiritu sancto reuelante, cuius instinctu sunt edita, diligenter exposuit. 8 Scripsit enim in Genesim librum vnum, 9 absq; prænotatis ad Damasum quæstionibus: 10 Cunctasq; homilias Origenis in Pentateuchum de Græco flumine transtulit in Latinum. 11 Regum vtrò, & Paralipomenon quæstiones, quæ vocantur hebraica, duobus libris prudenter explicauit; 12 Præter illas tres obscurissimas, quas scribens abundantius exposuerat. 13 Quarum prima est: Cur Dauid cum Achis ad expugnandum Saul vltroneus veniebat. 14 Secunda: Cur moriens Dauid præcepit filio, vt Ioab magistrum militiæ interficeret. 15 Tertia de Semei, qui Dauid fugienti maledictionis iniurias

A *irrogauit. 16 Aliam quoq; propositam de eisdem libris explicauit quaestionem: quomodo scilicet* E
Salomon, & Achoz undecimo anno gignere filios valuerunt. 17 Porrò Isaiam commentatus est
libris decem & octo. 18 Hieremiam libris viginti: 19 Ezechielem libris quatuordecim: 20 Danielem libris tribus: 21 Et duodecim prophetas libris viginti. 22 Et vt nihil relinqueretur ambiguum, nomina quoq; Hebraeorum, quemadmodum intelligi debeant etymologijs proprijs pulcherrimo patefecit decore. 23 In quosdam psalmos tractatus edidit luculentos. 24 Et in Ecclesiasten Commentarios. 25 In Hieremiam, & in Ezechielem viginti octo, 26 Et in Lucam triginta nouem de Graeco in Latinum homilias, 27 Nec non Peri archon libros conuertit. 28 Nouum praeterea testamentum Graecae fidei reddidit. 29 Ex quo Matthaeum compendiosa potius, quàm fastidiosa expositione studiosis Lectoribus explanauit: 30 Et plerasq; Apostoli Epistolas, 31 ac Ioannis Apocalypsim disseruit. 32 Postremò praecauens in futurum, si quid fortè in nouo Testamento, vel veteri aliquando corrumpi contigerit, qua cura debeat reformari, scribens ad Lucinum insinuat. 33 Vt veterum (inquiens) librorum fides de Hebraeis voluminibus examinanda est; ita nouorum Graeci sermonis normam desiderat. 34 Et alibi. Deniq;, & ego cum inter discordantia veteris
B *testamenti latina exemplaria fluctuarem, ad hebraicam veritatem, 35 de cuius vtiq; fonte gustaueram* F
recursum habui, & inter corrupta, & incorrupta, eius testimonio indicaui. 36 Cumq; sic deprehendissem zizaniorum germina inter triticum diuinorum pullulasse voluminum, ea eradicare studui. 37 Consignans etiam per singulos loca ad corrumpendum procliuia: 38 Et breui opusculo explicans, quibus maximè occasionibus soleant exemplaria deprauari.

COMMENTARIVS.

1 P*Lenitudinem itaq; sapientiae, & scientiae adeptus.* Duplicem esse sapientiam, humanam, & diuinam: carnalemq; & spiritualem Paulus ad Corinthios testatur scribens:
2.Cor.1. *Non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conuersati sumus in mundo.* Et infra. *Sapientiam*
1.Cor.2. *autem loquimur inter perfectos: Sapientiam verò non huius saeculi, neq; Principum huius saeculi,*
C *qui destruuntur: sed loquimur Dei sapientiam in mysterio.* Hac ergo posteriori sapientia, quae circa inuisibilia, & intellectualia est, repletus Hieronymus, dedisse vt abyssus vocem suam nunc asseritur. Et quamuis nemo in praesenti vita sapiens ita reddatur, quòd adhuc eius sapientia augeri nequeat, Salomone testante qui
Prou.1. ait: *Audiens sapiens, sapientior erit*: ideo tamen sapientiae, & scientiae plenitudine Hieronymus imbutus scribitur, quatenus Dei sapientiam (quae sola plenitudinem virtutum claudit, & a qua quidquid virtutis humana habet infirmitas accipit) ex scripturae sacrae obsigna-
D to codice iam habuisset, possideretq;, quàm etiam sapientiae plenitudinem vt Colossenses accipere mererentur, se Dominum rogasse
Coloss.1. verbis hisce testatur Apostolus: *Propter hoc ex quo die audiuimus, non cessamus orantes pro vobis, & deprecantes vt impleamini cognitione voluntatis eius in omni sapientia & intelligentia spirituali, ambulantes dignè Deo.* Porrò distingui sapientiam a scientia, quòd haec naturalium, supernaturalium rerum illa sit, nemo ignorat. Caeterùm si Stoicorum sapientiae quidditas accipiatur, secundum quam eadem humanarum, diuinarumq; rerum cognitio definitur, synonima hoc loco sapientiae & scientiae nomina esse facilè persuadebimur. In quo
sensu, & alibi scriptum legimus: *O altitudo* Rom.11.
sapientiae & scientiae Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viae eius.
Et in Prouerbijs. *Timor Domini principium* Prou.1.
scientiae. Quod in Psalmo repetitur. *Initium* Psal.110.
sapientiae timor Domini. G

2 *Dedit vt abyssus vocem suam.* Qui sapientia, vt dictum est, repletur, consequens etiam est, vt illico det vocem suam, quoniam de ea
dicitur: *Nunquid non sapientia clamitat, &* Prou.8.
prudentia dat vocem suam? In summis, excelsisq; verticibus, super viam in medijs semitis stans iuxta portas Ciuitatis, in ipsis foribus loquitur dicens: O viri ad vos clamito, & vox mea ad filios hominum. Quae iure *vt abyssus* vocem leuare dicitur, quoniam eiusmodi dictione aquarum multitudo significatur, sicuti in Genesi Moyses
loquitur: *Ruptae sunt omnes fontes abyssi magnae.* Gen. 7.
Aquarum porrò multitudine sapientia accipi-
tur ex Ecclesiastico: *Aqua sapientiae salutaris* Eccl. 15.
potauit eos. Igitur meritò sapientia, vt abyssus H
dat vocem suam, quia vocis eius immensitas super omnes creaturarum voces ascendit: Vnde Regius Propheta de Apostolorum sa-
pientia multo ante pronuntians; *Eleuauerunt* Psal.92.
flumina (inquit) *Eleuauerunt flumina vocem suam, Eleuauerunt fluctus suos a vocibus aquarum multarum.* Deniq; pro abysso sapientiam accipi illud expressè declarat, quo dicitur.
Iudicia Dei abyssus multa. Et. *Sapientia eius* Psal.35.
erumpunt abyssi. Prou.3.

3 *Et aquae hebraicae amaritudinis ad verbum eius dulcoratae sunt.* Aquarum nomine sacram scripturā intelligit Hieronymus in Isaię verba:
Beati

A *Beati, qui seminatis super omnes aquas, immittentes pedem bouis & asini:* quæ explicans: Beati (inquit) estis Apostoli, cæteriq; doctores qui seminatis super omnes aquas scripturæ sãctæ, in quibus calcat bos & asinus. Cæterùm cũ scriptura sacra in vetus & nouum testamentũ, seu in veterẽ, & nouã legem diuidatur: lexq; Euãgelica dulcedinis in psalmo decimo octauo, vetus vero Mara, siue amaritudinis alibi dicatur: Hinc est, quòd hæc Hieronymi studio dulcedine cõmutata sit: is etenim prophetias eius, atq; figuras omnes, nec nõ viuificantis spiritus mysteria singula, ex speciali dono Dei explicauit.

B De huiusce legis, seu aquarũ amaritudine in Ezechielem idem scribit: (In Ezec. cap. 47.) Considera legẽ Moysi: si intelligatur iuxta sensum carneum Iudæorum, quomodo amara sit. (Exod. 21. Gen. 28.) Effodiens oculum pro oculo, dentẽ pro dente: Iudæ in Thamar fornicationem: (Os. 1.) & Osseę iunctum fornicatriæ: (Hier. 13.) Hieremiæ περίζωμα: (Num. 12.) Moysi vxorem Aethyopissam, (Exod. 2.) & interfectionẽ Aegyptij, & mille alia, quæ si intelligamus iuxta occidentẽ litterã, & non iuxta spiritum viuificantem amara sunt, & lectorem suum, non tam ædificant, quàm destruunt. De eiisdẽ & in Exodo dicitur: (Exod. 15) *Non poterant bibere aquas mara, eo quod essent amaræ.* Vel dicatur. Veteris ideo legis amaritudinem Hieronymi verbo & calamo dulcedine fuisse

C commutatam, quòd eandem idemipse ex amarissimo idiomate, sub quo, vti sub duro cortice antea latebat, post Septuaginta Interpretes, Christi iam Euangelio corruscãte trãstulit, Latinitatisq; dulcedine perfudit. Huius hebræi idiomatis amaritudinem supra idem cõmemorans scribit: Vt alphabetum discerẽ, & stridentia anhelantiaq; verba meditarer. Quid ibi laboris insumpserim, quid sustinuerim difficultatis, quoties desperauerim, quotiesq; cessauerim, & contentione discendi rursus inceperim, testis est conscientia, tam mea, qui passus sum, quàm eorum, qui mecum duxerunt vitam. Et gratias ago Domino, quòd de amaro

D semine litterarum, dulces fructus capio.

4 *Et reuelata sunt abscondita a sæculis, & generationibus.* Hieronymi nanq; translatione quamplura Hæbreorum voluminibus antea inclusa mysteria Ecclesiæ Dei reuelata sunt: De quorum vtiq; reuelatione in Procemio super Isaiam idem ita meminit: Deinde hoc etiã adijciendum, quòd non tam Propheta. (Isaias videlicet) dicendus sit, quàm Euangelista: ita enim vniuersa Christi, Ecclesiæq; mysteria ad liquidũ prosecutus est, vt non putes eũ de futuro vaticinari, sed de præteritis historiam texere: Vnde conijcio, noluisse tunc tẽporis Septuaginta Interpretes fidei suæ sacramenta perspicuè Ethnicis prodere, ne sanctum canibus, & margaritas porcis darent; quæ cùm hanc (suã

E nimirum) editionem legeritis ab illis animaduertetis abscondita.] Et in Esdram ac Nehemiã: Si quis autẽ Septuaginta vobis opposuerit interpretes, quorũ exemplaria, varietas ipsa lacerata, & inuersa demonstrat: nec potest vtiq; verum asseri, quod diuersum est, mittite eum ad Euangelia, in quibus multa ponuntur, quasi de veteri Testamento, quæ apud Septuaginta Interpretes non habentur, velut illud: *Quoniam Nazareus vocabitur.* Et. *Ex Aegypto vocaui filium meum.* Et. *Videbunt in quẽ compunxerunt:* Multaq; alia, quæ latiori operi reseruamus; & quærite ab eo vbi scripta sint:

F Cunq; proferre non potuerit, vos legite de his exẽplarib⁹, quæ nuper a me edita maledicorũ quotidie linguis cõfodiuntur.] Hæc ille de occultatis a Septuaginta Interpretib⁹, a se vero in Scripturę sacrę trãslatione reuelatis mysterijs.

5 *Cuncta enim volumina veteris testamenti prius de Græco.* Miror admodũ, cur de hac priori eius ex Septuaginta Interpretibus versione a scriptoribus mẽtio nulla fiat, cũ tamen eã primitus se edidisse pluribus in locis asseueret. In præfatione librorum Salomonis: Si cui, inquit, Septuaginta Interpretum magis editio placet, habet eam a nobis olim emendatã: neq; enim noua sic cudimus, vt vetera destruamus, & tamen cùm diligentissimè legerit, sciat magis nostra scripta intelligi, quæ non in tertium vas

G trãsfusa coacuerit: sed statim de prælo purissimo commendata testæ suum saporem seruauerunt.] Et aduersus Rufinum. (Lib. 2. c. 8) Cæterùm memini, inquit, editionem Septuaginta translatorum olim de Græco emendatam tribuisse me nostris, nec inimicũ debere existimari eorũ quos in conuentu fratrum semper edissero. (Epist. 28.) Id quod & ad Lucinum repetit scribens: Septuaginta Interpretum editionẽ & te habere non dubito, & ante annos plurimos diligentissimè emendatam studiosis tradidi.] (Epi. 107.) Deniq; & eiusdem laboris in Prologo Paralipomenon: in Epistola ad Augustinum, (Epi. 88.) & alibi frequenter meminit. Verum opus a scriptorum memoria

H ideo excisum arbitror, quòd eiusdem Hieronymi tempore, æmulorum inuidia illud, vel omnino deprauatum, vel incendio cõsumptũ fuerit: in cuius rei testimonium Augustini ad eũdẽ Hieronymũ sunt verba, quibus ait: Ego sanè te mallẽ Græcas potius canonicas interpretari scripturas, quę Septuaginta Interpretũ auctoritate perhibentur. (Ep. 94.) Cui idẽ respondens Hieronymus: Grandẽ loquit latini sermonis in ista Prouincia notariorũ patimur penuriã. Et idcirco præceptis tuis parere nõ possumus, maximè in editione Septuaginta, quę asteriscis, verubusq; distincta est: pleraq; enim prioris laboris, originalia videlicet exemplaria, ob fraudẽ cuiusdã amisimus.

A Ex eo, quod in præfata ad Lucinum Epistola (quę ex superius explicatis Christi anno trecentesimo nonagesimo secundo data conuincitur) editio ante annos plurimos edita affirmatur, haud improbabili coniectura ad credendũ inducor, elaboratã eandẽ circa annum Domini trecentesimũ sexagesimũ septimũ, eũ nimirũ idẽipse Euagrij solitudine detineretur.

6 *Postea verò veraciori editione de Hebraico transtulit in Latinum.* De hac posteriori ex hebræo, scriptores omnes meminerunt, Sanctorumq; Patrum schola summis eandem extulit præconijs. Ea autem est, quæ Vulgata nunc dicitur, quamq; Ecclesia Catholica Damasi

B Pontificis primùm decreto, mox posteriorum æquè Pontificum, nec non Sacrorum Conciliorum Sanctionibus approbauit, recepit, inuiolatamq; perpetuò conseruauit. Cui deniq; ab ipsis Hebræis, Sanctis Apostolis, Euangelistis, & ipsomet Christo sæpius testimonium redditũ est. Vnde & inter multa (vt Bybliorum initio scribitur) magnaq; beneficia, quæ per Sacram Tridentinam Synodum Deus Ecclesiæ Catholicæ contulit, id inprimis numeratur, quòd inter tot Latinas editiones diuinarum scripturarum, hanc solam veterem, ac Vulgatam, quæ longo tot sæculorum vsu in Ecclesia probata fuerat, grauissimo decreto

C roborauit. Et vnde nam (Victorius addit) apud nos ex Hieronymi studijs maior, quàm ex hebraicæ linguæ cognitione vtilitas emanauit? Vnde emolumentum maius profluxit? Eius enim tantùm interpretatio ab Ecclesia iá diu recepta in vsu nunc est: eius versio legitur, & citatur. Septuaginta enim, exceptis psalmis, qui ipsi etiam, sicut a Hieronymo emendati sunt leguntur, nullum amplius apud Latinos locum tenent. Hanc eandem editionem Vulgatam, Hieronymi quidem versionem dicit Bellarminus in suis controuersijs de Verbo Dei, sed illam in multis additam ostendere nititur; Verùm Leo a Castro in suo Apologetico

D pro hac ipsa Hieronymi versione (qua vt inquit ipse tot sæculis omni fidei bono, & obtrectantium Iudæorum malo, & hæreticãtium pernicie vsa est in tot Concilijs Ecclesia) correctione eam non indigere, quin potius illibatam, vt hactenus, perpetuò seruandam esse cõuincit. Non immeritò autem *veraciori editione* de Hæbraico Hieronymum illam transtulisse hoc loco affirmatur; Quandoquidem Septuaginta interpretum editionem ad sua vsq; tempora imperfectam fuisse, quòd inter cætera Trinitatis mysterium non proderet, idem Hieronymus in Prefatione super Pentateuchum sequentibus testatur. Deniq; (de Septuaginta disserens) vbicunq; sacratum aliquid scriptura testatur de Patrẽ, & Filio, & Spiritu sancto, E
aut aliter interpretati sunt, aut omnino tacuerunt.] Cæterùm hanc ex Hebræo ex ijs eiss operibus, quæ idem ante Christi annum trecentesimum nonagesimum secundum elaborauit, hoc argumento est, quòd ipsammet in Catalogo scriptorum suorum, ad decimum & quartum vsq; Theodosij Principis annum editorum referat. Cœptam verò eandẽ Christi anno trecentesimo octogesimo octauo, quo Hebræorum eruditissimis viris, Bathanina nimirum & Lyddæo vtebatur fuisse, atq; post duos proximè sequentes annos absolutam, ratio temporum persuadet, quæ & ex proprijs eius hauritur Epistolis, de quibus sigillatim in F
Animaduersionibus, ac præcipuè Animaduersione centesima quarta.

Num ex Hebræo vetus Testamentum Hieronymus adamussim transtulerit?

CONTROVERSIA XIX.

TAmetsi autem ex hactenus allatis de Hieronymiana ex Hebræo veteris testamẽti translatione cõstiterit, pauló tamen adhuc diligentius res ipsa explicanda videtur, cùm Iacobus de Valẽtia in prologo Psalterij, Tractatu sexto eandem in dubitationem adducat. Hieronymus igitur de Septuaginta Interpretũ G
editione in libro de Optimo genere interpretandi mentionem ingerens, non ad verbum, sed ad sensum eandem se elaborasse indicans hæc habet [Ego non solum fateor, sed libera voce profiteor, me in interpretatione Græcorum, absq; scripturis sanctis, vbi & verborum ordo, & mysterium est, non verbum e verbo, sed sensum exprimere de sensu.] Ex his, atq; alijs idem Iacobus, ipsam Hieronymi ex Hebręo translationem non ad verbum, sed vix ad sensum editam suspicatus, propriam sententiam huisce explicauit. [Ideo Paula, & Eustochium videntes tantam confusionem inter Ecclesias Latinas, rogarunt B. Hieronymum H
Hebraicarũ, & Gręcarum, & Latinarũ litterarũ virũ peritissimum, vt ad vitandam talem confusionem vetus Testamentum immediatè ex Hebræo interpretaretur, & verteret in Latinũ. Et sic rogatu earum transtulit Pentatheucum, & Iosue, & librum Iudicum, & libros Regum. Sed rogatu Chromatij trãstulit libros Paralipomenon, prout patet in prologo Byblię, in qua traductione B. Hieronymus tenuit istum modum, quia noluit sequi litteram iã per Iudęos punctuatam, sed voluit videre Translationem ipsorum Septuagita, & Origenis, & omnium aliorum, & sic elegit significationes, & sensus, provt sibi melius, & rationabilius visum fuit. Et

in

A in quibusdã non transtulit verbũ ex verbo, sed Epi. 101. sensum ex sensu, sicut sæpius fecerunt Septuaginta, vt ipse dicit in Epistola ad Pammachiũ, de optimo genere interpretandi. Vnde Hieronymus non intendebat in tali interpretatione repræhendere Septuaginta, sed vitia scriptorum & defectus, eo quòd vitio scriptorum, & imperitia, & negligentia illa translatio in multis locis erat vitiata, & quædam etiam erãt omissa, quæ allegantur in scriptura noui testamenti, vt ipsemet inquit.] Hæc ipse, qui duplicem ab Hieronymo totius Scripturæ sacræ translationem elucubratam haud aduertens; vnam quidem iuxta Septuaginta, & Græcam B originem; alteram iuxta Hebraicam veritatẽ, (de quibus satis paulò superius) pronunciata ab eodem Hieronimo de priori, atq; ex Græco translatione, de posteriori ex Hebræo dicta, perperàm arbitratus est. Et quidem tantùm abest in huius posterioris elucubratione textum Hebraicum Hieronymum omisisse, atq; Septuaginta Interpretum, Origenis item, atq; omnium aliorum sibi proposuisse exemplaria, quòd sæpissimè ad eiusdem veteris testamenti germanam, veramq; intelligentiam habendã ex vno tantùm Hebræo fonte eandem hauriendam is moneat, & in ipso opere cudendo ad vnguem obseruet. Extant rei huius propria C eiusdem testimonia quanplurima; Verùm duo tantum hic attulisse sat sit. In Epistola vigesima octaua ad Lucinum ita scribit. [Vt veterum librorum fides de Hebræis voluminibus examinanda est, ita nouorum Græci sermonis normam desiderat.] Item in Epistola centesima trigesima quinta ad Suniam, & Fretelam. [Sicut autem in nouo testamento, si quando apud Latinos quęstio exoritur, & est inter exemplaria varietas recurrimus ad fontem Græci sermonis, quo nouum scriptum est instrumentum: ita in veteri testamento, si quando inter Græcos, Latinosq; diuersitas est ad Hebraicam recurrimus veritatem, vt quid D quid de fonte proficiscitur, hoc quæramus in riuulis.] Hucusq; Hieronymus. Porrò de singulorum veteris testamenti librorum versione idem ipse differens, atq; de libro præsertim Hester in prędatione centesima decima secũda scribit [Librum Hester varijs translatoribus constat esse vitiatum, quem ego de archiuijs Hebræorum releuans, verbum e verbo expressius transtuli: quem librum editio Vulgata laciniosis hinc idem verborum finibus trahit, addens ea, quę ex tempore dici poterant, & audiri: sicut solitum est scholaribus disciplinis sumpto themate excogitare, quibus verbis vti potuit, qui iniuriam passus est, vel qui fecit.] Item de libro Iob in præfatione centesima decima tertia. [Hæc autem translatio nullum de E veteribus sequitur Interpretem, sed ex ipso Hebraico, Arabicoq; sermone, & interdum Syro nunc verba, nunc sensus, nunc simul vtrũq; resonabit.] De Psalterio vero [Certè, inquit confidenter dicam, & multos huius operis testes citabo, me nihil dumtaxat scientem de veritate Hebraica mutasse.] Verùm totum ipsummet vetus Testamentũ simili methodo, atq; ad vnguem ex Hebręo in Latinum redditum constat ex præfatione eiusdem centesima quarta, dum ijdem Hebræi super Pentatheucũ testes adhibentur, hisce videlicet [Sicubi in trã slatione tibi videor errare, interroga Hebræos: diuersarum vrbium magistros consule. Quod F illi habent de Christo, tui codices non habẽt.] & in præfatione centesima sexta super libros Regum. [Certè si incredulus es, lege Græcos codices, & Latinos, & confer cum his opusculis, quæ nuper emendauimus, & vbicunq; inter se discrepare videris, interroga quemlibet Hebræorum, cui magis accommodare debeas fidem: & si nostra firmauerit, puto quod eum non existimes coniectorem; vt in eodem loco mecum similiter diuinauerit.] In præfatione quoq; centesima octaua super Paralipomenon. [Si quis in hac interpretatione voluerit aliquid repręhendere; interroget Hebręos, suam conscientiã recolat, videat G ordinem, textumq; sermonis, & tunc nostro labori, si potuerit, detrahat.] Item in præfatione centesima nona super Esdram, & Nehemiam [Edidi aliquid, quod non habetur in Græco, aut aliter habetur, quàm a me versum est. Quid interpretem laniant? Interrogent Hebræos, & ipsis auctoribus, translationi meæ, vel arrogent, vel derogent fidem.] Quod si nec hisce testimonijs rem ipsam elucidatã Iacobus approbat, Apostolorũ quoq;, & ipsius Domini Saluatoris Hieronymũ testimonia proferentẽ in pręfatione cẽtesima septima audiat [Scripsi (inquit ille) nuper librum de optimo genere interpretandi, ostendens illa de H Euangelio: Ex Aegypto vocaui filium meum, Et: Quoniam Nazarenus vocabitur, Et: Videbunt in quem compunxerunt, Et illud Apostoli: Quæ oculus non vidit, nec auris au Matt. 2. Io. 19. 1. Cor. 2. diuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit Deus diligentibus se: cæteraq; his similia in Hebræorum libris inueniri. Certè Apostoli, & Euangelistæ Septuaginta Interpretes nouerant, & vnde eis hæc, quæ in septuaginta Interpretibus non habentur? Christus Dominus noster vtriusq; testamenti con- Io. 7. ditor in Euangelio secundum Ioannem, Qui credit, inquit, in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Vtriq;

scrip-

A ſcriptum, quod ſaluator ſcriptum eſſe teſtatur.
Vbi ſcriptum eſt? Septuaginta non habent:
Apocrypha neſcit Eccleſia. Ad Hebræos igi-
tur reuertendum eſt, vnde & Dominus loqui-
tur, & diſcipuli exempla præſumunt.] Hæc
ipſe de eiuſmodi teſtimonijs, quæ in propria
ex ipſomet Hebræo fonte hauſta translatione
continentur. Deniq; hanc eandem tranlatio-
nem Leo, qui ſupra, in Prolegomenis ſuper
Iſaiam appuſitè perueſtigans: Vtrãq; affirmat,
translationem, tam Septuaginta videlicet, quã
Hieronymi cum Hebraica veritate conſentire,
At in hoc tantùm differre, quòd vulgata Hie-
ronymi ad verbum reddat eandem: Septua-
B ginta verò ad ſenſum tantùm: ex quo & inter-
dum eoſdem putatos dicit ab Hebraica diſcor
des veritate. Sed & de eiuſdẽ nunc Hierony-
mi veritate, atq; præſtantia paucula ſubdam⁹.

*Num Hieronymi ex Hebræo Tranlatio ve-
rior ſit & præſtantior?*

CONTROVERSIA XX.

Hic quoq; Iacobi eiuſdem de Valentia
C præallegato loco, alter error eluitur:
proximè quippe de Hieronymi, atq; Septua-
ginta Interpretum Translationibus agens, Hie
ronymi negat alijs eſſe prælatam: Quin potius
ad Septuaginta partes propendens, eoſdem
prophetas habendos, atq; Spiritu ſancto ple-
nos ex Eccleſiæ determinatione teſtatur; cu-
ius & verba ſunt [Ideo Papa Damaſus, & etiã
vniuerſalis Eccleſia Romana bene acceptauit
translationem Hieronymi, tanquam veram,
& Catholicam: ſed noluit Eccleſia, vt traduc-
tio Hieronymi, nec aliqua alia præferretur, ut e
anteponeretur interpretationi ipſorum Sep-
tuaginta: immo voluit vt habeantur tanquam
D prophetæ in omnibus, quæ interpretati ſunt,
& in his quæ addiderunt, eo quod Spiritu ſan-
cto pleni ſunt] Hęc ipſe. Cæterùm, quò aliter
ter res ipſa ſe ſe habeat, grauiſſimorum aucto-
rum teſtimonijs comprobemus: Auguſtinũq;
inprimis libro decimo octauo de Ciuitate Dei
auditione accipiamus. [Non defuit noſtris
temporibus Hieronymus Presbyter, homo do-
ctiſſimus, & trium linguarum peritiſſimus, qui
non ex Græco, ſed ex Hebræo in Latinum di-
uinas litteras conuertit: cuius tantùm littera-
rum laborem etiam Hebræi fatentur eſſe ve-
racem.] Idem libro quarto de doctrina Chri-
ſtiana profitetur. Auguſtini ſententiam com-
probans Gregorius libro vndecimo Moraliũ,
hæc habet [Noua Hieronymi translatio ex E
Hebræo nobis eloquio cuncta verios transfun-
dit: propterea credendum eſt, quidquid in ea
dicitur: & oportet, vt verba illius noſtra expo-
ſitio ſubtilius rimetur.] Iſidorus Hiſpalenſis
Epiſcopus, libro ſexto ethymologiarum, capite
quinto hæc addit. [Hieronymus, trium lingua-
rum peritiſſimus, ex Hebræo in Latinum elo-
quium diuinas ſcripturas conuertit, eloquen-
terq; transfudit, cuius interpretatio cæteris an-
tefertur: nam eſt verborũ tenacior, & perſpicui
tate ſententiæ clarior, atq; , vt potè Chriſtiana
verior] Melchior Canus, libro ſecundo Loco-
rum Theologicorũ capite decimo tertio. [In
translatione (inquit) Sacræ ſcripturæ noſtra F
ſæcula ſunt feliciora, quàm antiqua; nam olìm
tot penè vulgabantur exẽplaria, quot codices.
At verò nunc, Sancti ſpiritus ſine dubio pecu-
liari prouidentia, Damaſi ſolicitudine, Hiero-
nymi ſummis laboribus, Eccleſia Sancta con-
cordem ſcripturarum vnitatẽ accepit, omniſq;
ſublata de medio varietas eſt; vnica Latina edi
tione, omnium conſenſione recepta. Quaprop
ter, qui ad Græca exemplaria nos reuocant,
eandem varietatem inferre volunt, quã olìm
Hieronymus in libris noſtris aſſeruit: immo eã-
dem falſitatem, a qua ille codices noſtros ex-
purgauit] & quæ ſequũtur. Venerabilis Beda
in libro, qui de ratione temporum inſcribitur, G
auctor eſt, Septuaginta translationem, vel parũ
ſolicitè primò editã, vel poſt corruptam fuiſſe:
per Beatũ verò Hieronymũ ex puro Hebraicæ
veritatis fonte (ipſis etiam Iudæis teſtibus) nos
potari teſtatur. Gloſſa, capite Vt veterũ, diſtin
ctione noua, Hieronymo in hiſtorijs & transla-
tionibus, Auguſtino in diſputationibus, Grego
rio in moralibus credẽdũ tradit. Platina in vita
Damaſi: Damaſus, inquit, primus ſcriptis Beati
Hieronymi, & trãslationi Bibliorũ auctoritatis
pondus addidit. Ioannes Driedo, libro ſecundo
de ſcripturis & dogmatib⁹ Eccleſiaſticis, vbi de
translatione Sacrę ſcripturę tractat [Affirmam⁹
(inquit) quòd & ſi Eccleſia ſub Apoſtolorũ tẽ- H
poribus haberet Septuaginta Interpretũ edi-
tionẽ tãquã authenticã, diuinoq; ſpiritu editã,
qua, & Chriſtus, ſuiq; Apoſtoli vſi ſunt ad de-
monſtrãda fidei primordia: iuſta tamẽ ratione
Hieronymus poſt illorũ, ac aliorũ interpretum
editionẽ, totũ vetus teſtamentũ immediatè ex
Hebræo in Latinũ tranſtulit, ſuãq; editionẽ Ec
cleſiæ legendã ſuaſit, ac tradidit.] Cæterũ, cùm
huius nos cauſas alibi in medium attulerimus,
ad eaſdem lectorem nunc mittimus. Deniq;
Sacroſanctæ Tridentinæ Synodi in eiuſdem Ia-
cobi ſugillationem decretũ proferamus. [Inſu Seſſ. 4 de Cã. ſcrip.
per, ait, eadem Sacroſancta Synodus conſi-
derans non parum vtilitatis accedere poſſe
Eccle-

A Ecclesiæ Dei, si ex omnibus Latinis editionibus quæ circunferuntur, sacrorum librorum, quęnam pro authentica habenda sit, innotescat: statuit, & declarat, vt hęc ipsa vetus & vulgata editio, quę longo tot sæculorũ vsu in ipsa Ecclesia probata est, in publicis lectionibus, disputationibus, prædicationibus, & expositionibus pro authentica habeatur; & vt nemo illã reijcere, quouis prætextu audeat, vel præsumat.] Hucusq; sacri Concilij de Hieronymi translatione decretũ, quod habetur Sessione quarta, de canonicis scripturis: Ad cuius æquè robur, cùm omnis humana ratio superuacanea censeatur, hic quoq; cæteris argumen- B tis, atq; auctoritatibus omninò supersedemus. Quod deinde idem Iacobus addit: Voluisse Ecclesiam, Septuaginta Interpretes in omnibus quæ interpretati sunt, habendos esse tanquam Prophetas, & Spiritusancto plenos, mihi hactenus de hac Ecclesiæ determinatione minimè constat: quod si constiterit, illi perpetuò, & quibuscunq; alijs eius decretis, me, meaq; omnia dicta, & scripta subiecta profiteor. Tu interim, Lector, hanc vide ab Hieronymo reiectam opinionem capite quarto.

COMMENTARIVS.

C *7 Eademq; ferè omnia Spiritu sancto reuelante, cuius instinctu sunt edita, diligenter exposuit.* Hieronymi phrasis: Orãtibus vobis, & ipso nobis Sancto spiritu sugerente, quo scripta sunt, suis locis explanare conabimur (præfat. in Epistolã ad Philem.) Igitur tũ ex hucusq; explicatis, tũ ex infra explicandis, in quos præsertim scripturæ sacrę libros cõmẽtarios Hieronymus ediderit cõstat. Cęterùm eũ in tanta mysteriorum profunditate, diuino fuisse excitatum Spiritu, alienis non est opus id comprobare sententijs, cùm Sanctæ inprimis Ecclesiæ, quę eiusdem Sancti spiritus illustratione perpetuo dirigitur, vnicũ testimoniũ, & ad Deũ oratio, D singulis annis, in eius die festo recitata sufficiat: De eiusdem instinctu in Præfatione sexti libri in Ezechielem idem loquitur: Sextum volumen explanationum in Ezechielem meo ore, suo sensu Dominus explicet: eiusdemq; Spiritus gratia, quo Prophetis reuelata sunt, quæ scripta legimus, nobis quoq; differentibus Psal. 118. reuelentur: vt possimus dicere: *Os meum aperui & attraxi spiritum.*]

8 Scripsit enim in Genesim librum vnum. Quis iste liber sit, non satis intelligo. Edidisse Hieronymum in Genesim librum vnum, quęstionum, seu Traditionum hebraicarum nomine inscriptum, omnibus compertissimum est: de quo & ipse in catalogo scriptorum suorum agens: Quæstionum, inquit, hebraicarum in Genesim librum vnum (scripsi videlicet.) Et super Isaiam: De Segor, ait, in libris Quæstionum hebraicarum diximus. Et infra. De Sabbato in hebraicarum Quæstionum libro, quem in Genesim scripsimus, plenius dictum est. Verum, an liber hic, ille sit, de quo in textu nunc scribitur diligens Lector attendat. Dum Paula, eiusq; filia Eustochium, Bethlehẽ morarentur, conscripsisse tunc illum in Epistolam ad Ephesios Commentarios, Præfationes ipsæ primi & secundi apertè declarant: At cùm illis in Genesim certam expositionem hisce polliceatur videlicet. Non necesse est, totũ nunc loci illius (Iacob luctam intelligens) excutere Sacramentum, cùm in suo loco, si vixero plenius disserendum sit.] Hinc probabili coniectura assequor, eundẽ tot postmodũ annis vita functũ, promissum opus absoluisse. Nec est, quòd quispiã ex citato ad Ephesios loco, Hebraicarum quæstionum opus intelligat, quandoquidem nec verbum quidem in eo de Iacob cum Angelo lucta. Cæterùm eiusmodi Quæstionum hebraicarũ opus admirans Victorius exclamat. Vtinam in omnis scripturæ sacræ libros, sicut proposuerat similes eius extarẽt labores, sic enim, & tot interpretum petulantia retunderetur, & mutationis apud Hebræos in similibus interdum, cùm litteris, G tùm punctis factarum (ex quo interpretationũ varietas nunc oritur) vestigium aliquod in cæteris libris testato appareret.]

Is. 15. Is. 54. In Ep. ad Eph. c. 6. F

Quæstiones hasce multò ante versionem ex hebręo exaratas, propriæ præfationis verba declarant, quibus dicitur. Sed & Euangelistæ, & Dominus quoq; noster, atq; Saluator, nec non & Paulus Apostolus multa quasi de veteri testamento proferunt, quę in nostris codicibus nõ habẽtur, super quib9 in suis locis pleni9 differemus.) Hæc ibi: Elucubratas verò eas potissimum tunc omnis ratio suadet, cum Barhanina ad obscuriora Scripturæ sacræ mysteria præceptore vtebatur. Annus is Christi trecẽtesimus octogesimus octaus supra numeratus H est. Cur verò in reliquos Scripturæ sacrę libros quæstiones id genus stylo haud prosecutus sit, rationem reddit ipsemet in præfatione triginta nouem homiliarum Origenis in Lucam, quas e Græco in Latinum sermonem conuertit, dicens: Sed quantum apud me, & auctoritas vestra, & voluntas valet (o Paula scilicet & Eustochium:) prætermisi paululum Hebraicarum Quæstionum libros, vt ad arbitrium vestrum lucratiui operis (Homilias videlicet eiusmodi in Lucam intelligens) qualiacunq; sunt, nõ mea sed aliena dictarem.] Hæc ibi, ex quibus post Quęstiones hebraicas in Genesim,

A homiliarum eiusmodi versionem elaboratam
manifesto colligimus. Numeratur earundem
annus Christi trecẽtesimus octogesimus non°.

9 Absq; pranotatis ad Damasum quastionibus;
Ijs videlicet, de quibus supra, capite quinto, &
sexto. Quas pariter ipsemet in calce libri de
scriptoribus Ecclesiasticis commemorat: De
tribus, inquiens Quæstionibus legis veteris
(scripsi.) In quibusdam exemplaribus [subnotatis
ad Damasum quæstionibus] legitur;
sed error est: quandoquidem, non ex Genesis,
sed ex Regum libris paulò infrà subnotatæ
quæstiones accipiuntur.

*10 Cũctasq; homilias Origenis in Pentatheucum
de Graco flumine transtulit in Latinum.*
B Pro Græco flumine, græcam accipe locutionem:
in quo sensu, & de Oratore scribitur;
Cic.deor. flumen orationis, & varietas.] Et paulò infrà:
flumen grauissimorum, & optimorum
verborum.] In alijs quibusdam manuscriptis
exemplaribus [famine] scribitur, quod idem
significat a faris verbo deductum. Porrò, quòd
nullibi de insigni hoc opere ab eodem Hieronymo
translato, apud scriptores repererim factam
mentionem, id in causa est, vt quid de
eo certi proferam, non habeam. In dictos
quinq; Moysi libros (Pentateuchum vnico nomine
nuncupatum) ipsum Origenem libros,
seu homilias edidisse, dubitare haud quispiam
C debet, cùm præsertim nunc inter eiusdem
opera, ac in primo quidem Tomo circunferantur
in Genesim homiliæ decem & septem;
In Exodum tredecim: In Leuiticum sexdecim;
In Numeros viginti quinq;. Cæterùm an Hieronymus
illas omnes e græco in latinũ verterit,
ex eo probabile ducitur argumẽtũ, quòd Gelasi°
in suo decreto, Origenis opera omnia cũ eorũ
proprio auctore damnauit, ijs tantũ exceptis,
quæ Hieronymi iudicio nõ improbabãtur:
at cum Origenis bibliothecæ Hieronymus, &
Rufinus, teste Gennadio de viris illustribus,
translatores fuerint: Rufinusq; vt potè Origenista
auctorem cum eius erroribus, Hieronymus
verò eundem omnino castigatum verte-
D rit, hinc euidenter concluditur, eiusdem Origenis
opera, quæ nunc per Ecclesiam circunferuntur
Hieronymi, & non alterius esse labores.
Dubitari tantummodo potest, de homilijs in
Leuiticum, quę passìm erroribus eius scatent,
vt optimè etiam obseruauit Bellarminus. Verùm
potest esse, a Hieronymo primùm castigatas,
atq; catholicas fuisse trãslatas, deinceps
verò ab Origenistis, ad auctoris exemplaria
restitota, seu verius deprauata. Vertisse præterea
Hieronymum ex eodem Origene vltra
septuaginta libros, hoc ipso capite paulò infrà
ostendemus: At præfatos in Penthateucum, in
E horum numero minimè comprehendi simul
afferemus.

*11 Regum verò, & Paralipomenon Quæstiones,
qua vocantur hebraica duobus libris prudenter
explicauit.* Post quinquennium saltem ab
elucubratis aliàs in Genesim: siquidem non
potuisse eas ante absoluere, ratio intermedij
temporis, quo ad alia prouocatus est opera satis
probat. Sed neq; de ijsdem in Catalogo
scriptorũ agitur. Extant eiusmodi quęstiones
Tomo tertio operum eiusdem.

De Quastionibus in libros Regum, atq; Paralipomenon an Hieronymi sint?

F

CONTROVERSIA XXI.

DVbitant de harum auctore Recentiores:
Vnde & Victorius in earum recognitione
hæc habet; In primùm, & secundùm
Regum librum, & tertij partem, Quęstiones
seu Traditiones hebraicæ nunc tractantur, simili
vt in Genesi factum est modo, non ita
tamen accuratè: quippe, cum Septuaginta,
aliorumq; Gręcorum interpretum, Aquilæ,
Symmachi, Theodotionis nequaquam recenseantur
translationes. Quæ vna causa
fuit, vt Hieronymi hoc opus non esse, sed
G ex eius Commentarijs, seu verius Quæstionibus,
quæ non extent, quas ipse in hos libros,
sicuti in cęteros quoq; Scripturæ sacræ se
editurum initio præfatus est, ab alio consarcinatum,
creditum a quibusdam nõ temerè sit.]
Idem, & Bellarminus in libro de scriptoribus
Ecclesiasticis, in propria ad Hieronymi opera
censura hisce testatur. In Tomo tertio nihil
est, de quo dubitetur, exceptis quęstionibus in
libros Regum, & in libros Paralipomenon.
Sanctus enim Hieronymus in libro de scriptoribus
Ecclesiasticis extremo, testatur se scripsisse
Traditiones, siue Quęstiones hebraicas in
Genesim, loca hebraica, & nomina hebraica:
& de traditionibus, siue quęstionibus hebraicis
H in libros Regum, & in libros Paralipomenon
nihil dicit. Præterea in Quæstionibus hebraicis
in Genesim adscribit idem Hieronymus
passìm verba hebraica, in Quæstionibus autẽ
in libros Regum, & Paralipomenon, nonnisi
semel aut iterum id facit. Deniq; grauior videtur
scriptio illa in Genesim, quàm ista in libro
Regũ & Paralipomenon: Sed cuiuscunq;
sit hoc opus non magni refert.] Hęc Bellarminus.
Verum cum præfatus Victorius, Hieronymum
in eosdem Paralipomenon atq; Regũ
libros edidisse, sicut & in Genesim Quæstiones
hebraicas sentiat, & modo citatũ opus omnino
doctrinam Hieronymi esse, a quopiam alio

ex

A ex eius scriptis consarcinatum teneat, superuacanea iure optimo hæc de operis auctore videri potest dubitatio, cum in Hieronymi potissimum doctrinę confessione consensus sit. Additur præterea: haud quaquam simile vero esse, Hieronymum (cuius inprimis consilium fuit scripturæ sanctæ sub obscuriora sacramenta prodere) eiusmodi librorum, Regum videlicet atq; Paralipomenon, omnem penitus explanationē prætermisisse, cùm absq; eorum cognitione eiusdem scripturæ sacræ cognitio haberi non possit. Quod & ipsemet Paulino affirmat. Paralipomenon, inquiens, liber, idest, Instrumenti veteris epitome, tantus ac talis,
B vt absq; illo, si quis scientiam scripturarum sibi voluerit atrogare, seipsum irrideat. Per singula quippe nomina, iuncturasq; verborū, & prętermissę in Regū libris tanguntur historiæ, & innumerabiles explicātur Euāgelij Quęstiones.] Hęc ipse. Tertio nulli ex antiquis Patribus magis aptari videtur opus, quā Hieronymo: quoniā eius auctorē, Latinā calluisse ęquè ac hebraicam linguam, in priori pręsertim Paralipomenon libri explanatione (cuius singula fermè verba, ex Hebręo transferuntur) compertissimum est. Et quidem ex veteribus Latinis Patribus, neminem pręter Hieronymum, atq; etiam Clementem diuersarum linguarum
C habuisse peritiam iam supra monuimus. Ad Bellarmini in contrarium allata argumenta respondetur, post libri de Scriptoribus Ecclesiasticis lucubrationem, Hieronymum multis annorum curriculis (quo temporis interuallo quanplura edidit alia volumina, quorum memoria in eiusmodi libro non habetur) superuixisse. Sed & iā paulò superius ratio explicata est, cur non statim post quęstiones hebraicas in Genesim, in libros ęquè Regum atq; Paralipomenon cœptum opus frequentarit; quia eo nimirum tempore ad aliud opus Paulę, atq; Eustochij precibus impulsus fuit. Quod deinde passìm in hoc opere nō admisceantur, sicut
D in Genesi hebraica verba, fortassis id Hieronymo importunum visum fui. Accedit, quòd non tanta, hebraicorum in libris Regum copia est, quanta in Genesi; eadem tamen expositioni aliquando admiscet, pręsertim libro primo regum, capite primo, Et Septuaginta Interpretū, necnon Hebræorū lectionē edisserit capite secundo: Libro item secundo, eadē hebraica nomina citat, & explicat capite secū do, duodecimo, & decimoseptimo: quod simul prosequitur libro tertio, capite secundo, & sexto. Primus Paralipomenon totus ferè hebraicus est, secundus vero mixtus: Deniq; in toto, siue Regum, siue Paralipomenon opere, alternis fere periodis lectio, & versio hebraica, quamuis latinis dictionibus, vt ipsi E
legenti liquet) construitur. Quæ simul omnia Hieronymi opus esse haud improbabiliter multis persuadere possunt. Cęterùm, vt meā breuiter sententiam exponam: Traditiones in libros Regum, Hieronymi in omnibus styiū atq; phrasim non esse, sed potius germanam doctrinam, alibi ab ipsomet traditam, & explicatam cum pręfacto Victorio affirmo. Porrò quod ad sequentes in libros Paralipomenon traditiones attinet, illis subscribo, qui easdem Hieronymi genuinum opus pro comperto habent: Inter quos Cornelius Schultingius, in propria de eiusdem scriptis censura. Idem Victorius, & alij numerantur. F

COMMENTARIVS.

12 *Præter illas tres obscurissimas, quas scribēs abundantius exposuerat.* Corruptus enormiter hìc textus est, verùm de eius restitutione paulo inferius. Tres igitur quæstiones, latius ab Hieronymo explicatæ, quæ & sigillatim mox subduntur ex præallegatis Regum libris acceptæ fuerunt.

13 *Quarum prima est: Cur David cum Achis ad expugnandum Saul vltroneus veniebat?* Ex primo Regum capite vigesimo nono.

14 *Secunda: Cur moriens David præcepit filio, vt Ioab magistrum militiæ interficeret?* Ex G
tertio item Regum libro, capite secundo.

15 *Tertia de Semei, qui David fugienti maledictionis iniurias irrogauit.* Ex secundo Regum capite decimo sexto. Cæterùm, quoniam de hisce quæstionibus, neq; Victorius, neq; alius quispiam, qui eiusdem Hieronymi vitam conscripsit, aliquando meminit: quin insuper, nec inter Hieronymi opera connumerantur, sępius quomodo ab auctore de eisdem hoc loco mentionē fieri contigerit cogitatione cōplexus sum. Deniq; ex Cassiodori libro, de institutione diuinarum lectionum, capite secundo tem ipsam accipiens, eundem Hieronymum
Epistolam quandam ad Antium, in qua ob- H
scurissimas elucidauit quæstiones, intellexi. Nec cuiquam dubium esse debet, quin de his nunc memoratis quæstionibus Cassiodorus intelligendus sit, cum communi omnium sententia eę obscurissimæ habeantur. Huius pariter ad Antium Epistolę, De obscurissimis scripturæ quæstionibus iactatam commemorat Baronius Annalium Ecclesiasticorum Tomo quinto. Corrigendus ergò manifesti erroris, restituendusq; hoc loco textus est: ita vt pro *abundantius*, Antio legatur: iā enim quis iste Antius esset ex Cassiodoro, & Baronio indicarō est.

Annal. Eccl. Tō. 5 sub Christi an. 420.

16 *Aliam quoq; propositam de eisdem libris explicauit quæstionem: quomodo scilicet Salomon,*

lomon,

A *lomon, & Achaz vndecimo anno gignere fi-*
lios valuerunt. Hanc quartam quæstiunculam
Tomo tertio operum eius, Epistola centesima
trigesima secunda discussam obseruabis, quæ,
vt prædicitur ex Regum pariter libro tertio
desumitur: Inscribiturq; Epistola Vitali,
Eiusdem conscriptionis tempus inde accipi
posse videtur, quòd sui initio Damasum Sum-
mum Pontificem superstitē adhuc præseferat:
cuius & ad se transmissæ Epistolæ Hieronym⁹
meminit. Verùm sciendum, alterum eum esse
Damasum a Romano, de quo & plenius in A-
nimaduersionibus. Numerabitur illic Epistolæ
annus quadringentesimus decimus a Christo.
B 17 *Porrò Isaiam commentatus est libris de-*
cem & octo. Extant hi omnes Tomo quarto,
& eiusdem Isaię prophetias omnes dilucidant.
In eis verò cudendis ingenij proprij velas Hie-
ronymus tollens, signati eiusdem voluminis
(de quo idem Isaias loquitur: *Et erit vobis vi-*
Is. 29. *sio omnium, sicut verba libri signati, quem cùm*
dederint scienti litteras, dicent: lege istum, &
respondebit: Non possum; signatus est enim: Et
dabitur liber nescienti litteras, diceturq; ei; lege,
& respondebit; Nescio litteras) inter latinos
primus signacula soluit, mysticiq; Dauidis cla-
ue, mysteria eiusdem aperuit. Consentit his-
ce ipsemet in Osee comentarijs scribens: In
C Isaia signatum librum legimus, quem Scribæ,
& Pharisæi, qui legis litteras nosse se iactant,
Apoc. 5. non possunt legere, quia signatus est: nullusq;
inueniri potuit, nisi leo de tribu Iuda, quem
signauit Deus Pater, qui eius posset reserare
mysteria. Et reuera neminē ante eum Latino-
rum vastissimum opus, nec aggressum fuisse,
neq; ad illud respexisse, perspicuum est. Quod
& si Græcorum aliqui, in eiusdem mysterijs
nonnullis perscrutandis antea laborassent, ne-
mini tamen libri omnes intellexisse visiones,
perinde ac Hieronymo datum desuper est.
Et quia Isaias sponsi legatus ad Ecclesiam dic-
tus est: & non Propheta tantùm, sed & Apo-
D stolus, & Euangelista; Euangeliumq; potius,
quàm prophetiam texuisse putatus est: Hinc
etiam fuit, vt ad horum omnium sublimem
intelligentiam eleuatus Hieronymus in pręfa-
tione subiunxerit. Nullus putet me volumi-
nis istius argumentum breui cupere sermone
compræhendere, cùm vniuersa Domini Sa-
cramenta præsens scriptura contineat, & tam
natus de Virgine Emmanuel, quàm illustrium
patrator operum, atq; signorum, mortuus, ac
sepultus, & resurgens ab inferis, & Saluator
vniuersarum gentium prædicetur. Quid lo-
quar de Phisica, Ethica, & Logica? Quidquid
sanctarum est Scripturarum: quidquid potest
humana lingua proferre, & mortalium sensus
accipere isto volumine continetur.] Deniq; E
& latissimi operis explanationis tempus, ex
ipso pręfationis in illud exordio habetur, dum
post S. Paulę e vita discessum, qui Christi Domi
ni anno quadringentesimo quarto secundum
aliquos, iuxta verò aliorum sententiam, qua-
dringentesimo sexto adscribitur, accidisse, húc
in modum explicatur; Expletis longo uix tem
pore in duodecim prophetas viginti explana-
tionum libris, & in Danielem Commentarijs,
cogis me Virgo Christi Eustochium transire
ad Isaiam, & quod Sanctę Matri tuæ Paulæ,
dum viueret pollicitus sum tibi, reddere.]
Numerauim⁹ nos alibi huiusmet operis tēpus, Cap. 4.
annum Christi quadringentesimum nonum. F
18 *Hieremiam libris viginti*: Ita & Sanctus
Antoninus ex Vincentio in Hieremiam vigin-
ti Hieronymi libros enumerat, ex quibus cùm
nostris temporibus sex tantùm (exceptis tri-
bus in Lamentationes) circunferantur: vltraq;
trigesimum secundum caput eiusdem prophe-
tę ijdem non extendātur, ex eisdem vndecim,
vel secundum alios, quatuordecim libros pe-
rijsse facile intelligimus. Tanti sane operis
damnum, ex ipso etiam Hieronymo apertè
colligimus, dum in Ezechielis Commentarijs
populo Cædar prænuntiatam vastitatem (quę
eiusdem Hieremię capite quadragesimo nono
continetur) se larè disseruisse hisce testatur: G
Arabia autem, & Principes Cedar, quæ hodie
Saracenorū Regio est, sicut in Hieremię sermo
ne, qui aduersum Cedar scribitur, plenissime de
monstratum est.] Accedit & aliud eiusdem te-
stimonium; quòd in Epistola dedicatoria, quæ
Eusebio discipulo inscribitur, absolutam se in
prophetam eidem mittere opus affirmat. Hi
post omnes nouissimi, vt illis ipsamet affixa
Epistola declarat a Hieronymo editi sunt
Commentarij, circa Domini annum quadrin-
gentesimum decimum sextum.

An Commentariorum in Lamentationes
Hieronymus auctor sit? H

CONTROVERSIA XXII.

COmmentarij in Hieremiæ lamentatio-
nes, qui detruncatæ Hieronymi in eun-
dem Prophetam explanationi subnectuntur,
dubitant nūc aliqui, an Hieronymi sint, nec nō
E quorum numero Sixtus inprimis Senensis
eosdem ab Hieronymi germanis operibus, li-
bro quarto Bibliothecæ Sanctæ eximens, eius-
met postmodum visus est allegasse rationes
Victorius in sua ad Threnus pręfatione dicens;
Sermo aliquantulum fusior, & longioribus ex-
currens circuitibus: Item aliquot voces in

A operenon satis Latinę, vt secutores, bodietenus, victualia, & historialiter. Ad hæc, quod nec Græca, nec Hebraica verba auctor vnquã proferat: Neq; Septuaginta Interpretationis, Aquilæ, Symmachi, & Theodotionis meminerit. Imo, quòd vulgata potius ipsius Hieronymi editione vtatur, mouent eruditos quosdam, vt Hieronymi opus non esse laborem hũc in Hieremiæ Lamentationes pro certo asseuerent. Quibus, & Bellarminus addit: Rabani potius, quàm Hieronymi opus videri: cùm inter eiusdẽ Rabani scripta a Germanis impræssoribus nunc edatur: & in eo sententię aliquæ
B ex Sancto Gregorio decerptæ reperiantur. At tamen, hisce non obstantibus idem Victorius alijs ductus rationibus Hieronymi Commentarios esse & credidit & affirmauit. Quòd nimirum inprimis totum in Hieremiam opus idemipse explanauerit. Quòd tota simul antiquitas, Gratianusq; præsertim eosdem in Lamentationes Commentarios Hieronymi esse recognouerit. Quòd ad dicendi stylum, & Hieronymi eruditionem ijdem accedant. Quòd illis Epistolam præfixam Hieronymi esse nullus hactenus indubitationem reuocarit. Quòd demum ipsum opus præfatæ Epistolæ
C ita respondeat: vt quod in ea se Hieronymus allaturum pollicitus fuit (historiam videlicet primùm, mox allegoriam de anima) in eo ipso opere adamussìm prosecutus fuerit, Et certe contrariæ omnes facile tolluntur obiectiones, si ipsa operis materia attentè consideretur. Quandoquidem, cùm in ipso explicando Hieronymus totus in mysticis sensibus sit, seq; magis animæ peccatricis ruinam, quàm perfidæ ciuitatis occasum fore deploraturum exprẹssè despondeat: quis non videt non debuisse eundem solito ad coagruẽdos conuincendosq; fidei aduersarios, vel etiam ad instruendos Lectores stylo, quin potius simplici, & veluti in-
D flexo (vt in Psalterij expositione aliàs fecerat) vti? Sed & Græcorum, vel Hebraicorum nominum, siuè etiam Septuaginta, vel cæterorum, Theodotionis, Aquilæ, & Symmachi versiones & sensus, vt potè omnia a suo prorsus aliena consilio, ab eo consulto omissa propriamq; editionem, ne alienæ interdum explicatione ab mystica distrahi contingeret interpretatione, dedita opera explanatã, pro compertissimo habeo, affirmoq;. Additur, eruditionem in pœnitentię operibus, atq; culpatum fletibus: vti prorsus importunam Hieronymum, meritò consopiuisse, vt ad illud sapientis se accommodaret quo dicitur: Musica in luctu, inportuna narratio. Quod & si nullo hebraici sermonis sapore hæc in Lamentationes explanatio condiatur, non officit:

cum quidquid eiusdem sermonis in toto opere, & passìm immiscendum fuerat, in Epistola præfixa vberrimè proferatur: Vsq; eo etiam, vt sola ad Hebraicæ linguæ elementa, earundemq; mystica Sacramenta cognoscenda sufficiens sit. Tantum verò abest vt Rabani Mauri Commentarij sint, quòd is doctorũ virorum iudicio, neq; interpretis nomen, sed potius dictorum alienorum coaceruatoris promereat; is enim non suoptè ingenio, aut propria lucubratione, sed alienis periodis, sentẽtijs, & verbis scripturas sanctas exposuit. Adde Arnoldi Vuion Belgæ Duacensis, Monachi S. Benedicti de Mantua testimonium. Rabani enim is operum omnium, secunda parte Ligni Vitæ, libro quinto, capite septuagesi- F
mo primo indicem texens, Citat proprios eiusdem in Threnos Commentarios, libris tribus digestos, atq; Lothario Imperatori inscriptos; qui, vt constat ex eorũ initio, quos & se legisse testatur, diuersi omnino noscuntur ab his: Quandoquidem illorum exordium est. [Vltimam partem Hieremię.] Horum vero [Deplorat propheta ruinam.] Deniq; sententiolas (si quæ tamen sunt) quas ex S. Gregorio decerptas, Commentarijsq; ijsdem intextas Bellarminus affirmat, Sanctum Gregorium ex S. Hieronymo, non e contrario Hieronymum ex Gregorio mutuatum fuisse omnis ratio sua- G
det. Adstipulatur huic ipsi sententiæ Cornelius Schultingius in propria de libris S. Hieronymi censura: Quos item in lamentationes Commentarios, vti veros, certosq; Hieronymi, in Hieronymianæ confessionis opere passìm allegat & inducit.

COMMENTARIVS.

19 *Ezechielem libris quatuordecim*: Habentur hi omnes Tomo quarto, & in eisdem nihil spurium, aut suppositium esse, vnanimis scriptorum consensus est. Eos autem aggressum fuisse Hieronymum ex propria colligitur præ- H
fatione, cum Rufinus in Sicilia ex hac vita migrauit; quem in sua pariter perfidia, ob quam ab Anastasio Papa damnatus fuerat decessisse, facile idem indicat, quòd solito eundem scorpij nomine sugillat dicens: Scorpius inter En- Ep. 59.
celadum, & Porphyrium Trinacryæ humo apist. 16.
præmitur, & hidra multorum capitum contra nos aliquando sibilare cessauit: datumq; tempus, quo non hæreticorum rẽspõdere insidijs, sed scripturarũ expositioni incumbere debeamus. Adscribit hunc eundem Rufini obitum Baronius Tomo quinto Annalẽ Ecclesiasticorum Domini anno quadringentesimo decimo.

20 *Danielem libris tribus*, Reddit rationẽ

A Hieronymus, cur præter à se retentam consuetudinem Danielis prophetiam in quibusdã perstrinxerit magis, quã in singulis explanarit dicens. Verum iam tempus, vt ipsius Prophetæ verba texamus, non iuxta consuetudinem nostram proponentes omnia, & omnia differētes, vt in duodecim prophetis fecimus: sed breuiter, & per interualla, ea tantùm, quę obscura sunt explanantes, ne librorum innumerabilium magnitudo lectori fastidium faciat. Quam æquè in præfatione in vndecimum Isaię librum repetens sic attexit. Difficilè, imo impossibile est placere omnibus, nec tanta vultuum, quanta sententiarum diuersi- B tas est. In explicatione duodecim prophetarum longior quibusdam visus sum, quàm oportuit, & ob hanc causam in Commentariolis Danielis breuitati studui, præter vltimam, & penultimam visionem, in quibus necesse fuit ob obscuritatis magnitudinem sermonem tendere, pręcipueq; in expositione septem & sexaginta duarum, & vnius hebdomadarum, in quibus differendis, quid Africanus temporum scriptor, quid Origenes, & Cęsariensis Eusebius, Clemens quoq; Alexandrinæ Ecclesiæ Presbyter, & Apollinarius Laodicenus, Hippolitusq́;, & Tertullianus senserint, breuiter compræhendi, lectoris C arbitrio derelinquēs, quid e pluribus eligeret.] Hæc ille, ex quibus manifestò cognoscimus, sanctum virum, stomacho interdũ alieno, siuè propter æmulorum inuidiam, siuè propter legentium commodum scripturæ libros interprætati fuisse coactum. At quid illi Prophetę huius arcana proferenti acciderit, dignam planè memoria historiam hic recenseamus. Igitur, cùm statuæ illius magnæ, quam Nabucodonosor Rex per somnium inspexerat, Sacramentũ declararet Hieronymus, eiusq́; simul prophetiam in Romano tunc fuisse impletam Imperio assereret, diuino afflatus Spiritu, Alarici regis, Barbarorumq́; per Italiam incursio- D sionem, nec non eiusdem Vrbis Romæ excidiũ vaticinatus est dicens. Sicut enim in principio nihil Romano Imperio fortius, & durius fuit, ita in fine rerum nihil imbecillius; quando & in bellis ciuilibus, & aduersus diuersas nationes aliarum Gentium Barbararum indigemus auxilio.] Hæc ibi. At ob hanc vel maximè causam ab æmulis passus calumniam, cùm reddere de his omnibus cogeretur rationem: curq́; pariter Romanum illius temporis Imperium testæ ex luto assimilasset: his omnibus in pręallegata vndecimi in Isaiam libri Pręfatione respondens, causam, simulq́; excusationem hunc in modum subiunxit, videlicet: Quod in expositione statuæ, pedumq́; eius, & digitorum discrepantia, ferrum & testam super Romano Regno interpretatus sum: quod E primùm forte, dein imbecillum scriptum protendit, non mihi imputent, sed Prophetæ. Neq; enim sic adulandum est Principibus, vt sacrarum scripturarum veritas negligatur. Nec generalis disputatio, vnius personæ iniuria est, quæ cùm benigno meorum studio caueretur, Dei iudicio repente sublata est, vt & amicorum in me studia, & æmulorum inuidiæ monstrarentur: Cum nimirum reiipsius exitus, Romani Imperij imbecillitatē, & apertè monstrauit, & Vrbs ipsa a Barbaris obsessa libertatem redimere coacta est.] Quod ne quempiam aliquando in errorem circa hoc la- F bi contingat, prętereundũ silentio nõ est, quòd quanuis in Ezechielis commentarijs (qui Danielis expositioni in ordine præponuntur) idē Hieronymus præfatæ Vrbis obsidionem sæpè deploret, non propterea post Ezechielis prophetias eundem Danielem suscepisse explanandum, sed aliquot ante annos: imo & ante Isaiam fuisse eundem commentatum, ipsæ, dictis Commentarijs affixæ præfationes expressè demonstrant. Ex prædictis itaq; hosce in Danielem Commentarios anno Domini quadringentesimo octogesimo editos intelligimus: cũ quadringentesimo decimo Barbari Vrbem ipsã depopulati sint.

G 21 *Et duodecim prophetas libris viginti.* Tomo quinto hi omnes habentur impressi, & vti legitimi Hieronymo adscripti. Quo verò ijdem ordine dictati fuerint, explicatur in Præfatione tertij in Amos libri sequentibus: Præpostero ordine, atq; cõfuso duodecim prophetarum opus, & cœpimus, & Christo adiuuãte cõplebimus. Non enim a primo vsq; ad nouissimũ, iuxta ordinem quo leguntur, sed vt potuimus, & vt rogati sumus, ita eos dissеruimus.]

22 *Et vt nihil relinqueretur ambiguum, nomina quoq́; Hebræorum, quemadmodum intelligi debeãt ethymologijs proprijs, pulcherrimo patefecit decore.* Opus sanè dignum Hieronymo, H sacrarumq́; litterarum professoribus maximè necessarium; in tantùm, vt aliud illi simile nec Græci ante habuerint, nec Latini. Pulcherrimo verò illud meritò dicitur ordine procedere, cùm litteris nostris explicatum, & Alphabeti rationem, & sacrorum seriem librorum integram seruet. A Genesi incipit, & successiuè reliquos omnes discutiens libros, Ioannis quoq; Apocalypsim excurrit. De eius conscriptionis tempore inferius: Cùm nimirùm de libro locorum agemus.

23 *In quosdam psalmos tractatus edidit luculentos.* Præter vniuersalem scilicet illam in psalterium interpretationem, quæ Tomo septimo

timo

A timo continetur: quorundam vlterius specialẽ
fuisse Hieronymum aggressum Psalmorum ex
planationem, & iam supra capite sexto expli-
catum est, & ex eiusdem Hieronymi scriptis,
in quibus tractatus circunferuntur, habetur.
Hi tantùm, de quibus hoc loco fit mentio, &
qui a decimo ad decimum vsq; sextum psal-
mum tractatus septem protenduntur, dubita-
tionem facere videntur. Verùm de eisdem
non ambigendum, arbitrantur communi sen-
tentia Victorius, Baronius, Bellarminus, & alij.
Quin & ipsemet Hieronymus de eis sub extre-
mo Catalogi, De viris Illustribus ita meminit.
In psalmos a decimo vsq; ad decimum sex-
B tum tractatus septem (scripsi videlicet.) Pe-
rijsse verò illos haud dubium est.

24 Et in Ecclesiasten Commentarios. Ro-
mæ primùm Sanctę Blesillæ viduæ, atq; Vene
rabilis Paulæ filię hunc eundem librum, vt ad
mundi illam contemptum prouocaręt, expo-
suisse, idem Epistola centesima decima sexta
testatur, nosq; simul superiori capite admo-
nuimus. Verùm in eundem postmodum li-
brum, post aliquot annos, dum nimirum in san-
cta Bethlehem ageret scripsisse commẽtarios,
ex præallegata in illum pręfatione seu Episto-
la, perspicuum est. Habentur hi Tomo quin-
to, & illis veri Hieronymi certę doctrinæ sub-
scribunt communiter omnes. Editi post quin
C quennium fermè sunt ab eiusdem ab Vrbe dis-
cessu, anno videlicet Christi trecentesimo no-
nagesimo primo, iuxta a nobis habitam tem-
poris rationem,

*25 In Hieremiam, & in Ezechielem vigin-
ti octo.* De eisdem, & ipse sub extremo Cata-
logi scriptorum: & cum enarratis hoc ipso lo-
co conuenit in numero: In Hieremiam, in-
quiens, & in Ezechielem homilias Origenis
viginti octo, quas de Græco in Latinum verti
(scripsi videlicet.) Extant nunc cum Origenis
operibus impressæ; quatuordecim nimirum in
Hieremiam, & totidem in Ezechielem. Ho-
D rum verò translationem ex primis Hieronymi
editis operibus fuisse ad credendum hinc indu
cor, quòd circa initium catalogi propriarum
elucubrationum ab eo numerentur; Cum Eua
grij, dicas, is solitudinem incoleret.

*26 Et in Lucam triginta nouem de Græco in
Latinum homilias.* Discrepant inter se exem-
plaria, antiqua præsertim a recẽtioribus circa
harũ homiliarũ numerũ ex pręallegato de scrip
toribus testimonio deductũ. Cũ aliqui triginta
octo, alij triginta nouem, nonnulli viginti no-
uem: Alij, vt Baronius habet, viginti octo le-
Tom. 5. Annal. sub anno 420. gant. Sed veritas est, numero eas fuisse tri-
ginta nouem: ipso etiam teste Hieronymo, cu-
jus paucula ex præfatione in ipsum opus, Pau-
læ, & Eustochio dicatum Rufinus libro secun- E
do Inuectiuarum affert: videlicet: Quamobrẽ
petitis (Paulam, & Eustochium alloquens) vt
istiusmodi nugis contemptis, saltem triginta
& nouem Adamantij nostri in Lucam homi-
lias, sicut in Græco habentur interpreter: mo-
lestam rem, & similem tormento, alieno (vt
ait Tullius) stomacho & non suo scribere:
quod tamen idcirco nunc faciam, quia subli-
miora non poscitis.] hæc ibi. Vbi & Adaman-
tij nomine Origenes intelligitur, quippe eius-
modi appellatione frequenter apud eundem
veniat, vti etiam ex eodem de scriptoribus, ca-
talogo in Origene, constat. Deniq; totidem
in Lucam homilię, quot hic numerantur, To- F
mo secundo eiusdem Origenis operum im-
pręssæ leguntur. Harum omnium versio
Christi anno trecentesimo octogesimo nono
paulò superius adscripta est. Baronius Tomo
quinto Annalium nonnulla Hieronymi scripta
recensens, præter hasce ex Origene translatas
homilias, triginta adhuc in eundem Euangeli-
stam, proprio ingenio Hieronymum conscrip-
sisse testatur, quas pariter interijsse scribit.
Quidquid sit, de his nullam apud Hierony-
mum, aut quenpiam alium scriptorem reperi
factam mentionem. Habetur itaq; ex prædi-
ctis, si non certus, aliquo tamen modo explo-
ratus homiliarum earum numerus, quas idem G
Hieronymus se ex Origene de Græco in Lati-
num vertisse fatetur. Quandoquidem, si vi-
ginti & octo in Ezechielem & Hieremiam ad-
dantur triginta nouem in Lucam, & duæ in
in Canticum Canticorum, numerus omnium
ad sexaginta & nouem consurget, qui proxi-
mè Rufini testimonio, quo in præfatione ad
Periarchon Origenis vsus est, accedit, videli-
cet: Sequar regulã pręcessorũ, & eius præcipuè
viri, cuius superius fecimus mentionem (idest
Hieronymi) qui cum vltra septuaginta libellos
Origenis, quos homiliaticos appellant, aliquan
tos etiam de Tomis in Apocalypsim scriptis
transtulisset in Latinum, in quibus cũ aliquan- H
ta offendicula inueniantur in Gręco, ita elima-
uit omnia interpretando, atq; purgauit, vt ni-
hil in illis, quod a fide nostra discrepet latinus
lector inueniat.] hæc ille. Cui respondens Hie-
ronymus eisdem prorsus subscribere videtur,
dum habet: Ego ipse, quem in crimen vo-
cas, sic septuaginta homilias eius transtuli, &
nonnulla de Tomis, vt & mala in bonorum
interpretatione subtraherem, & apertè in libris
Periarchon ad coarguendam translationem
tuam, quid lector vitaret ostenderem.] Hacte-
nus cõmemoratas omnes ex Origene homilias,
adolescentiæ suæ lucubrationes sæpius idem
ipse fatetur.

27 Nec

A *27 Nec non Periarchon libros conuertit.* Non legi huius translationis a Hieronymo elaboratę apud scriptores exaratum testimoniũ, præterquam apud Bellarminum, is enim de Origene in libro Scriptorum agens hęc habet: Sanctus Hieronymus vertit in Latinum idioma libros Origenis Periarchon, vt ostenderet errores plurimos, quibus libri illi scatent:] ita ipse. Et reuera eandem edidisse, compertissimum ex proprijs Hieronymi operibus est. Enimuerò, cùm ex eiusdẽ Origenis Periarchõ librorũ translatione a Rufino perperàm edita, non mediocre damnum Romana pateretur Ecclesia: Tunc Pammachio, Oceanoq; exigen- Psal.67. B tibus, translationis eiusmodi fraudes, nec non eiusdẽ Origenis errores, in ipsismet libris cõtẽtos, noua rursus eorundẽ trãslatione (ne vlterius fideles latentibus blasphemijs inficerẽtur) aperire compulsus fuit: de quo libro primo Apologiæ in eundẽ Rufinũ testis ipse est, dũ scribit. Tuæ me frater Pammachi, & tuorũ litteræ compulerunt, dicentes illos (Origenis scilicet) libros ab alio fraudulenter esse translatos, & interpollata nonnulla, & vel addita, vel mutata: Ac ne parum Epistolis haberem fidem, misistis exemplaria eiusdem translationis, cum pręfatiuncula laudatrice mea. Quæ cùm legissem, contulissemq; cum Gręco, illico animaduerti, C quæ Origenes de Patre, Filio, & Spiritu sancto impiè dixerat, & quę Romanæ aures ferre non poterant, & in meliorem partem ab interprete commutata: cætera autem dogmata, de Angelorum ruina, de Animarum lapsu, de resurrectionis præstigijs, de mundo, vel mundis Epicuri, de restitutione omnium in æqualem statum, & multò his deteriora, quę longum esset retexere: vel ita vertisse vt in Græco inuenerat, vel de Commentariolis Didymi, qui Origenis apertissimus propugnator est, exaggerata & firmiora posuisse: vt qui in Trinitate catholicum legerat, in alijs hæreticum non caueret.] Et paulò inferius. Duplex inquit, in ope- D re meo vtilitas fuit: dum & hæreticus auctor proditur, & non verus interpres arguitur. Ac ne quis me putaret ijs consentire, quæ verteram, interpretationis necessitatem pręfatione muniui, & docui quibus lector non deberet credere.] Hæc ipse. Sed quid hæc postrema attestationis verba subdidisse profuit, si multò plura reperit quæ iniquè reprehẽdat perfidia, quàm vera præcaueat prudentia. Ob eandem a se editam translationem, nõ multò post (Rufino Melaniaq; auctoribus) grauiter accusatus Hieronymus, exclamare tandem compulsus est: Ex vestris & multorum litteris didici, obijci mihi in Schola tyrannica: Lingua canum meorum ex inimicis ab ipsu, cur Periarchon libros in Latinum verterim. O impudentiam singu- E larem, accusant medicum, qui venena prodiderit.] Deniq; eorũdem versionis tempus indicat ipse Hieronymus, cùm ante annos viginti libellum de Seraphim, atq; Trisagio super sextum Isaię se edidisse, Epistola sexagesima quinta ad Pammachium, & Oceanum testatur. Cęterùm libelli eiusmodi tempus, anno Christi trecentesimo septuagesimo octauo, vel proximè sequenti supra capite quarto adscripsimus, consequens igitur est, vt horummet Periarchon librorum translationem anno Christi trecentesimo nonagesimo octauo elaboratam dicamus. Eorundem versionem anno sequenti adscribit Baronius Tomo quinto. Habentur F hi omnes, numero quatuor, Tomo primo operum eiusdem Origenis, quos eos ipsos arbitror, qui ab eodem Hieronymo latinitate donati in textu nunc affirmantur; maximè, cum Rufini exemplaria, ab Anastasio Papa, cum eorum interprete damnati sint.

28 Nouum præterea Testamentum Græcæ fidei reddidit. Illud videlicet accipe, quod a Marco, Luca, & Ioanne primitus Græco sermone editum est. Matthæi nanq; Euangelium, in multis, & ipsum quoq; confusum, atq; labefactatum, non ad Græcam sed ad Hebraicam veritatem Hieronymum restituisse necessario cogor affirmare. Illud quippe iuxta communem G Patrum, Hieronymiq; eiusdem inprimis indagatoris diligentissimi sententiam Hebraico fuit sermone conscriptum. Et quanuis nullum Hebraici Euangelij circunferri, vel extare vestigium Erasmus obiecerit: Quando hoc etiã foret, verò tamen similius est, id studio, rabieq; Iudæorum (apud quos Matthęus scripsit) accidisse, quàm ipsummet, quod ad Hebræos scribebat, Græco sermone scripsisse. Valdeq; absonum fuisset, cùm multi Iudæorum Christi fidem, & Euangelium recepissent, ad eorum vsum patria lingua nullum ipsius Euangelij monumentum litteris fuisse proditum. Cæterùm de memorata in nouum Testamentum H ad Græcorum fidem exemplariorum correctione meminit in propria ad quatuor Euagelia Damaso Pontifici Prętatione Hieronymus, cuius exordium est: Nouum opus me facere cogis, vt post exemplaria scripturarum toto orbe dispersa, quasi quidem arbiter sedeam: & quia inter se variant; quæ sint illa, quæ cum Græca consentiant veritate decernam.] Hanc cum ipso opere Romæ datam, neminem arbitror esse, qui non videat. Denique, qui horum maiorem quærit notitiam eundem consulat Hieronymum, qui super his aduersus oblatrantium phalangas sæpius digladiari cogitur. De veteris verò Testamenti ex Hebræo sermone,

restitu-

A restitutione, dictum est supra capite quarto, & alibi.

29 *Ex quo Matthaeum compendiosa potius, quàm fastidiosa expositione studiosis Lectoribus explanauit.* Hanc ipsam in Matthaeum explanationem Commentarioli potius, quàm Cõmentariorum nomine appellandam esse ex ipso habetur Heronymo, qui eius Isaiae quadragesimo secundo capite mentionem, ingerens: Hoc (inquit) dicimus in suggellationem eorũ, qui nostra contemnunt, De quo plenius in Matthęi Commentariolis, & in libro, quem ad Algasiam nuper scripsimus, disputatum est] Porrò Eusebio discipulo opus dicatum, decla-
B rat rũ illi pręfixa Epistola, cùm pręfatio in Hieremiam Profetam. Quo vero, & quanto tempore, quoue pariter consilio illud idem dictanerit, explicat ipse modò allegata Epistola, dũ scribit: Satisq; miror Eusebi dilectissime, cur Romã subito nauigaturus hanc tibi a me quasi σιτάρκιαν dari volueris, vt Matthaeum breuiter exponens verbis stringerem, sensibus dilatatem. Si meminisses responsionis meae nũquam in paucis diebus rem annorum peteres.] Porrò hic Eusebij in Italiam aduentus anno Christi trecentesimo nonagesimo octauo adscribitur capite nono, numero vigesimo quarto: Et paulò infra de temporis angustia, qua opus ipsum dictare compulsus est idem Hiero-
C nymus subdens: At tu, inquit, in duabus hebdomadibus imminente iam Pascha, & spirantibus ventis dictare me cogis.] Igitur omissa auctoritate veterum, quos nec legendi, nec sequendi mihi facultas data est, historicam interpretationem, quam praecipuè postulasti digessi breuiter, & interdum spiritualis intelligentiae flores miscui, perfectum opus reseruãs in posterum. Si autem mihi vita largior fuerit, aut tu in redeundo tua prommissa compleueris, tunc nitar implere, quod reliquum est: Imo iactis fundamentis, & ex parte constructis parietibus, pulcherimum culmen imponã,
D vt scias quid intersit, inter subitam dictandi audaciam, & elucubratam scribendi diligentiam.] Haec ipse: Ex quibus breuissimo temporis spacio, imo duarum tantum (quod dictu omnino mirabile est) hebdomadarum interuallo Commentariolum, omnium Patrum iudicio eminentissimum, atq; dignissimum, vt perfectum sibi imposterũ reseruaret opus, fluẽti ac subita oratione dictasse, perspicuum est. Equidem si tanta in his, quae ex tempore fudit doctrina elucet, quanta eruditione ea scatere dicenda, quae elaborato studio ex fecundo dimisit ingenio? Si quae parua suot ita placent, quanti aestimanda, quae magna sunt? Post verba [ex quo Mattheum] in quibusdã codicibus addebatur *& Marcum:* sub eiusdem quip- E
pe Hieronymi nomine alterum in Marci Euãgelium circũfertur Commentariolum: sed reuerà Hieronymi id non esse, communis scriptorum consenssus est: cum praesertim se auctor apertè demonstret, neq; in Gręcis, neq; in Hebraicis litteris quid studij insumpsisse. Et in explicatione capitis quarti decimi, & sequentis multa scribat inepta, & falsa. Plenius de eodem in Recensiunibus.

30 *Et plerasq; Apostoli Epistolas.* In quas potissimum Commentarios ediderit: Accipe; soper Epistolam ad Galatas libros tres. Super Epistolam ad Titum librum vuum, Super Epistolam ad Ephesios libros tres, & super Epistolam ad Philemonem librum vnum. Qui F
omnes Tomo quioto operum eius inferuntur: in hisq; nihil de quo dubitari de auctore possit, occurrit. Extant & alij in omnes eiusdem Apostoli Epistolas, sub Hieronymi nomine Cõmentarij, sed illos & phrasis & eruditio, neq; Hieronymi esse, neq; Catholici viri, quin potius haeresiarchae cuiuspiam, peruersa in illis respersa dogmata manifestant. Vide, quae in caput quintum, sextum, septimum, octauum, & vndecimum ad Romanos: Item in caput sextum prioris ad Timothaeum auctor adnotauit, & haereticas impiasq; eum protulisse blasphemias intelliges. Hoc idẽ & cõplores alij G
olim obseruarunt, sed inter caeteros, Ambrosi' Catharinus, Sixtus Senensis, quarto, & sexto Bibliothecae sanctae volumine, Victorius, Schultiogius, & postremò Bellarminus. Et quanuis non Catholica ab haereticis ingesta Commẽtarijs aliqui opinari fuerint; Reuera tamen Pelagij opus esse ex eo declaratur. quòd Sanctus Augustinus libro tertio, de peccatorum meritis, & remissione, capite primo, se commentarios Pelagij breues io omnes Epistolas Pauli legisse affirmat. Et infra capite duodecimo, quaedam ex Commentario in caput septimum prioris ad Corinthios allegat, quae in his Commentarijs inueniuntur: Ita vt de H
eorum auctore non restet ambigendi locus. Eos tamen idcirco Victorios cum reliquis Hieronymi scriptis perinde, vt circunferuntur typis mandandos curauit, ne posteriori operum eius editioni aliquid de priori desset, lectoris arbitrio, quid de illis existimandum sit omnino relinquens.

Quo vero ordine Hieronymi nunc allati Commentarij dictati sint: In Epistolam ad Philemonem primò (dicas) ex Hieronymi ipsius, in primum ad Galatas librum, praefatione [Pauci admodum dies sunt ex quo Epistolam Pauli ad Philemonem interpretatus sum.] Secundò in Epistolam ad Galatas

A ex præfationis super Epistolam ad Ephesios verbis [Et quia iam ad Galatas orantibus vobis aote paucos dies, qoid nobis videretur expræssimus, nunc ad Ephesios transenndũ est] Tertiò in Epistolam ad Ephesios, perinde ac ex nunc citato testimonio constat, Quartò in Epistolam ad Titum, ex verbis eiusdem in primùm caput [Quomodo autem vel Cretenses mendaces, & stulti Galatæ, vel dura ceruice Israel, vel vnaquæq; prouincia proprio vitio denotetur, in Epist. Pauli ad Galatas dißerum*] Postremò ex præfationibus proprijs, hos omnes successioẽ ab ipso Hieronymo compositos in Apostolum fuisse Commentarios, cognitu
B haud difficile est, eo potissimum tempore, quo ex Alexandria Betblehem se contulit: Cuius rei & ipsemet testis est in præfatione Epistolæ ad Ephesios, cum scribit: Nuper ob hanc vel maximè causam Alexandriam pertexi, vt viderem Didymum, & ab eo in scripturis omnibus, qoæ haberem dubia sciscitaret.] Annus hic, iuxta a nobis temporis habitam rationem Christi trecentesimus octogesimus nonus est,

31 *Ac Ioannis Apocalypsim dißeruit*. De explicando eiusmodi libro Hieronymum diu cogitasse, imo decreuisse, verba eiusdem propria in præfatione super decimum octauũ in Isaiam librum indicant. Quandoquidem,
C cùm ibi eaodem Apocalypsim non iuxta litteram accipiendam, sed totam mysticam esse, spiritualiterq; tantùm intelligendam testatus esset, subiunxit: Vt præsaga mente iam cernam quantorum in me rabies concitanda sit (quippe qui in illius interpretatione, aduersus cõmunem tuoc temporis siuè Græcorum, siue Latinorum sententiam sibi progrediendum certò sciret.) Idipsum ex eiusdem ad Marcellam Epistola centesima quadragesima octaua colligitur. Propositis namq; sibi ab ea ex scripturæ sacræ libris quinq; quæstionibus, illas omnes eadẽ breuibus verborum anfractibus soluens, vnam tantùm, quæ nimirum ex eadem Apocalypsi sibi proposita fuerat insolutam reliquit, subdens; De Enoch autem & Elia, quos
D venturos Apocalypsis refert, & esse morituros, non est istius temporis disputatio.] Igitur quòd in aliud tempus quæstionis solutionem reijceret, planè declarat, eiusdem libri in animo habuisse explanationem. Sed & manifestius hocipsum ex eiusdem in Ezechielem commentarijs accipitur, vbi scribit. Quidam quatuor animalia, quos nos quoq; in procemio Commentariorum Matthæi secuti sumus, horum animalium putant nominibus designari; Super quo, quid nobis videretur in supradicto opere diximus, pleniosq; in Apocalypsi Ioannis horum animantium species & nomina referuntur ad quatuor Euangelia: Quibus quo- E
modo possit omnium animalium descriptio coaptari tentabimus suo loco dicere (hoc est in eiusdẽ Apocalypsis interpretatione, qui proprius quatuor Euangeliorum descriptionis locus est.) Accedit & Cassiodori auctoris antiquissimi, anni nimirum Domini quingentesi- Epi. 16.
mi trigesimi testimonium, qui eiusdem Hie- Cassiod.
ronymi in Apocalypsis libri explanationem & lib. Inst.
legisse, & in sua Bibliotheca habuisse testatur. diu. lect. c. 9.
Deniq; & Baronius non nulla ab Hieronymo conscripta opuscula recensens, de hac in Apocalypsis librum expositione meminit, & præ Bar. To-
allegati Cassiodori testimonio subscribit. Vic- mo 5. sub
torium vero, reliquosq; scriptores, hoc ipsum ann. 410.
in Apocalypsim opus ideo non recoluisse arbitror, quòd vel illis omnino esset in cognitum; F
vel si explotatum, quòd interijsse communi omnium iudicio nossent, Hanc eandem ab Hieronymo in Apocalipsim explanationem sæpius pollicitam, præsertim, vt dictum est super Ezechielem, atq; Scriptorum testimonio editam, nulli alij aptiori tempori adscribere possum, quàm extremo vitæ eius: tunc quippe scriptione vel lectione solutum eundem inuenio, vt propterea cœpisse illam, Christi anno quadringentesimo decimo septimo, ratio omnis suadeat, Cæterũ de ipsiusmet Apocalypsis auctore obiter agitur supra, capite quarto, Quęstione, dn Cõmentariorum in Iob auctore, contra Erasmum: qoibus adde (si placet) G
Non illud detrahere Apocalypseos authoritati, quòd primeuis temporibus non fuerit cõmuniter recepta, sed de ipsa interdùm a quibusdã dubitatum. Maiorem potius id illi fidẽ præstat. Certè, cum Ioannes nouum scribendi genus exorsus esset, resq; futuras scriberet, non gestas, vt alij sacri scriptores noui Testamenti fecerant, rei nouitas admirationi, & ambiguitati ansam præbuit illis primis: Verũ dubitatio cessit ad maiorem operis fidem: cum nonnisi re diligenter exagitata, & discussa volumen in sacrorum ordinem, receptum fuerit,

32 *Postremò præcauens in futurum, si quid* H
fortè in nouo Testamento, vel veteri aliquando corrumpi contigerit, qua cura debeat reformari, scribens ad Lucinum insinuat, Quoniam & ante se, & sua ætate, & post se quoq; sacros scripturæ libros impia hæreticantium fraude, Marcionisq; præsertim, Apellis, & aliorũ olìm corrupta, & rursus ab alijs corrumpenda optimè nouerat Hieronymus, quasi parum catholicæ fidei hostes scriptorum suorum iaculis in vita cõfodisse foret, post mortẽ quoq; quibus studijs eorum insidiæ detegendæ, quibusq; clypeis eorum sagittæ retuodendæ essent solerti studio, & perscrutatus est, & toti simul pos-

terita-

A veritati declarare contendit. Iam certè traditiones, seu quæstiones Hebraicas in Genesis Paralipomenon, ac Regum libros pro integritate, eorumq; candore seruando ediderat. Iam Psalterium Septuaginta diligentissimè emendauerat. Iterum illud idem Suniæ, & Fretelæ petentibus accuratè expurgauerat. Iam veteris Testamenti volumina iuxta Septuaginta editionem restituerat. Rursus eadem veratiori editione ex Hebræo conuerterat: Nouum Græcæ fidei reddiderat: Verùm, quoniam hosce hactenus labores adulterari posse, imo depravandos aliquando fore diuino afflatus spiritu præsensit; quo rursus antidoto
B veneno occurrendum, quibusq; a fontibus scripturarum veritas haurienda foret aperuit scribens.

33 *Vt veterum (inquiens) librorum fides de Hebrais voluminibus examinanda est; ita nouorum Graci sermonis normam desiderat.* Ex Epistola ad Lucinum vigesima octaua. Idipsum ex Epistola centesima trigesima quinta ad Suniam, & Fretelam, ibi: Sicut in nouo Testamento, si quando apud Latinos quæstio exoritur, & est inter exemplaria varietas, recurrim⁹ ad fontem Græci sermonis, quo nouũ scriptum est instrumentum; ita in veteri Testamento, si quando inter Græcos, Latinosq;
C diuersitas est ad Hebraicam recurrimus veritatem, vt quidquid de fonte proficiscitur, hoc quæramus in riuulis.] Hæc ibi. Et quidem quod ad vetus pertinet instrumentum, tertio gradu ad nos peruenisse, hoc est, primo Hæbraicè scriptum, secundo ex Hebræo in Græcum translatum: Tertio ex Græco nobis redditum esse Latinum, idem Hieronymus affirmat. At quis ignorat in singulis editionibus non nihil pristini semper, naturalisq; candoris imminui? Præterea ex multiplicitate editionum multos interdum errores in ipsa exemplaria prolabi, monet ipsemet super Ezechielem: Diligentem (inquiens) & studiosum lectorem
D admonendum puto (si tamen scientia scripturarum, & non vanis oratorum declamationibus ducitur) vt sciat omnia propè verba Hebraica, & nomina, quæ in Græca, & Latina translatione sunt posita, nimia vetustate corrupta, scriptorumq; vitio depravata: & dum de inemmendatis scribuntur inemendatiora, de verbis Hebraicis facta esse Sarmatica, imo nullius generis, dum & Hebræa esse desierint, & aliena esse non cœperint.] Satis ergo ex prędictis liquet, quàm necessario ob ipsam codicum, tum Gręcorum, tum Latinorum discordiam ad Hebraicæ veritatis exemplaria confugiendum sit. Idem prorsus de nouo quoq; Testamento (quòd Græco conscriptum esse sermone, Matthæi excepto volumine, nemo E ignorat) asserendum est. Quandoquidem, quandiù exemplarium Latinorum diuersitas in diuersos pariter riuulorum tramites ducet, tamdiù veritatis cognitio erit impossibilis, donec ad ipsum vnum, propriumq; fontem, hoc est, ad Græca volumina recursus habeatur.

34 *Et alibi. Deniq;, & ego, cùm inter discordantia veteris testamenti latina exemplaria fluctuarem, ad hebraicam veritatem* Hucusq; allata proprio declarat exemplo. Fluctuationis verò metaphora vtitur & Epistola nona: Inter opera carnis & Spiritus, quę Apostolus enumerat, mediam animam fluctuare, nunc F hæc, nunc illa cupientem perspicuum est.] Et in vita Malchi. Inter spem & metum medij fluctuamus.]

35 *De cuius vtiq; fonte gustaueram recursum habui, & inter corrupta, & incorrupta, eius testimonio iudicaui.* Non vacat mysterio quòd Hebrea Lingua fontis nomine hoc loco signetur, cùm initium oris, & communis eloquij, & hoc omne quod loquimur, Hebręam esse linguam, qua vetus Testamentum scriptum est, vniuersa antiquitas tradiderit. Postquam enim in Gen. 11. turris ædificio, ad pœnam linguarum confusio oborta est, tunc sermonis varietas in omnes di- Soph. 3. spersa est nationes. Quod etiam in Sophoniæ G commentarijs, Hieronymus testatur, dum eam ipsam Hebræorum linguam matricem omniũ prædicat.

36 *Cumq; sic deprahendissem zizaniorum germina inter triticum diuinorum pullulasse voluminum, ea eradicare studui.* Conuenienter quoq; ex Matthæi tertiodecimo deducitur allegoria, cum sicuti Zizania in medio tritici, sic & errores interdum falsaq; dogmata, inimici hominis perfidia super sacrarum scripturarum agro proiecta, cum ipsa Catholica doctrina coocrescant. Quod ne eorum similitudine decipi nos aliquando contingeret (maximè enim dum adhuc herba sunt, & triticum & lo- H lium inter se conueniunt, nec facilis vtriusq; discretio est) Saluator Dominus nos monuit: *Sinite* inquiens, *vtraq; crescere vsq; ad messem:* Matt. 13. hoc est, ad plenam vsq; ipsorummet manifestationem: Tunc enim vno eorum, erroribus nimirum, Zizaniorum instar eradicatis, correctis, & quasi ignibus Sacrosanctæ Ecclesiæ iudicio, & sententia conflagratis; alterum, sincerę nempe veritatis triticum in eiusdem Ecclesiæ horrea deportabitur, & consignabitur. Diuina insuper tritici nominè referuntur volumina, quatenus in illis Dei verbum continetur, de quo Hieremias flens loquitur: *Matribus suis* Thr. 2. *dixerunt vbi est triticum, & vinum?* Ex quo Thr. 4.

pariter

A pariter & paois ille conficitur, quem eoſdem paruulos enixè petijſſe idem infra commemo-
Thr. 4. rat. *Paruuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis*. Quo deniq; interioris hominis, quaſi quotidiano cibo ſatiari eſuriem Saluator
Matt. 4. hiſce teſtatus eſt: *Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei*.

37 Conſignans etiam per ſingulos loca ad corrumpendum procliuia: Non alio ad hæreticorum perfidiam ſub oleo ſugillandam egeremus admioiculo, ſi tam frugiferum, imo per ſe ſolum ſufficiens opus, io vniuerſæq; ſcripturæ libros adnotatiooes haberemus, quas certè, ſicu ti iacturam paſſas perſpicuum eſt, ſic perpetuis
B eaſdem tota poſteritas ſuſpirabit.

38 Et breui opuſculo explicans, quibus maximè occaſionibus ſoleant exemplaria deprauari. Quidquid ſit, opuſculum æquè iſtud ioter eiuſdem opera nuno deſideratur. Errorum autem io ſacris voluminibus cauſæ, ſopet Ezechielis quadrageſimum tres aſſigoantur, hiſce:

E nimirum: Volui breuiter oſtendere quantum temporis longitudioe, imo ſcriptorum vitio, & vt apertius loquar imperitia ab Hebraica veritate diſcrepet antiqua translatio, præcipueq; in hebraicis nominibus, qoæ nobis do aliorum editionibus in Latioum ſermonem expreſſimus.] Et in Præfatione quoq; ſuper quatuor Euangelia. Sin autem veritas eſt querenda de pluribus, cur oon ad Græcam originem reuertentes, ea quæ vel a vitioſis ioterpretibus malè reddita, vel a præſumptionibus imperitis emendata peruerſius, vel a librarijs dormitantibus, aut addita ſuot, aut mutata corrigimus?] Hęc ipſe. Cæterùm tam huius, quàm
F ſuperioris operis conſcriptioois tempus declaratur, dum poſt veteris Teſtamenti ex Hebręo fonte translationē, vtruoq; editū affirmatur. Aonus is Chriſti eſt trecenteſimus nonageſimus, iuxta ſuperius adnotata. At hæc breuiter in caput iſtud attuliſſe ſat ſit.

De auctoritate translationi eius ab Eccleſia præſtita. Cap. XVI.



ANE 1 Romana Eccleſia, 2 cuius arbitrio ſubiacent vniuerſa, 3 peritiſſimi viri non ignorans ingenium, 4 translationem eius, quam vidit alijs veriorem, tam in Eccleſijs legendam, quàm etiam exponendam recepit. 5 De qua Beatus Gregorius in ſuo Moralium libro: 6 Nouam, inquit, translationem diſſero. 7 Et in Ezechielem, exponens id quod de animalibus ſcribitur: Vnumquodq; duabus alis velabat corpus ſuum: cum ſubiunxiſſet, & alterum ſimiliter velabatur, protinus intulit: 8 Translationem Septuaginta Interpretum, Aquilæ, Symmachi, & Theodotionis, ſolicitè perſcrutantes, nihil ex his verbis inuenimus. 9 Sed Beati Hieronymi ſcripta relegentes, 10 Agnouimus quia hanc ſententiam in hebraica veritate ita poſitam, non quidem iuxta verbum, ſed iuxta ſenſum inuenerit: 11 Nam peritus interpres, vt omnino nihil prætermitteret, aliquando verbum de verbo, aliquandò cum lingua repugnaret barbaries, ſenſum ſolum exprimebat ex verbis: 12 Quem vtiq; transferendi modum idem Hieronymus in libro, quem de optimo genere interpretand edidit, probabiliorem eſſe euidenter inſinuat. G

COMMENTARIVS.

1 SAnè *Romana Eccleſia*. Quid ſæuiſſimæ hæreticorum perfidię, confictis, deteſtabilibuſq; Epiſtolis, & libellis elaboratam ab
D Hieronymo ſacrorum volumioom editionem (vt ſopta capitis octaui ioitio explicatum eſt) ſubobſcuraſſe profuit? Qoid oblatrantium io eandem armaſſe exercitum. Quid totum penè mundum impios homines perturbaſſe iuuit, ſi Sancta Catholica Eccleſia, mater, & magiſtra fidelium illam, ſententia ſua admittendam duxit: quin imo, cæteris quibuſcunq; prætermiſſis, ipſam ſolam perpetuò legeodam retinuit, & eiſdem Fidelibus explicandam obocu los poſuit? Bene ergo dicitur. *Sane Romana Eccleſia*. Hanc Romanam Eccleſiam, tu eam ipſe Lector, intellige, cuius in Symbolo confeſſio clauditur: *Sanctam Eccleſiam Catholicam*.

Porrò cur eiuſmodi nomen a Sanctis Patribus conſecuta ſit, hæc affertur ratio. Sicuti omnes, qui Romaoo aliàs ſuberant Imperio.
H Romaoorum æquè appellatione veniebant; ſecundū quod lege ſancitum eſt, vt omnes, qui ſub Orbe Romano ſunt, Romani Ciues appellētur: Ita pariter omnes quot quot Catholica fide fulſerūt, Romani itidē ſunt vocati: eo qood, & fides Catholica, Romana ſimul diceretur, & quod Petrus, Apoſtolorū Princeps, atq; vniuerſalis Eccleſiæ, quæ per totum Orbem diffunditur, a Chriſto caput inſtitutus in ipſa Vrbe Roma, omnium aliarum Eccleſiarum pariter capite, atq; eiſdem ab ipſomet Saluatore prælata conſtituta, ſedem poſuerit. Vſum vero olim iam obtinuiſſe, vt qui fide ſincera fuiſſent, atq; probati in omnibus Orthodoxi,

Leg in Vrbe Ro. ff. de ſtat. hom. ſecū dum lect. Alciati.

A doxi, Romani dicerentur, quàm plurimis exēplis illostratur: eoq; inprimis testimonio, quod in Actis Concilij Ephesini, Tomo quinto, capite decimo nono habetur: Ita nanq; ibi Theodosius iunior ad Acacium Beroensem Episcopū scribens: Vos probatos, inquit, Romanæ Religionis Sacerdotes esse, manifesto argumento declarate.] Sed & hæreticis, in Catholicis cōmuni loquendi vsu exprimendis, eiusmodi appellatione vsos constat apud Victorem Vticensem, cum locundus Episcopus Arrianus ad Regis filium: Si gladio (inquit) peremeris, incipient Romani martyrem prædicare.] Et apud Gregorium, Turonensem, de Arriano æquè Principe: Cogitauit intra se dicens, quia ingeniū est Romanorum (Romanos enim vocant nostræ Religionis) vt ita accidat, & non sit virtus Dei.] & infra de Arriano pariter dicēte: Si cōsenseris dictis meis, exercemus hodie cachinnum de hoc Romanorum Presbytero.] hoc est de Catholico Sacerdote. Deniq; de Romanis Apostolus differēs, Fides, inquit, vestra annuntiatur in vniuerso mundo: Igitur, si ea ipsa fides, quæ omnes orbis terræ fines peruagatur, ac vbiq; prædicatur Romana dicitur, consequens etiam est, vt Vniuersalis, Catholicę, Oecumenicę nomine eadem cohonestanda sit.

De persec. V. vādalica, li. 2.

B

Greg. de gloria m. cap. 25.

Rom. 1.

C 2 *Cuius arbitrio subiacent vniuersa*. Quāta huius auctoritas censenda sit, quantiq; eiusdē iudicium æstimandum, ex eo solo deducitur, quòd tam & si plures, qui Euangelia, ex Apostolis etiam scripserunt, fuerint: Quemadmodum & Lucas Euangelista exordio sui voluminis testatur dicens: Quoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem, quæ in nobis completæ sunt rerum, sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipsi videtunt, & ministri fuerunt sermonis;] Ea tamen solum Christi Euangelia dicuntur, quæ ipsa fides recipere decreuit, Vnde & Sanctus Augustinus in plerisq; locis asserit: Euangelio non crederē, nisi me Ecclesiæ auctoritas commoneret.] Illa enim sacra scriptura dicitur, quam sacram declarat Ecclesia. Eius determinationi omnes Catholici suas meritò submittunt sententias: & nisi ab ipsa approbentur catholicei esse non possunt. Quid (inquit) Hieronymus necesse est in manus sumere, quod Ecclesia non recipit?] Hæc Sancta Romana Ecclesia tanto priuilegio a Christo Seruatore donata est, vt eam in suis sententijs, atq; decretis errare non posse firmiter credamus. Hoc solū Deo ex natura: Ecclesiæ verò eius ex priuilegio competit. Præter autem eam nemini vnquam donum huiusmodi communi lege collatum legimus. Non Angelis; hi enim a principio errare potuerunt, & multis ex eis errauerunt. Non primis parentibus, nam a Diabolo decepti sunt. Non hominibus, nam *Omnis homo mendax*. At de eiusdē nunc, siue in temporalibus, siue in spiritualibus potestate ac imperio paulò latius.

Luc. 1.

D

Psal. 115.

E

An Sancta Romana Ecclesia, siue eius capiti: Romano nimirum Pontifici vniuersa subsint.

CONTROVERSIA XXIII.

De vtraq; sinē Sacerdotali, siue sæculari potestate, in tertium decimum Hieremiæ caput mentionem ingerens Hieronymus, non sub Sacerdotali sæcularem, sed e contra, Sacerdotalem sub ciuili constituere hisce videtur; videlicet. Non solum vulgus ignobile, vilisq; plebecula, sed Reges Ecclesiarum de stirpe filij Dauid, qui sedent resupini, erectaq; ceruice, & protento aqualiculo super thronum eius: Sacerdotes quoq; ipsi, secundus in Ecclesiastico honore gradus, & Prophetæ, qui videntur habere scientiam scripturarum, & omnes habitatores Hierusalem pro varietate peccatorum cōplentur &c.] Ita ipse, cuius profectò verba, his quæ de excellentia eiusdē R. S. E. potestatis & arbitrij nuper in textu allata sunt aduersari nemo est, qui non videat. F

G

Cæterùm secus esse, meritoq; ipsi Romanæ Ecclesiæ, seu Romano Pontifici, eius capiti vniuersa (vt in textu dicitur) subiacere Cyrilli Alexandrini Episcopi testimonio, in libro de Thesauris manifestò probatur. Enimuero, Sicuti (inquit) Christus accepit a Patre ducatum, & sceptrum Ecclesiæ, ex Israel Gentium egrediens super omnem Principatum, & Potestatem, & super omne quod est, vt ei cuncta curuentur, sic & Petro, eiusq; successoribus plenissimè commisit.] Et infra. Nulli alij quàm Petro, Christus quod suum est plenum, sed ipsi soli dedit.] Hæc Cyrillus. Verùm quò clarior, atq; distinctior veritas ipsa prodeat de Ecclesiasticarum inprimis, eidem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ subiectione Potestatum, atq; mox Sæcularium argumenta proponamus. Vniuersali profectò Summum Pontificem in tota Ecclesia cōdecorari prælatione hoc vnum potissimum declarat, quòd ab eodem in omnes alios prælatos potestas manet. Et quanuis omnibus Apstolis a Saluatore ligandi, atq; soluendi potestas communiter post resurrectionem in Euangelio tradita sit, soli tamen Petro antea dictū est. Tibi dabo claues regni Cęlorū &c. vt clauiū per eū ad alios deriuāda potestas osten- H

Matt. 1.

A ostenderetur: ad conseruandam videlicet vnitatem, sicuti Sanctus Cyprianus testatur: Et quanuis, inquiens, Apostolis omnibus post resurrectionem suam parem potestatem tribuat, & dicat: sicut misit me Pater, & ego mitto vos. Accipite Spiritum sanctum; si cui remiseritis peccata, remittuntur illi; si cui retinueritis, retinebuntur: tamen vt vnitatem manifestaret, vnam cathedram constituit, & vnitatis eiusdem originem ab vno incipientem, sua auctoritate disposuit] Omnes igitur Apostoli ordinariam habent dimittendi peccata auctoritem. Verùm supremum dominium soli Petro tribuitur. Sed & in Concilio Calcedonensi legitur, totam Synodum Leoni Summo Pōtifici ita acclamasse. *Leo Sanctissimus, Apostolicus, Oecumenicus* (idest vniuersalis) *Patriarcha permultos annos viuat.* Cæterùm, si vniuersalis, consequens etiam, vt eidem omnis Ecclesiastica potestas subijciatur. De eiusdem Ecclesiæ præeminētia, & Chrysostomus super Matthęum: Filius, inquit, qui Patris est, & ipsius Filij potestatem Petro vniuersaliter concessit vbiq; terrarum, & homini mortali, omnium, quæ sunt in cœlo, dedit auctoritatem, dando ei claues, ad hoc vt Ecclesiam vbiq; terrarum ampliet] Et super Ioannem. Iacobum localiter terminat in loco: Petrum autem totius orbis magistrum, & doctorem.] Postremò ei soli idem Saluator præcipit: Pasce oues meas: Vt illi, eiusq; successoribus tanquam Principi, Dominici gregis pascendi cura demandata intelligatur. De qua & Bernardus: Tu es, inquit, cui claues traditæ, cui oues commissæ sunt. Sūt quidem, & alij cœli Ianitores, & gregum Pastores, sed tu tantò gloriosius, quantò differentius vtrumq; prę cæteris nomen hęreditasti. Habent illi sibi assignatos greges, singuli singulos. Tibi vniuersi crediti sunt, vni vnus, nec modo ouium, sed & pastorum tu vnus omnium pastor. Vnde idem probem quæris? ex verbo Domini. Cui etiam non dico Episcoporum, sed & Apostolorum sic absolutè, sic indiscretè commissæ sunt oues? Si me amas Petre, pasce oues meas. Quas? Illius, vel illius populos ciuitatis, aut regionis, aut certè regni? Oues meas (inquit) Cui non planum, non designasse aliquas, sed assignasse omnes?] Ita Bernardus.

Lib. de Vnit. Ecclesiæ.

B

Hom. 88.

C

Io. 21.

Ad Eugenium 4. S. Pontif.

D

Verùm sæcularis etiam omnis potestas Romann Pontifici iure subijcitur, cùm ei, ad quē vltimi finis pertinet directio, subijci etiam debeant illi, ad quos spectat cura antecedentium finium, & eius Imperio dirigi: Cæterùm Sūmi tātū Pontificis partes sunt ad gloriā, quę vltim⁹ finis creditur, ad quē cōditus homo est credentes omnes dirigere, igitur hoc ab eisdem omnibus iure postulatur, vt eidē subijciantur, quos decet cura antecedentium finium, hoc est eorum, quæ ordinantur ad ipsam. In veteri lege, quia sacerdotium & totus diuinorum cultus temporalium tantùm acquisitionem respiciebat, quorum cura soli Regi, Principiq; sæculari incumbit, Sacerdotes consequenter eisdem Regibus subicijebantur: At non sic in noua lege, cùm Sacerdotium Euangelicū, quo homines ad bona spiritualia, æternaq; traducuntur, altius initietur. Et quidem ineffabiliter diuina disposuit, simulq; præscripsit Prouidentia, vt in Romana Vrbe, quā Christifideliū Sacerdotij primam sedem futuram nouit, eiusmodi paulatim mos inolesceret: vt ciuitatis nimirum ipsius Rectores Summis Sacerdotibus colla submitterent: De quo & Valerius Maximus hęc litteris cōsigauit: *Omnia post religionē ponenda semper nostra Ciuitas duxit, & in quibus Summa maiestatis decus conspici valuit: quapropter nō dubitauerūt sacris Imperia seruire.* Ita Valeri⁹. Et quāuis vtraq; dignitas, seu potestas a Christo Sūmo Pōtifice, atq; Imperatore exordiū duxerit, perinde ac distinct. decima: *Quoniā idē mediator*, habetur; haud exęquo tamen vtraq; censenda; sed vna alteri ita subiacet, vt etiam Imperator Summo Pontifici parere debeat. Manifestum hoc & ratione, & similitudine, & auctoritate redditur. Ratione quidē inprimis, cùm entia ex Peripateticorum principe malè disponi nolint. Cæterùm minus aptè, imo perperàm disponerentur, si Ecclesiæ mēbra, ipsiq; fideles, qui sunt nobilissima entia in mūdo a pluribus æquè gubernarētur: Enimuerò, quòd vni placeret, alteri displiceret, & quod vnus decerneret, alter abrogaret: haud itaq; Imperator supra Pontificem, quēadmodum nec caro supra spiritum, sed e contra, Sūmus Pontifex super Imperatorem eminere, affirmandum est. Et certè cum Dominus Petro dixerit: *Pasce oues meas*, vtiq; etiā constat Imperatorem (si tamen ouis Christi, fidelisq; esse desiderat) Summi se debere Pontificis Imperio subditū omnino fateri: Argumento ad hoc distinctio decima. *Suscipitis*. In huius comprobationem confirmat & consecrat Summus Pontifex Imperatorem; Vnde Apostolus ad Hebræos: minor, inquit, a maiori benedicitur. Deponit præterea Sūmus Pontifex, si adsit causa rationabilis, Imperatorem, quemadmodum Innocentius Federicum. Imperium item trāsfert; vti de Imperio de Græcis in Francos, & de Francis ad Alemanos videre est: ex his igitur satis Summi Pontificis præeminentia digoscitur, cùm inferior, aut æqualis, in superiorem, vel æqualem minime imperium habeat.

E

F

G

12. Metaphys.

Io. 21.

H

Heb. 7.

Firmatur dehinc proposita veritas similitudine

A dine: Cùm Ecclesia militãs pro uiribus Triumphantẽ imitetur, quæ sub vno tantùm Principe, Deo videlicet gubernatur: Et huius militantis pariter, vnus tantùm, summusq́; in regimine esse debet, Pontifex nimirum, qui non Imperator, sed Summus Pastor, atq; Papa, idest Pater Patrum dicatur, quò se nõ quasi tyrannum in Ecclesia, sed tanquam Patrem omnium ex Paterno affectu cognoscat. Anctoritate deniq; idipsum comprobatur. Enimuerò Gelasius, Anastasio Imperatori scribens: Duo inquit, sunt, Imperator Auguste, quibus principaliter hic mundus regitur: Auctoritas Sacra Pontificum, & Regalis potestas, in quibus tantò graue est pondus Sacerdotum, quanto pro ipsis etiam Regibus hominum in diuinò reddituri sunt examine rationem.] Idẽ ex Ambrosio: si sublimitatem Episcopalem Regum fulgori compares, & Principum diademati, longe erit inferius, quàm si plumbi metallum ad auri fulgorem compares. Quippe, cùm videas Regum colla, & Principum submitti genibus Sacerdotum, & exaltata eorum dextera, orationibus eorum credant se communiri.] Et Ioannes Papa Honorio: Si Imperator (inquit) Catholicus est, filius est, non præsul Ecclesiæ.] Cæterùm hanc sæcularis potestatis S. R. E. Romanoq; Pontifici, iure debitam subiectionem, non illinc deducimus, quod Summus Pontifex, præter Prouincias, & Regna particularia, quorum Summum habet Imperium, Dominum etiam vniuersalis regni, totiusq́; Orbis in temporalibus affirmemus. Minimè. Sed hinc accipimus, quòd sæcularis potestas in ratione finis, (qui tranquillus est status reipublicæ) inferior sit Ecclesiasticæ, cuius finem sempiternam diximus Beatitudinem: Cuius & spiritualis potestatis virtute, potest idem Summus Pontifex, quoties ratio fidei, & Religionis exigit, non solum censuris aduersus Imperatores, Reges, & Christianos Principes omnes agere, verùm & temporalibus dominijs priuare, eaq; in alios transferre. Vltimò, subiectionis huiusce perpetuum erga *Sanctam Romanam Ecclesiam* cultum, atq; confessionem ad salutem consequendam necessarium Sanctus Thomas ex præfato Cyrillo, Tractatu supra commemorato, aduersus errores Græcorũ, capite septuagesimo secundo, hisce concludit: Ostendit etiam, quod subesse *Romano Pontifici* sit de necessitate salutis; Dicit enim Cyrillus in libro Thesaurorum: Itaq; fratres mei, si Christum imitamur, vt ipsius oues vocem audiamus manentes in Ecclesia Sancti Petri Apostoli, Non inflemur vento superbiæ, ne fortè tortuosus serpens propter nostram contentionem nos eijciat, vt Euam olim de Paradiso.] Et Maximus in Epistola Orientalibus directa dicit. Coadunatam, & fundatam super petram confessionis Petri dicimus vniuersalem Ecclesiam, secundum Saluatoris definitionem, in qua necessario salus animarum nostrarum: nostrum est manere, & obedire, suam seruantes fidem, & confessionem.] Ita ex præfatis auctoribus Sanctus Thomas, de subiectionis in Sanctam Romanam Ecclesiam cultu. De eiusdem æquè articuli confessione, iam supra capite quarto ostendimus, aliter sentientẽ in hæresim labi. Ad oppositam Hieronymi initio allegatam anctoritatem breuiter respondetur: intelligendam eandem esse de Regno, atq; Sacerdotio Iudæorum: Textusq́; ipse pro phetalis, cuius ibi Hieronymus affert explanationem apertissimus est. Porrò in Veteri Testamento Sacerdotalem potestatem temporali fuisse obnoxiam, iam supra monuimus. Atq; hæc satis de eius eminentia, studioq; ab vniuersis Christifidelibus illi perpetuò exhibendo.

Dist. 96. Duo. B

Ambros. in eodem capite.

C

D

B

F

COMMENTARIVS.

3 *Peritissimi viri non ignorans ingenium.* Qui nanq; fieri poterat, vt ea in Sacris litteris Hieronymi ignoraret ingenium, quæ sola ob familiaritatem Sancti Spiritus Sacrorum omnium cognoscit arcana voluminum? Cuius oculi columbarum describuntur? Cuius abditissimorum intelligentia mysteriorum fons signatus, puteus aquarum viuentium prædicatur? At quanti eiusdem Hieronymi ingenium iugiter eadem fecerit, inferius capite decimo octauo explicabitur.

G

4 *Translationem eius, quam vidit alijs veriorem, tam in Ecclesijs legendam, quàm etiam exponendam recepit.* De veritate translationis eius, ac inter cæteras omnes dignitate, atq; præstantia plura sæpius, præsertim verò capite quarto, & decimo quinto notata sunt, ad quæ, ne frustra hic repeti videantur, mittimus lectorem. Sub Damaso autem Pontifice Ecclesiam primùm, vitam adhuc agente Hieronymo, eiusmodi translationi, scriptisq́; eius auctoritatem tribuisse ex eo coniicio, quòd idem in Apologia aduersus Rufinum hæc habet: Psalteriũ quoq; emendatissimum iuxta Septuaginta Interpretes nostro labore dudũ Roma suscepit.] Et in superiori capite ad eundem Damasum, citata Epistola. Nouum, inquit, opus me facere cogis, vt post exemplaria scripturarum toto orbe dispersa quasi quidam arbiter sedeã, & quia inter se variant, quæ sint illa, quæ cum Græca consentiant veritate. Pius labor, sed periculosa præsumptio, iudicare de cæteris ipsum ab omnibus iudicandum, senis mutare linguam

H

Epi. 123.

A linguam, & canescentem iam mundum, ad
initia retrahere paruulorum. Quis enim doctus
pariter, vel indoctus, cùm in manus volumen
assumpserit, & a saliua, quam semel imbibit
viderit discrepate quod lectitat, non statim
erumpat in vocem, me falsatium, me clamitãs
esse sacrilegum, qui audeam aliquid in veteri-
bus libris addere, mutare, corrigere? Aduer-
sus quam inuidiam duplex causa me consola-
tur; quòd & tu, qui Summus Sacerdos es fieri
iubes, & verum non esse, quod variat etiam
maledicorũ testimonio comprobatur.]hęc ille.
Non molestè accipias lector, si vnum, idemq;
testimonium semel, atq; iterum, & tertiò etiam
B in hoc ipso opere aliquando allatum perlegas;
quandoquidem vt verborum sensus explice-
tur, sic fieri necesse est. In locis communibus
riuulos Tullianæ eloquentiæ licet deducere, &
docta declamatione audientium aures mulce-
re: in Commentarijs verò, nec verborum com
positio, nec redolens flosculis oratio, sed res pro
posita simpliciter, atq; purè examinanda est.
Sed & his Augustini testimonium adstipula-
ri videtur, dum ad Audacem ita scribit. Psal-
Epi. 140. terium a Sancto Hieronymo translatum ex
Hebræo non habeo: nos autem non interpre-
tati sumus, sed codicum latinorum nonnullas
mendositates ex Græcis exemplaribus emen-
C danimus: perinde ac inferat: quòd si illud in
ipso eius promulgationis exordio, quo tempo-
re iam in Septuaginta, Commentarios suos vel
incœperat, vel absoluerat habuisset, illud æque
Commentarijs explanasset. Deniq; de Hesy-
chij Alexandrini, & Luciani Antiocheni mar-
tyris editionibus Hieronymus disserẽs, easdem
a nullis, vel paucis receptas dicit, quòd eis post
Epi. 123. Septuaginta Interpretes, siue vetus, siue nouũ
Testamentum emendasse non licuit (hoc est
ex propria auctoritate.) Igitur Hieronymus,
qui ad tantum se munus a Damaso Põtifice de
lectum testatur, consequens etiam est, vt eius-
dem auctoritate propria ipsius quoq; elucu-
brata translatio tunc probata, vulgataq; per
totam Ecclesiam credatur. Rationabiles tran
D slationis huiusce causæ, capite quarto afferun-
tur.

5 De qua Beatus Gregorius in suo Moralium libro. Circa principium videlicet.

6 Nouam (inquit) translationem dissero.
Quippe quæ eius iudicio cuncta ex Hebræo
eloquio verius transfunderet, & dignissima cui
in omnibus fides haberetur, foret. Noua verò
Gregorij ætate Hieronymi editio nuncupaba-
tur, quòd post alias omnes inuulgata esset.
Ad cuius pleniorem intelligentiam sciendum,
ante hanc ipsam Hieronymi versionem quam-
plures alias circumferri consueuisse. Et quidẽ
de prima (quam Ptolomæi Philadelphi, Pto- E
lomæi item Lagi filij iussu a Septuaginta, e Iu-
dæa in Græciam conuocatis Interpretibus, ex
Hebræo in Græcum sermonẽ in Alexandriæ
Insula, quæ Pharus dicitur translatam fuisse in
Præfatione Pentatheuci affirmat) in omnibus
fermè scripturæ Sacrę librorum pręfationibus,
& in suis super Prophetas Commentarijs, ter-
tio quoq; verbo agit. De secunda, Aquilæ vi-
delicet, tum in Isaia, tum ad Marcellam, & Da- Isa. 49.
masũ in Epistolis sæpius. De tertia, Symma- Mar. Ep. 138. Da.
chi, in Præfatione in Iob, & super Hieremiam. Epi. 125.
De quarta, Theodotionis, in prologis Danie- Hie. c. 31
lis, & quatuor Euangeliorum. De quinta ab
Origene Nicopoli in Attico littore sine nomi-
ne inuenta, in Præfatione Commentarij eiusdẽ F
Origenis in Cantica Canticorum. De sexta
pariter & septima, incertis auctoribus edita, in
Habacuh commentarijs. De octaua tandem Hab. c. 4.
& nona, Hesychij videlicet, & Luciani in præ-
citata super quatuor Euangelia præfatione. Epi. 123.
Respectu igitur hactenus memoratarum, om-
nium, Hieronymi editio optimo iure communi
vocabulo, noua a Gregorio, & Sanctis alijs Pa-
tribus dicebatur, quòd nouissima post omnes
ex Hebræo fonte purior emanasset. De cuius
æquè præstantia capite superiori.

7 Et in Ezechielẽ, exponens id quod de animalibus scribitur: Vnumquodq; duabus alis velabat corpus suum, cùm subiunxisset & alterum, similiter velabatur. Habetur huiusmodi de anima- G
libus visio Ezechielis capite primo, quam &
luculentissimè idem Hieronymus in Commen
tarijs super eundem explicat.

8 Protinus intulit: Translationem septuaginta Interpretum, Aquilæ, & Theodotionis, & Symmachi solicitè perscrutãtes nihil ex his verbis inuenimus. Meminit, & additionis huius ex
Hebræo textu Hieronymus ibidem dicens:
Multa, & in hoc, & in alijs capitulis a Septuagin
ta prætermissa sunt, quæ ob longitudinẽ pone-
re supersedi. De hac ipsa Septuaginta Inter-
pretum editione, a quibus, vbi, & quando elu-
cubrata sit, capite quarto iam diximus. Cæ-
terùm, vt de his quoq; Translationib⁹, Aquilę, H
Theodotionis, & Symmachi, quos aliquando
Hæreticos, interdum Iudaizantes, nunc Prose-
lytas, alijsq; nominibus sugillat Hieronymus,
notitiam habeamus, breuiter de eisdem nunc
agendum.

Aquila igitur primùm Gentilis, atq; Adria-
no Imperatori charus, a quo & restituendæ
Hierosolymę fabrorum præfectus est, in Chri-
stum credens, cum Sacri fontis vnda perfusus
esset, ab Ecclesia post aliquot annos, quòd Gen
tilicijs adhuc superstitionibus nimis addictus
foret, eiectus, Christo (talẽ non ferens iniuriã)

renun-

renunciauit, ac Proselytus factus, simulq; circuncisus, hebræorum ita linguam didicit, vt verus Testamentum in Græcom, ac ex eodẽ aliqua etiam in Chaldaicum sermonem verterit. Natione eum Ponticum, atq; cum eo, qui alio nomine OnKelos dicitur eundem putat Victorius. Diligentem, doctissimum, curiosumq; verbi de verbo interpretem, vt etiam cęteris antecelluerit, vocat Hieronymus.

Theodotion (quanuis nonnulli minus propriè Thodotio scribant) eodem genere secundum Epiphanium, quo & Aquila ortus, & ipse factus Christianus, hæreticorum dogma, Tatiani videlicet, Marcionis, Ebionisq; sectatus est: mox religione nostra neglecta, Iudeorum legem, circuncisione etiam obtenta professus est; quo tempore in eorum lingua discenda desudans, sacros veteris Testamenti libros Græco eloquio transfudit, & inter cæteros, veteres nimirum ac nouos interpretes, medius, Hieronymi testimonio processit; cuius etiam scriptis aliquando incredulus, nunc semichristianus, interdum Ebionita vocatur. Eius interpretatione in Danielem ad sua vsq; tempora vsam fuisse Ecclesiã, in Præfatione Danielis testatur. Floruit sub Seuero circa annum Domini ducentesimum.

Symmachus genere Samaritanus, quòd principatum a se quæsitum apud gentem suam obtinere nequiuisset ad Iudæos transiẽs circũcidi voluit, sicq; Proselytus effectus, quòd priuati adhuc hominis conditionem iniquo animo ferret, ad Baptismi Sacramentum peruenit: Demum in Ebionitarum hæresim lapsus, eandem scriptis quoq;, ac præsertim in suis super Matthæum commentarijs tueri contendit. Conuertit hoc tempore ex hebræo in Græcum sermonem sacros scripturæ codices: non quidem verbum ex verbo, sicut Aquila, sed sensum e sensu. Hæreticum iudaizantẽ vnà cum Theodotione, Præfatione in Iob scribit Hieronymus. Floruisse vero is traditur sub eodem Seuero, circa annum Domini centesimum cum nonagesimo. Ex his satis perspicuum est, cur Hieronymus in prædictorum sugellationem Interpretum diuersis interdum vtatur nominibus.

9 *Sed Beati Hieronymi scripta relegentes.* Pulchrè ad proprium circa Hieronymi scripta studium indicandum, non ea se legisse tantùm, sed relegisse Sanctus Gregorius tradit, cùm in illorum lectione assiduum ipsummet propria eius declarent opuscula, in quibus frequenter eundem allegat, & honorificè semper inducit.

10 *Agnouimus, quia hanc sententiam in hebraica veritate ita positam, non quidem iuxta verbum, sed iuxta sensum inuenerit.* Hoc & sæpius fatetur ipse Hieronymus: non quidem verbum semper ex verbo, sed sensum quandoq; ex sensu: interdumq; etiam ex vtroq; permixtum se transtulisse contestans. Cogor (inquit in Prologo Danielis) per singulos scripturæ diuinæ libros aduersariorum respõdere maledictis; qui interpretationem meam, repræhesionem septuaginta interpretum criminantur: quasi non, & apud Græcos Aquila, Symmachus, & Theodotion, vel verbum e verbo, vel sensum e sensu, vel ex vtroq; commixtum, & mediæ temperatum genus translationis expræsserint.] Et paulò infra. Hæc autem Translatio (a se editam intelligens) nullum de veteribus sequitur interpretem, sed ex ipso hebraico, Arabicoq; sermone, & interdum Syro, nunc verba, nunc sensus, nunc simul vtrunq; resonabit.]

11 *Nam peritus interpres, vt omnino nihil prætermitteret, aliquando verbum de verbo, aliquando cum lingua repugnaret barbaries, sensum solum exprimebat ex verbis.* Cum his pariter ea consentiunt, quæ de Optimo genere interpretandi idem Hieronymus tradit: Difficile est, inquiens, alienas lineas insequentem non alicubi excedere: & arduum, vt quæ in aliena lingua benedicta sunt, eundem decorem in translatione conseruent. Significatum est aliquid vnius verbi proprietate: non habeo meum, quo id efferam, & dum quero implère sententiam longo ambitu vix breuis viæ spacium consumo. Accedunt hyperbatorum anfractus, dissimilitudines casuum, varietates figurarum ipsum postremò suum, & vt ita dicam vernaculum linguæ genus. Si ad verbum interpretor, absurdè resonant, vel si in sermone mutauero, ab interpretis videbor officio recessisse.] Hæc ille.

12 *Quem vtiq; transferendi modum idem Hieronymus in libro, quem de optimo genere interpretandi edidit, probabiliorem esse euidenter insinuat.* Non auctoritate quidem tantùm sæcularium scriptorum, aut Septuaginta, vel cæterorum, Aquilæ, Symmachi, & Theodotionis interpretum, sed ipsius quoq; Saluatoris, Euangelistarũ, & Apostolorũ testimonijs idipsum manifestè comprobat. Habetur libellus hic Epistolarum eius Tomo secundo, penultimo loco in ordine, Epistola centesima prima, ad Pammachium: quem etiam non tam imperitè, quam nequiter Rufinus Libro secundo Inuectiuarum criminatus est, vt in eo, præter tituli inscriptionem, nihil boni contineri: quin potius to-

A tum pessimum, lactauerit. Cæterùm Rufini procacitatem atq; imperitiam, prædictorum satis superq; reijcit sententia interpretum, Tullij, Terentij, Plauti, Cecilij, Horatij, Seputaginta, Aquilæ, Symmachi, Theodotionis: Quin & Domini ipsius Saluatoris auctoritas: Tota deniq; Sanctorum Patrum, Hilarij, Ambrosij, Augustini, Gregorij, ac reliquorum schola: perinde ac in ipso quoq; libello latius ostenditur. Hunc demom ipsum libellum, Augustinom efflagitasse, propria eius verba ad eundẽ Hieronymum declarant, quibus ait; Librum quoq; tuum, cuius mentionem fecisti, De optimo genere interpretandi, cupio B legere, & adhuc nosse, quomodo coæquanda sit in interprete peritia linguarũ coniecturis eorum, qui scripturas edisserendo pertractant; quos necesse est, etiam si rectè, atq; vnius fidei fuerint, varias parere in multorum obscuritate sententias: quanuis nequaquam ipsa varietas ab eiusdem fidei veritate discordet: Sicut etiam vnus tractator, secundum eandem fidẽ aliter, atq; aliter eundem locum potest exponere, quia hoc eius obscuritas patitur.] Hæc Augustinus. At non Gregorij tantùm, sed aliorum quoq; penè innumerabilium Sanctorũ Patrũ celeberrima in eũ ipsum insurrexerunt testimonia: Libelli huius tempus Baronius in trecentesimũ nonagesimũ quartũ annũ refert: cuius sententia ipsiusmet Hieronymi æquè testimonio idcircoq; cõsentanea est, quòd in præfatione Commentariorum super Ionam hæc habeat [Triennium circiter fluxit, postquam quinq; Prophetas interpretatus sum, Michæã, Nahum, Habacuc, Sophoniam, Aggæum, & alio opere detentus non potui implere quod cœperam. Scripsi enim librum de Illustribus viris, & aduersum Iouinianum duo volumina: F Apologeticum quoq;, & de optimo genere interpretandi ad Pammachium, & ad Nepotianum, vel de Nepotiano libros duos.] Hęc ibi, ex quibus satis conijcitur, memorato eundem Domini anno datum, cum pręsertim, & enumerati in quinq; Prophetas Commentarij, trecentesimo nonagesimo primo alibi adscripti sint, & liber de viris Illustribus trecentesimo nonagesimo secundo.

De Hieronymi aduersus hæreticos libris atq; pugna.
Cap. XVII.

C 

G *Cripsit 1 præterea aduersus Iouinianum Libros duos, 2 & contra Heluidium de Beata Maria virginitate perpetua Librum vnum: 3 Quorum priorem voluptati carnis iugiter incubantem, 4 & nullam in futuro meritorum esse distantiam asserentem 5 hæreticum, atq; Epicurum Christianorum probat: 6 alterum vero, qui ex scripturis nitebatur ostendere, intactam Dei Matrem alios filios habuisse, velut idiotam, & scripturas penitus ignorantem redarguit. 7 Porrò alium quendam hæreticum, non scribendo, sed colloquendo confodit, qui de Resurrectione carnis contra fidem Catholicam sentiens, quæstiones huiusmodi proponebat. 8 In qua ætate resurrecturi sumus? 9 Si in ipsa qua morimur: ergo & nutricibus post mortẽ opus erit. 10 Si in altera: 11 nequaquam erit resurrectio mortuorum, sed transformatio in alios. 12 Diuersitas quoq; sexus, maris ac feminæ erit, aut non erit? 13 Si erit, sequentur & nuptiæ, & concubitus, sed & generatio. 14 Si non erit: sublata diuersitate sexus eadem corpora non resurgent, sed tenuia erunt, & spiritualia: 15 dicente Apostolo: Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale. D 16 Quod, cùm audissem, mihiq; (Beatus ait Hieronymus) incubuisset necessitas nequissimæ viperæ, & mortiferæ bestiæ resistendi, conueni hominem, & breui interrogatione H conclusi dicens. 17 Vtrum crederet futuram resurrectionem mortuorum, an non: 18 Qui cum se credere respondisset, intuli: eadem resurgent corpora an altera? 19 Cum dixisset eadem; 20 sciscitatus sum. In eodem sexu, an in altero? 21 Ad interrogata reticenti, & instar colubri huc, atq; illuc transferenti caput, ne feriretur: Quia, inquam, taces, ego mihi pro te respondebo, & consequentiam inferam. 22 Si non resurget mulier vt mulier, neq; masculus vt masculus, non erit resurrectio mortuorum; quia sexus membra habet, membra autem totum corpus efficiunt. Si autem sexus & membra non fuerint: vbi erit resurrectio corporum, quæ sine sexu non constat, & membris? 23 Porrò si corporum non fuerit resurrectio, nequaquam erit resurrectio mortuorum. 24 Sed & illud quod de nuptijs obijcis. Si eadem membra fuerint, sequi nuptias, a Saluatore dissoluitur. 25 Erratis, nescientes scripturas, neq; virtutem Dei. In resurrectione enim mortuorum non nubent, neq; nubentur, sed erunt similes Angelorum. 26 Vbi dicitur: Non nubent, neq; nubentur, sexuum diuersitas demonstratur. Nemo*

A *enim de lapide, & ligno dicit, non nubent, neq; nubentur, quæ naturam nubendi non habent: sed de ijs, qui possunt nubere, & Christi gratia, ac virtute non nubant. 27 Quod si opposueris: quomodo ergo erimus similes Angelorum, cum inter Angelos non sit masculus, & fæmina? Breuiter auscul-* E
ta: Non substantiam nobis Angelorum, sed conuersationem, & beatitudinem Dominus repromittit. 28 Similitudo promittitur, non natura mutatur. 29 Porrò si quæris, in qua ætate resurrecturi sumus: iuxta Ecclesiarum traditiones, & Apostolum Paulum illud est respondendum: 30 Quod, in virum perfectum, & in mensuram ætatis plenitudinis Christi resurrecturi sumus: in qua & Adam Iudæi conditum autumant; & Dominum Saluatorem legimus surrexisse. 31 Et multa, quæ de vtroq; Testamento in suffocationem hæretici protuli.

COMMENTARIVS.

1 S*Cripsit aduersus Iouinianum libros duos.* Truculentũ istud monstrũ, vnde cũ suis
B factiosis eruperit, vel cuius ordinis, aut professionis extiterit, quas etiam impudentes blasphemias protulerit, singula prosequi videtur Sanctus Ambrosius ad Vercellenses scribens:
Epist. 82. Audio enim homines, qui dicunt nullum esse abstinentiæ meritum, nullum frugalitatis, nullam virginitatis gratiam, pari omnes æstimari precio, delirare eos qui ieiunijs castigent carnẽ suam, vt menti subditam faciant; quod nunquam fecisset, nunquam scripsisset ad instruendum alios Paulus Apostolus, si deliramentum putasset. Quæ istos Epicureos noua Schola misit? non philosophorum, vt ipsi aiunt, sed imperitorum, qui voluptatem prædicent, de-
C licias suadeant, castimoniam nullius esse dicãt
1. Io. 2. vtilitatis. Fuerunt nobiscum, sed non fuerunt ex nobis (neq; enim pudet dicere, quod dicit Euangelista Ioannes.) Sed hic positi primo ieiunabant, intra monasterium continebantur, nullus erat luxuriæ locus, interdicta ludibriosæ disputationis licentia. Hoc enim audierant: quæ deberent cauere monueram: nihil profeceram. Efferuescentes itaq;, talia disseminare cœperunt, quibus incentores essent vitiorum omnium. Miserabiles perdiderũt, quod vtiq; ieiunauerunt; perdiderunt, quod aliquo se continuerunt tempore. Nunc itaq; diabolico studio inuident aliorum operibus bonis, quorum
D ipsi fructu exciderunt.] Hęc Ambrosius de Iouiniano & asseclis eius. De eodem & Hiero-
Aduer. Iou. libr. 2. c. 13. nymus. Ante (inquit) nudo eras pede, modo non solum calceato, sed & ornato: tunc pexa tunica, & nigra subucula vestiebaris, sordidatus & pallidus, & callosam opere gestans manum, nunc lineis, & sericis vestibus, & Attrebatum, & Laodiceę indumentis ornatus incedis: rubent buccæ: nitet cutis: comæ in occipitiũ frontemq; tornantur; protensus est aqualiculus, insurgunt humeri, turget guttur, & de obesis faucibus vix suffocata verba promuntur.] Monasticam igitur aliquandiù vitam in Monasterio professus Iouinianus, cum inde libidinum flammis exæstuans aggressus fuisset, multas hæreses, de quibus paulo post agemus euomit, ad quarum firmitatem nonnullos etiã
F a se conscriptos commentarios inuulgans, plurimos ex vtroq; sexu illorum lectione e sanctioris vitæ proposito Romæ deiecit. Verùm, ne tantum vlterius grassaretur malum, catholicorum hominum industria, detestabili opere ipsi Hieronymo, Bethlehem agenti transmisso, illud idẽ ipse cum proprio auctore duobus libris confutauit. Numeratur eiusmodi annus a Baronio Tomo quarto Annalium Ecclesiasticorum Christi trecentesimus nonagesimus. Et quidem aptissimè, cùm eo ipso, a Siritio Summo Pontifice ipse Iouinianus publico decreto Apud Hieron. Epi. 93.
damnatus sit. Tunc miserandum illud accidit: Ex quo, & Augustinum lacrymas fudisse legi-
G mus: Rufinum videlicet, eo ipso tempore a Hieronymi fuisse necessitudine impia auulsione distractum. Enimuerò, cùm idemipse tũc magni nominis Rufinus in ipsam Vrbem venisset, vt Periarchon libros, a se ex Origene translatos proderet, præfatis Hieronymi libris, aduersus Iouinianum, qui circunferri illic, tunc cœperant, intantum detrahere cœpit, vt ipsum etiam Siricium Summum Pontificem (quòd matrimonium nimirum in eisdem vltra quam par esset despectum iactaret) non nihil in illos concitarit. Testatur hoc Hieronymus Epistola quinquagesima secunda ad Pammachium, librorum eiusmodi propugnatorem his verbis: Audio totius in te Vrbis studia concitata: Au-
H dio Pontificis, & populi voluntatem pari mente congruere. Minus est tenere sacerdotium, quàm mereri.] Et de Rufini perfidia loquitur præcedenti Epistola ad Domnionem, quæ & si Rufini nomen non exprimat, in eundem tamẽ fuisse conscriptam, eruditus quoq; ante me, in suis adnotationibus obseruauit Henricus Grauius. Cùm igitur in hosce Hieronymi libros, siue imperitorum grex, siue æmulorum factio vndiq; obstreperet: rogatus ab eodem Pammachio Vir Sanctus, Apologiam pro eis conscribere cogitur. In qua omnia a se in eis tradita, Apostoli dictis, quibus virginitatem nuptijs præfert consona demonstrans, illos æquè

reptæ-

A reprehendit, qui verba tantùm aliqua cauillantur; nō conſiderantes cætera, vel cui, quando, vel qua occaſione: neq; quid, aut ante præceſſerit, aut poſtea conſecutum ſit.] Habetis Apologia huiſmodi Tomo ſecundo, Epiſtola quinquageſima. Extat Theodoſij aduerſus Iouinianum ad Felicem præfectum Prætorio reſcriptum eiuſmodi. Iouinianum ſacrilegos agere conuentus extra muros Vrbis Sacratiſſi-

L. 53. de Hęret. C. Theod. mæ Epiſcoporum querela deplorat; Quare ſupra memoratum corripi præcipimus, & contuſum plumbo, cum cæteris participibus ſuis, & miniſtris exilio coerceri; ipſum autem machinatorem in inſulam Boam feſtina celeritate deduci: cæteris pro vt libuerit (dummodo ſuper-

B ſtitioſa coniuratio exilij ipſius diſcretione ſoluatur) ſolitarijs: & longo ſpacio inter ſe poſitis inſulis in perpetuum deportatis. Si qui autem pertinaci improbitate vetita & damnata repetiuerit, ſciat ſe auſteriorem ſententiam ſubiturum. Dat. pridie nonas Martij Mediolani, Honorio nonum, & Theodoſio quintum AA. Conſulibus.] Eſt is annus ſecundum Baronium, Panuinum & alios duodecimus ſupra quadringenteſimum: Vt ideo poſt Romanæ etiam Eccleſiæ iugulum, Iouinianum multis adhuc annis eandem exturbaſſe ex his certum habeatur. Deniq; in præfatam Inſulam deportatus Iouinianus nunquam vltra auditus eſt.

C De eius obitu ex Paulo Presbytero hæc habet Gennadius [Meminit Iouiniani hęreſiarchæ, & voluptatum, & libidinum prædicatoris: cui intantum continentis vitæ, & caſtæ inſtitutio contraria fuit, vt inter luxurioſas epulas animā eructaret.] Hęc ipſe. Sed de his aliàs, capite nimirum decimo.

2 *Et contra Heluidium de Beata Maria Virginitate perpetua librum vnum.*] Et huius oblatrantis canis, qui ex blaſphemia ſibi gloriam comparare ſtudebat Hieronymum contregiſſe maxillas, deſpectuiq; omnino habuiſſe, propria eius verba declarans, quibus eundem ita alloquitur: Quis te oro ante hanc blaſphemiam

D nouerat? Quis dupondij ſupputabat? Conſecutus es quod volebas: nobilis es factus in ſcelere. Ego ipſe, qui contra te ſcribo, cùm in eadem tecum Vrbe conſiſtam, albus (vt aiunt) ater ne ſis, neſcio.] Hæc ipſe, ex quibus Romæ ſe edidiſſe librum, anno nimirum Domini treценteſimo octogeſimo tertio, vel proxime ſequenti apertè indicat. Meminit idem ſæpius libelli huius in ſuis ſcripsis: & præſeſtim in libro de Viris Illuſtribus: In Epiſtola de cuſto-

Epiſt. 22. Matt. 1. 12. 13. dia Virginitatis ad Euſtochium: Et in Matthęi commentarijs. Tempus quoq; & locus, in quibus eundem edere contigit, in Iſaiæ quadraгeſimum quartum aperit. Deniq; & librum Damaſo Pontifici oſtendiſſe, Pammachio teſtatur Epiſtola quinquageſima. Porrò de vtriuſq; & Iouiniani & Heluidij hæreſibus nūc ſubditur. E

3 *Quorum priorem voluptati carnis iugiter incubantem.* Innumeris profectò Iouiniani laſciniā, libidineq; cōcinnè deſcribit ſtrophis Hieronym⁹, ſed præſertim libro ſecūdo aduerſus eūdem ſequentibus: Lubricus ſerpens, & Prote⁹ noſter in varias ſe mutat portenta formarum. Qui enim in coitu, & in ſaturitate Epicureus eſt, ſubitò in retributione meritorum Stoicus efficitur. Hieroſolymam Cithio, Iudæam Cypro, Chriſtum Zenone commutat.] Et infrà. Mactè virtute, imo vitijs: habes &

in caſtris tuis & Amazonas exerta mamma, F & nudo brachio, & genu venientes, contra ſe viros ad pugnam libidinum prouocantes. Et quia oppulentus paterfamilias es, in auiarijs tuis non turtures, ſed vpupæ nutriuntur, quæ fœtidę voluptatis luſtra circumuolent.] Doctorem præterea voluptatum, atq; libidinum nominat eundem Ezechielis tertio decimo capite: Alij autem (inquiens) voluptatum & libidinis doctores dicuntur conſuere puluillos, & ponere ſub omni cubito manus, Epicurei, & Pyrrbonij & apud nos Iouinianus, & Eunomi⁹, qui dicunt: Manducemus & bibamus, cras 1. Cor. 15

enim moriemus. G

4 *Et nullam in futuro meritorum eſſe diſtantiam aſſerentem.* Ex Stoicis hanc accepit blaſphemiam. Stoicorum enim fuit, peccatorum tollere differentiam, & delicta omnia paria reddere, nec vllum inter erratum diſcrimen facere. Cęterùm antequam ſigillatim de eius blaſphemijs ſubiungamus, quo ſcribendi genere vſus in eis explicandis ſit, ex eodem inprimis Hieronymo audiamus. Pauci (inquit ille) Lib. 1.

admodum dies ſunt, quod Sancti ex Vrbe Romą fratres, cuiuſdam mihi Iouiniani commentariolos tranſmiſerunt, rogantes, vt eorum ineptijs reſponderem, & Epicurum Chriſtianorum Euangelio, atq; Apoſtolico vigore cōtererem. H

Quos, cùm legiſſem, & omnino non intelligerem, cœpi reuoluere crebrius, & non verba modo, atq; ſententias, ſed ſingulas penè ſyllabas diſcutere, volens prius ſcire quid diceret, & ſic vel probare, vel redarguere quod dixiſſet. Verum ſcriptorum tanta barbaries eſt, & tantis vitijs ſpurciſſimus ſermo confuſus, vt nec quid loquatus, nec quibus argumentis velit probare quod loquitur, potuerim intelligere. Totus enim tumet: Totus iacet: Attollit ſe per ſingula, & quaſi debilitatus coluber in ipſo conatu frangitur: non eſt contentus noſtro, id eſt humano more loqui: altius quiddam aggreditur.

A *Parturient montes: naſcetur ridiculus mus.*
Hæc & ſimilia de portentoſo Iouiniani loquendi ſtylo. Eiuſdem deniq; dogmata, leuiter ita perſtringit: Proponam breuiter aduerſarij ſententias, & de tenebris, librisq; eius, quaſi de foueis ſerpentes protraham; neq; ſinam venenoſum caput ſpinis maculoſi corporis protegi. Pateat, quod noxium eſt, vt poſſit conteri cùm patuerit. Dicit, Virgines, Viduas, & Maritatas, quæ ſemel in Chriſto lotæ ſunt, ſi non diſcrepent cæteris operibus eiuſdem eſſe meriti. Nititur approbare, eos qui plena fide in baptiſmate renati ſunt, a diabolo non poſſe ſubuerti. Tertium proponit,
B inter abſtinentiam ciborum, & cum gratiarum actione perceptionem eorum, nullam eſſe diſtantiam. Quartum, quod extremum eſt, eſſe omnium qui ſuum baptiſma ſeruauerint vnam in regno cœlorum remunerationem.
Hæc ſunt ſibila ſerpentis antiqui: his conſilijs draco de paradiſo hominem expulit. Cæterùm quanta ingenij ſublimitate, & virtute Hieronymus aduerſus immane monſtrum deſcenderit, opus ipſum, duobus vt dictum eſt libris diſtinctum, Auguſtiniq; etiam teſtimonium, ex Epiſtola quadrageſimaquarta ad eundem Hieronymum, contra imperitorum
C factionem oblatrantem declarat eiuſmodi:
[Apud Hieron. Ep. 44.] De parilitate peccatorum ſoli Stoici auſi ſunt diſputare contra omnem ſenſum generis humani, quam eorum vanitatem, in Iouiniano illo, qui hac ſententia Stoicus erat, in aucupandis autem, & defenſandis voluptatibus Epicureus, de ſcripturis ſanctis dilucidiſſimè conuiciſti: In qua tua ſuauiſſima & præclariſſima diſputatione ſatis euidenter apparuit, non placuiſſe auctoribus noſtris, vel ipſi potius, quæ per eos locuta eſt veritati, omnia eſſe paria peccata.] Hæc Auguſtinus, ex cuius teſtimonio quàm ſanctè, quanq; piè aduerſus Iouinianum Hieronymus proprios labo-
D res prodiderit, quanq; demum iniuſtè ab æmulis calumniam ob eoſdem paſſus ſit, liquidò conſtat.

5 *Hæreticum, atq; Epicurum Chriſtianorum probat.* Et quidem meritò; inter cætera enim quæ Epicurus iactauit dogmata illud potiſſimum fuit, quo in voluptate ſummum bonum atq; veram felicitatem eſſe affirmauit. Ex quo poſtmodum voluptuarij homines Epicurei ab eo dicti ſunt.

6 *Alterum vero, qui ex ſcripturis nitebatur oſtendere, intactam Dei Matrem alios filios habuiſſe, velut idiotam, & ſcripturas penitus ignorantem redarguit.* In duobus præſertim Heluidium deliquiſſe, in hæreſis nimirum cōfictione, & in ſacrarum ſcripturarum allegatione hinc patet. De priori, aduerſus eundē E ſub libri exordio ſatis expræſſè agit, dum ſcribit. Iam ad radices infructuoſi arboris Euangelij ſecuris eſt admouenda, & cum infœcunditate foliorum tradēda flammis, vt diſcat aliquando reticere, qui nunquam didicit loqui. Igitur ſanctus mihi inuocandus eſt Spiritus, vt Beatæ Mariæ virginitatem ſuo ſenſu, ore meo defendat: Inuocandus & Dominus Ieſus, vt ſacri ventris hoſpitium, cuius nouē menſibus inhabitator fuit, ab omni concubitus ſuſpitione tueatur. Ipſe quoq; Deus Pater eſt imprecandus, vt matrem filij ſui virginem oſtendat fuiſſe poſt partum, quæ fuit mater an- F
tequam nupta.] De poſteriori pariter per totam ipſam diſputationem idem euidenter loquitur, dum & ſingulis quibuſq; Scripturæ ſanctæ auctoritatibus perperam allatis reſpondet, & eaſdem in illum acutè retorquet. Quę præterea de eo Gennadius prodat, Accipe ex eiuſdem libro de Viris Illuſtribus adamuſſim hinc tranſlata: Heluidius, inquit, Auxentij diſcipulus, Symmachi imitator, ſcripſit religionis quidē ſtudio librū, ſed non ſecundū ſciētiam, neq; ſermone, neq; ratione nitidum; cuius operis ita ſanctarum ſcripturarum ſenſus ad ſuam peruerſitatem flectere conatus eſt, vt G
earum teſtimonijs aſſerere voluerit Sanctam Mariam poſt natiuitatem Domini, quem virgo peperit, Ioſeph ſponſo ſuo iunctam, & ex eius conſortio filios ſuſcepiſſe, qui fratres Domini appellati ſunt, cuius prauitatem arguens Hieronymus libellum documentis ſcripturarum ſufficienter factum aduerſus eum edidit.

7 *Porrò alium quendam hæreticum, non ſcribendo, ſed colloquendo confodit, qui de Reſurrectione carnis contra fidem Catholicam ſentiens, quæſtiones huiuſmodi proponebat.* Depromitur veritatis huius hiſtoria ex Epitaphio Paulę ad Euſtochium, vbi ſequentem H
aduerſus Origeniſtam quendam texens Hieronymus diſputationem. Tangam (inquit) breuiter quomodo hæreticorum cœnoſos deuitauerit lacus (Paula ſcilicet) & eos inſtar habuerit Ethnicorum. Quidam veterator callidus, atq; vt ſibi videbatur doctus, & ſciolus, me neſciente cœpit ei proponere quæſtiones & dicere. Quid peccauit infans, vt a Dæmone corripiatur? In qua ætate reſurrecturi ſumus?] & alia, perinde ac in litiera nunc explicatur. Cur vero hæretici huius nomen proprium Hieronymus non prodat, hanc arbitror cauſam: quia nec dum de hæreſi ſuſpectus fuerat: Et propterea pro prima vice, eidem (vt in textu enarratur) conuicto, & fraterna iuxta Euange-

A lij præceptum admonitione correpto Hiero-
nymum detuliſſe, facili ducor aſſenſu. Cæ-
terùm neminem alium præter Palladium, an-
no Chriſti trecenteſimo octogeſimo octauo, e
Nitriæ eremo in Paleſtinã, morbi cauſa profec-
tum (ſicuti de ſe ipſomet in Lauſiaco, capite
vigeſimo ſecundo teſtatur) atq; eo ipſo tem-
pore Origenis deliramenta illic paulatim diſ-
ſeminantem eum fuiſſe ſcribit Baronius To-
mo quarto ſub anno Chriſti trecenteſimo oc-
togeſimo octauo. Cui & Hieronymus in Pro-
œmio aduerſus Pelagianos adſtipulari vide-
tur, cùm ſcribit: Palladius ſeruilis nequitię ean-
dem hæreſim inſtaurare conatus eſt, & nouam
B Tranſlationis hebraicę mihi calumniam ſtrue-
re.] Ob quam etiam cauſam Sanctus Epipha-
nius, eundem in Paleſtina hæreſim eiuſmodi
Apud Hieron. Epi. 60. prædicantem deplorans hæc habet: Palladiũ
verò Galatam, qui quõdam nobis charus fuit,
& nunc miſericordia Dei indiget, caue, quia
Origenis hæreſim prædicat & docet, ne forte
aliquos de populo tibi credito ad peruerſitatẽ
ſui erroris inducat.]

8 In qua ætate reſurrecturi ſumus? Vt ſe-
quens de Reſurrectione corporum diſputatio
legentibus pateat, Origenis breuiter, quem
Palladius ex profeſſo ſequebatur ſententia af-
ferenda. Aſſerit igitur Origenes in libro de
Reſurrectione quarto, & in expoſitione primi
C Pſalmi, & in Stromatibus, duplicem in Eccle-
ſia circa reſurrectionem ipſam agitari errorẽ;
Alterum eorum, qui carnium, oſſium, & ſan-
guinis, vultus, nec non totius corporis mem-
brorum omnium reſurrectionem fatentur; Al-
terum eorum (Marcionis nimirum, Apellis, &
Valentini) qui ſalutem tãtùm animæ tribuũt,
& corporis, ac carnis reſurrectionem, tanquam
inſaniam penitus deteſtantur. Propterea ſe in
medio vtrorunq; cõſtituens, & a carnibus vni?
ſententiæ abhorruit, & alterius pariter delira-
menta vitauit; nimiam vtranq; in contrarium
eſſe condemnans. Igitur non carnium (quip-
pe quæ & cibo, & coitu, & alijs innumeris quo
D tidie indiget) ſed corporum futuram reſur-
rectionem dicit: non quidem quorumcunq;
corporum (corpora enim, & terreſtria, & cę-
leſtia eſſe; ſiue compoſita & ſimplicia nullus
ignorat) ſed corporum ſimplicium, quæ vtiq;
in die Iudicij ex virtute ſeminaria, ipſiſmet iã
corporibus a principio indita, conſurgent,
quę nec tactui ſubiacebunt, nec oculis cernen-
tur, nec põdere prægrauabuntur, & pro loco-
rum, in quibus futura ſunt, varietate mutabũ-
tur. Ad cuius opinionem in Iſaiæ ſexageſimũ
ſextum caput alludens Hieronymus: Miror
(inquit) quoſdam aereum corpus, & paulatim
in auras tenues diſſoluendum poſt reſurrectio-
nem introducere.] De hoc ipſo peruerſo dog- E
mate latius diſſerit idem in Epiſtola ſexageſi-
maprima ad Pammachium, capite octauo, &
ſequentibus. Ex his ergo Origenis hæreſis &
aſſeclarum, Palladijq; præſertim Origeniſtarũ
haud infimi liquet, Cæterùm de eiſdem in Pa-
leſtina degentibus; quibuscum etiam perpe-
tuum illi certamen erat, conqueritur idẽ Hie-
ronymus, Pãmachio ſcribens: Dicẽtibusq; no-
bis, verum capillos, & dentes, pectus & ven- Epi. 61.
trem, manus, & pedes, cæteroſq; artus ex in-
tegro reſurrectio exhibeat; tunc vero riſu ſe te-
nere non poſſunt, cachinnoq; ora ſoluentes, tõ-
ſores nobis neceſſarios, & placẽtas, & medicos
ac ſutores ingerunt.] Et alibi, Pilnſiotas nos ap-
pellant, & luteos, animaleſq; & carneos, quòd F
non percipiamus ea quæ ſunt ſpiritus. His
breuiter ſic præmiſſis reddeamus ad litteram.
In qua ætate reſurrecturi ſumus? Vt propriã de
Reſurrectione corporum modo, quo explica-
tum eſt, hæreticus ſententiam proponat, de
ætate inprimis reſurgendorum corporum in-
terrogat.

*9 Si in ipſa, in qua morimur: Ergo & nutri-
cibus poſt reſurrectionem opus erit.* Allegat in-
coueniẽs de infantibus: Si enim in ipſa, in qua
morimur, ætate reſurrectio futura eſt, profec-
tò & nutricibus prouidendum tunc erit, ne ii-
dem infantes, quibus in dies ſingulos ex hac vi-
ta migrare contingit, vagiant. Et ſimile huic G
aliud abſurdum cæteri deducebant Origeniſtæ
de ſenibus, quibus & baculis tunc, & multo
igne opus fore dicebant, vno quidem, quo foſ-
ſa exabuſtaq; corpora ſuſtentarentur, altero
quo eadem corpora nimio rigore, hyberno prę
ſertim tempore contracta caleſierent.

10 Si in altera? Scilicet ætate.

*11 Nequaquam erit reſurrectio mortuorum,
ſed transformatio in alios.* Putabant enim O-
rigeniſtæ reſurrectionem huiuſmodi in altera
ętate, corporum mutare, ſeu omnino tranſ-
formare naturam, quod falſum eſſe infra de-
monſtrabitur.

*12 Diuerſitas quoq; ſexus maris ac fœminæ e-
rit, aut non erit.* De ſexuum ſecundo reſur- H
rectione inquirit, vt æquè catholicam reſpon-
ſionem deſtruat: quandoquidem nec ſexuum
diuerſitatem, nec membrorum diſtinctionem
in reſuſcitatis corporibus Origeniſtæ admit-
tebant.

*13 Si erit, ſequentur & nuptiæ, & concubitus,
ſed & generatio.* Videbantur enim eis in ipſis
exſuſcitatis corporibus membra ſuperflua,
quæ ſua operatione caruiſſent. Quaſi. & in
hac vita, dum adhuc miſerijs, impetitionibuſq;
continuis obruimur, non nitamur nos non im-
plere opera membrorum, quibus & ab Apoſto

A Colloss. 3. lo dicitur. *Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram*: Quasi & Dominus noster, atq; Salvator, qui cum in forma Dei esset, formam serui dignatus est assumere, factus obediens Patri vsq; ad mortem, quædam assumpserit superflua membra, cùm illis minimè vsus sit: Quasi deniq; Ioanni Apostolo, atq; præcursori Baptistę vitam frustra dederit, cùm sua eosdẽ dilectione castrarit.

14 Si non erit: sublata diuersitate sexus, eadem corpora non resurgent, sed tenuia erunt, & spiritualia. Hoc illud est, quod hæreticus resurrectionis corporum impugnator probare B contendebat: futuram nimirum æthereorum corporũ, seu aereorum, & auræ tenui similiũ, quæ inquam, & sine carnibus, & sine ossibus, sine sanguine, & neruis, atq; membris forent.

15 Dicente Apostolo: Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale. Propriam deniq; sententiam Apostoli dicto ex prima ad Corinthios capite decimo quinto accepto sugillat: quod quomodo intelligendum sit, breuiter explicatur: Non sic in resurrectione mortuorum corpora ex Apostoli sententia spiritualia esse futura, quatenus ex eisdem membris, quibus aliàs constiterunt, & eisdem ossibus, carnibus, C & sanguine expertia sint futura; sed quatenus in illorũ operatione tunc omnia, quę animalis, atq; infirmitatis sunt, relictura atq; dimissura sint: In quo sensu alibi idẽ Apostolus, de Sãctis Rom. 8. differens viris. *Vos autem* (inquit) *in carne non estis, sed in spiritu*, tametsi in carne eosdẽ esse constaret. Hac insuper explanatione Scripturæ sacræ testimonia illa percipiuntur, quibus 1. Cor. 6. dicitur: *Caro, & sanguis regnum Dei non possidebunt*, Luc. 3. Et. *Videbit omnis caro salutare Dei* Gen. 6. *nostri. Non permanebit Spiritus meus in hominibus istis, quia caro sunt*. Leuit. 26. Et. *Inhabitabo in eis, & ambulabo, & ero illorum Deus*. Et illud. D *Nescitis quoniam corpora vestra, templum sunt* 2. Cor. 6. *Spiritus sancti?* Liquet igitur, quòd non corporum natura, sed operatio mutanda sit: ac ita eisdem per expoliationem operationum animalis, gloria tribuetur, vt illorum substantia nunquam ablata intelligatur.

16 Quod, cùm audissem, mihiq; (Beatus ait Hieronymus) incubuisset necessitas nequissima vipera, ac mortifera bestia resistendi, cõnens hominẽ & breui interrogatione concludi dicens. Pulchrè nequissima vipera dicitur hæreticus. Enimuerò quemadmodum vipera contra se venientẽ hominem intuens in circulum se illico contrahit, caputq; in quo vitam se habere cognoscit, in medio abscondit: Sic & hæreticus seu per sermonem philosophorum, seu per apparentem scripturarum cognitionem, videtur se abscondere, protegere, atq; defendere. E Sed Ecclesiasticus doctor, quasi in virga, hoc est, in crucis virtute soluit circulum, caput latens inuenit, & illud solidæ doctrinæ, scripturarumq; dictis percutit: de quibus & illud Saluatoris intelligi potest: *Progenies viperarum, quis ostendit vobis fugere a ventura ira?* Qui meritò Matt. 3. etiam mortiferæ bestiæ comparatur, cùm peruersis suis dogmatibus genitos Christo filios interimat, & Dæmonibus deuorandos tradat.

17 Vtrum crederet futuram resurrectionem mortuorum, an nõ? Quamuis Origenistas mortuorum resurrectionem confiteri certò sciret Hieronymus, aduersantem tamen hæreticum F de eodem nunc fidei, ac symboli articulo interrogat, vt ex responsionibus arguat, simulq; conuincat.

18 Qui, cùm se credere respondisset, intuli: Eadem resurgent corpora, an altera? Aptissima sanè instantia: non enim vera mortuorum resurrectio intelligi potest, nisi & eorundem ipsorum corporum, quæ sola dudum interierunt, & singulis momentis occumbunt, resurrectio concedatur.

19 Cumq; dixisset eadem. Hoc certè, si ad superius Origenistarum explicatam opinionẽ attendas, falsum omnino est: qui enim fieri potest, vt corpus exsuscitatum sine ossibus, G neruis, carne, sanguine, & membris, idem cũ eo sit, qui antea ex eiusmodi omnibus constabat? At hæc illorum astutia: vt in disputatione, cùm Catholicis de mortuorum resurrectione, quandiù de corporibus sermo fuisset, omnia illis concederent, quò apud populum, simplicesq; præsertim cum eisdem sentire, credere, & confiteri viderentur. Imo quod maius est, iuxta fidei etiam symbolum, carnis resurrectionem tunc vehementius præssi confitebantur (Omnia tamen amphibologicè nequissimo suo sensu intelligentes.) At vbi de membrorum in resuscitatis corporibus distinctione quęstio erat, vel de sexuum diuersitate, qui sine membris esse H non possunt, subdebatur interpellatio: Tunc responsionem declinabant, maioribusq; impetitionibus agitati, protinus in rixas, & iurgia erumpebant, & controuersiam omnem pedũ crepitu, vocis clamore, manuumq; concussione soluebant. Quod ne hęc a me, tu Lector, excogitata putes: Testem accipe ipsum Hie- Epi. 61. ronymum, qui eiusdem Origenis errores impugnans, ad Pammachium habet: Credimus inquiunt (Origenistæ scilicet) resurrectionem futuram corporum. Hoc si benè dicatur, pura confessio est. Sed quia corpora sunt cœlestia, & terrestria, & aer iste, & aura tenuis, juxta naturam suam corpora nominantur;

corpus

A corpus ponunt, non carnem: vt Orthodoxus corpus audiens carnem putet, hæreticus spiritum recognoscat. Hæc eorum prima decipula: quæ si depræhensa fuerit, instruunt alios dolos, & innocentiam simulant, & malitiosos nos vocant, & quasi simpliciter credentes aiũt. Credimus resurrectionem carnis: Hoc verò cùm dixerint vulgus indoctum putat sibi sufficere, maximè quia & idipsum in Symbolo creditur. Interroges vltra: circuli strepitus commouetur: fautores clamitant: Audisti resurrectionem carnis, quid quæris amplius? Et in peruersum studijs commutatis, nos Sycophantę, illi simplices appellantur.] Quæ rursus Lib.2.c.1 B aduersus Rufinum idemipse inculcans: Non quæro, inquit, quod scribis eandem carnem resurgere in qua viuimus, nullo membro amputato, nec aliqua parte corporis desecta: Hęc enim tua verba sunt (Rufine videlicet.) Sed quęro, quòd Origenes negat: vtrum in eodem sexu quo mortua sunt corpora suscitentur, & Maria Maria: Ioannes Ioannes: An commixto sexu, atq; turbato, nec vir, nec fęmina sit, sed vtruoq;, vel neutrum; Et an ipsa corpora incorrupta, & immortalia: & vt argutè præmones iuxta Apostolum, spiritualia maneant in æternum: & non solùm corpora, sed caro, & sanguis infusus neruis, & ossibus irrigatus, quæ Thomas tetigit: An certè paulatim re- C soluantur in nihilum, & ad quatuor, vnde compacta sunt elementa retrahantur.] Hæc Hieronymus aduersus Rufinum, ac cæteros Origenistas.

20 *Sciscitatus sum: In eodem sexu, an in altero?* In hoc responsionis difficultas, quia enim sexum sine membris intelligi haud posse impiorum Schola cernebat, sexuum cõsequenter resurrectionem omnino negabat: ne videlicet nuptiæ, concubitus, generatio, aliaq; multa (vt eadem affirmabat) sequerentur.

21 *Ad interrogata reticenti, & instar colubri huc, atq; illuc transferenti caput, ne ferretur: Quia, inquam, taces, ego mihi pro te res-* D *pondebo, & consequentiam inferam.* Non admodum ab vsurpata superius viperæ similitudine digreditur: quandoquidem, & colubrum in genere serpentium nullus ignorat. Familiarissima verò hæc colubri allegoria ad eosdem hæreticos, nec non eorundem peruersa dogmata figuranda eidem Hieronymo est. Vnde & ad Pammachium scribit: Sed tandem coluber se tortuosus aperuit, & noxium caput, quod spiris totius corporis tegebatur spirituali Dan. 10. mucrone confossum est.] Et super Danielem. Quid non facit (inquit) pertinacia? quasi contritus coluber eleuat caput, & moriturus in eos, qui morituri sunt venena diffundit.]

22 *Si non resurget mulier vt mulier, neq; masculus vt masculus, non erit resurrectio mortuorum; quia sexus membra habet, membra autem totum corpus efficiunt.* Quia ergo concesserat, & se credere hæreticus affirmauerat resurrectionem mortuorum, nec non eorundẽ corporum: non tamen in eodem sexu (qui scilicet sine membris esse non potest) eandem admittebat, ex concessis nunc immediatè ipsunmet arguit Hieronymus, simulq; conuincit dicens: *Si non resurget mulier, vt mulier &c.* E Sufficiens partium enumeratio ad tollendam, penitusq; abolendam mortuorum resurrectionem, quandoquidem hominum species duobus hisce tantum sexibus distinguitur, mascu- F lino videlicet, & fęminino. Reduplicatio verò, *vt mulier: vt masculus* eundem masculum, eandemq; fęminam, vt membris constat: seu eundem sexum, vt in eorundem membrorum cõpositione distinguitur significat. Et reuera hoc indiuidui resurrecturi natura requirit, vt masculus masculus, fęmina fęmina resurgat, aliter eorundem corporum numero resurrectio intelligi nequit. In reliquis euidens est littera. Hac prorsus ratione aduersus quoq; Ioannem Hierosolymitanum æquè Origenistam vsus est dicens: Resurrectionis veritas Catholicæ, sine carne & ossibus, sine sanguine, & membris intelligi non potest. Vbi caro, & ossa, G & sanguis, & membra sunt, ibi necesse est, vt sexus diuersitas sit: vbi sexus diuersitas est, ibi Ioannes Ioannes: Maria Maria.]

23 *Porrò, si corporum non fuerit resurrectio, nequaquam erit resurrectio mortuorum.* Ex præmissis, simulq; ab aduersario concessis conclusio deducitur, quæ ex directo assertioni eius, atq; cæterorum Origenistarum confessioni repugnat, haud nimirum futuram mortuorũ resurrectionem.

24 *Sed & illud quod de nuptijs obijcis. Si eadem membra fuerint, sequi nuptias, a Saluatore dissoluitur.* Deducto ad inconueniens aduersario, oppositarũ mox subdit argumentationum solutiones. Ad idq; quod de nuptijs H inprimis opponit. Noli (inquit idemipse) timere eorum nuptias, qui etiam ante mortem Epi. 61. in sexu suo sine sexus opere vixerunt.] E paulò infrà. Enoch, & Helias tanto tempore in eadem permanent ætate, qua rapti sunt; habent dentes, ventrem, genitalia, & tamen nec cibis, nec vxoribus indigent.] Sed, & aliter Veritas ipsa difficultatis nodum soluit dicens.

25 *Erratis, nescientes scripturas, neq; virtutem Dei. In resurrectione enim mortuorum non nubent, neq; nubentur, sed erunt similes Angelorum.* Ex Matthæi vigesimo secundo testimonium adductum.

26 *Vbi*

A *26 Vbi dicitur: Non nubent, neq; nubentur,*
sexuum diuersitas demonstratur. Nemo enim de
lapide, & ligno dicit, non nubent, neq; nubentur,
quæ naturam nubendi non habent: sed de ijs, qui
possunt nubere, & Christi gratia, ac virtute non
nubant. Idipsum super præallegatũ Matthæi
locum. Latina consuetudo Græco idiomati
non respondet: Nubere enim propriè dicun-
tur mulieres, & viri vxores ducere: sed nos
simpliciter dictum intelligamus, quod nubere
de viris, & nubi de vxoribus scriptum sit. Si
in resurrectione non nubent, neq; nubentur:
resurgent ergo corpora, quæ possunt nubere,
& nubi. Nemo quippe dicit de lapide, & de
B his rebus, quæ non habent membra genitalia,
quòd non nubent neq; nubentur, sed de his,
qui cùm possunt nubere, tamen alia ratione
non nubunt.]

27 Quod si opposueris: quomodo ergo erimus
similes Angelorum, cùm inter Angelos non sit
masculus, & fœmina? Breuiter ausculta: Non
substantiam nobis Angelorum, sed conuersationẽ,
& beatitudinem Dominus repromittit. Adde ex
eodem Hieronymo: quomodo & Ioannes Bap
tista antequam decollaretur Angelus appella-
tus est; & omnes Sancti, ac virgines Dei, etiã
in isto sæculo vitã in se exprimunt Angelorũ.

C *28 Similitudo promittitur, non natura mu-*
Epi. 29. *tatur.* Idipsum ad Theodoram: Quando dici
non nubent neq; nubentur, sed erunt sicut An-
geli in cœlis, non natura & substantia corporũ
tollitur, sed gloriæ magnitudo monstratur.
Neq; enim scriptum est; erunt Angeli, sed si-
cut Angeli: vbi similitudo promittitur, veritas
denegatur. *Erunt* (inquit) *sicut Angeli, idest*
similes Angelorum; ergo homines esse non
desinent. Incliti quidem, & Angelico splen-
dore decorati, sed tamen homines, vt Apostos-
tolus Apostolus sit, & Maria Maria.

29 Porrò, si queris, in qua ætate resurrectu-
ri sumus: iuxta Ecclesiarum traditiones, & A-
D *postolum Paulum illud est respondendum.* Donat
aduersario nutriculas suas, ne infantes vagiãt:
donat eidem decrepitos senes, ne hyberno fri-
gore contrahantur, & iuxta Ecclesiæ auctori-
Ephes. 4. tatem, & Apostoli ad Ephesios testimonium
respondet dicens.

30 Quòd, in virum perfectum, & in mensu-
ram ætatis plenitudinis Christi resurrecturi su-
mus: in qua & Adam Iudæi conditum autu-
mant; & Dominum Saluatorem legimus surre-
Ep. 61. *xisse.* Miraris idem, inquit, si de infantibus:
& senibus in perfecti viri ætatẽ resurrectio fiat,
cùm de limo terræ, absq; vllis ætatum incre-
mentis consumatus homo factus sit? Costa
mutatur in feminam, & tertio humanę con-
ditionis modo, vilia & pudenda nostræ natiui-
tatis elementa mutantur in carnes, ligantur E
membris, discurrunt in venas, in ossa durãtur.
Vis & quartum humanæ generationis au-
dire? Spiritus sanctus superueniet in te, &
virtus Altissimi obumbrabit tibi. Propterea, Luc. 1.
quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius
Dei. Aliter Adam, aliter Eua, aliter Abel, a-
liter homo Iesus Christus. Et in omnibus di-
uersis exordijs vna hominis (corporis supple)
natura non differt.] Aliam præterea, ex eodẽ
accipe responsionem. Aetatum diuersitas, Ep. 27.
non mutat corporum veritatem: Cùm enim
corpora nostra quotidiè fluant, & aut crescãt,
aut decrescant; ergo tot erimus homines, quot
quotidie commutamur: aut alius fui, cùm de-
cem annorum essem: alius cùm triginta: alius F
cùm quinquaginta: alius cùm iam toto cano
capite sum?] Hæc Hieronymus. Non ergo al-
terius ætatis resurrectio, eiusdem in aliud trãs-
formatio aut mutatio existimanda est. Ex hoc
ipso Apostoli testimonio, omnes (vt dictũ est)
siue infantulos, siuè senes, in ætate surrectu-
ros, qua resurrexit Saluator noster Catholica
credit Ecclesia: quod Augustinus in posterio-
ribus de Ciuitate Dei libris, vbi de resurrectio-
ne tractat Hieronymo subscribens multis expli
cat. Qua porrò ætate Christus resurrexerit,
triginta tribus annis, cum tribus vtiq; mensi-
bus dicas (quamuis contrarium alij perperàm
senserint) Hæc enim de ætate Christi vera, G
catholicaq; Ecclesiæ sententia est. De Adæ
verò, in qua a Deo conditus ætate est, loquitur
nunc Hieronymus ex Iudæorum sententia,
quibus & assentiri videtur, cùm præsertim ex
sacris litteris in oppositum aliquid haud habea
tur.

31 Et multa, quæ de vtroq; Testamento in
suffocationem heretici protuli. Deniq; ita con-
uictum Palladium in ipsum Hieronymum ob-
latrare: scribendi insuper stylum exacuere cę-
pisse propria eiusdem verba declarant in Lau-
siaco, quibus ait: Multas feminas vidi, pluri- Laus. c. 29.
masq; tam viduas, quàm virgines noui: Inter
quas Paulam Romanam, matrem Toxotij, fę- H
minam ad genus vitæ, quod est secundum spi-
ritũ, dexterrimo ingenio; cui quidem quomi-
nus ei se daret impedimento fuit Hieronymus
quidam genere Dalmata, qui mulierem op-
tima indole, ad genus vitæ perfectum, cum in
eo multos, ne dicam omnes, longissimo post se
interuallo videretur relinquere, ipse inuidia
motus, ad suum viuendi peculiare institutum
pertraxit. Eius filia nomine Eustochiũ in Beth-
lehem vitam adhuc Monachalem exercet,
quam quidem ego nunquam allocutus sum:
Cęterùm fertur insigni pudicitia esse, & regere
societatem virginum quinquaginta. Hæc Pal-

ladius

A ladius. Ex quibus eundem eum Rufino, cæterisq; Origenistis aduersus Sanctum virum simul iunxisse dexteras patet euidenter. Sed & quanta Hieronymi Vitæ Monasticæ instituta perfectione excelluerint, illud per se satis ostendit, quòd innumerabiles pene ex vtroq; sexu ad eum tunc imbuendi confluxerint; alij ex finitimis etiam orbis terræ partibus, Paulinus Nolanus, Rusticus Gallus, Nepotianus, Pammachius Romanus, ab eodem perfectam viuendi normam hauserint. Sub eo præterea E plurimi, tam Virorum, quàm mulierum optimam vitæ sanctimoniam sunt consecuti. Deniq; ipsummet vitæ eius genus non hominum fuisse, sed Angelorum Catholicæ Ecclesiæ testimonio comprobatur: singulis quippe annis io eius die festo hæc habet: Bethlehem ad Christi Domini præsepe, in Monasterio quod a Paula Romana extructum fuerat, cœlestem quandam vitæ rationem instituit.]

De Gelasij aduersus Rufinum, & quoscunq; hereticos pro Hieronymi operibus singulari testimonio. Cap. XVIII.

B F



Ed 1 nunquid his tantùm hæresibus purgauit Ecclesiam? 2 Nulla vnquam hæresis eius tempore pullulauit, quam ipse falce sua eloquentiæ non succiderit. 3 Nunquam enim pepercit hæreticis, sicut ipsemet asserit, sed omni egit studio, vt hostes Ecclesiæ eius quoq; hostes fierent. 4 Nam & Rufini collega fui, cum que mella sanctarum scripturarum consueuerat lambere, 5 idea inimicitias dicitur incurrisse: quia eum de arbitrij libertate prauè sentientem vehementer carpexit. 6 Cuius Zelum pro fidei rectitudine Romana Ecclesia adeo approbauit, 7 vt Beatus Papa Gelasius scripturarum sagacissimus indagator, eiusdem Rufini libros repudiare videatur: hoc in suis decretis mandans. 8 Rufinus vir religiosus, 9 plurimos Ecclesiastici operis edidit libros: 10 nonnullas etiam scripturas interpretatus est: 11 Sed quoniam Beatus Hieronymus in aliquibus eum de arbitrij libertate notauit, 12 Illa sentimus, quæ prædictum Beatum Hieronymũ sentire cognoscimus: 13 Et non solum de Rufino, sed etiam de vniuersis, quos vir sæpius memoratus, Zelo Dei, & fidei religione reprehendit: 14 Item Origenis non nulla opuscula, quæ vir Beatissimus Hieronymus non repudiat, legenda suscipimus; 15 reliqua autem omnia, cum authore suo dicimus esse renuenda.

C G

COMMENTARIVS.

1 S*Ed nunquid his tantùm hæresibus purgauit Ecclesiam?* Palladij videlicet, Heluidij & Iouiniani hactenus explicatis. Legas eiusdem Hieronymi scripta; operum eius reuoluas cũcta volumina, & qua spiritus, alacritate qua fidei vi, doctrinęq; gladio hęreticos petierit, nõ minus inspicies, quàm admiraberis. Hæresũ Origenis latitantia capita primus detexit, totiq; eadem mundo proprijs Epistolis, quinquagesima nimirum, sexagesima, & septuagesima quinta prodidit, ac gloriosè succidit.

D Eiusdem insuper Origenis asseclas, Didymũ, Rufinum, Melaniam, Euagrium, Palladium, Ioannem, & alios nullibi vnquam tranquille consistere passus est. Quin & ex illis aliquos, Rufinum videlicet libris tribus, Ioannem Epistolis sexagesima prima, & sequenti cõfutauit, Vigilantium insuper non sustinuit, quem Epistolis quinquagesima tertia, & sequenti pariter oppræssit: Montanũ deniq; Epistola quinquagesima quarta: Luciferianos libro vnico: Pelagium libris quatuor, aliosq; innumeros, vti Manichæũ, Marcionẽ, Encraritas, Arriũ, Sabelliũ suis item scriptis cum illorũ dogmatibus sepelliuit. Vt propterea meritò subdatur,

2 *Nulla vnquam hæresis eius tempore pullulauit, quam ipse falce sua eloquentiæ non succiderit.* His & Martyrologij Romani, quotãnis in Ecclesia euulgatum testimonium consentit, quo dicitur. Io Bethlehem Iudæ depositio S. Hieronymi Presbyteri, & Ecclesiæ Doctoris, qui omnium studia litterarum adeptus, ac probatorum Monachorum imitator factus, multa hæresum monstra gladio suæ doctrinæ confodit.]

H 3 *Nunquã enim pepercit hæreticis, sicut ipse asserit; sed omni egit studio, vt hostes Ecclesiæ, eius quoq; hostes fierent.* Ex proprijs eiusdẽ Hieronymi verbis in Procemio aduers' Pelagianos testimoniũ. Ad cuius intelligentiã qualis, quantusq; is in hæreticos fuerit dignum est vt nunc inspiciamus. Verùm eius nobis expræssior ante oculos proponetur imago, si incomparabilem prius, qua cum Catholicis perpetuo egit humilitatem delineemus. Certè quæ ad Abigaum idem ipse scribit huic mirum in modum arrident proposito: Quamuis, inquit, mihi multorũ sim conscius peccatorũ, & quotidie in Epi.73. oratio-

A oratione flexis genibus loquar: *Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas, ne memineris:* Psal. 24. tamen sciens scriptum esse ab Apostolo. *Ne inflatus superbia, incidat in iudicium Diaboli:* 1. Tim. 3. & in alio loco scriptum: *Superbis Deus resistit, humilibus autem dat gratiam:* 1. Pet. 5. nihil ita a pueritia conatus sum vitare, quàm tumentem animum, & ceruicem erectam, Dei cōtra se odiū prouocantem: Noui enim Magistrum, & Dominum Deum meum in carnis humilitate dixisse. *Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde.*] Matt. 11. Et Damaso Pōtifici scribens de se ipso ait: Epist. 52. Inportuna in Euangelio mulier tandem meruit audiri; & clauso cum seruis ostio, media licet nocte ab amico panes, amicus accepit. B Deus ipse, qui nullis contra se viribus superari potest, Publicani precibus vincitur. Luc. 18. Niniuæ Ciuitas, quæ peccato perijt, fletibus stetit. Io. 3. Quorsum ista tam longo repetita principio? videlicet, vt paruum magnus aspicias, vt diues pastor morbidam non contemnas ouem. Christus in Paradisum de Cruce latronem intulit. Et ne quis aliquando seram conuersionem putaret, fecit homicidij pœnam martyrium. Luc. 23. Christus inquam prodigum filiū reuertentem lætus amplectitur. Luc. 15. Et nonaginta nouem pecudibus derelictis, vna ouicula, quæ remanserat, humeris boni pastoris aduehitur.]

Epist. 57. Et ad eundem superiori humilimè de se pariter loquens Epistola addit. C Quia pro meis facinoribus ad eam solitudinem commigraui, quę iuncto Barbatiæ fine disterminat: nec possunt Sanctum Domini, tot interiacentibus spacijs a sanctimonia tua semper expetere: Ideo hic collegas tuas Aegyptios cōfessores sequor, & sub onerarijs nauibus parua nauicula delitesco.] An non aptioribus potuit Hieronymi humilitas effingi coloribus? purioribus, viuidioribusq; exprimi penicellis? Et quis eo deiectior, qui omnium, vt dictum est, litterarum studijs imbutus, non scientiarum magnitudine inflatus, aut ingenij subtilitate eleuatus, cæteros D sibi æquales, aut longe inferiores contempsit, sed tanquam omnium infimus, & quasi virtutibus omnibus inanis esset, se illorum comparatione paruam nauiculam sub onerarijs nauibus delitescentem professus est? Et quidem non verbis tantùm hanc ipsam virtutem, sed opere insuper eandem consecutum fuisse, eiusdem verba ad Domnionem manifestant, quibus ait: Fateor mi Domnion, & Rogatiane Epi. 108. charissimi, nunquam me in diuinis voluminibus proprijs viribus credidisse, nec habuisse opinionem meam, sed ea etiam de quibus scire me arbitrabar interrogare me solitum: quanto magis de ipsis, in quibus anceps eram?] Hæc vere, profundæq; humilitatis indicia sunt, quibus Doctor maximus ex eminentissima doctrinarū omnium Cathedra fulgurans, E cunctis Catholicis Patribus perpetuò subditum, & veluti discipulū se profitetur: Atq; vtinam: qui eū tumoris, fastus, arrogantiæ, & temeritatis impij homines redarguerunt imitati fuissent.

Non ita sane aduersus hæreticos, quin potius se super eos erigens, voce tonans, zelo ardens, armis rutilās, inflexo stetit robore: nūcq; gladio, nunc clypeo, nunc eloquentiæ ui vtens, illos aggressus est, exaggitauit, derisit subsannauit, depressit, iugulauit, attriuit. Morteq; ei ab Origenistarum Principe nisi taceret aliquando intentata, tantum abest vt cesserit, aut ceruices inflexerit, quod potius subridens occurrerit: F Quid me (inquiens) uis facere bone amice. lib. 3. Ap. a lu. Ruf. cap. 3. Taceam? Videbor crimen agnoscere. loquar? terres me gladijs tuis, & accusationē non iam Ecclesiasticam, sed tribunalium comminaris.] Et paulò superius. Quid necesse Ibid. c. 1. fuit accusationis volumina mittere, & maledicta proferre in medium: Si tu in vltima parte Epistolæ, denunciata morte me deterres, ne audeam respondere criminibus? Ibid. lib. 2. c. vlt. Cornutam bestiam petis, & nisi cauerem illud Apostoli. *Maledici regnum Dei non possidebunt:* 1. Cor. 6. Et: *Mordentes inuicem consumpti estis ab inuicem,* 1. Gal. 5. iam nunc sentires de paruula, sub dolaq; concordia, magnam tibi in mundo ortam esse discordiam.] G Quo item loquendi modo aduersus Iouiniani propugnatorem vsus, scribit: Epi. 51. De nobis quoq; dici potest: fœnum habet in cornu, longè fuge. Sed magis volumus esse discipuli eius, qui ait: *Dorsum meum posui ad flagella.* Et libro tertio Apologiæ, capite primo: Testē, ait inuoco Iesum conscientiæ meæ, qui & has litteras, & tuam Epistolam iudicaturus est, me ad commonitionem S. Papæ Chromatij voluisse reticere, & finem facere simultatum, & vincere in bono malum: sed quia minaris interitum, nisi tacuero, respondere compellor, ne videar tacendo crimen agnoscere, & lenitatem meam malæ conscientiæ signum interpreteris. H Hoc est verum dilema tuum, non ex dialectica arte, quam nescis, sed ex carnificum officina, & meditatione prolatum. Tu me ergo prohibes, & cogis ad respondendum. Mortem minaris, quam & serpentes inferre possunt: Mors omnium est: homicidium pessimorum. Quid enim, nisi tu me occideris, ego immortalis ero?] Et post multa. Quis inquā (subdit) lib. 3 c. 15 Apologiæ. Catholicorum in disputatione sectarum, turpitudinem ei, aduersus quem disputat obiecit? Talibus instructus es disciplinis, vt cui respondere non potueris, caput auferas, & linguam quæ tacere non potest, seces? Nec magnopere glorieris, si facias quod scorpiones possunt

facere

A facere & canthatides. Fecerunt hoc & Fuluia
in Ciceronem, & Herodias in Ioannem, quia
veritatem non poterant audire, & linguam
veriloquuam discriminali, acu confoderunt.]
Hæc ipse de proprij animi virtute, atq; constan
tia in hæreticos, Ecclesiæq; hostes: quibus, mor
tem etiam minitantibus, tantum abest, vt quid
piam condonauerit, quòd ex præcordiorum
intimis, concitato magis spiritu altius inclama
Ibid.c.11 tet: In hoc vno consentire tibi non potero, vt
parcam hæreticis, vt me Catholicum non pro
Epi. 109. bem. Si ista est causa discordiæ mori possum,
tacere non possum.] Et alibi. Itaq; licet hydra
sibilet, victorq; Sinon incendia iactet, nunquã
meum, iuuante Christo silebit eloquium; etiã
B præcisa lingua balbuciet.] Vides igitur ex his
lector quomodo implacabili in eosdẽ exarse-
rit zelo Hieronymus. Quod si attentius ad eius
ante oculos virtutis propositũ simulachrũ attẽ-
dere volueris, ex eorũ illũ procul dubio Heroũ
numero esse comperies, de quibus dicitur:
Psal. 140. *Exaltationes Dei in gutture eorum, & gladij an-
cipites in manibus eorum: Ad faciendam vindi-
ctam in nationibus, increpationes in populis: Ad
alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles
eorum in manicis ferreis.* Murum eundem fi-
xum intelliges, quem Pseudoprophetas, fal-
sosq; legis doctores non construxisse conqueri-
Ezech. 13 tur Dominus: *Non ascendistis ex aduerso, neq;
C opposuistis murum pro domo Israel, vt staretis in
prælio in die Domini.* Virgam Moysis pro po-
pulo Dei eundem prædicabis, cui & dicitur:
Exod. 14. *Eleua virgam tuam, & extende manum tuam su-
per mare, & diuide illud, vt gradiãtur filij Israel
Ose. 13. in medio mari per siccum.* Ventus is tibi vide-
bitur, de quo Osseas in hæreticam prauitatem
vaticinatus est: *Adducet vrentem ventum
Dominus, de deserto ascendentem, & siccabit ve-
nas eius, & desolabit fontem eius, & ipse diripiet
thesaurum omnis vasis desiderabilis.* Fulguris
præterea & sagittæ, quarum in Psalmo regius
propheta meminit: *Misit* (inquiens) *sagittas
suas & dissipauit eos fulgura multiplicauit, & con
Psal. 7. turbauit eos:* Et alibi. *fulgura coruscationem,
Psal. 143. & dissipabis eos; emitte sagittas tuas, & contur-
D babis eos:* fulguris inquam, atq; sagittæ mune-
re eundem fungi aspectu senties. Quid plura?
Ignis illius virtutem Hieronymus obtinuit, cu-
ius calore montes (hæreticorum videlicet arro
gantia) sicut cera fluxisse memorantur. Adde.
Angeli illius typũ eũ gessisse, qui venientes cũ
blasphemia aduersus Hierusalem, & templum
Sanctum eius, impetu fortitudinis suę deiecit.
4. Reg. 19 *Venit* (inquit) Sacra Regnorum historia *Ange
lus Domini, & percussit in castris Assyriorum cen-
tum octoginta quinq; millia.* Spiritum tandem,
lapidem, atq; imbrem Hieronymum conclu-
des, quos omnes in vnum copulatos super eo- E
rundem hæreticorum structuram se immissurũ
per Ezechielem Dominus cominatus est:
Erumpere, inquiens, *faciam spiritum tempestatũ*
in indignatione mea, & imber inundans in furo- Esech 13
*re meo erit: & lapides grandes in ira in consum-
ptionem; & destruam parietem, quem linistis absq;
temperamento; & adæquabo eum terræ, & reuela
bo fundamentum eius: & cadet & consumetur in
medio eius, & scietis, quia ego sum Dominus.*
Cæterùm nũc tibi Hieronymi imaginem, tum
erga Catholicos Patres, quibus se omnibus in-
feriorem perpetuò professus est; tum aduersus
hæreticos, a quorum flagitijs nunquam diuerti
potuit satis delineatam esse arbitror. Nunc re-
liqua prosequamur. F

4 *Nam & Rufini collega fui, cum quo mella
Sanctarum scripturarum consueueras lambere.*
Non video ego, quo tempore, eodem Rufino
condiscipulo Hieronymus sacratum edoceri
scientiam scripturarum potuerit, nisi id tunc
accidisse dicatur, cùm in Aegyptum idem ipse
ad audiendum Didymum contendit, quo ęque
tempore Rufinus etiam ipsiusmet Didymi di-
sciplinam profitebatur. Quod & in Hierony-
mum postmodum ab eodem iactata conuicia
indicare videntur, quibus ait: Cæterùm iste
(Hieronymum intelligens) qui in tota vita
sua, non totos triginta dies Alexandriæ, vbi
erat Didymus, commoratus est, per totos penè G
libellos suos longè, lateq; se iactat, Didymi vi-
dentis esse discipulum, & Cathechistam, idest
præceptorem in scripturis sanctis habuisse Di-
dymum: & omnis ista iactantia in vno mense
quæsita est. Ego, qui sex annis Dei causa com
moratus sum: & iterum post interuallum ali-
quot alijs diebus, vbi Didymus, de quo tu solo
te iactas, & vbi alij nihilominus illo non infe-
riores, quibus & attentius & frequentius vaca-
bamus: quantam, si hoc ita deceret, aut expe-
diret de his omnibus habere iactantię materiã
possem?] hæc ipse. Deniq; fuisse Rufinum, &
Hieronymi in Monastica professione gregalẽ,
& in itinere comitem, declarant ipsius Hiero- H
nymi verba ad eundem: Postquam, nimirum, Epist. 41
me a tuo latere subitus turbo conuulsit: post-
quam, nimirum, me a tuo latere subitus turbo
conuulsit; postquam glutino charitatis hæren-
tem impia distraxit auulsio,

Tunc mihi caruleus supra caput astitit imber]
sed, & condiscipulum in Sacris litteris ediscen
dis eundem habuisse paulò infrà ex Augustino
declarabitur. Tam arcto verò necessitudinis
vinculo vtriusq; animus iũct⁹ erat, vt mutuus,
sãctusq; eorundẽ amor, vti verę amicitię exem
plar a Sanctis etiam Patribus sit aliquando in
Prouerbiũ vsurpatus, perinde ac Dauidis, atq;
Iona-

A

Ionathæ amor. Accipiamus rei huius aliqua ex ipso Hieronymo testimonia, vt ora simul loquentium iniqua obstruamus, & illorum conuincamus insaniam, qui Sanctum virum in Rufini virtutibus inuidia exarsisse criminati

Epi. 41.

sunt. Audio te (inquit in Epistola quadragesima prima ad eundem) Aegypti secreta penetrare: Monachorum inuisere choros, & cælestem in terris circumire familiam. O si mihi nunc Dominus Iesus Christus, vel Pphilippi ad Eunuchum, uel Habacuc ad Danielem trãslationem repente concederet, quàm ego nũc tua arctis stringerem colla complexibus: quàm illud os, quod mecum vel errauit aliquando,

B

vel sapuit impræssis figerẽ labijs. Verùm quia non tam te sic ad me venire, quã ad te sic ire non mereor, & inualidũ, etiã cum sanũ est corpusculũ crebri fregere morbi, has mei vicarias, & tibi obuias mitto, quæ te copula amoris innexum, ad me vsq; perducant.] Et infra. Egrotum esse me dolui, & nisi me attenuati corporis vires quadam compede prępedissent, nec mediæ feruor æstatis, nec nauigantibus semper incertum mare, pia cum festinatione gradienti, valuisset obsistere.] Et ad Florentium. Quia frater, inquit, Rufinus, qui cum Sancta Melania ab Aegypto Hierosolymam venisse narratur, indiuidua mihi germanitatis

C

charitate connexus est: quæso, vt Epistolam meam, huic Epistolæ tuæ copulatam ei reddere non graueris. Noli nos eius æstimare virtutibus: In illo conspicies expręssa sanctitatis vestigia, & ego cinis, & vilissima pars luti, & iam fauilla, dum vertor satis habeo, si splendorem morum illius imbecillitas oculorum meorum ferre sustineat. Ille modo se lauit, & mundus est, & tanquam nix dealbatus: Ego cunctis peccatorum sordibus inquinatus, diebus ac noctibus operior cum tremore red-

Psal. 545.
Isa. 66.

dere nouissimum quadrantem. Sed tamen quia *Dominus soluit compeditos*, & super humilem, & trementem verba sua requiescit, forsitan & mihi in sepulchro scelerum iacẽ-

D

ti, dicat: Hieronyme veni foras.] Hæc ipse. Num tibi ex his, Lector videtur æmulationis stimulo in Rufinum concitatus Hieronymus? Quis vnquam Rufinum maiori charitatis affectu, quàm Hieronymus prosecutus est? Quis eundem maioribus cumulauit virtutum præconijs? Quis aliquando in amicis colendis Hieronymo fuit constantior, atq; delectior? Toto procul dubio aberrasse conuincitur Gennadius cœlo, dum in libro de Viris Illustribus Rufini partibus fauens, Hieronymum ipsum æmulationis stimulo concitatum, ad obloquium stylum cõ-

E

tra eundem vertisse, scribit. Verùm hoc illi, tanquam Pelagianæ hæresis morbo laborans condonandum, cum æquè & Rufinus ad extremum vitæ ex infra dicendis Pelagianis adhæserit. Porrò Augustinus, nec dum Rufinum in apostaticum sensum ruisse: aut Origenem impium dogmatistem perspectum habens (perinde ac ex propria eiusdem Epistola ad Hieronymum, octogesima septima liquet) eiusmodi tum Rufini, tum Hieronymi necessitudinem in calumniam versam sequentibus deplorat. Quæ (inquiens) sibi iam fida pectora toto ore fundantur? In cuius sensus tota se proijciat secura dilectio? Quis deniq; ami-

F

cus non formidetur quasi futurus inimicus, si potuit inter Hieronymũ, & Rufinũ hoc, quod plangimus exoriri? O misera, & miseranda cõditio. O infida in voluntatibus amicorum scientia præsentium, vbi nulla est præscientia futurorum. Sed quid hoc alteri de altero gemendum putem, quando, ne ipse quidem sibi homo est notus imposterum? Acerrimis dolorum stimulis fodior, dum cogito inter vos, quibus Deus hoc ipsum, quod vterq; vestrum optauit, largum prolixumq; concesserat; vt coniunctissimi, & familiarissimi mella scripturarum sanctarum pariter lamberetis, sic tantæ amaritudinis irrepsisse perni-

G

ciem, quando non, vbi non, cui non homini formidandum: cum eo tempore, quo abiectis iam sarcinis sæcularibus, iam expediti Dominum sequebamini, & in ea terra viuebatis simul, in qua Dominus humanis pedi-

Io. 14.

bus ambulans: *Pacem (inquit) meam do vobis: pacem meam relinquo vobis*: Viris ætate

Iob. 7.

maturis, & in eloquio Domini abundantibus vobis accidere potuit? Verè tentatio est vita hominis super terram. Hei mihi, qui vos simul alicubi inuenire non possum; fortè vt doleo, vt timeo, procederem ad pedes vestros, flerem quantum valerem, rogarem quantum amarem: nunc vnumquemq; vestrum pro seipso, nunc vtrunq; pro alte-

H

rutro, & pro alijs, ac maximè infirmis pro quibus Christus mortuus est, qui vos tanquam in theatro vitæ huius cum magno sui periculo spectant, ne de vobis ea conscribendo spargatis, quæ quandoq; concordes delere non poteritis, qui nunc concordare nolitis: aut quæ concordes legere timeatis, ne iterum litigetis.] Hæc Augustinus, quibus non tam inter duos amicos, toti Orbi notissimos exortam discordiam ex præcordiorum intimis deplorare, quàm vtriusq; nunc sæculi desertionem, nunc religionis ardorem, nunc scientiarum cognitionem, nunc

A denique in eloquio Dei copiam recolere, laudareq; videtur. Multo plura de Rufini præsertim laudibus apud Sanctum Paulinum Nolanæ vrbis Episcopum Epistola nona, & decima leguntur: eo videlicet tempore ab eo conscripta, quo nec dum Catholicis ille satis perspectus fuerat; neq; pariter Origenis Periarchon libri ab eodem vulgati: deinceps enim super eum grande silentium factum est.

8 *Ideo inimicitias dicitur incurrisse, quia eũ de arbitrij libertate prauè sentientem vehementer correxit*. Hanc in Rufinum de arbitrij libertate Hieronymi correptionem, voce tantùm adhibitam fuisse, non scriptis ex eo ducitur, quòd inter eius scripta non legatur. B Nisi fortè hunc ipsum locum, cum immediate sequenti Gelasij decreto, illis Hieronymi verbis inniti dicamus, quibus aduersus eundem Rufinum vtitur dicens: *Dicis* (Rufine videlicet) *futurum iudicium, in quo iudicio vnusquisq; recipiat propria corporis, pro vt gessit, siuè bona, siuè mala. Quòd si homines recepturi sunt pro operibus suis: quantò magis, & Diabolus, qui omnibus extitit causa peccati?* (Lib. 2. Apol. c. 1.) Vbi (inquam) Hieronymus: Grandi, ait, Diabolus lancea percutitur, qui omnibus extitit causa peccati, si pro operibus suis, quasi homo redditurus est rationem, & cum Angelis suis æterni ignis hæreditatem patietur. C Et videris mihi calumniam in hoc loco facere Diabolo, & criminatorem omnium falsis criminibus accusare: Dicis enim: *Qui omnibus extitit causa peccati*: & dum in illum refers crimina, homines culpa liberas, tollisq; arbitrij libertatem, Saluatore dicente, *De corde nostro exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemia*. (Matt. 15.) Et rursum de Iuda in Euangelio legimus: *Post bucellam intrauit in eum Satanas*, quia ante bucellam sponte peccauerat.] (Io. 13.) Multaq; alia ibi Hieronymus subdens, peccatum per consensum, contrahi, & a libera voluntate dimanare concludit: ad quæ si textus nunc D verba cum sequentibus non alludunt, non satis video, vbi Rufinus de arbitrij libertate ab eodem Hieronymo notatus sit.



E

De dissidij atq; dissensionis causis inter Rufinum, & Hieronymum:

CAeterùm ad Hieronymi actorum commodam cognitionem habendam, inter vtrunq; nunc, tam Hieronymum nempe, quàm Rufinum discordiarũ originem breuiter enarremus. Vix sanè oratione comprehẽdi potest, quanto Melaniæ, atq; Rufino peregrinatio ab eisdem in Aegyptũ ex Vrbe olìm assumpta (de qua superius pluribus actum est) detrimento fuerit. (Cap. 14.) Enimuero Euagrij Pontici primùm, F mox Didymi Alexandrini consuetudine vsi, vtrisq; vsq; adeo adhæserunt, vt omnem prorsus Origenis doctrinam ab eis imbiberint. Post aliquot annos inde in Palestinã progressi, eùm ibi sub Catholicæ Religionis specie aspidis dudum concœpta oua fouissent, Periarchonq; libros, innumerabilibus penè erroribus scatẽtes Rufinus ipse de Græco in Latinum sermonem transtulisset, post viginti demum & duos annos, secundum Hieronymũ in Chronico, post triginta verò, & tres, iuxta Palladium in Lausiaco Romam, vt in ea serpentes vtriq; parerent, nauigarunt. (Laus. c. 38) De hac eorum nauigatione ita exclamat ipse Hieronymus: O triremem locupletissimam, quæ Orientalibus, & Aegyptijs mercibus Romanæ G Vrbis ditare venerat paupertatem.] Dexteras autem tetendisse eos Hieronymo, ipso ab Hierosolymis recessus tempore, Rufini eiusdem in Sanctum virum postmodum iactata verba apertè mihi persuadent, ex quibus etiam nihil inter eos omnino discordiæ præcessisse facile videre est. Vos (inquit Rufinus) nobis pacẽ proficiscentibus dedistis, & a tergo iacula venenis armata iecistis.] Cui æquè Hieronymus rescribens: Pacem, inquit dedimus, non hæresim suscepimus: Iunximus dexteras: abeuntes prosecuti sumus, vt vos essetis Catholici, (Lib. 3. Apol. c. 7.) non vt nos essemus hæretici.] Vt igitur aspera sibi in vias planas Rufin' dirigeret, anno Christi trecentesimo nonagesimo septimo, iuxta a H Baronio quoq; adnotata in Annalibus, Romã ingressus callidè omnino egit: Eusebij nanq; (Tom. 5.) inprimis defensionem pro Origene, sub Pamphili Martyris nomine, e Græco in Latinum versam prodidit: mox aliud a se elaboratum opus, De adulteratione Librorum Origenis titulo prænotatum subiecit: tertiò, præfatos Periarchon Libros sub incerto auctore, tantis fallacijs obuolutos, vt etiam prudentes viros decipere potuissent, sparsit: demùm ad perfidiæ cumulum,

Hiero-

A Hieronymum, & Theophilum Alexandrinum
Episcopum, eiusdem Origenis propugnatores
in Oriente esse effinxit: Vnde & de hoc po-
stremo ad Pammachium conquestus vir San-
Epi. 78. ctus est dicens: Me & Papam Theophilum
sui iactabat erroris, latratuq; impudentissimo-
rum canum ad inducendos simplices nostrum
mentiebatur assensum.] Cum vero hoc ipso
tempore aduersus Iouinianum ab Hieronymo
aliàs elucubrati libri, in omnium manibus Ro-
mæ essent, & quidam quidem eisdem adhuc
detraherent, nonnulli tribuerent, Rufinus, qui
sibi, & proprio iam sceleri obsistentes Hierony
mi fautores, Pammachium, Marcellam, Dom
B nionem, Oceanum, & alios comperetat, cul-
pare eosdem cœpit, quòd in eis videlicet nup-
tias inprudenter nimis, iuxta Manichęi sen-
tentiam depręssisset. Verùm de his omnibus
ab ipsomet Domnione certior factus Hierony-
mus, eidem apologeticam dedit Epistolam, in
qua Rufini simul perfidiam multis redarguens
rationibus (eius tamen proprio suppresso no-
Ep. 50. mine) nebulonem ostendit. Habetur apud
Ep. 51. eundem in ordine quinquagesima prima, de
qua Rufinus ipse libro secundo Inuectinarum
agens, non minus fallaciter, quàm inpruden-
ter bisce Hieronymum eludere nititur: Cum
libellos eius, quos aduersus Iouinianum scrip-
sit reprehendissem: cuidam Domnioni, beatæ
C memorię seni, qui sibi hoc ipsum indicauerat,
iste rescribens excusat, & dicit: Nullo genere
potuisse fieri se errasse, hominem qui omnium
haberet scientiam.] Hæc prima inter eos dis-
cordiæ causa. Eiusmodi interea Origenis blas-
phemiæ in ipsa Vrbe vulgabantur: & cùm non
nullos iam Monachorum, maximèq; sæculi ho
minum in sui assensum traxissent: simplicitati
quoq; (quod maius est) Pontificis, ex eiusdem
Hieronymi testimonio illudere molirentur;
Ep. 56. tunc Marcella, Hieronymi doctrinam consecu
ta Deo malens, quàm hominibus placere ad-
uersus eosdem libros erexit se, eorumq; hære-
ses reuelsuit. Quod vbi Rufinus aduertit, de
D paruula ignis scintilla maximum sibi parari
incendium suspicatus, ab eodem Pontifice cō-
munionis litteras (quæ Catholicis tantùm vi-
ris dari consueuerant) pręproperа festinatione
impetrauit, annoq; ita euoluto in patriam,
Aquileiam videlicet se contulit. Hoc eodem
tempore inter vtrunq;, Hieronymum nempe,
& Rufinum restitutam veterem fuisse amici-
tiam eiusdem Hieronymi Epistola sexagesima
sexta declarat. Verùm quoniam dissimilium
infida esse dicitur societas, non multo tempo-
re mutua consensione processisse eosdem, rei
exitus comprobauit. Quandoquidem Siricio
e viuis morte sublato: cùm Anastasius, vir reli-
gione & doctrina conspicuus in Petri Cathe- E
dram ipso anno, Christi videlicet trecentesi-
mo nonagesimo octauo fuisset assumptus, to-
tum se illicò ad Catholicam fidem in quan-
plurimis labefactatam contulit instaurandam,
Periarchonq; potissimum damnatis libris, ob-
strepentem etiam hinc inde Rufinum in Hie-
ronymum sequenti anno ad dicendam causam
euocauit: cui cùm adesse negligeret, falsisq;
prætextibus eiusdem iudicium subterfugeret,
quadringentesimo demum primo Christi an-
no dānauit: atq; vt in Oriente quoq; improba-
retur Ioanni Hierosolymorum Episcopo litte-
ras dedit. Igitur vt damnatos in Vrbe Orige-
nis Periarchon libros, ob Hieronymi pręsertim F
nuperrimam eorundem translationem (quip-
pe quæ in illis latentes hæreses aperiret) aliaq;
complura in se actitata cognouit Rufinus, om
nibus eundem calumniarum generibus affe-
cit, falsariumq; inprimis redarguit.

Ab eiusmodi deinceps se idemipse Hiero-
nymus protegens: Vt Epistolam, inquit, Lib. 3.
nostram non probes, Papæ quoq; Anastasij si- Apol. c. 1
mili dicis fraude subnixam, de qua ante tibi
respondi: quam si suspicaris ipsius non esse,
habes vbi apud eum nos arguas falsitatis.] Et
aliquanto superius. Innocentem te vocas, ad Cap. 6.
cuius interpretationem Roma contremuit: ab-
sentem, qui accusatus respondere non audes. G
Et tantum Romanæ Vrbis iudicium fugis, vt
magis obsidionem Barbaricam (tunc enim a
Barbaris Aquileia obsidionem sustinebat) quā
pacatæ Vrbis velis sententiam sustinere. Esto
præteriti anni ego Epistolam finxerim: recen-
tia ad Orientem scripta, quis misit? In quibus
Papa Anastasius tantis te ornat floribus, vt cùm
ea legeris magis te velle defendere incipias,
quàm nos accusare.] Hæc pro se Hieronymus.
Porrò in incœpto permanens ipse Rufinus, in-
numerabilem rursus mendaciorum, atq; crimi-
num struem in eundem Hieronymum, tribus
nimirum libris distinctam, congessit: iisq; Chri
sti anno quadringentesimo in omnes orbis ter-
rę partes transmissis, sanctum virum perpetua H
subobscurare infamia contendit. Tunc mise-
randum illud accidit, quod multos ante annos
idem Hieronymus sensit: imo diuino afflatus
spiritu intellexit: enimuero dum iuuenis vterq;
adhuc, atq; ab ipsis necessitudinis exordijs cha
ritatis vinculo iungeretur, his adamussim eun-
dem precibus obtestatus Hieronymus ex Syrię
solitudine est: Obsecro te, ne amicum, qui diù Ep. 41.
queritur, vix inuenitur, difficile seruatur, pari-
ter cum oculis mens amittat. Fulgeat cuilibet
aurum, & pompaticis ferculis corrusca ex sar-
cinis metalla radient: charitas non potest com
parari, dilectio precium non habet: amicitia
quæ

A quæ desinere potest, vera nunquam fuit.] Hæc ille, ex quibus infelicis amici multò ante præuidisse iacturam: imo fratris & amici, publici tandem hostis, hostiumq; acerrimi futuri intellexisse perfidiam comprobatur. At cùm non nisi post biennium de telatis paulò ante in se editis libellis resciuisset Hieronymus, non ijsdē sanè (quorum nequaquam obtinere potuit exemplaria,) sed illis tantùm, quę sibi ab amicis per litteras in ijs contineri nunciabantur, tribus libris respondit. Testatur hoc Hieronymus: Excessi, inquiens Epistolæ modum, & qui contra nefariam hæresim iam stylum fixeram, pro me respondere compulsus sum: expectans tria
B amici volumina, & ad congeriem criminum eius tota mente suspensus: nisi quòd leuius est professum inimicum cauere, quàm hostem latentem, sub amici nomine sustinere.] Hæc ipse. vt propterea mirum non sit, si conplura in Rufini Inuectiuis extent, quæ in Hieronymi responsionibus reiecta non legantur. Elucubratos autem eiusmodi in Rufinum libros Baronius in Annalibus Ecclesiasticis Christi Domini anno quadringentesimo secundo adscribit. Quid deinceps Rufinus ipse, Hieronymi libris acceptis egerit, paulò superius hoc ipso capite, cùm de eius in hęreticos infracto animo subiunximus, explicatum est. Demum cùm iam vbiq;
C is damnatus esset, omnibusq; Catholicorum hospitijs prohiberetur in Siciliam se contulit, vbi in imum impietatis deuolutus, cum Pelagianis quoq; adhæsisset, ibi non multo post, extra patriam, & quod magis refert, extra Romanæ Ecclesiæ sinum occubuit: eo videlicet tempore, quo Hieronymus suos in Ezechielem cō- In Ezech. lib. 1.
mentarios aggressus fuerat: in quorum etiam præfatione de eius interritu meminit, quem supra in annum Domini quadringentesimum decimum retulimus. Porrò de Rufini cum Pelagianis inito fœdere, Hieronymi testimonium in præfatione primi libri in Hieremiam (quem post Ezechielem adorsus est) extat: quo vtiq; loco nouum rursus in se concitatum aduersa-
D rium commemorans: Nuper, inquit, indoctus calumniator erupit, qui Commentarios meos in Epistolam ad Ephesios reprehendendos putat.] Et post aliqua, Quod non videns præcursor eius Grunnius (eiusmodi enim nomine Rufinum appellare solebat, vt ex Epistola quarta ad Rusticum Monachum, & passìm alibi videre licet) olìm nisus est carpere, cui duobus libris respondi, quæ iste, quasi sua profert, & alio iam calumniante purgata sunt. Nec recordatur solidissimus, & scotorum pultibus prægrauatus, nos in ipso opere dixisse: Non damno digamos &c.] Quibus & Pelagium manifestò indicari, & Rufinum tum Pelagianistā, tum Pelagianorum præcursorem fuisse, nemo E
est qui non videat. Accedit de his quoq; Baronij eadem prorsus sententia. Deniq; Britan- Tom. 5,
num origine Pelagium, Scoticamq; gentem Christi
ex Britannorum vicinijs prodere veriati in his an. 410.
torijs noruut. Apertius idipsum ex Concilio Carthaginensi habetur: in eo namq; cum Cœlestius Pelagij contubernalis argueretur, & ipsorum sectatorum nomina prodere compelleretur, dixit: Sanctus Presbyter Rufinus Romæ, qui mansit cum Sancto Pammachio id dixit: Ego enim audiui illum dicentem, quod tradux peccati non sit.] hæc ibi. Quod postremò Hieronymus, duobus tātū se Rufini obiectionibus occurrisse libris dicat, id proximè superioribus, F
quibus tres eum edidisse diximus non aduersatur: prior quippe Apologia, quæ primo & secundo libro in impræssis codicibus distinguitur, vno tantùm volumine, seu libro ab eo primùm edita ex proprijs eius verbis accipitur. Habes igitur ex his discordiarū causas, lector, inter Rufinum & ipsum Hieronymum breuiter explicatas, Plura passìm alibi indicauimus: præsertim capite secundo, tertio, quarto, octauo, vndecimo, & decimo septimo, quæ si placet perlege. Non ita autem hucusq; commemorata omnia accipias, quasi Hieronymus in ipsum Rufinum, vel odio, vel inuidia aliquo G
tempore exarserit. Apage. Quin potius indi- lib. 3. Ap.
uiduam charitatem erga eum in controuersijs cap. 5.
semper illæsam seruatam ex eiusdē verbis anspicare, vbi: Testor, inquit, mediatorem Iesum, inuitum me & repugnantem in hæc verba descendere: & nisi tu prouocares, semper taciturum fuisse. Deniq; noli accusare, & ego cessabo defendere, Quæ enim est audientium ædificatio, duos senes inter se propter hæreticos digladiari, præsertim cùm ambo Catholicos se videri velint. Omittamus hæreticorum patrocinium, & nulla erit inter nos contentio. Eodem feruore, quo Origenem ante laudauimus, nunc damnatum toto orbe damnemus. Iungamus dexteras; animos copulemus, & duos Orientis, & Occidentis [illegible] Theo- H
philum videlicet Alexandrinum, & Anastasium Romanum Pontificem, qui Origenem iam damnauerant) alacres sequamur incessu: Errauimus iuuenes, emendemur senes.] Et rur- lib. 3. Ap.
sum. Depone gladium, & ego scutum abij- cap. 11.
ciam.] Et in calce. Sit inter nos vna fides, & illico pax sequetur.] Hæc ipse ad suum ipsius animum indicandum.

COMMENTARIVS.

6 *Cuius zelum pro fidei rectitudine Romana Ecclesia adeo approbauit.* Non idem putemus zelum

A zelum quod inuidia; quandoquidem zelus benè aliquando sumitur: inuidia verò semper aliena felicitate torquetur. Secus hæreticorum schola: non zelo Dei præditum eundem, sed inuidiæ liuore confectum perpetuò criminata est, aduersus quam & pluribus idemipse in prologo aduersus Pelagianos agit. *Propriæ* Hieronymi causæ, atq; defensioni, vti æquissimæ Sancta quoq; Romana Ecclesia adstipulata, firmare eūdē voluit proximè sequēti decreto.

7 Vt Beatus Papa Gelasius scripturarum sagacissimus indagator, eiusdem Rufini libros repudiare videatur: Hoc in suis decretis mandans. Quod ne decretum illud paulo ante, aut nostra
B ætate, sed multis iam sæculis promulgatum intelligeremus Pontificis nomen (Gelasij videlicet) hoc loco exprimitur, vt inuulgationis eiusdem certum tempus haberemus: Christi nempe annum quadringentesimum octogesimum nonum: Deniq; sagacissimus scripturarum indagator idem Gelasius asseritur, vt ingenij æquè eius elegantia, atq; in diuinis præsertim litteris studium exploratum ab his satem haberetur, qui eius hymnos, libros item contra Eurychen, Nestorium, & Arrium, nec non Epistolas, atq; orationes ad diuersos non nossent.

8 Rufinus vir religiosus. Ita decreti exor-
C dium, prima parte, distinctione decimaquinta, capite tertio, Sancta Romana Ecclesia. Quod autem Rufinus eiusdem Romanæ Ecclesiæ testimonio Religiosi nomine publicetur vrgere quempiam non debet, quasi iterum post in eum anathematis latam sententiam sub catholicæ cōfessionis cōmunione receptus sit. Enimuero stabilis de eius damnatione Anastasij Papæ sententia permansit, quā nemo vnquam successorum Pontificū aboleuit. Religiosus verò ideo nuncupatus est propter genus vitę Monasticū, quod ab ineūte ætate professus est Ac si sensus sit *Rufinus antea religiosus*, eiusmodi enim loquendi figura frequenter scripto-
D res vtuntur, & Hieronymus ipse præsertim, vti cum de eodem Rufino, post in illum etiam promulgatam sententiam scribit. Credidi Christiano: credidi Monacho.] Et de Ioanne
Lib. 3. Apol. c. 4. Epi. 62. cap. 3. Hierosolymorum Episcopo, vtiq; damnato: Monachus, pro dolor Monachis, & minatur, & impetrat exilium, apostolicam cathedram habere se iactans.] Quod iterans de Iouiniano: Examen (inquit) ille formosus Monachus, crassus, nitidus, dealbatus] quibus commemoratos omnes, antea Monachos, antea catholicos, antea Christianos fuisse indicatur. In huius pariter decreti allegatione idipsum sentire videtur Baronius, dum hæc Tomo quinto, sub Christi anno quadringentesimo secundo habet: Gelasij ne mouearis nomenclatura, dū E
Rufinum ipsum iudicio Ecclesiastico prædamnatum, virum Religiosum appellat: eo enim titulo ipsum Monachum voluit demonstrasse.

9 Plurimos Ecclesiastici operis edidit libros. Dicamus quos, vt proprij ingenij primùm, mox ex aliorum relatis; editisq; monumentis viri doctrinam, atq; solertiam habeamus exploratam. Scripsit, De adulteratione Librorum Origenis librū vnum. At quoniam S. R. Ecclesia, pręsenti decreto Rufini opera omnia, siue proprio marte elucubrata, siuè ab alijs trāslata Hieronymi iudicio, atq; censuræ subiecta perpetuò voluit & iussit, in singula sigillatim nunc eiusdem Hieronymi censuram pro- F
feram. Meritò hunc inprimis aperti mendacij arguit Hieronymus librum: cum in Origenis operibus promulgati errores verè ipsius sint, non ab alijs ingesti. Arguit autem hunc Lib. 2. Apol. c. 4.
in modum. Obijciuntur Origeni crimina, & tu (Rufine scilicet) illum non defendis, sed alios accusas, nec crimen tenuis, sed criminosorum turbam requiris,] & supra ad Pammachium: Illud verò, quod asserunt, a quibusdā Ep. 65. c. 4.
hęreticis & maleuolis hominibus, libros eius (hoc est Origenis) esse deprauatos quam ineptum sit, hinc probari potest. Quis prudentior, doctior, eloquentior Eusebio, & Didymo, quorum alter sex voluminibus τῆς ἀπολογίας ita eum, G
vt se sensisse confirmat. Alter sic eius errores nititur excusare, vt tamē illius esse fateatur, nō scriptorū negans, sed sensum scribentis edisserēs. Aliud est si quæ ab hæreticis addita sunt, Didymus quasi bene defendat. Solus inuentus est Origenes, cuius scripta in toto Orbe falsarentur, & quasi ad Mithridatis litteras omnis veritas vno die de voluminibus illius raderetur. Si vnus violatus est liber, num vniuersa eius opera, quæ diuersis, & locis, & temporibus edidit simul corrumpi potuerunt?] Hæc Hieronymus de libri iudicio, quem & paulo ante Christi anno trecentesimo nonagesimo septimo vulgatum Romæ notauimus. H

Edidit præterea Rufinus in ipsumnet Hieronymum libros tres (quāuis nunc tertius interierit) quos & Apologię nomine prænotauit. Vnde in eum Vir sanctus: Non te, inquit pu- Apol. li. 3
det accusationem tuam Apologiam vocare? Editos vtiq; diximus anno Christi quadringentesimo.

Symbolum item fidei explanauit, cuius exēplar tomo nono operum Hieronymi habetur. Eius autem explanationem eiusmodi esse declarat primò titulus illi affixus, videlicet *Symbolū Rufini ad Laurētiū Episcopū.* Secūdo verba de Resurrectionis carne versus finē, in quibus de Aquileiensi ritu, in articuli eiusdē cōfessio-

A ne hisce meminit: Cautè Ecclesia nostra fidē
Symboli docet, quæ in eo, quod a cæteris tra-
ditur, *Carnis resurrectionem*, vno addito pro-
nomine tradidit: *Huius carnis resurrectionem*,
Huius sine dubio, quam habet is, qui profi-
tetur, signaculo crucis fronti imposito.] Hæc
ibi Rufinus, quæ cum his omninò conue-
niunt, quæ post initium libri primi Inuecti-
uarum aduersus Hieronymum postmodum
habuit, videlicet: Sancta Aquileiensis Ec-
clesia, Dei Spiritu futuras aduersum nos ca-
lumnias præuidente, vbi tradit carnis resurrec
tionem, addidit vnius pronominis syllabā, &
pro eo, quod cæteri dicunt: *Carnis resurrectio-*
B *nem*, nos dicimus: *Huius carnis resurrectionem*,
quo scilicet frontem, vt mos est, in fine sym-
boli signaculo contingentes, & ore carnis hu-
ius videlicet, quam contigimus resurrectionē
fatentes, omnem venenatæ aduersum nos lin-
guæ calumniandi additum præstruamus. Ac-
cedit tertiò, quòd in eadem de illis tantùm hę-
reticis mētio coincidat, qui vel ante ipsum Ru
finum fuerunt, vel eius ætate vixerunt, de Mar
cione nimirum, Valentino, Ebione, Mani-
chæo, Paulo Samosateno, Photino, Arrio, Eu-
nomio, Nouato, & Apollinario Laodiceno.
Gennadij deniq; Massiliensis Presbyteri, auc-
C toris quadringentesimi nonagesimi testimo-
niū, De Viris Illustribus, in Rufino ad idē est.

Cæterùm ad oppositum, Rufini nimirum
haud legitimam, sed suppostitiam explana-
tionem esse, mirum illud in modum osten-
dit, quòd de ea, neq; apud ipsum Rufinum,
neq; Hieronymum mentio vnquam habeatur.
Sed & ratio in promptu est. Quandoquidem,
si nunc assertæ explanationis omnium iudicio
integræ, atq; catholicæ is auctor fuisset, ad
quid illi post in seipsum Ecclesiæ iugulum ani-
maduersum alia rursus fidei confessionis con-
scriptione opus fuisset, vt se catholicum, impol
lutumq; comprobaret? Sat eidem profectò,
D superq; fuisset aliàs editam allegasse, vel illi
subscripsisse. Igitur, cùm aliud omnino fidei
suæ exemplar, tùm in Epistola ad Anastasium
Papam, tum in libro primo Inuectiuarum, post
initium idem ipse proferat, nec alterius aliàs
a se editi verba faciat, hinc etiā accipio eiusdē
auctorem certum minimè eum esse. A Gen-
nadio autem propugnatore eius acerrimo a-
lienum opusculum Rufino primùm adscrip-
tum, atq; accommodatum, quò illum Hiero-
nymo non minus ineptè, quàm temerè ex suo
more præponeret, mihi persuasissimum est;
A quo & deinceps commentitium posteriores
mutuatos fuisse scriptores testimonium con-
tigit.

Disseruisse etiam triplici sensu benedictionē
Iacob super duodecim Patriarchas, & alias E
quanplures ad diuersos dictasse Epistolas, ad
Probam præsertim auctor idē Gennadius est:
Si tamen ei fides adhibenda, cum eadem labe
pollutus fuerit qua, & ipse Rufinus ex supe-
rius explicatis.

10 *Nonnullas etiam scripturas interpretatus
est*: Quo æquè interpretationis genere vsus sit,
dehinc quorum scripturas conuerterit profera-
mus. De priori Hieronymus Apologiæ libro
primo capite tertio agens hæc habet: Rogatus
eras (eundem Rufinum de Origenis Periar-
chon libris alloquens) vt quomodo habebatur
in Græco in Latinum verteres, vtinam fecisses, F
quod rogatum te esse simulas, nulli inuidię sub
iaceres. Si tu translatoris seruasses fidē, mihi
necesse non fuisset interpretationem falsam ve
ra interpretatione subuertere. Nouit consci-
entia tua, quæ addideris, quæ subtraxeris, quæ
in vtranq; partem, vt tibi visum fuerit immu-
taueris: & post hæc audes dicere, quod & bo-
na & mala, non tibi, sed auctori debeant im-
putari.] De quo & libro tertio eiusdem, ca-
pite decimo: Sed quid, (inquit) facies de A-
pologetico tuo, quem pro Origenis scripsisti
operibus? Quid de volumine Eusebij, in quo
cùm multa mutaueris, & sub nomine marty-
ris, hæretici hominis scripta transtuleris, ta- G
men plura posuisti, quæ Ecclesiasticę fidei nō
conueniunt?] Eadem Beati Rhenani, erudi-
tissimi viri de eodem in præfatione Ecclesiasti-
cæ historiæ Eusebij pronuntiata sententia est.
De interpretis, inquit diligentia (Rufinum
Intelligens) iudicare citra Græcum codicem
imprudens sit: tam etsi in alijs libris a se versis
parum laudis meruit, quòd ex professo non
verba, vel sensum auctoris, quē vertendum
susceperit, appendat, sed vel minus, vel plus-
culum, tanquam paraphrastes, non velut in-
terpres, pro sua libidine plerunq; referat. Id
quod Nazianzeni orationes ab illo versæ do- H
cent.] His accedit Christophorsoni Angli in
proœmio pręcitatæ historiæ iudicium, quod
& hisce prosequitur: Rufini cōuersionem, quā
tam diù homines tenuissent, cum Græcis con-
ferebam, sententias inter se expendebam sedu
lo: vnde certè maximè me capiebat admiratio
(præsertim cū Latina a Græcis tātopere dissē-
tire animaduerterē) quid tam docto viro vene
rit in mentem, vt auctorem tam insignem, tā
indiligenter verteret.] Et post pauca: Rufino
(subdit) fortasse in Origenis opere, in quo nō-
nihil esse videbatur erroris, honestius & meli⁹,
licet non omnia explicasset, ignosci & conce-
di potuisset: sed in hac historia, quam in eadē
Apologia (aduersus videlicet eūdem Rufinū)
laudat D. Hieronymus, cū nihil ab Orthodoxæ

Catho-

A Catholicæ Ecclesiæ sententia alienum reperiatur, vix Rufino venia dari potest, quòd tot prætermiserit valde vtilia, tot de suo adiecerit prope aliena, tot quasi non rectè collocata immutauerit.] Deniq; post omnes Baronius sępissimè eundem Rufinum, neq; historici, aut fidi interpretis, sed inuersoris potius temporũ nomine meritò sugillat. Eius verò singula afferre velle testimonia longum esset. Hactenus de more, quem in vertendis Græcis Rufinus tenuit, de quo & supra capite sexto, circa finẽ egimus. Posteriori loco, horum scripturas auctorum dicimus Rufinum interpretatum: Gregorij videlicet Nazianzeni non nulla opera:
B Euagrij præceptoris sui sententias, & Vitas Patrum: Sexti Pythagorei sententiarum librum vnum: Eusebij pro Origene Apologiã; & eiusdem Origenis Periarchon libros quatuor: Hæc, quæ de Græco is in Latinum transtulit sunt. Cæterùm qua rursus eloquij venustate, quo ve mentis consilio, ex Hieronymi testimonio accipiamus. Mente sanè iugiter Hieronymus tenuit proprij præceptoris (Gręgorij nimirum Nazianzeni) sublime dicendi genus: & dum eius scriptorum multitudinem ac varietatẽ ingenij acie perscrutabatur, exundans sibi omnino flumen in quod omniũ scientiarum riuuli confluerent videre videbatur.
C Hinc accidit, vt in Rufinum, qui ex angosto nimis alueolo, illud in Latinos deriuare præsumpsit commotus, nominatim exclamaret:
Lib. 1. Apol. c. 7. Responde, cur scribere aliqua ausus sis, & virũ disertissimum Gregorium pari eloquij splendore transferre: Vbi tanta verborum copia, scientiarum lumen, translationum varietas?] Et supra eiusdem Rufini sterilitatem improbans ironicè loquitur: Quis ei credet viro eruditissimo, & qui tantam habet scientiam scriptorum veterum, maximè Græcorum, vt dum peregrina sectatur pęne sua amiserit, quòd recentissimæ memoriæ viros, & Latinos nesciat?

Sed super reliquas ab eodẽ elaboratas scriptorum versiones Hieronymi iudicium prosequamur:
D Tam ergo Euagrij auctoris, quàm Rufini translatoris opus perstringens Hieronymus, vtrunq; simul hisce diiudicat: Euagrius Ponticus Hyperborita, qui scribit ad Virgines, scribit ad Monachos, scribit ad eam, cuius nomẽ nigredinis testatur perfidię tenebras (idest Melaniam seniorem) edidit librum, & senten-
Ad Ctesiphontem aduersus Pelagianos. tias ἀπάθειας, quam nos impassibilitatem, vel inperturbationem possumus dicere, quando nunquam animus vllo perturbationis vitio commouetur: & vt simpliciter dicam, vel saxum, vel Deus est. Huius libros per Orientẽ Græcos, & interpretante discipulo eius Rufino Latinos, plerięq; in Occidente lectitant. Qui librum quoq; scripsit, quasi de Monachis: Multosq; in eo enumerat, qui nunquam fuerunt, &
E quos fuisse scribit Origenistas, & ab Episcopis damnatos esse non dubium est: Ammonium videlicet, & Eusebium, & Euthymium, & ipsũ Euagrium, Or quoq;, & Isidorum, & multos alios, quos enumerare tædium est, & iuxta illud Lucretij,

Ac veluti pueris absinthia tetra medentes,
Cum dare conantur, prius oras pocula circum
Contingunt dulci mellis, flauoq; liquore:

ita ille vnum Ioannẽ in ipsius libri posuit principio, quem & Catholicum, & Sanctum fuisse non dubium est, vt per illius occasionem cæteros, quos posuerat, hæreticos Ecclesię introduceret.] Hæc ipse in Epistola ad Ctesiphõtem.
F Latius de hoc ipso opere in Recensionibus.

Mox eundem de cæteris versionibus carpens, subdit: Illam autem temeritatem, imo insaniam eius, quis digno possit explicare sermone, quòd librum Xisti Pythagorei, hominis absq; Christo, atq; Ethnici immutato nomine, Syxti martyris, & Romanę Ecclesiæ Episcopi prænotauit? in quo iuxta dogma Pythagoreorum, qui hominẽ exæquant Deo, & de eius dicunt esse substantia, multa de perfectione dicuntur: vt qui volumen philosophi nesciunt, sub martyris nomine bibant de aureo calice Babylonis.
G Deniq; in ipso volumine nulla Prophetarum, nulla Patriarcharum, nulla Apostolorum, nulla Christi fit mentio: vt Episcopum, & martyrem sine Christi fide fuisse contendat.] Sanctus Augustinus, eiusmodi Rufini præstigias minime perspectas habens, eiusdem & ipse libri translati titulo aliquando deceptus, reuera Syxti Pontificis, & martyris eundem esse putauit: At translatoris temeritate detecta, idipsum retractat libro secundo Retractationum, capite quadragesimo sexto. Extat idem liber Tomo quinto Bibliothecæ Sanctorum Patrum, editionis secundæ.

Prosequitur iam cœptum iudicium Hieronymus super Eusebij pro Origene Apologiam,
H inquiens: Fecerat hoc & in Sancti Pamphili martyris nomine, & librum primum sex librorum defensionis Origenis, Eusebij Cæsariensis (quem fuisse Arrianum nemo est, qui nesciat) nomine Pamphili martyris prænotaret; quò scilicet egregia illa quatuor Origenis περὶ ἀρχῶν volumina latinis infunderet auribus.] Quæ eidem ęquè Rufino regerens paulò superius ait. Vis Origenẽ in Latinum vertere? habes multas homilias eius, & tomos in quibus moralis tractatur locus, & scripturarum panduntur obscura: hæc interpretare: hæc rogantibus tribue. Quid primus labor tuus incipit ab infamia? Cur trãslaturus hæretica, in defensionẽ

eorum

A eorum præmittis quasi martyris librum, & id Romanis auribus ingeris, quod translatum totus orbis expauit? Hucusq; Hieronymus super Rufini operibus iudicium.

Deniq; præter relatas modò lucubrationes Eusebij quoq; Ecclesiasticam historiam, de cuius versione in calce capitis sexti dictum est, Basilijq; opera, & Clementis Romani recognitionum libros transtulisse testatur Genoadius: quãuis de duobus posterioribus nil apud Hieronymum, aut Baronium legerim: quin potius Bellarminus libro de Scriptoribus Ecclesiasticis, de Clementis præcipuè Recognitionibus dubitet: & nõ Rufini versiones eas esse
B astruat. Ex quibus omnibus tibi, Lector Rufini scriptorum index contextus, & explicatus est.

11 Sed quoniam Beatus Hieronymus in aliquibus eum de arbitrij libertate notauit. Iam animaduersionis Hieronymi in ipsum Rufinũ supra citatus est locus.

An Rufinus de arbitrij libertate perperam senserit?

CONTROVERSIA XXIV.

PORrò dubitare nunc quispiam posset, quo-
C modo is qui paulò superius Pelagianis adhęsisse probatus est, nunc rursus de arbitrij libertate ab Hieronymo inuri contigerit: Enimuerò repugnãt omnino interesse Rufini de libro arbitrio, atq; Pelagij sententiæ. Rufinus liberum infringens arbitrium criminum caussas in Diabolum referebat: Pelagius e contra illud adeo efferebat, vt ex sola vi eius diuina præcepta ab hominibus impleri posse iactaret. Sed tollitur difficultas, Proprium hæreticorũ esse in deteriora semper ferri, quousq; in profundum iniquitatis deueniant, & ea (iusto Dei iudicio damnati) sibi inferant, quæ nec ab hostibus passuri essent. Ita sanè Rufino contigit;
D is enim cùm de arbitrij libertate ab Hieronymo insimulatus est, nedum Pelagianis dexteram iunxerat: At sub extremum vitæ, cùm sibi specialius de salute foret consilium ineundum, tunc in imum iniquitatis deuolutus, noui sceleris (Pelagianæ scilicet hæresis) accessu oppressus est. Vel dicatur Hæreticos semper inter se discordias habere; Vt duæ nimirum hæreses fiant in quatuor, & rursus quatuor diuidantur in partes: Varia semper eorum dogmata esse: Mutareq; quotidie, & vertere omnia: Vnde & de illis Sãctus Propheta loquitur:
Psal. 5. *Decidant a cogitationibus suis*: quia non vna cogitatione, aut vno dogmate concordi sunt, sed in vlterius suapte natura feruntur assiduę.

Cum ergo Pelagius non de libero tantum ar- E
bitrio) quo sine Dei gratia gloriã sibi homines comparare posse affirmabat, pranè sentiret, sed quamplura alia impia blasphemo ore proferret, cuiusmodi sunt. Non secundùm misericordiam, & gratiam Dei peccatoribus veniam dari, sed secundùm meritum pœnitentiæ: Orationes in Ecclesia Dei, siue pro viuis, siue pro defunctis esse superuacaneas: Hominem ad tantam vitę perfectionem virtute liberi arbitrij posse peruenire, vt impeccabilis euadat: Adam etiamsi non peccasset, fuisse moriturum, quippe qui mortalis a Deo fuisset conditus: Eiusdem peccatum illũ solũ lęsisse nõ posteros:
Infantes ante Baptismi Sacramentum esse in eo statu, quo idem Adam primùm creatus est: F
Cum hæc, inquam, & alia Pelagius assereret, potuit fieri, Rufinum Origenis primùm erroribus potatum, de cœnosis etiam eiusdem Pelagij riuulis, hydropicorũ instar, vnam, vel plures postmodum hęreses siticulosum hausisse, aliquib' earũ non degustatis; Et ita cum Manichæo potissimum arbitrij libertatem sustulerit; Cum Pelagio peccati originalis traducem: Cum Origene veram corporum resurrectionẽ, vt de cæteris sileamus hæresibus.

COMMENTARIVS.

G
12 Illa sentimus, quæ prædictum Beatum Hieronymum sentire cognoscimus: Aptiori nunquam hoc ipso Hieronymi fides, sapiẽtia, atq; labores ad hęreticorum in toto orbe perfidiam perpetuis futuris temporibus sugillandam declarari potuit elogio, quo & Romanæ illud Ecclesiæ iudicio approbatum censeretur, quod & Hieronymus approbasset, & illud damnarũ, quod pariter ipse damnasset. Iam Romani Pontificis Cathedram veritatis omnis, undiq; magistram Hieronymus prædicauerat: Iam animarum omnium Romanam Ecclesiã altricem commendauerat: Iam ex eadem Solem illum iustitię, qui nunquam agnouit occa- H
sum exoriri testatum sæpius reliquerat: Mercedem recepit vera confessio. Pulcherrima antithesi, de vtraq; (occidentali nimirum, atq; orientali) dixerat Ecclesia Hieronymus: Mihi Epist. 57.
Cathedram Petri, & fidem Apostolico ore laudatam censui consulendam, Inde nunc meæ animæ postulans cibum, vnde olim Christi vestimenta suscepi. *Vbicunq; fuerit corpus illuc congregabuntur, & aquila.* Profligato a sobole mala patrimonio, apud vos solos incorrupta patrum seruatur hæreditas. Ibi cespite terra fęcundo Dominici seminis puritatem centeno fructu refert. Hic (in Oriente scilicet, vbi ipse tunc agebat) obruta sulcis frumenta in lolium,

A auenaſq; degenerant. Nunc in Occidente Sol iuſtitiæ oritur: In Oriente autem Lucifer ille, qui ceciderat ſuper ſidera poſuit thronum ſuum. Vos eſtis lux mundi: Vos ſal terræ: Vos aurea vaſa, & argentea. Hic teſtacea vaſa, vel lignea, virgam ferream, & æternum operiuntur incendium.] Et poſt pauca. Ego nullum primum, niſi Chriſtum ſequens, catheræ Petri communione conſocior. Super illam petram ædificatam Eccleſiam ſcio. Quicunq; extra hanc domum agnum comederit, profanus eſt. Si quis in Arca Noe non fuerit, peribit regnante diluuio.] His inquam Hieronymus & alijs laudum præconijs Apoſtolicæ
B Sedis excellentiam, fidei Romanæ Eccleſię puritatem, & ſui ipſius erga eandem perpetuã animi religionẽ verbis ampliſſimis exornarat: Nũc in obſequentiſſimi filij ipſamet quoq; pia mater collũ procũbens Eccleſia reſpondet: *Quoniam Beatus Hieronymus in aliquibus Rufinum de arbitrij libertate notauit, illa ſentimus, quæ prædictum Hieronymum ſentire cognoſcimus,*

13 Et non ſolum de Rufino, ſed etiam de vniuerſis, quos vir ſæpius memoratus, Zelo Dei, & fidei religione reprehendit: Liceat nunc mihi cũ Apoſtolo exclamare: *O altitudo diuitiarum ſa-*
Rom. 11. *pientiæ & ſcientiæ Dei, quàm inſcrutabilia ſunt*
C *iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius.* Quis enim cognouit ſenſum Domini? aut quis conſiliarius eius fuit? Dum Hieronymus ſibi talenta credita in diuinis ſcripturarum myſterijs explicandis fidelis & prudens exercet, hæreticorum illum turba nunquam dimiſit: In eundem Scyllæi vſq; adeo canes deſæuierunt, vt ſæpius etiam conqueri compelleretur. Cogor per ſingulos ſcripturæ diuinæ libros aduerſariorum
Epi. 113. reſpondere maledictis.] Et. Non eſt paſſus
In præf. Lib. 3. in Hierem. Diabolus me optata quiete contentum ſcripturarum ſanctarum explanationi inſiſtere.] Et in Micheam. Semper inuidis reſpondemus, quia non ceſſat inuidia.] Nunc vero diuino
In Præf. lib. 2. ſancitur arbitrio, vt Rufinus, & quotquot omnes, qui illum carne mortali circundatum canino dente aggreſſi ſunt, vſq; ad ſæculi conſummationem ſubter eius pedes ora contineant, & E
velint, nolint eius perpetuæ cenſuræ ſubijciantur. *Pedes enim Sanctorum ſuorum ſer-* 1. Reg. 2.
uabit Dominus, & impij in tenebris conticeſcent, quia non in fortitudine ſua roborabitur vir. Et. Psal. 90.
Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem.

14 Item Origenis non nulla opuſcula, quæ vir Beatiſſimus Hieronymus non repudiat, legenda ſuſcipimus. Ea dicas, de quibus ſupra capite ſexto, & decimo quinto. Homilias videlicet in Canticum Canticorum: In Moyſi Pentatheucum: In Hieremiam: In Ezechielem: & in Lucam. Item aliquot de Tomis in A- F
poſtolum, quæ omnia eiuſdem Hieronymi ſtudio ac labore latinitate donata inoffenſo a lectoribus decurruntur pede.

15 Reliqua autem omnia, cum authore ſuo dicimus eſſe renuenda. Ea nimirum, quæ, ſiuè a Rufino, ſiuè ab alijs tunc tẽporis interpretibꝰ edita ſunt. Et hęc ideo ab Eccleſia Romana in Concilio æquè Romano Origenis operũ diſcretio, atq; reiectio facta eſt, quoniam cum erroribus eum ipſum cæteri tranſtulerunt: So- Epi. 75.
lus Hieronymus purgatum illum, Catholicũq; reddidit: quam etiam ob cauſam Vigilantiũ coarguens: Si igitur, inquit, quæ bona ſunt tranſtuli, & mala vel amputaui, vel correxi, G
vel tacui arguendus ſum, cur per me Latini bona eius habeant, & mala ignorent? Deniq; poſt Gelaſij ſummi Pontificis aduerſus Rufinum decretum, Anaſtaſij quoq; prædeceſſoris ſententia, atq; ad Orientem tranſmiſſæ litteræ ſubnectendę eſſent: Cæterùm tu illarũ exemplar vide Tomo nono operum Hieronymi. Eſt illarum titulus [Anaſtaſij Romani Epiſcopi ad Ioannem Hieroſolymorum Epiſcopũ de Rufino ſententia.] Porrò litterarũ exordium [Probatæ quidem &c.]

H

D

De reliquis ingenio Hieronymi ac ſtudio partis operibus
Cap. XIX.



Nter 1 præclara verò ſtudiorum ſuorum opuſcula ſcripſit librum de Viris Illuſtribus 2 a Sanctis Apoſtolis vſq; ad ſuam ætatem, 3 imitatus Tranquillum, Græcumq; Apollonium. 5 Et poſt catalogum plurimorum ſe quoq; in calce voluminis 6 quaſi abortiuum & minimum omnium Chriſtianorum poſuit. 7 Vbi neceſſe fuit vſq; ad quartum decimum annum Theodoſij Principis, quæ ſcripſerat breuiter adnotare. 8 Commemorans inter cætera, quæ paſſim ſupra notata ſunt, 9 Quod etiam ſcripſerit altercationem Luciferiani, & Orthodoxi. 10 De locis librum vnum. 11 De eſſentia Dei librum vnum. 12 De cuſtodia virginitatis ad Euſtochium librum vnum. 13 Aduerſus Vigilantium tractatum vnum. 14 Con-

A *tra Pelagium librum vnum. 15 Epistolarum ad diuersos librum vnum. 16 Ad Marcellam Epistolarum librum alium. 17 Ad Paulam, inquit, & Eustochium quia quotidie scribuntur, incertus est numerus. 18 Quis nostrum tanta potest legere, quanta scripsit Hieronymus? 19 Quis ardentem in scripturis animum, & feruentem in Dei seruitio non miretur? 20 Quis eum nō potius Angelum quàm hominem dixerit? 21 Dum nulli magis congruit, illud propheticum: Labia sacerdotis custodiunt scientiam, 22 & legem requirunt ex ore eius, 23 quia Angelus Domini exercituum. 24 Certè si manens in carne secundum hominem ambulasset ad tantum culmen scientiæ nullatenus peruenisset, 25 Sed neq; cuperet dissolui cum Paulo, 26 nisi se cum Christo consideret inter Angelos regnaturum. 27 Verum, quia de mundo triumphauerat, quasi de laboris præmio securus Heliodorū alloquebatur. 28 Crede mihi nescio quid plus lucis aspicio. 29 Libet sarcina corporis abiecta ad purum ætheris euolare fulgorem,* E

COMMENTARIVS.

B 1 INter præclara vero studiorum suorū opuscula scripsit librū De viris illustribus. Iure optimo inter præcipuos Hieronymi labores hic de Viris Illustribus liber attollitur, cum plurima, nisi sententiarum periodis, sensuum saltem varietate complectatur, & innumera ex cœco obliuionis angulo antiquitatis monumenta in lucem prodat. Primis autem exordij verbis in eo consilium suum indicat Hieronymus, cùm ait: Hortaris Dexter, vt Tranquillum sequens Ecclesiasticos scriptores in ordine digeram: & quod ille in enumerandis Gentilium litteratum viris fecit illustribus, ego in nostris faciam, idest, vt a passione vsq; C ad decimum quartum Theodosij Imperatoris annum, omnes qui de scripturis sanctis memoriæ aliquid prodiderunt tibi breuiter exponam.

Difficultatem pariter assumpti operis mox subiungens, sequitur: Fecerunt quidem hoc idem apud Græcos Hermippus Peripateticus, Antigonus Carystius, Satyrus doctus vir, & longè omnium doctissimus, Aristoxenus musicus, apud Latinos autem Varro, Santra, Nepos, Hyginus, & ad cuius nos exemplum nis prouocare Tranquillus. Sed non mea & illorum similis est conditio; Illi enim veteres historias, annalesq; potuerunt, quasi de ingenti prato paruam opusculi sui D coronam texere, ego quid acturus, qui nullum præuium sequens, pessimum, vt dicitur magistrum memetipsum habeo?]

Cæterùm de titulo eius non satis compertū fuisse scriptoribus Augustini verba ad ipsummet Hieronymum declarant, quibus Liber, inquit, quidā tu⁹ inter cætera, nō diu est quòd venit in manus nostras: quæ sit eius inscriptio nescimus adhuc, non enim hoc codex ipse, vt assolet in liminari pagina prætendebat: Epitaphium tamen appellari dicebat frater, apud quem inuentus est: quòd eius nomen tibi placuisse vt inderetur crederemus, si eorum tantùm hominum vel vitas, vel scripta ibi legissemus, quia iam defuncti essent: cum vero multorum, & eo tēpore quo scribebatur, & nunc vsq; viuentium ibi commemorentur opuscula: miramur cur ei hunc titulum vel imposueris, vel imposuisse credaris; tamen vtiliter a te conscriptum eundem librum satis approbamus.] Hæc Augustinus. Sed alia, eaq; communiori ab imperitis emendatoribus librum fuisse prænotatum inscriptione, DE AVCTORIBVS videlicet, testatur Hieronymus Epistola ad Augustinum octogesimanona. Aliter apud Gennadium, in libro, quē ipse quoq; ab huius Hieronymi exemplū conscripsit De Viris Illustribus, opus ipsum citatum habetur, nimirū: CATALOGVS SCRIPTORVM. Deniq; non libri, sed EPISTOLAE tantùm nomine AD DEXTRVM circumferri apud quosdam hoc idem opusculum consueuisse, Marianus quoq; Victorius in Annotationibus indicat dicens: Ridiculum nobis prorsus visum est, vt Epistolę nomine opus ipsum inscriptum circunferetur.] Sed reuera ab Hieronymo operi pręfixa inscriptio, ex pręfatione eius in Ionam prophetam accipitur vbi: Non potui, inquit, implere quod cœperā: scripsi enim librum DE ILLVSTRIBVS VIRIS, & aduersus Iouinianum duo volumina.] Et ex Epistola ad Augustinum pręcitata, in qua post nonulla ita concludit. Ergo hic liber DE ILLVSTRIBVS VIRIS, vel propriè, DE SCRIPTORIBVS ECCLESIASTICIS appellandus est. Deniq; conscriptionis eiusdem tempus ex libro secundo Apologiæ aduersus Rufinū habetur, vbi ipsemet scribit, Ante annos fermè decē, cùm Dexter amicus meus, qui præfecturam administrauit Pręrorij me rogasset, vt auctorum nostræ religionis ei indicem texerem &c.] Cæterùm, cùm anno Christi quadringētesimo secundo elucubratos ab eo eiusmodi aduersus Rufinum apologeticos libros iam diximus, vtiq; ex temporis ratione constat editum librū anno Christi trecētesimo nonagesimo secūdo,

Margin notes: Epi. 87. Apud Hierony. — Epist. 89. Cap. 1.

Margin letters: F, G, H

a A San-

A *2 A Sanctis Apostolis vsq; ad suam ætatem.*
Exorditur enim ipse liber a Simone Petro, Apo
stolorum Principe, & successiuè per annos,
scriptores singulos enumerans ad ipsiusmet
Hieronymi vsq; tempora decurrit. Et quam-
uis nonnulli in eo, Hieronymi etiam ætate
illustres scriptores, Augustinusq; potissimum
desiderentur, Hoc ideo accidit, quia quo
tempore is a Hieronymo editus est, nec dum
ad eius manus Augustini scripta peruenerant;
quod planè Epistolæ ad eundem Augustinum
(post aliquot a libri conscriptione annos)
transmissæ verba testantur quib' scribit: Hoc
dico, non quòd in operibus tuis quædam re-
B præhendenda iam censeam; neq; enim lectio-
ni eorum vnquam operam dedi: nec horum
exemplariorum apud nos copia est, præter So-
liloquiorum tuorum libros, & quosdam Com-
mentarios in Psalmos.] Et in calce. Vale
(subdit) mihi amice charissime, ætate fili, di-
gnitate parens.] Ex quibus satis apertè intel-
ligimus ipso conscriptionis libri tempore, vel
Augustinum paucula admodum scripsisse, vel
eiusdē saltē opera ipsi Hieronymo fuisse inco-
gnita. Manifestè hoc ipsum ex proprijs Hie-
ronymi verbis conuincitur quibus ait. Si qui
autem de ijs, qui vsq; hodie scripticant, a me
in hoc volumine prætermissi sunt, sibi magis,
C quàm mihi debent imputare: neq; enim ce-
lantes scripta sua de ijs, quæ non legi nosse po-
tui: & quod alijs forsitan sit notum, mihi in
hoc terrarum angulo fuerit ignotum. Certè,
cùm scriptis suis claruerint, non magnoperè
nostri silentij dispendio suspirabunt.

3 Imitatus Tranquillum. Desumuntur hæc
cùm sequentibus ex Epistola Hieronymi ad
Desiderium centesima quinquagesima quarta,
in qua hæc inter cætera habet: Scripsi librum
de Illustribus Viris, ab Apostolis vsq; ad no-
stram ætatem, imitatus Tranquillū, Græcūq;
Apollonium: & post catalogum plurimorum,
me quoq; in calce voluminis, quasi abortiuum,
D & minimum omnium Christianorum posui,
vbi mihi necesse fuit vsq; ad decimum quartū
annum Theodosij principis, quæ scripserim
breuiter annotare.] Porrò Tranquilli huius
Latini, ac Gentilis hominis, quem ad imitan-
dum sibi in conscribendo ipso opere proponit
Hieronymus extant hactenus libri tres, quorū
primus ad Cæsares pertinet, secundus ad cla-
ros Rhetores, tertius ad Illustres Grammati-
cos: Idem auctor est, qui & Caius Suetonius
appellatur.

3 Græcumq; Apollonium, Et quamuis de
multis mentionem suis ingerat scriptis Hiero-
nymus Apollonijs, de hoc tamen nullibi, nisi
prææallata ad Desiderium Epistola meminit,
Et forsitan eius opus, perinde ac reliqua dicto- E
rum in libri ipsiusmet præfatione Latinorum
auctorum, Santræ videlicet, Varronis, Nepotis,
& Hygini, temporis iniuria iacturam passum
est: Quam & ob causam Victorio, nec non
Henrico Grauio incognitum fuisse arbitror.

*5 Et post catalogum plurimorum se quoq; in
calce voluminis.* Non quidem ratione tempo-
ris, sed humilitatis virtute. Enimuero multi
in ipso libro enumerati scriptores tempore ip-
somet Hieronymo ætate posteriores leguntur,
Euagrius videlicet, Ambrosius Alexandrinus,
Maximus, Gregorius Nyssenus, Ioannes, Gela-
sius, Theodorus, Dexter, Amphilochius, &
Sophronius; & hosce tamen omnes supra se F
in serie descripsisse perspicuum est. Domini
igitur consilij memor: Qui vult in vobis ma-
ior esse fiat omnium minor, Et: qui vult esse Matt. 20.
primus, sit omnium nouissimus; non primum
aut medium, sed vltimum voluminis sui lo-
cum ipse delegit, vt inter enumeratos gloriam
coram Deo acciperet.

*6 Quasi abortiuum, & minimum omnium
Christianorum posuit.* Ac veluti vltimum te-
nuisse locū parum sibi videretur, in prçallegata
ad Desiderium Epistola addidit: *Quasi abor-* Ep. 154.
tiuum, & minimum omnium Christianorum, vt
quidem non in ordine tantum Ecclesiasticorū G
scriptorum, sed omnium etiam credentium
multitudine infimum locum teneret. Idipsum
sæpius ab Apostolo actitatum legimus in Epi-
stola ad Corinthios, vbi: *Nouissime, inquit, om-
nium tanquam abortiuo visus est & mihi: Ego* 1.Cor.15
*enim sum minimus Apostolorum, qui non sum
dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum
Ecclesiam Dei.* Et ad Ephesios: *Mihi omnium* Ephes. 3.
*Sanctorum minimo data est gratia hæc in Genti-
bus, Euangelizare inuestigabiles diuitias Christi.*
Notandum verò, se non abortiuum omnino,
informem videlicet, atq; confusum ex semine
conceptum nominare Hieronymū (Iam enim,
perinde ac & cuncti Christi fideles, diuini Ver- H
bi semine & predicatione in vtero Matris Ec-
clesiæ conceptus portabat in se cœlestis ho-
minis imaginem, & vt Apostolus inquit; for-
matus in eo iam Christus erat;) Sed quasi abor 1.Cor.11
tiuū, vt suā paruitatē, abiectionēq; inter Catho
licos scriptores omnes apertè demōstret: Enim
uerò, sicuti abortiuus eōceptus confusa mēbra
habet, ac deinceps perfectas animalis operatio
nes edere nequit: Sic & ipse, quasi abortiui vi-
litatem, atq; defectum in se accusans, non pos-
se quidpiam in cæterorum comparationem
auctorum perfectum edere, testatur, Cæterū
in eo Saluatoris dictum impletur, quo dicitur;
*Omnis qui se exaltat humiliabitur, & omnis qui
se humiliat exaltabitur.* Vix quippe is, *quasi* Matt.20.
abortiuum

A *abortiuum, & minimum omnium Christianorum*
se prædicauit, quòd in eius illicò laudes surgēs
Ecclesia, non *minimum* amplius, sed MAXI-
MVM singulari comendauit elogio, in prę-
catiuncula nimirum, quam singulis annis ad
Deum in eius die festo habet.

7 *Vbi sibi necesse fuit vsq; ad quartum deci-
mum annū Theodosij principis, quæ scripserat bre
uiter adnotare.* Sed vnde ista necessitas? Non
quidē hæc ab Hieronymo (in præcitata ad De
siderium Epistola) temerè verba repetita fuis-
se putanda sunt, aut ad pruprij ingenij osten-
tationem, vel gloriam addita. Absit hoc a San
cto Viro: nuper etenim quantum & se, suaq;
B scripta assiduè deiecerit explicatum est. Inde
omnis ei operum suorum texendi indicem an-
gustia accidit, quò impiorum hominum per-
fidiam, & hęreticorum oblatrantia ora contun
deret. Enimuerò cùm vsitatum, planeq; quo-
tidianum Satanæ ministris ad simplicium cor-
da credentium decipienda tunc esset, sub eorū
nomine Patrum, quos magnæ in Ecclesia exi-
stimationis nossent, scripta, seu verius blasphe
mias in vulgus spargere: hinc compulsus Hie-
ronymus opusculorum suorum recensuit mul-
titudinem. Sed hominum quid profuit occur-
risse perfidiæ, si multo plura reperit ea, quæ mo
C liretur, quàm quæ Sanctorum virorum virtus,
atq; prudentia caueret? Nullus fermè antiquo
rum Patrum est, qui in hāc aliquandò infelici-
tatem non inciderit: qui suo interdum nomine
alienis nō sit lectus operibus, quemadmodum
eiusdem Hieronymi ætate de Sextu Pythago
reo, sub nomine Sixti Romani Pontificis: Euse-
bio Cæsatiense, Arianorum vexillifero, sub
Pamphili Martyris titulo, & alijs quos ipse ad-
uersus Rufini versutiam vindicauit, facilè ex
dictis intelligere est. Porrò idem ipse in hoc
maiores insidias pati omnium iudicio visus
est, quò, & præ cæteris, siue ingenij sublimi-
tate, siue doctrinarum omnium magnitudine,
D siue nominis in Ecclesia auctoritate toto Orbi
mirabilis extitit. Ipsi rerum euentus satis hoc
idem, superq; comprobant. Quandoquidem,
dum Christi Ecclesiam funditus euertere Ori-
genistæ conantur Periarchon Origenis Libris,
hæresum penè innumerabilium seminatio, ip-
sius Hieronymi præfationem quandam mira
astutia præfigunt. Pelagij item in omnes Apo
stoli Epistolas Commentarios eiusdem Hiero-
nymi nomine Pelagianistæ pręnotarunt. Et
quod demum flagitiorum omnium execrabi-
lissimum fuit, Rufinus, quò omnem in Ecclesia
Sanctarum eliminaret auctoritatem scriptura-
rum, fictam sub eiusdem nomine Epistolam, de
Hebraici studij pęnitentia, & sacrorum librorū
deprauata versione, in qua nulla esset veritas,
vbiq; terrarum peruulgauit. Hæc & alia ad E
scriptorum suorum indicem texendum impu-
lerunt Hieronymum. Quod & alios, Sanc-
tumq; præsertim Augustinum fecisse ex Possi- Poss. in vi
donio testatum habetur, vbi scribit: Vnde etiā ta Aug.
duo scripsit (Augustinus nimirum) volumina, cap. 18.
quorum est titulus. De Recensione librorum:
pręceptos etiam sibi quosdam libros ante di-
ligentiorem emendationem a nonnullis fratri-
bus conquærebatur, licet postmodū eos emen-
dasset.] hæc Possidonius. Ex eo verò, quòd
ipse Hieronymus de ijs tantùm, quæ ad
quartum & decimum vsq; Theodosij Princi-
pis annum scriptis iam ediderat catalogum se
descripsisse testatur, planè indicatur scripsisse F
illum inposterum, & alia multa, quæ in eo nō
numerantur: præsertim cum multis deinceps
superuixerit annis: Numeratus quippe paulò
superius est hic Theodosij Principis annus ex
Baronio, quem & nos sequimur Christi trecen-
tesim⁹ nonagesimus secūdus: licet trecētesim⁹
nonagesim⁹ quart⁹ secundum Eusebiū in Chro
nico, & trecentesim⁹ nonagesim⁹ terti⁹ secun-
dum Bellarminum in Chronologia sit.

8 *Commemorans inter cætera, quæ passìm su-
pra notata sunt.* Ea nimirum, quæ capitibus
sexto, decimo quinto, decimo sexto, & deci-
mo septimo speciatim relata sunt.

9 *Quod etiam scripserit altercationem Luci-
feriani, & Orthodoxi.* Damasi dicas Pontificis G
tēpore, dum Romæ videlicet, idē Hieronymus
ageret. Numeratur eiusmodi annus Christi
trecentesimus octogesimus quartus. Ita &
Baronius. Quod rationi quoq; consentaneum
videtur, cùm multus ipse Hieronymus in alter
catione aduersus eos schismaticos, qui Vrsici-
num contra Damasum ordinauerant sit, quòd
ijdem quoq; pro Lucifero, eiusq; sectatoribus
contenderent.

De Lucifero Episcopo Caralitano.

AB hoc Episcopo, Athanasij coętaneo, &
sanctitate tūc tēporis, zeloq; Catholicæ H
fidei cæteris Sanctis Patribus vulgatissimo, Lu
ciferiani nomen sortiti sunt. De eo supra capi-
te septimo. Perperàm autem Sectæ eius exor- Socr. lib.
dia, ac causas in suis historijs Socrates, Sozo- 3. cap. 7.
menus, & Rufinus retexere videntur: cùm Soc. lib. 5 cap. 12.
propter dissidium electionis Paulini in Antio- Ruf. lib. 1
chenam sedem, sumpsisse eandem initium af- cap. 30.
firmant. Qui etenim fieri potest, vt ea inter
Catholicos, Sanctosq; Patres, quales fuerunt
tunc Eusebius Episcopus Vercellensis, & ipse
Lucifer electio dissidij, schismatisq; causa fo-
ret, quæ ab eisdem protinus vnanimi consensu,
& a Concilio Alexandrino, & non multo post
a Roma-

A a Romano approbata, prorsusq; confirmata
Bar.To.4 ann.361. fuerat? Veram ergo originem Baronius in An
nalibus recensere videtur, dum scribit: Cæte-
rùm Luciferi cum Eusebio simultas & alterca-
tio, non aliundè sumpsisse exordium videri po-
test, nisi quòd ipse austerioris spiritus cũ esset,
indigno animo ferret ex Synodi (Alexãdrinæ
scilicet, quæ Romani æquè Põtificis fuerat auc
toritate roborata) decreto ianuã patere Episco
pis omnibus lapsis, qui perinde ac si nihil deli-
quissent, in suas sedes, cum eodẽ Episcopatus
honore redirẽt: ideoq; in eundẽ Eusebiũ, quẽ
aduenientẽ Antiochiam, iturũ in Cappadociã,
primùm est nactus, veluti in eius decreti auc-
B torem inuectus est: eoq; magis in eũ exacerba-
tus est, quòd ex suscepto munere legationis id-
ipsum passìm præstaret, vt Episcopos, qui cum
Arrianis communicassent ad suas ipsorum Ec-
clesias, impertita illis communicatione catho-
lica reuocaret.] Hęc Baronius de Luciferi schis
mate, qui prius Ecclesiæ piæ matris charitatẽ
in recipiendis pœnitentibus Arrianis antea ni-
xis malè accepit, & eorũ communionem post
August. Tim. 3. receptionem perpetuò deuitauit. Adstipula-
tur his quoq; S. Augustinus lib. de agone Chri
stiano, capite trigesimo, quibus & Seuerus ad-
dit, non solũ receptos pœnitentes ab Ecclesia
Seuer. l. 2 Arrianos Luciferum prorsus abhorruisse, sed ab
eorũ ẽt se separasse communione, qui eosdem
C sub satisfactione, & pœnitentia recepissent,
Orat. in funere S. Satyr. fr. Porrò ipsum Luciferũ non hæreticũ, sed schis-
maticum fuisse tradit S. Ambrosius dicens. Lu
cifer enim se a nostra tunc tẽporis cõmunione
diuiserat: & quanquàm pro fide exulasset, &
fidei suæ reliquisset hæredes, non putauit ramẽ
fidẽ esse in schismate] Sed & idẽ Hieronymus
hoc loco aduersus eiusdẽ Luciferi sectatores in
allegata altercatione excusare illũ videtur, cũ
propè finem subdit: Ventum est ad asperrimũ
locum, in quo aduersus voluntatem & proposi
tum meũ cogor de B. Lucifero secus quicquã,
quam & illius meritum, & mea humanitas po-
scit, exstimare: Sed quid faciam? Veritas os re-
D serat, & inuitã linguam conscium ad loquen-
dum pectus impellit. In tali articulo Ecclesiæ,
in tanta rabie luporum segregatis paucis oui-
bus, reliquum gregem deseruit: bonus quidem
ipse pastor, sed multam prædam bestijs relin-
quens. Prætereo illa, quæ quidam ex male-
dicis, quasi satis firma defendunt: hoc illum a-
more gloriæ, & nominis in posteros transmit-
tendi fecisse, nec non & pro simultate, quam
aduersus Eusebium propter Antiochenã dissen
sionẽ susceperat. Nihil istorum de tali viro cre
do. Vnum est, quod in præsenti etiã constan-
ter loquatur: verbis eum a vobis dissentire, non
rebus; Siquidẽ eos recipiat qui ab Arrianis bap-
tisma consecuti sunt. De eodem Sanctus quoq; E
Augustinus præcitato loco: Quod cùm, inquit
Luciferiani intelligunt, & non rebaptizent, nõ
improbamus: sed quòd etiam ipsi præcidi a ra-
dice voluerunt, quis non detestandum esse co-
gnoscat?] Deniq; quamuis ipse Lucifer, vel no-
nam hæresim non excogitarit, vel veterem sec
tatus non sit, eius tamen sectatores hæresum as-
sertores fuisse, testatus est Hieronymus in ipso
aduersus eos edito opere. Fuisse autẽ inter eos
nequiores Helladium quendã, & Hilariũ Dia-
conũ Romanũ idẽ addit: quorum prior, cùm
piscoporum multitudinem aliàs in hæresim,
vel hæreticorum cõmunionem lapsam resti-
tutam videret: Mundum Diaboli esse, Eccle- F
siamq; in lupanar esse conuersam blasphema-
uit. Posterior, nullatenus hæreticorum baptis
mũ recipiendũ esse affirmauit. Vterq; eiusdẽ
Hieronymi orationis spiculo in memorata alte
rcatione confossus caput vltra non extulit.

10 De locis librũ vnũ. Omnia videlicet Vr
bium, montium, fluminũ, viculorum, & diuer
sorum locorum propria nomina, quæ in sacris
literis occurunt secundùm alphabeti ordinem
complectentem. Extat is Tomo tertio operum
eius, cuius cùm se proprium auctorem sæpe tes
tetur, a nemine hactenus in dubium reuocatus
est. De sola in Apostolorũ Acta adiecta appen G
dice dubitauit Victorius, quia in ea sub litte-
ra S citatur nominatìm ipse Hieronymus hisce
verbis: Porrò Hieronymus in libris Hebræorũ
nominum ponit Smyrnam, & interpretatur,
amaram. Verùm cùm falsum sit huiusmodi in-
terpretationem a Hieronymo in libro Hebrai-
corum nominum afferri: (interpretatur enim
aliter ipse Smyrnam: Canticum videlicet eo-
rum) irrepsisse etiam eiusmodi verba, vel libra
riorum incuria, vel a quopiam alio addita fuis-
se arbitror: præsertim cùm opus eruditum, &
dignum omnino Hieronymo omnium iudicio
sit, nec illud a cæteris eiusdem Hieronymi scri-
ptis Bellarminus in sua ad ipsummet Hierony- H
mum censura resecet. De temporis verò cer-
to indicio, quo editus liber est, breuiter respon-
detur: quòd quamuis pręponatur is alteri libro
de hebraicis nominibus, posterius tamẽ elucu-
bratus sit, verba libri de nominibus argumẽto,
quibus ait: Libros hębraicarum Quæstionum
nunc in manibus habeo, opus nouum, & non
ram Græcis, quàm Latinis vsq; ad id locorum
inauditum: non quòd studium meum insolen-
ter extollam, sed quòd sudoris conscius ad lec-
tionem eorum prouocem nesciẽtes. Si quis
igitur, & illos, & præsens volumen, Librum
quoq; locorum, quem editurus sum habere
voluerit, paruipendet ructum, & nauseam Iu-
dæorum.] Hæc ipse, ex quibus responsio ex-

A plicatur. Enimuero cum liber de Nominibus editus sit eo tempore quo idemipse in Quæstiones hebraicas incumbebat: & Qoęstiones hebraicæ ex supra adnotatis trecentesimo octogesimo octauo Christi anno excusę sint, Librum vtiq; eundem de Nominibus sequitur vulgatum fuisse eo ipso anno. Deniq; post vtrunq;, & Quæstiones nimirum hebraicas, & Librum de Nominibus, hunc eundem de Locis; quem vtiq; in præfatione mox pollicitus fuerat: Anno Christi videlicet proximè sequenti, trecentesimo octogesimo nono. De singulis sigillatim in libro de scriptoribus Ecclesiasticis.

B 11 *De essentia Dei librum vnum*. Non ponitur hic liber in serie operũ Hieronymi: quinpoti* Victorio, Cornelio Schulingio, Baronio, & Bellarmino, cæterisq; omnibus incognitus est. A quo autem operis huius testimonium Lupus acceperit mihi adhuc incompertum. Inter Augustini opera, De essentia diuinitatis liber circunfertur, quem eius non esse com-
munis scriptorum consensus est, tum quia* in Retractionum libris, neq; in Possidij Indiculo referatur; tum quia eius phrasim, teste Bellarmino minime sapiat: Num verò is liber, iste sit, de quo nunc agitur prudens lector attendat, cùm Augustini opera inpræsentiarum ma-

* neq;

C nibus meis haud hæreant.

12 *De custodia Virginitatis ad Eustohium librum vnum*. Cùm nempe Romæ ageret, cuius & cõscriptionis tempus Baronius in Christi annum trecentesimum nonagesimum tertiũ refert. Verùm quoniam Hieronymi in Vrbẽ ingressum nos in superioribus retardauimus, in proximè etiam sequentes annos librum editum computamus. Non fuisse eundem, Damaso adhuc agente elaboratum, illud facilè indicat, quòd longum post tempus, in Epistola ad Pammachium quinquagesima commemorans Hieronymus ea, quæ de virginitate aliàs confecerat, Damasoq; Pontifici legerat, de hoc ipso libello (qui insignori de eodẽ
D argumento est) ne verbum quidem habet. Ex quo & anno Christi trecentesimo octogesimo quinto excusum ratio omnis suadet, Eiusdẽ Hieronymi accipe testimonium; Dum, inquit, adhuc viueret Sanctæ memoriæ Damasus, librum contra Heluidiũ, De Beatæ Mariæ Virginitate perpetua scripsimus, in quo necessè fuit nobis ad virginitatis beatitudinem prædicandam multa de molestijs dicere nuptiarũ; Num vir egregius, & eruditus in scripturis, & virgo Ecclesiæ virginis doctor aliquid in illo sermone repræhẽdit; In libro quoq; ad Eustochium multò duriora de nuptijs diximus, & nemo super hac re læsus est.] De eodem alibi sæpius.

E 13 *Aduersus Vigilantium Tractatum vnũ*. Habetur Tomo secundo, in ordine post quinquadragesimã tertiam Epistolam digestus: In cuius calce, cùm Sysinnius a Sancto Exuperio Tolosæ Episcopo in Aegyptum legatus pro recreandis illic S. Patribus memoretur, ante aliquot nimirum menses, quam Vuandali, & Alani, cum alijs Barbaris in Gallias irrumperent (quarum & excidium Christi anno quadringentesimo sexto, & sequenti tribuitur) eo ipso etiam anno datus tractatus conuincitur. Hic est Vigilanti*, qui in Epistola decimatertia ad Paulinum, De institutione Monachi sub ex-
F tremis verbis, ita introducitur: Sanctum Vigilantium Presbyterum, qua auiditate susceperim, melius est, vt ipsius verbis, quam meis discas litteris. Annus autem commorationis huiusce apud Hieronymum in Bethlehem, ex hoc ipso Tractatu in eundem, is ~~ex Baronio~~ habetur, quo insignis terremotus in illis partibus contigit: De quo & idem ex Baronio in Annalibus, vbi cõsignatur Tractat* Christi anno trecentesimo nonagesimo quarto. Latuit ergo primùm Vigilãtius sub religionis specie inter Catholicos hæreticus, quò etiam factum, vt aliàs a Sancto Paulino, nec non Hieronymo laudaretur: Cæterùm mox perspectus ab ipsomet
G Hieronymo, & alijs S. Patribus scriptis exagitatus est. De eodem in Animaduersionib*.

14 *Contra Pelagium librum vnum*. Hunc ipsum mira breuitate collectum, cùm alijs vacaret operibus, quasi velitatus a Ctesiphonte edidit Hieronymus. Hæresiarchæ vero in eo proprium ideo suppressit nomen, quòd a principio suas blasphemias non propalaret ipse Pelagius. Vnde in eo ita Hieronymus: Nullius in hoc opusculo nomen propriè tangitur: aduersus magistrũ peruersi dogmatis locuti sumus, qui si iratus fuerit, atq; rescripserit, suo quasi mus prodetur indicio, ampliora in vero certamine suscepturus.] Hæc ibi. Ex hoc antẽ quòd
H Christi anno quadringentesimo decimo secundo hæresis auctor peruulgari Pelagius cœpit, editus nonnihil ante probabiliter creditur. Cęterùm eo non cõtentus Hieronymus, post impij hæresiarchę inuulgationẽ, tres adhuc libros in eundem, factiososq; eius scripsit, qui ęquè priori copulati, Tomo secundo Operum eius habentur. Nec suppresso, vt antea dogmatistæ nomine, sed nominatim ipsum Pelagium in proœmio hisce vocat: Iouinianus, cuius o Pelagi a te nunc hæresis suscitatur &c.] Posteriores hi anno Christi quadringentesimo decimo quarto litteris hinc mandati probantur, quòd eos nuper a se editos testetur Hieronymus, cùm Epistolam in ordine nonagesimam

Cap. 4.

quartam

A quartàm ad Augustinum scripsit. Porrò ipsa
Epistola Orosio in Africam redeunti tunc data
intelligitur, cùm reliquiæ B. Stephani Protho-
martyris repertæ sunt: Christi nimirum anno
quadringentesimo decimoquinto iuxta Lucia-
num, Nicephorum, Marcellinum, Baroninm.
De quo & Gennadij testimonium, videlicet
[Hic est Orosius, qui ab Augustino pro discē-
da animæ ratione ad Hieronimū missus, rediēs
reliquias B. Stephani primi martyris, tūc nuper
inuentas primus intulit Occidenti.] Igitur pro
ximè superiori anno, quadringentesimo vide-
licet decimo quarto, posteriores hi aduersus
Pelagium libri exarati probantur. Hieronymi
B verò Epistolæ verba hæc sunt. [Mihi autem
decretum est, te amare, te suscipere, colere,
mirari; tuaq; dicta, quasi mea defendere. Cer-
tè, & in Dialogo, quem nuper edidi, tuæ Bea-
titudinis, vt dignum fuerat recordatus sum.]
hæc ibi. Nec cuiquam dubium esse debet, quin
ibi hosce dialogorum methodo editos libros
intelligat, cùm in eorum tertio circa finem, no-
minatim Augustinum appellet, bonorificen-
tissimeq; in Pelagianorum sugillationem in-
troducat. Extat concilij Miluetani, cui etiam
Sanctus Augustinus interfuit ad Innocentium
Papam Epistola Synodalis, in qua super Hiero
nymi persona testimonium recensetur huius-
C modi: Pelagius verò (sicut a quibusdam fra-
tribus nostris missæ loquuntur Epistolæ) Hie-
rosolymis constitutus nonnullos fallere asseri-
tur. Veruntamen multò plures, qui eius sen-
sus diligentius indagare potuerunt, aduersus
eum pro Christi gratia, & Catholicæ fidei ve-
ritate confligunt, sed præcipue Sanctus filius
tuus, frater, & compresbyter noster Hierony-
mus.] hæc ibi, ex quibus non absentem tan-
tùm scriptis, sed præsentem quoq; verbis per-
strictum Pelagium intelligimus. Recantanit
ille primùm, damnationem timens in Concilio
Diospolitano: sed iterū priores hæreses, aliasq;
multò peiores instaurans, in Concilijs Cartha-
D ginensi, & Miluerano, dehinc instātibus Afris,
Romæ etiam ab Innocentio: Tandem post in-
numeras ab ipsomet excogitatas artes, & a
Zosimo summis Pontificibus in toto Orbe
publicis decretis anathematizatus est.

15 Epistolarum ad diuersos librum vnum.
Non eo ordine, quo inter eius nunc opera dige
runtur Hieronymi hę leguntur Epistolę: Quan
doquidem, quæ diuersi generis in vno antea
comprehendebantur volumine, nunc distrac-
tæ omnes sub certis generibus concluduntur:
ita vt hortatorias hortatorium; laudatorias
laudatorium, reliquasq; iuxta earum argumen
ta, vnumquodq; genus distinctè, & subordi-
natè contineat: de quibus omnibus, earumq;
numero in Recensionibus plenius. E

16 Ad Marcellam Epistolarum librum aliū.
Sparsìm hæ quoq; in tribus prioribus Hierony-
mi scriptorum Tomis leguntur, denarioq; si-
mul, & septenario numero distinguntur.
Sunt verò in ordine.

11 De laudibus Asellæ.
17 Vt commigret Bethlehem.
18 De periculo habitandi in Vrbibus.
22 De acceptis munusculis.
23 De ægrotatione Blesillæ.
24 De exitu Leæ.
54 Aduersus Montanum.
74 De suo in quibusdam veteris testamenti libris studio. F
102 Aduersus obtrectatores suos.
130 De quarundam Hebraicarum vocum significatione.
133 Aduersus Rheticium Augustodunensem Episcopum.
136 De decem nominibus, quibus Deus apud Hebreos appellatur,
137 De Diapsalma, & Sela.
138 De significatione aliarum hebraicarū vocū.
141 In Psalmum centesimum vigesimum sextū.
148 De quinq; Quæstionibus cū earū solutionibus.
149 De blasphemia in Spiritum sanctum.

Hæ omnes sunt, quę Marcellæ Sanctissimæ
fęminæ inscribuntur Epistolæ. Epistola autem G
ad eandem, *Vt aduersa toleret*, Victorij iudicio
Hieronymi non putatur, sed Paulini Nolani
Episcopi; quam & ob causam ab eo in Tomū
nonum operum eius coniecta est. Verùm
Bellarminus, eam nec inter Paulini opera af-
fert, nec nominatim (vt alias multas) ab eius-
dem Hieronymi scriptis in sua ad nonum
Tomum obseruatione tollit. De eadem in
Animaduersionibus.

17 Ad Paulā (inquit) & Eustochiū quia quotidie scribuntur incertus est numerus. In præal-
legato videlicet de Scriptoribus Ecclesiasticis
sub extremo libro. Hanc autem Epistolarum
congeriem, ex proprio Hieronymi nunc asser- H
tam testimonio interijsse olim, cogimur assere-
re; maxime cùm præter librum: De custodia
Virginitatis ad ipsammet Eustochium, Epita-
phium Paulæ matris, nec non Epithaphium
Blesillæ (quæ singula ab hac Epistolarum mul-
titudine idem Hieronymus loco citato secre-
uit) quatuor tantùm in eius scriptis circunfe-
rantur Epistolæ: Centesima nempe quinqua-
gesima quinta ad Paulam, Vnde vigesima ad
Eustochium, & centesima decima sexta, nec
non quinquagesima quinta ad vtranq;. Nisi
forte his quintam etiam, idest quinquagesimā
quartam noni Tomi. De virtute Psalmorum
addere velis, quam Hieronymi non esse cen-
suis

A

fuit Victorius, & post eum Bellarminus, nec non Baronius in Annalibus.

18 *Quis nostrum tanta potest legere quanta scripsit Hieronymus?* Certè tam multa, tanq; varia ea fuere, vt eorum omnium seriem non posse quenpiam facilè enumerare (ne dicam legere) testatus sit Baronius: Quamobrem (inquiens) dici planè de eo posse videtur, quod iactari solet, de valde abũdãte diuitijs homine: Adeo prædiues fuit, vt numerum nesciuerit diuitiarum suarum] Præter explicatam hactenus singulorum enumerationem

Tom. 4. an. Chr. 392.

Primò dubitatur, an Commentarios in Genesim ediderit. De ijs autem colligendis cogitasse comprobant propria eius verba in Epistolam ad Ephesios, quibus ait: Non necesse est totum nunc loci illius (luctæ scilicet Iacob cum Angelo) excurrere Sacramentum, cùm in suo loco, si nixero plenius differendum sit. Nec est quòd aliquis obijciat potuisse eum fortassis de libro Quæstionum, seu Traditionum in ipsanmet Genesim intelligere, quandoquidem, tametsi supra constiterit edidisse ante eundem Commentarios in Epistolam ad Ephesios, quàm librum Questionum, In hoc tamen ne verbum quidem de eiusmodi lucta: vt propterea facilis coniectura sit ad aliud eum respexisse opus.

B

Lib. 3. c. 6. Gen. 32.

Cap. 25. p. 8. & 30

Secundò, idipsum de Exodo, dicendum videtur: Eius nanq; interpretationem ante fuisse præmeditatam ex Matthæi Commentarijs declaratur, dum habet: Lege Exodi librum, de quo (Paschatis scilicet, seu Phase interpretatione) plenius, si vita comes fuerit disputabimus.]

C

Matt. 26. Exod. 12.

Tertiò, de eiusdem expositione in Leuiticũ, nullus ambigendi locus restat, quin eandem stylo prosecutus sit, Paulæq; simul ac Eustochio dedicarit, Proprium enim eius extat super Epistolam ad Titum testimonium, quod eiusmodi est: In furto, inquit, quantumcunq; seruus abstulerit furti crimen incurrit; Vnde & in Moysi lege fures nonnunquam septuplum, nonnunquam quadruplum reddere compelluntur: & interdùm obtruncatur: interdùm venditur fur ipse pro furto: de quibus nuper vobis (o Paula nempe, & Eustochium) in Leuitico exposuisse me memini.

In cap. 2. Exod. 22.

D

Leu. c. 19.

Quartò conscripsisse illum librum de Hæresibus, testis Sanctus Augustinus ad Quodvultdeum est, quem tamen nunquam inuenire potuisse vehementer doluit.

Aug. lib. de hæresib. ad Quodvult Deum in fine

Quintò librum ab eodem scriptum, in quo doctissimè de Resurrectione carnis disputauit, eumq; per Orosium Presbyterum in Occidentem allatum, & Oceano præsentatum idem Sanctus Augustinus affirmat,

Aug. Epi. 361.

Sextò, de iudicio Salomonis explanationẽ, De qua & Animaduersione centesima trigesima prima.

E

Septimò, Notationes, seu breues Commentariolos in omnes Prophetas propter tyrones, antequam fusiores, qui nunc in eosdem extant in lucem proderet.

Octauò volumẽ in quatuor Euangelistas, in quo, quę vniuscuiusq; propria erãt differebat, ab eo conscriptũ fuisse Cassiodorus libro Institutionum diuinarum lectionũ, capite secundo, tertio, septimo, nono, affirmat. Et quidem de breuibus Commentariolis in duodecim præsertim Prophetas Pammachio ita ipse scribit: Miseram quędam τῶν ὑπομνημάτων in Prophetas duodecim Sancto Patri Domnioni: Samuelem quoq; , & Malachim, idest quatuor Regũ libros, quæ si legere volueris, probabis quantæ difficultatis sit diuinam scripturam & maximè Prophetas intelligere. De volumine item in quatuor Euangelia æquè notum est, cùm superstes adhuc ei olìm affixa præfatio, Damasoq; simul Pontifici maximo inscripta idipsum apertè testetur. Vtriusq; operis tempus habetur ex posteriori Recensione, Animaduersione decima tertia, & decimaquarta.

F

Epist. 52.

Ep. 103.

Nonò, obitus Paulæ tempore se quoq; in Latinum vertisse Regulas Monachorum a Sancto Pachomio, Oriesio, & Theodoro scriptas ipse in propria illis affixa præfatione testatur. Extant ipsę in Appendice ad Cassianum Romæ cusum, & doctis Notis viri insigniter eruditi Petri Ciaconi Tolerani egregiè illustratum.

G

Decimò Martyrologij, Sanctorum fines, atq; memorias continentis auctorem eum fuisse, sequentibus idem tradit Cassiodorus: Vitas Patrum, confessiones fidelium, passiones martyrum legite constanter, quas inter alia in Epistola S. Hieronymi ad Chromatium, & Heliodorum destinata procul dubio reperitis, qui per totum Orbem terrarum floruere, vt Sanctorum imitatio vos prouocans ad cœlestia regna perducat] hæc ipse, quibus & Baronius, tũ in sua de Martyrologio Romano Tractatione, & Notis ad idem, tum in Annalibus Ecclesiasticis assentit.

Cass. lib. Inst. diu. lec. c. 32.

H

Tom. 4. an. Christi 388.

Vndecimò commemoratis hactenus addenda & alia multa, quorum ideircò nomina a scriptorum memoria abijsse putantur, quòd illorum exemplaria temporũ iniuria perierint: Vti de Euangelio Nazaræorum contigit: quod æquè se transtulisse super Matthęi duodecimũ expressè testatur. Idem dicendum de Commentarijs illis in Abdiam, quos adolescens adhuc, nuper Rhetorum Scholas egressus primùm elaborauit: De quibus in Præfatione super eundem nominatìm agit.

19 Quis

A 19 *Quis ardentem in scripturis animum, & feruentem in Dei seruitio non miretur?* Vtiq; , si in sacris litteris ignis non esset, Hieronymus in eis haud arderet, ferueretq; : Cæterũ quoniam verus ille ignis in eis reconditur, de quo Deuteronomij quarto scribitur: *Deus ignis consumens est:* Et in Psalmo: *Lucerna pedibus meis verbum tuum: Ignitum eloquium tuum vehementer:* Item in Euangelio: Luc. 24. *Nonne cor nostrũ ardens erat in nobis, cùm loqueretur in via, & aperiret nobis scripturas:* meritò is nunc in illarum studio ardere dicitur, quippe qui ex eisdẽ tanquam ex igniario lapide non igniculos tantùm, aut fauillas, sed flãmas quoq; , tonitruaq; B mirabiliter excutiat.

20 *Quis eum nõ potius Angelum quàm hominem dixerit?* Nõ naturę, sed officij Angeli esse nomen S. Gregorius docet: Siue ergo, quia ad Dei imperium peruigil semper ac paratus Hieronymus adfuerit: siuè quia pro Catholicorum & piorum patrocinio incessanter elaborauerit: siuè quia contra Ecclesiæ hostes, iuxta datam sibi sapientiã perpetuum certamen susceperit, siuè quia in Creatoris laudibus abiectus, exprobratus, oppressus iubilarit, siuè tandem, quia in cœlestium mysteriorum intelligentiam, contemplationeq; sedulus fuerit, nunc aptè Angelus potius, quàm homo ce- C lebratur, quia in his omnibus, in quibus Angeli exercentur vniuersus, atq; omni ex parte fuit: Vnde & ex prerogatiua ei aptatur quod sequitur.;

Malac. 2. 21 *Dum nulli magis congruit illud propheticum: Labia sacerdotis custodiunt scientiam.* Possedit nanq; Hieronymus & legis, & doctrinæ Leuit. 10. peritiam affluentissimè, quam in Sacerdotibus requirẽs Dominus loquitur in Leuitico *Vinũ, & omne, quod inebriare potest non bibetis, quãdo intrabitis in tabernaculum testimonij, ne moriamini, quia præceptum sempiternum est in generationes vestras: Et vt habeatis scientiam discernendi inter sanctum & profanum, inter pollutum* D *& mundum, doceatisq; filios Israel omnia legitima mea.* Item Deuteronomij trigesimotertio, iuxta hebraicum: *Hi custodierunt eloquium tuũ, & pactum tuum probauerunt: docebunt Iacob iudicia tua, & Israel legem tuam.* Pulchrè verò Malachias *custodient scientiam* non proferent, dixit: vt satis in Sacerdotibus esse intelligamus, si loquantur opportunè, denq; cibaria populis in tempore. Vel *custodient scientiam* idest vigilabunt in custodia eius, ne eam contrarijs operibus labefactent: Vnde idem Hie- Ep. 2. ronymus: Non confundant, inquit, opera ser- Epi. 128. monem tuum. Et ad Fabiolam: *A manda-* Psal. 118. *tis tuis,* Propheta inquit, *intellexi:* prius faciamus, & sic doceamus, ne doctrinæ auctoritas cassis operibus destruatur.] E

22 *Et legem requirunt ex ore eius.* Idem Agg. 2. in Aggeo: Interrogate Sacerdotes legem Domini. Ad Sacerdotem quippe pertinet interrogatum respondere de lege: Quòd si is in eo negligens, aut minus aptus fuerit, profectò eius frustra nomen dignitatemq; iactat, cuius opera non exhibet. Hoc ergo & Hieronymo ita congruit, vt illius proprium & peculiare interrogantibus respondisse de lege omnium assensu putatum sit: Cui Dei quoq; Ecclesia a Spiritu sancto edocta annuens, eundem singulis annis eiusmodi commendare consueuit elogio: Tamquam ad oraculum ex omnibus Orbis terræ partibus ad ipsum diuinæ quęstio- F nes explicandæ referebantur. Illum Damasus Pontifex: Illum S. Augustinus de locis scripturæ difficillimis sæpè consuluit propter eius singularem doctrinam, & linguæ non solum Latinæ, & Græcæ, sed Hebraicæ etiam, & Caldaicæ intelligentiam.]

23 *Quia Angelus Domini exercituum est.* Angelus, idest nuncius Sacerdos Dei aptissime dicitur, quia Dei & hominum mediator est, eiusq; ad populum nuntiat voluntatem. Vnde & in Sacerdotis pectore rationale est, & & in rationali doctrina, & veritas ponitur, vt discamus doctum Sacerdotem esse debere, & præconem dominicæ veritatis. G Sic explicat ipse Hieronymus, quæ sanè a prædictis de eo ipso non abhorrent, cùm & ea quæ olim Deus ipse in Patribus, ac Prophetis, & ea quæ nouissimè in Filio, Sanctisq; Apostolis eius locutus est, quæ deniq; in vtroq; habentur Testamento, singulari Sapientiæ dono, voce atq; scriptis annuntiauerit. Sed & Angelus Domini exercituum Hieronymus est, quia militantis Ecclesiæ Dux aduersus hæreticorum agmina acerrimus processit, & eos ac quoscunq; omnes cum blasphemia venientes aduersus sanctum populum eius debellauit, prostrauit, oppressit. De quo & dictum impletur: *Venit Angelus Domini, & percussit in* 4. Reg. 19 H *castris Assyriorum centum octoginta quinq; millia.*

24 *Certè si manens in carne secundum hominem ambulasset ad tantum culmen scientiæ nullatenus peruenisset.* Vbicunq; homo sine aliquo additamẽto nominatur malè ipsũ audire intelliget, qui sanctarum scripturarũ loquendi consuetudinẽ diligenter aduertet: quo ipso sensu illud Genesis exponitur: *Nõ permanebit spiritus* Gen. 6. *meus in homine, quia caro sunt.* Et illud Apostoli. *Nonne homines estis?* Et. *Cum sit inter vos zelus* 1. Cor. 3. *& cõtentio, nonne carnales estis, & secũdũ hominẽ* Rom. 3. *ambulatis?* In hoc itaq; sensu accepto homine fieri nullatenus potest, vt is aliquandò ad

A vere sapientiæ cognitionem perueniat: *quia*
Sap. 1. *Spiritus Domini effugiet fictum, nec in maleuo-*
lam animam, aut corpore subdito peccatis intro-
ibit sapientia. At qui in carne quidē est, non
tamē carnis opera exercet, sed mortificat mē-
bra sua, quæ sunt super terrā, & mundo ita mo
ritur, vt cōfiguretur morti Iesu Christi, is pro-
fectò non secundū hominē ambulat, sed secun-
Gal. 2. dū Christū, quo sensu idē ait Apostolus: *Viuo*
autem iam non ego, viuit verò in me Christus,
& consequenter veræ sapientiæ culmen at-
tingit; Idem quippe Christus, qui in eo iam
viuit æterni patris sapientia est, *in quo sunt om-*
Rom. 1. *nes thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi,*
quemadmodum Romanis scribitur.

B *25 Sed neq́ cuperet dissolui cum Paulo,* ad
Philipenses videlicet primo, vbi. *Cupio,* inquit,
dissolui & esse cum Christo. Quid nanq; corpo-
ris membra sunt, nisi quædam animæ vincula,
& pondera, eandem ne in supernorum contē-
plationem eleuetur perpetuò detinentia? *Cor-*
pus (scriptura testatur) *quod corrumpitur ag-*
grauat animam. Et in Cantico canticorum de
Christo Ecclesia loquitur: *Alligamentum gut-*
tæ fratruelis meus mihi, in medio vberum meorum
commorabitur: quia nimirum diuinæ virtutis
atq; suauitatis gutta, per temporalem natiui-
tatem in humano corpore alligata, constric-
taq; fuit.

C *26 Nisi se cum Christo consideret inter An-*
gelos regnaturum. Habent hoc Sancti Dei, qui
pro iustitia in hoc sæculo fortiter dimicarunt,
vt in extremo vitæ limite confidentius agant,
& quasi iā in portu securi, de gloria retributio-
nis hilarescant: Vnde & S. Hilarion: Egrede-
re, dicebat, Egredere anima mea, quid times?
Egredere, quid dubitas? Septuaginta propè
annis seruisti Christo, & mortem times? Et S.
Martinus discipulis: Sinite me, inquit cœlum
potius, quàm terram aspicere, vt suo iam itine-
re iturus ad Dominum spiritus dirigatur. An-
te quos Apostolus audentius dixit; *Ego enim*
2.Tim. 4. *iam delibor, & tempus resolutionis meæ instat:*
Bonum certamen certaui, cursum consumaui, fidē
D *seruaui: In reliquo reposita est mihi corona iusti-*
tiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus
iudex.

27 Verum, quia de mundo triumphauerat,
quasi de laboris præmio securus Heliodorū alloque-
batur. Triumphasse de mundo illi dicuntur,
qui omnibus superatis illecebris, omnibusq;
exantlatis agonibus tropheum mortificationis
suæ, fulgentissimo Dominicæ passionis stipiti
affixerunt; quibus & a Domino dicitur: *Beati*
qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, E
quoniam ipsorum est regnum Cælorum. Hoc eo- Matt. 5.
dem modo se ille triumphasse testatus est, qui
dixit: *Quia propter te mortificamur tota die: æ-* Rom. 8.
stimati sumus, sicut oues occisionis: sed in omnibus
superamus propter eum, qui dilexit nos.

28 Crede mihi nescio quid plus lucis aspicio.
Non quidem corporis oculis, sed mentis, de
quibus Apostolus loquitur: *Det vobis Spiritum*
sapientiæ & reuelationis in agnitione eius illumi-
natos oculos cordis vestri. Et Dominus in Euā- Luc. 11.
gelio; *Si oculus tuus fuerit simplex, totum cor-*
pus tuum lucidum erit: Si autem nequam fuerit,
etiam corpus tuum tenebrosum erit. Porrò lucis
nomine, vel ipse Christus reuelatus intelligi- F
tur, qui de se: *Ego,* inquit, *sum lux mundi: qui* Io. 8.
sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit
lumen vitæ. Et de eodem Ioannes: *Erat lux* Io. 1.
vera, quæ illuminat omnem hominē venientem, in
hunc mundū. Vel pro superna gloria accipitur,
quo sensu Psalmista cecinit: *Lux orta est iusto,*
rectis corde lætitia. Quoniā apud te est fons vitæ, Psal. 35.
& in lumine tuo videbimus lumen. Quicunq; al-
terius huius lucis, siuè etiā vtriusq; cum Hie-
ronymo (quantum homini fas est in hac vita)
igniculum aspicit, ilicò corporis sarcinam abij-
cere cupit, vt ea soluta anima promptior ad ei9
fruitionem ascendat. Vnde & subditur.

29 Libet sarcina corporis abiecta ad purū æthe- G
ris euolare fulgorem. Hoc est: Contentus essē:
placeret: vellem: Aetna mihi grauius mortali-
tatis pondus deponere, quò liberior cęlum pe-
teret spiritus, terrenisq; prorsus exemptus in
æternæ lucis fruitione gauderet. Hunc ipsum
volatum Dauid quoq; suspirans ait: *Quis da-* Psal. 54.
bit mihi pennas sicut columbæ, & volabo & re-
quiescam? Familiaris vero hic loquendi mod9
Hieronymo est: Vnde & in Amos: Quando,
inquit, anima vinculis laxata corporeis, volan-
di quò velit, siuè quò ire compellitur propter
tenuitatem substātiæ habuerit libertatem.] Et
in Vita Paulæ: Postquam autem sarcina carnis H
abiecta ad suum anima reuolauit auctorem.]
Pulchrè ad hoc idem, & apud Lactātium Fir-
mianum, Libro septimo diuinarum Institutio-
num, capite decimotertio legitur: Anima qui-
dem, quò ad vinculis corporis tenetur, cor-
ruptibiles passiones sentiens mortalibus cedit
doloribus: cùm verò humanam solutionem
velocissimam post corruptum corpus inuene-
rit, omnis in æthera fertur, nunquam sene-
scens, & manet in æternum sine pœna. Pri-
mogenita etenim hoc diuina disposuit proui-
dentia.

A

E

De Hieronymi ac Augustini in controuersijs Scripturæ Sacræ mutua charitate. Caput. XX.



ANTA 1 deniq; lassitudine fatigatus est, 2 vt etiam in stratu suo iacens, funiculo, quem in trabem suspenderat, manibus apprahensa erigeretur; 3 vt videlicet officium Monasterij, pro vt poterat exhiberet. 4 Nihilominus tamen sensus sinceritate vigebat 5 ad rationem reddendam vndecunq; interrogatus fuisset: 6 Nam & Beato Augustino Hiponensi Episcopo, suis eum quæstionibus propulsanti, 7 imo abysso abyssum inuocanti plenissimè satisfecit. 8 Et se velut emeritum indicans, his eum verbis a sui prouocatione deterret. 9 Nos nostra habuimus tempora, 10 & cucurrimus quantum potuimus: 11 nunc te currente, & longa spatia transmeante, 12 nobis debetur otium: 13 simulq; (vt cum honore tuo, & venia dixerim) ne solus mihi de poetis aliquid proposuisse videaris: 14 Memento Daretis, & Entelli, B *15 & Vulgaris prouerbij, quòd bos lassus fortius figat pedem. 16 Ad quē Beatus Augustinus suppliciter respondens ait.* F *17 Cur itaq; conor contra fluminis tractum, at non potius veniam peto? 18 Obsecro ergo te per mansuetudinem Christi, vt si te læsi, dimittas mihi, nec me vicissim lædendo, malum pro malo reddas: 19 Lædes autem, si mihi tacueris errorem meum, quem fortè inueneris in scriptis, vel in dictis meis. 20 Qua propter, & si forte bos, vt tibi videris lassus senectute corporis, non vigore animi, tamen in area Dominica fructuoso labore desudas. 21 Ecce sum, si quid perperam dixi. 22 Fortius fige pedem. 23 Non mihi esse debet molestum pondus ætatis tuæ, 24 dummodo conteratur palea culpa mea. 25 Præterea in libro, quem contra errorē Iuliani Manichæi descripsit. 26 Dum plures cōtra eius pestiferū dogma Catholicos testes induxisset, ita eundem præferens intulit: 27 Nec Sanctum Hieronymum, quia Presbyter fuit, contemnendū arbitreris, 28 qui Græco, & Latino, insuper & Hebreo eruditus eloquio, 29 ex Occidentali ad Orientalem transiens Ecclesiam 30 in locis Sanctis, atq; in litteris sacris vsq; ad decrepitam vixit ætatem: 31 Cuius nobis eloquium ab Oriente vsq; ad Occidentem, instar lampadis solis resplenduit. 32 Hic omnes, vel penè omnes, qui ante illū ex vtraq; parte Orbis de doctrina Ecclesiastica scripserāt,* C *legit: 33 Nec aliam de hac re, quam prædixi tenuit, prompsitq; sententiam. 34 Qui cùm exponeret Ionam Prophetam apertissimè dixit: Quòd etiam paruuli peccato offensionis Adæ tenerentur obnoxij.* G

COMMENTARIVS.

1 T*Anta deniq; lassitudine fatigatus est.* Si tanta, vt paulò ante relatum est Hieronymi spiritus alacritate confirmabatur, vt etiam super omnem aeris regionē, superq; omnem cœli ambitum iam meditaretur assensum, Consequens vtiq; erat, vt ipsum quoq; corpus languore conficeretur inassueto: istud quippe, nisi infirmitatibus atteratur, ad superna ille consurgere nequit, dicente Apostolo: D Cum infirmor, tunc potens sum: Cuius rei etiā gratia: *Libenter*, dicebat, *gloriabor in infirmi-* 2.Cor.12 *tatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi.* Et iterum, cùm carnis stimulum a se rogaret auferri, didicit in infirmitate virtutem posse nutriri: *Datus est*, inquit, *mihi stimulus carnis meæ, Angelus Satanæ, qui me colaphizet: propter quod ter Dominum rogaui, vt auferretur a me, & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur.*

2 Vt etiam in stratu suo iacens, funiculo, quē in trabem suspenderat, supinis manibus apprahen- Tom. 9. *so erigeretur.* Hoc ipsum Incertus in Vita eiusdem: quem Sigibertus postmodum, auctor millesimi, & centesimi, & alij post eum secuti sunt. Mirum (inquit Victorius) erat in cor- Vict. in Vita. pore ieiunijs, & ætate consumpto, tantùm spiritus, tantùm vigere fortitudinis: quod corpori deerat, supplebat animus, & sacrarum textum meditatione mentem quotidie recreabat. Videres hominem a corporeis vinculis absolutum, veluti auem quandam a nexibus expeditam, nihil aliud, nisi cœlum spectare, ac peteret & quātò magis morti appropinquabat, tantò plus in eo spiritus excitabatur, ita vt mortem, H demigrationem quandam a terrenis ad cœlestia, a caducis ad æterna, non naturæ in eo dissolutionem crederes.] Hæc ille. Porrò confractam hanc eiusdem laboribus, atq; morbis valetudinem ex proprijs quoq; scriptis aliquot ante annos, quàm e vita migraret editis, facilè conijcere possumus: præsertim ex Commentarijs in Ezechielem, vbi de se ipso hæc scribit: Præf. in lib. 7. Accedit ad hanc dictandi difficultatem, quòd caligantibus oculis senectute, & aliquid sustinentibus Beati Isaac, ad nocturnum lumen ne- Gen. 28. quaquam valeamus hebræorum volumina relegere; qui etiam ad solis, dieiq; fulgorem litterarum nobis paruitate cœcantur.] Item ex Episto-

A Epiſtola ad Paulinum: Pileolum inquit textura
Ep. 153. breue, charitate latiſſimum ſenili capiti confo-
uendo libenter accepi, & munere, & muneris
auctore lętatus] Apertius verò, ex præfatione
decimi quarti in Iſaiam libri hoc idem indicat,
dum ſcribit: *Dominus, qui reſpicit terram, & fa-*
Pſal. 103. *cit eam tremere; qui tangit montes & fumigabũt:*
qui loquitur in Deuteronomij Cantico: *Ego*
Deut. 32. *occidam & ego viuificabo: percutiam & ego ſana-*
bo: frequentibus morbis meam quoq; terram,
Gen. 3. fecit contremiſcere, cui dictum eſt: *Terra es*
& in terram ibis: & oblitum conditionis huma
næ crebrò admonet, vt hominem, & ſenem
B etiam, iamq́; moriturum eſſe me nouerim: De
Eccl. 10. quo ſcribitur: *Quid gloriatur terra & cinis?*
Vnde, qui me ſubito languore percuſſerat, in-
credibili velocitate ſanauit, vt terreret potius,
quã affligeret: & emẽdaret magis, quã verbera-
ret. Itaq; ſciens cuius ſit omne quod viuo, &
quod idcirco forſitan mea dormitio differatur,
vt cœptũ in Prophetas opus expleam: totum
me huic trado ſtudio, & quaſi in quadam ſpe-
cula conſtitutus mundi huius turbines, atq;
naufragia, non abſq; gemitu & dolore contem
plor; nequaquam præſentia cogitans, ſed fu-
tura: nec hominum famam, atq; rumuſculos,
ſed Dei iudicium pertimeſcens.] Hæc ibi. ex
quibus tum effœta continuis conflictata mor-
C bis ſenectus eius, tum animi in iugi mortis, ex-
tremiq́; Iudicij meditatione ſingularis virtus
conijcitur:

3 *Vt videlicet Officium Monaſterij, prout po-*
terat exhiberet. Illius dicas Monaſterij, de quo
capite nono, & de quo idem ipſe: Nobis, inquit,
in Monaſterio Hoſpitalitas cordi eſt, omnesq́;
ad nos venientes læta humanitatis fronte ſuſci
pimus: veremur enim, ne Maria cum Ioſeph
locum non inueniat in diuerſorio; ne nobis Ie-
Matt. 25. ſus dicat excluſus: *hoſpes eram, & non ſuſcepiſ-*
tis me.] Et alibi. Me autem ætatis vltimæ,
& penè decrepitum & Monaſterij, ac ruris ſe-
creta ſectantẽ paruipendunt.] Grandis eorum,
qui præſunt in ſubditos obligatio, vt etiam ęta
D te vltima, morbiſq; continuis afflictos non de-
ceat opportuna ſtratur quiete refocillari: quin
potius iugiter illis ſtare in cuſtodia, atq; vigi-
Deut. 5. lia præcipiatur: *Tu verò hic ſtà mecum*, Muyſi
Iſraelitici populi Ductori dicitur. Et Sancto
Ezech. 2 Ezechieli. *Fili hominis ſta ſuper pedes tuos.*
Quo ipſo munere rectè functus Hieremias con
Hiere. 18 fidenter aiebat. *Recordare quod ſteterim in con*
ſpectu tuo, vt loquerer pro eis bonum, & auerte-
terem indignationem tuam ab eis. Et quamuis
omnibus populi Principibus iugiter ſtare opor
teat; ſpeciatim tamen ad eos, qui diuino ſunt
cultui mancipati, & quibus dominici gregis
cura mandatur, id ſpectare intelligitur, cùm &
ſub eorum perſona dicatur. *Stantes erant pe-* E
des noſtri, in atrijs tuis Hieruſalem. Eiſdemq́; Pſal. 121.
rurſus præcipiatur: *Ecce nunc benedicite Domi* Pſal. 133.
num omnes ſerui Domini, qui ſtatis in domo Do-
mini. Feliciores procul dubio qui ſubiacent,
ijs qui præſunt: magiſq; ſecuri, quibus miniſtra
tur, quàm qui miniſtrant; Et quis in ancipiti
ſe dignitatum culmine ſecurum opinabitur, ſi
Iudas de Apoſtolatus faſtigio in proditionis
tartarum prolapſus eſt? Rectius (idem inquit Epiſt. 22.
Hieronymus) fuerat homini ambulaſſe per pla cap. 3.
na, quàm ad altiora tendentem in profundũ
inferni cadere. *Durum quippe iudicium fiet ijs,* Sap. 6.
qui præſunt. Et. *Potentes potenter tormenta* Sap. 6.
patientur.

4 *Nihilominus tamen ſenſus ſinceritate vige-* F
bat. Non eorum quidem vigore ſenſuum, quę Nau. 3.
libidinum portæ, & oſtia vrbis Niniue, ac per Hier. 9.
quas, tanquam per feneſtras mors intraſſe per-
hibetur: ſed de illis ſenſibus locus hic intelli-
gendus, de quibus: *Cani autem* (ſcribitur) *ſunt* Sap. 4.
ſenſus hominis. Et. *Propter hoc, optaui, & datus* Sap. 7.
eſt mihi ſenſus, & inuocaui, & venit in me ſpiri-
tus ſapientiæ. Enimuerò prioris generis ſen-
ſus in ſenibus non vigere, ſed extenuari in ſin-
gulis horis, ita vt eorundem interdum aliquos
ante animæ a corpore ſeparationem præmori
contingat, cuiuſmodi ſunt viſus, auditus, &
odoratus, experientia diſcimus: De poſterio
ri ideò genere, quibus viget Hieronymus ſen-
ſus ſunt, non de priori: Vnde & paulo infrà G
Auguſtinus: Quapropter, inquit, & ſi fortè Epi. 93. ad Hier.
bos, vt tibi videris, laſſus ſenectute corporis,
non vigore animi: tamen in area Dominica
fructuoſo labore deſudas. Hos ſenſus vt om-
ne hominum genus accipiat Sapientia in ſui
ſermonis exordio clamitat: *Sentite de Domino* Sap. 1.
in bonitate, & in ſimplicitate cordis veſtri quærite
illum. Qui iſtos acceperit, tantùm abeſt, vt in
eis conſeneſcat, quòd etiam cęteris corporis
ſenſibus languentibus, alacriores, promptio-
reſq; ſimul ipſi reddantur; ætate quidem
creſcant, & inſtar pulcherrimæ Abiſag Suna-
mitis frigeſcentem ſenectute Dauidem totum 3. Reg. 1.
circundent, amplexentur, foueant, corroborẽt. H
Poſſide ſapientiam (explicat Sacramentum hoc
eiuſdem filius Salomon) *poſſide intelligentiam.* Prou. 4.
Ne obliuiſcaris, & ne declinaueris a verbis oris
mei. Ne derelinquas illam, & apprehendet te:
Ama illam, & ſeruabit te. Circunda illam, &
exaltabit te: honora illam & amplexabitur te, vt
det capiti tuo coronam gratiarum. Corona quoq;
deliciarum proteget te. Omnes penè virtutes
corporis mutantur in ſenibus, & creſcente ſo-
la ſapientia decreſcunt cætera. Igitur hiſce
ſapientiæ ſenſibus calente ferventeq; Hierony-
mo, non temerè ſubditur.

5 *Ad*

A 5 *Ad rationem reddendam vndecunq; interrogatus fuisset.* Sapiens enim nunquam abscondit sapientiam, sed lubens de absconditis suis educit illam; dicente Domino: Matt.25. *Omnis scriba doctus in regno cælorum similis est homini Patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & vetera.* Et alibi ipsomet sapiente. Sap.7. *Antecedebat me ista sapientia, & ignorabam, quoniam horum omnium mater est, quam sine fictione didici, & sinè inuidia cōmunico, & honestatem illius non abscondo*] *Quæret* (in Prouerbijs dicitur) *apud malos sapientiam, & non inuenies: labia vero sapientium disseminabunt scientiam.*]

6 *Nam & Beato Augustino Hiponensi Episcopo, suis eum quæstionibus propulsanti.* B Bene propulsanti, non interroganti: mox inuocanti subditur, vt reuerà Sanctum Episcopum, primùm Quęstionibus suis propulsasse Hieronymum, antea illi in arrogantiæ suspicionem hæreticorum fraudibus adductum: deinde verò summæ religionis, humilitatis, atq; sapientiæ perspectum, eundem inuocasse intelligas. At quæ istæ inprimis Augustini quæstiones dices? Accipe ex eiusdem Augustini Epistola septuagesima septima. Cur suum videlicet Hieronymus, De scriptoribus Ecclesiasticis librum EPITAPHIVM inpropriè inscripsisset? Secundò, ex eiusdem Epistolis sep- C tuagesima sexta, & septuagesima octaua: Cur otiosè sacros libros ex Hebreo fonte transfundere præsumeret. Tertiò, ex nuper item allegatis Epistolis septuagesima sexta, & septuagesima septima: Cur in expositione capitis secundi Epistolæ ad Galatas mendatium in sacris litteris (quod exitiosissimum putatur) admisisset: Paulum videlicet asserendo in repræhensione Petri dispensatoriè finxisse? Quarto deniq;, ex Epistola septuagesima octaua: Cur in translatione libri Ionæ Prophetæ, ex hebræo, pro cucurbita, *hederam* (tota super dictionis immutatione Africana Ecclesia tumultuante) transtulisset. Hæc sunt potissi- D mum, quibus idemipse Augustinus Hieronymū, licet familiaribus litteris, nonnihil tamen asperioris correctionis salibus aspersis prouocare visus est. Porrò prouocationis exordiū, occasionemq; luculentissime in suis Annalibus Tom. 4. Ecclesiasticis prosequitur Baronius. Ex quo & ego paucula ad pręsentis loci intelligentiā, nec non ad hęreticorum frandes, Sanctorumq; Patrum virtutes perciplendas afferam.

Alipius igitur Tegastēsis ex intimis Augustino necessitudine, ac vitæ instituto addictis, cū in Palęstinā pro sacrorum locorum cultu se cōtulisset, ab Origenistis, Ioanne videlicet Hierosolymorum Episcopo, Rufino, Melania, Palladio, & cæteris inani apud quanplurimos E tunc religionis rumore celeberrimos honorificè tractatus est, qubus & ipse dum paribus humanitatis officijs responderet, ex eorumet schola venti illi sufflare cœperunt, de quibus Saluator in Euangelio loquitur: *Venerunt flumina, flauerunt venti, & impegerunt, in domum* Matt.7. *illam, & non potuerunt subuertere eam, quia super petram stabili erat mole fundata*, Quænam autem aduersus Hieronymum in aures Alipio insuderint? Et si non alia (Baronius scribit) illud inprimis dicas, quod obiectare sæpe solebant: hominem nimirum esse fastu plenum, tumidum nemini parcentem, omnes carpentem, sibi nimium arrogantē, agentem F doctorem totius orbis, omnes spernentem, nulliusq; rationem habētem: fore nanq; Deo, Christianisq; iucundum petulantiam hominis coercere, contrarijs scriptis eius scripta corripere, & sugillare; idq; esse de ipso inprimis bene mereri, si e cathedra docentis demissus, in loco humili collocatus disceret tandem, & quod non crederet, experimento sentiret, præstantiorem ipso in Ecclesia inueniri doctorem. At quorsum hæc Origenistarum stropha tendebat? eo nimirum, vt Hieronymi, quam dicebant audaciam coercendo, Augustinum si possent ea arte sibi coniungerent, vel saltem eosdem inter se altercātes sibi inuicem aduersarios constituerent iugiter inter se pugnantes, G mutuoq; carpentes: eueniretq; tandem secundum illud Hieremiæ: Quia fortis impegit in Hier. 4. fortem ambo pariter conciderunt. Non sensit dolos Alipius, nec in animum inducere potuit fraudulenter hæc agi, ab hominibus præsertim, quorum Sanctitas videbatur toto iam Orbe spectata: Quamobrem, quæ de Hieronymo ab illis accepit eadem reuersus in patriam retulit Augustino: qui bona fide, rectoq; animo, & nonnisi boni consuleos, sic scribere aggressus est, & carpere quæ a Hieronymo scripta essent, vt tamen in omnibus fraternæ charitati inprimis voluerit esse consultum; sicq; se H repręhensorem exhibuit, vt tamen charitate se fratrē esse pluribus significasse voluerit.] Hęc Baronius de controuersiarū inter Sanctissimos viros origine. Innisum tamen tunc ab Alipio fuisse quoq; Hieronymū, docent Augustini ad eundē per Profuturum deinceps datæ litteræ: quarū exordiū. Nunquā æquè quisquam tam Epi.86 apud Hier. facilè cuilibet faciè innotuit, quàm mihi tuorū in Domino studiorū quieta lætitia, & verè exercitatio liberalis. Quanquā ergo percupiam omnino te nosce, tamen exiguum quoddam tui munus habeo, præsentiam videlicet corporis: quam ipsam etiam posteaquam te beatissimus nunc Episcopus, tūc vero iam Episco-

A patu dignus frater Alipus vidit, remeansq; a me visus est &c.]Numeratur hic idem Alipij in Palestinam aduentus annus a Baronio Domini trecentesimus nonagesimus tertius: cùm potissimum anno sequenti, post suum inde redditũ ad Episcopale munus assumptus sit.

Igitur iuxta ante paulò relata ab Augustino prouocatus Hieronymus, cùm inuitus omnino, coactusq; is (vti Epistolæ nonagesimaprima, & nonagesima secunda apertè declarant) singulis ab eodem sibi propositis quæstionibus valida de more Apologia satisfecisset: redarguissetq; eum insuper, quòd asserendo Iudęos ad Christum conuersos licitè legalibus vti potuisse,
B Cherinti potissimum, Hebionis, & Nazareorum (qui cum Christiana fide, Iudaica æque seruanda docebant) dogmati adstipulatus fuisset, tunc Augustinus a pulsatione prorsus abstinuit: Moxq; longiori alia Epistola, ab errore, in cuius suspicionem Hieronymo venerat se purgauit: addiditq; simul, se minus perfecte antea in sua Epistola fuisse locutũ: voluisse autem in ea intelligere, legalia primis illis tantùm tempoibus tolerata fuisse: (quemadmodum aliàs contra Faustum de ea ipsa re pleni' disseruerat) Sed & cùm Hieronymum, quem fama tantùm, vix autem scriptis adhuc nouerat, hominem verè sanctum, verè Doctorem,
C ac magistrum ex responsis cognouisset, tã fortiter inposterum eundem amauit, vt in eius se totum dilectionẽ proiecerit; nec aliquod humanitatis officium desiderari potuit, quo deinceps senem cunctis venerabilem nõ fuerit prosecutus; Testantur hoc ipsum ab eodem mox scriptis edita testimonia, illudq; inprimis, quo

Ep. 90. apud Hier. ex intimo cordis affectu exclamãs: O si, inquit, licuisset, & si non cohabitante, saltem vicino te in Domino perfrui, ad crebrum & dulce colloquium; sed quia id non est datum, peto vt hoc ipsum, quòd in Domino quàm possumus simul simus, conseruari studeas, & augeri, ac perfici, & rescripta quanuis rara non sperne-
D re.] Et illud. Vtinam saltem propinquis terrarum locis habitaremus; vt si non possent

Ep. 93. apud Hier. misceri nostra colloquia, litteræ saltem possent esse crebriores: nunc verò tanto locorum interuallo absumus a sensibus nostris, vt de illis verbis Apostoli ad Galatas iuuenem me ad tuam sanctitatem scripsisse meminerim: Et ecce iã senex necdum rescripta meruerim. Tantæ autem mihi in litteris tuis, quæ in manus nostraa peruenire potuerunt apparent res, vt nihil studiorum meorum mallem, si possem, quàm inhærere lateri tuo, quòd ego, quia non possũ, aliquem nostrum in Domino filiorum erudiẽdum nobis ad te mittere cogito, si etiam de hac re tua rescripta meruero; Nam neq; in me tantùm scientiæ diuinarum scripturarum est, E aut esse iam potest, quantum inesse tibi video.] Ad hoc idem & illud Epistolæ nonagesimæ septimæ facit, quo scribit: Quanquam secundum honorum vocabula, quæ iam Ecclesię vsus obtinuit, Episcopatus Presbyterio maior sit, tamen in multis rebus Augustinus Hieronymo minor est.] Hæc & similia, ad suam in Hieronymum animi beneuolentiam sæpius explicandam Augustinus.

Verùm quantum & eidem simul detulerit, quæ non semel, atq; iterum erga illum honoris præstitit indicia, sed ea insuper, quam ad vitę eius vsq; exitum retinuit euidenter consuetudo testata est, qua & se, suaq; scripta cen- F surę eius subijci perpetuò voluit, cùm ait. Sanè idem frater (Profuturus scilicet) aliqua scripta

Aug. Ep. 8. apud Hier. 16. nostra fert secum, quibus legendis, si dignationem adhibueris, etiam sinceram atq; fraternam seueritatem adhibeas quæso. Non enim

Psal. 40. aliter intelligo quod scriptum est: *Emendabit me iustus in misericordia, & arguet me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.*: nisi quia magis amat obiurgator sannas, quàm adulator vngens caput. Ego autem difficilimè bonus iudex lego quod scripserim: sed aut timidior recto, aut cupidior. Video etiam interdum vitia mea, sed hæc malo audire a melioribus: ne cùm me rectè fortassè repræhendero, rursus mihi blandiar, & meticulosam G potius mihi videar in me quàm iustam tulisse sententiam.] Procul vero a Sanctis viris, Augustinoq; inprimis, tum in dictorum, tum in mox dicendorum enarratione omnis adulationis suspicio. Quandoquidem in alia ad eundem Hieronymum Epistola hæc cum obtestatione subdit: Te ipsum obsecro, per gra-

Apud Hier. 77. tiam, qua redempti sumus: vt quæcunq; tua bona, quæ Domini pietate tibi concessa sunt, in literis meis posui, non me existimes inuidioso blandiloquio posuisse.] hæc ipse. Deniq; ad horum omnium pleniorem notitiam, exordij nimirum, atq; temporis, quo singula ex ordine peracta, atq; tandẽ conclusa sunt, vtriusq; perlege Epistolas apud Hieronymum, To- H mo secũdo, iuxta a nobis subscriptam seriem, in qua etiam cõponenda temporia calculum, non sine aliqua difficultate in Animaduersionibus nostris super priorem Recensionem obseruauimus, videlicet,

A

Epistolarum series in Controuersia Augustini, atq; Hieronymi.

Aug.	*86*	*Nunquam aque*
Aug.	*87*	*Habeo gratiam*
Hier.	*91*	*In ipso profectionis*
Hier.	*98*	*Anno praterito*
Aug.	*95*	*Sicut prasent*
Aug.	*88*	*Ex quo cœpi*
Aug.	*90*	*Audiui peruenisse*
Hier.	*92*	*Crebras ad me*
Aug.	*93*	*Quamuis existimem*
Hier.	*89*	*Tres simul*
Hier.	*96*	*Cum a Sancto Firmo*
Aug.	*97*	*Iam pridem*
Hier.	*94*	*Virum honorabilem.*

B

Igitur his ita breuiter de Augustini in Hieronymum lite, nec non in dies magis aucta, atq; constricta cum eodem amicitia explicatis, nūc pariter calamum ad inuocationem dirigamus: de qua in textu subditur:

. 7 *Imo abysso abyssum inuocanti plenissime satisfecit.* Abyssus aliquandò malè, interdum benè, sæpe etiam indifferenter audit. Malè, pro Inferno Lucæ octauo: *Et rogabant illum* (Dæmones videlicet) *ne imperaret illis, vt in abyssum irent.* Et in Apocalypsi.

C

Apoc. 9. *Et quintus Angelus tuba cecinit, & vidi Stellam de Cœlo cecidisse in terram, & data est ei clauis putei abyssi.* Benè, pro vtroq; testamento: Abyssus abyssū inuocat. Vel pro mysterijs Scripturæ Sacræ:

Psal. 14. *Ponens in thesauris abyssos*; ne videlicet passìm omnibus obuia sint. Siue etiam pro iudicijs

Psal. 32. Psal. 35. Dei: *Iudicia tua abyssus multa.* Indifferenter in Genesi: *Rupti sunt omnes fontes abyssi.* Et in Psalmo: *Dracones, & omnes abyssi.* Non obstante hac sensuum diuersitate, abyssi dictio benè hoc loco accipienda est, cū præsertim sapientię quoq; magnitudinē ea ipsa denotari iam supra decimo quinto capite, sub initio explicatū sit.

D

Nec mirum duos hosce Sanctissimos Viros, & post Apostolos Ecclesiæ præstantissimos doctores abyssi, hoc est sapientiæ, vel sapientium nomine fuisse indicatos, cùm duo illi potissimū fuerint, quos Dominus ad spiritualis tēpli sui erectionem typicè in Exodo aliàs elegit, de quibus & dixit: *Ecce vocaui ex nomine Beseleel, filiū Viri filij Hur de tribu Iuda & impleui eum Spiritu Dei, & sapientia & intelligentia & scientia in omni opere: Dediq; ei socium Ooliab filium Achisamech de tribu Dan.* Quorum & verba Ecclesiastes, quasi clauos defixos, & stimulos commendauit:

Eccl. 12. *Verba sapientium, sicut stimuli, & quasi claui in altum defixi.*

Cæterùm inuocasse tūc Augustinum ipsum Hieronymum constat, cùm illum super difficillima de animarum origine quæstione solicitè consuluit: Num hę videlicet (Origenis missis deliramentis, quibus eas sicut Angelos a principio in cœlo peccasse, & in corpora deinceps ad luendum supplicium, tanquam in carcerem fuisse demissas asserebat) ab Adam, hoc est per traducem descenderent: An potius a Deo per singula momenta crearentur, simulq; singulis hominum corporibus infunderentur.

E

Habetur quidem hæc Epistola per Orosium Presbyterum ipsi Hieronymo delata Tomo nono operum eiusdem, in serie quadragesima quinta, & apud Augustinum Tomo secundo, in ordine vigesima octaua, cuius initium est.

F

Deum nostrum, qui nos vocauit. Meminit de hac ipsa (seu verius libro) tum Euodio scribēs sub extremo, tum in Epistola ad Optatum Miluetanum; specialius verò in Retractationibus dicens: Scripsi etiam duos libros ad Hieronymum Præsbyterum sedentem in Bethlehem, vnum de origine animæ hominis.] Et paulò infrà. Rescripsit autem laudans eandē consultationem meam: sibi tamen ad rescribendum otium non esse respondit. Ego verò quousq; esset in corpore hos libros edere nolui, ne fortè responderet aliquandò, & cum ipsa responsione eius potius ederentur. Illo autem defuncto, ad hoc edidi priorem.]

Apud Aug. 102 Apud Hier. Tom. 9 Epist. 46. Lib. 1. Retr. c. 45.

G

Porrò non animæ rationem tantùm Augustinum ab Hieronymo fuisse perscrutatum, sed & de alijs conpluribus eundem consuluisse (vti potissimum de sensu verborum illorum Epistolę Diui Iacobi: *Qui in vno offendit factus est omnium reus*) propria eiusdem scripta declarant. Extat de hoc Epistola Tomo secundo in ordine vigesima nona ad eundem Hieronymum, cuius pariter initium est. *Quod ad te scripsi honorande mihi in Christo frater Hieronyme quærens de Anima humana.* At abyssi nunc alterius ad alterum inuocationem explicasse sufficiat,

H

8 *Et se velut emeritum indicans his eum verbis a sui prouocatione deterret.* Emeritus is est, qui extra iam meritum positus mereri vltra & exercere officium non potest; Vnde & solutus a muneris labore est, perinde ac miles olim post sexagesimum ætatis annum; cui & pro benemeritis ager, vel villa, vel aliud vnde viueret deferebatur. Iuxta hunc nominis sensū Hieronymus quoq; ab officij labore meritò solutus asseritur, quippe qui ab ineunte ætate, nō ad sexagesimum vsq;, sed vltimos etiam annos Christo militauerat, qui pro eodem, atq; eius Ecclesia fortiter pugnando multa subierat, qui innumeris tropheis auctus de hostibus palmas retulerat.

9 *Nos nostra habuimus tempora.* Non quod

Cſristi

A Christi miles aliquando esse desierit, aut mili-
tię cingulum, vel crucis vexillum abiecerit: sed
quòd militis (seu verius doctoris) officium,
cathedram videlicet alijs concedendo ex par-
Epi. 19. te dimiserit: Quemadmodum eidem Augusti
no alibi scribens hisce testatur. Peto in fine
Epistolæ, vt quiescentem senem, olimq́; vete-
ranum militare nos cogas, & rursum de vita pe
riclitari: Tu qui iuuenis es, & in pontificali cul-
mine constitutus doceto populos, & nouis Afri
cæ frugibus Romana tecta locupletato: mihi
sufficit cum auditore, & lectore pauperculo in
Epi. 92. angulo Monasterij susurrare.] Et infra. Ego
quondàm miles, nunc veteranus, & tuas &
B aliorum debeo laudare victorias, non ipse rur-
sus effoeto corpore dimicare: ne si me frequen
ter ad rescribendum impuleris, illius recordet
Apud Liuij lib. 24 historiæ, quòd Hannibalem iuueniliter exul-
tantem Quintus Maximus patientia sua fre-
gerit.

Omnia fert ætas, animũ quoq́; : sæpe ego longos
Virg. Egl. 9. *Cantando puerum memini me condere soles.*
Nunc oblita mihi tot carmina: vox quoq́;
Moerim
Iam fugit ipsa.

Et vt magis de scripturis sanctis loquar. Ber-
2. Reg. 19 zellai ille Galaadites, regis Dauid beneficia,
omnesq́; delicias iuueni delegans filio, ostẽdit
senectutem hęc nec appetere debere, nec obla
C ta suscipere.] Porrò cùm fragilis naturæ nostrę
conditio sit, vt qui dudum infans subito puer,
qui puer repente iuuenis, qui iuuenis continuò
vir, & vsq; ad senectutem per spacia semper
immutetur incerta, & ante se senem intelli-
gat, quam iuuenem esse miretur, inuitus etiam
quilibet nostrum cum ipso Hieronymo dicere
cogitur: *Nos nostra habuimus tempora.* At quo-
modo habuimus, quod nunquam tenuimus?
Certè de tempore non haberi nisi præsens in
philosophicis studijs aliàs me didicisse memi-
ni: At qui per horarum momenta nos cresce-
re semper, atq; decrescere, in eodemq́; statu
nunquam immorari: imo ipsum quod loqui-
D mur, dictamus, & scribimus, de vitæ nostræ
parte prætervolare diligenter aduerterit, de
tempore, neq; ipsum instans haberi, asserere
non dubitabit. *Habuimus ergo nostra tempora,*
non quòd ea, nec per instans quidem breuissi-
mum aliquando tenuerimus, sed quòd eamet
tanta velocitate percucurrerimus, quod in eis
semper esse desiuerimus.

10 *Et cucurrimus quantum potuimus:* Felix
ille, cuius exteriore homine currente (vt mo-
do iam explicatum est) currit & interiore.
Habet enim non solum exterior homo cursum
proprium, sed & interior, de hoc dicente Apo-
Gal. 5. stolo: *Currebatis bene, quis vos impedinit non*
acquiescere veritati. Et alibi. *Nescitis quia,* E
qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed 1. Cor. 9
vnus accipit brauium? Non aliter & ipse dum
curreret, cum timore dicebat: *Non quia iam* Philip. 3.
accepi, aut perfectus sum: curro autem si appre-
hendam, in quo & apprehensus sum a Christo:
Quicunq; autem sic currit peruenit tandem ad
metam, & accepturus vitæ brauium securus
cum eodem loquitur: *Cursum consumaui: in*
reliquo reposita est mihi corona iustitiæ: Deniq; 2. Tim. 4.
quia pro ista corona non quilibet cursus suffi-
cit, additur *Quantum potuimus,* qui enim cur-
rit, sed non quantum potest, retardatur facilè
a peccato, & malitia ligat pedes eius, vt post-
modum cum Propheta exclamare cogatur: F
Funes peccatorum circumplexi sunt me. De ma- Psal. 118.
lis eiusmodi cursoribus idem loquitur Aposto-
lus: *Non volentis, neq́; currentis, sed miseren-* Rom 9.
tis Dei.

11 *Nunc te currente, & longa spatia transme-*
ante. Cucurrit æquè eoipso cursu Augustinus,
quo & Hieronymus, quia & ipse Deo charus,
atq; dilectus, Ecclesiæ insuper doctor, hæreti-
corum deniq; acerrimus hostis, debellatorq́;
fuit. Qui & merito Hieronymi iudicio longa
transegisse spacia asseritur, quia reuera scriptu-
rarum Sanctarum latissimos campos, asperosq́;
difficultatum montes sublimi igenio transcen- G
dit. Vnde & de eo scribitur: Augustinus Epi Tom. 9. op. Hier. ex Ep. ad Desid. de scrip. Eccles.
scopus, volans per montium cacumina, quasi
aquila & ea quæ in radicibus montium sunt
non considerans, multa cœlorum spacia, terra-
rumq; situs, & aquarum circulum claro sermo-
ne pronunciat.] Et Gennadius: Augustinus (in- Gen. de sup. Eccl. Tom. 9. op. Hier.
quit) Afer Hipponensis Oppidi Episcopus, vir
eruditione diuina, & humana Orbi clarus, fide
integer, & vita purus, scripsit quanta nec inue-
niri possunt. Quis ergo gloriatur omnia se
illius habere, aut quis tanto studio legat, quan-
to ille scripsit? Meminit & alibi de eo hono-
rificè idem Hieronymus, sed illic mea senten-
tia honorificentissimè, vbi eo commilitone in
dimicando aduersus Pelagium, eiusq́; factiosos H
gloriatur dicens: Scripsit dudum vir Sanctus
& eloquens Episcopus Augustinus ad Marcel- Tom. 2. lib. 3. aduersus Pelag. in fine.
linum duos libros de infantibus baptizandis
contra hæresim vestram, per quam vultis asse-
rere baptizari infantes non in remissionem pec
catorum, sed in Regnum Cœlorum: iuxta il-
lud quod scriptũ est in Euangelio: *Nisi quis re-* Io. 3.
natus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto non potest
intrare in Regnum Cœlorum. Tertium quoq;
ad eundem Marcellinum contra eos, qui dicũt
idem, quod nos, posse hominem sine peccato
esse si velit, absq; Dei gratia. Et quartum
nuper ad Hilarium contra doctrinam tuam,
multa peruerse fingentem. Alios quoq; spe-
cialiter

A cialiter tuo nomini cudere dicitur, qui nec dũ in nostram venere manus: Vnde supersedendum huic labori censeo, ne dicatur mihi illud Horatij: In syluam ne ligna feras. Aut enim eadem diceremus ex superfluo, aut si noua voluerim⁹ dicere, a clarissimo ingenio occupata sunt meliora.] Hæc ipse, quibus quantum Sãctissimo atq; doctissimo viro deferat, in præfata pręsertim dimicatione aduersus Pelagianorum grassantes impietates quatuor libris exacta vnusquisq; haud obscurè cognoscit.

12 *Nobis debetur otium.* Non illud quidẽ quod sapientiæ atq; virtutum rubigo est, & de quo Ezechielis decimo sexto scribitur: *Ecce* B *hæc fuit iniquitas Sodoma sororis tuæ, superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium:* Sed illud omnino his verbis accipitur, de quo idẽ alibi: (Præf. in Ep. ad Ephesios.) Illud dicam placere mihi otium meum, & solitudinem omni celebritate iucundiorem videri: quo nimirum, Dei seruorum mens a terrenis primùm negotijs, sæculiq; tumultibus exuitur, mox, inquantum humana finit infirmitas cũ ipsomet Deo coniungitur. Ad quod & Apostolum tunc allusisse constat, cum scripsit: (2. Tim. 4.) *Nemo militans Deo implicat se negotijs sæcularibus.* Nec non Saluatorem in Euangelio: (Luc. 10.) *Optimam partẽ elegit sibi Maria, quæ non auferetur ab ea.* Huic otio vacantes, in filijs Israel Deo sacrum olìm in deserto facere volentibus, C Monachos impi⁹ Pharao otij criminatur, quia diuinorũ, nec nõ orationũ, atq; pœnitẽtiæ operum studium, otium atq; desidiam dicit. Vel illud deinq; accipiatur otium, cuius occasione Sanctissimi viri, sub pręsentis potissimũ vitæ consummationem maximo incumbere consueuerunt negotio, meditationi nimirum mortis: Hoc demersi otio, anteactæ vitę, iuuentutisq; præsertim culpas omnes, etiam leuissimas, sibi a Deo certò olìm condonatas lachrymis & gemitibus diluerunt: Vnde Ezechias quoq; in extremis agens, Dominum alloquitur dicens: (Isa. 38.) *Meditabor vt columba.* Cæterùm columbę meditationem iugis gemitibus traduci nemo ignorat. Vnde & Pagninus vertit: D *Garriebam vt columba.* Sibi itaq; otium istud debitum, atq; iocundum nũc affirmat Hieronymus; Nec sibi tantùm, sed omnibus etiã vltimæ ætatis annos agẽtibus sub persona sua pernecessarium indicat, cũ dicit *nobis.* Et reuera quot quot Deo immaculatũ spiritũ reddere cupierunt, huic se antea totos dedisse, ex litterarum monumentis habetur: Ex quo & apud Possidium hæc de Augustino: (Possid. in Vit. c. 30.) Dicere nimirum (Augustinus scilicet) inter familiaria colloquia consueuerat, post perceptum baptismum, etiam laudatos Christianos, & Sacerdotes absq; digna & competenti pœnitentia exire de corpore non debere. Quod etiam E ipse fecit vltima, qua defunctus est ægritudine. Nam sibi iusserat Psalmos Dauidicos, qui sunt paucissimi, de pœnitentia scribi; ipsosq; quaterniones iacens in lecto contra parietem positos diebus suæ infirmitatis intuebatur, & legebat, & iugiter ac vbertìm flebat. Et ne intẽtio eius a quoquam impediretur, ante dies ferme decem, quàm exiret de corpore, a nobis postulauit præsentibus, ne quis ad eũ ingrederetur, nisi ijs tantum horis, quibus medici ad inspiciendum intrarent, vel cũ eius inferretur refectio. Et ita obseruatum, factumq; est. Et omni illo tempore orationi vocabat: ac paulò post, mẽbris omnibus sui corporis incolumis, F integro aspectu atq: auditu, & (vt scriptum est) nobis adstantibus, & videntibus, ac cum eo pariter orantibus obdormiuit in pace cum patrib⁹ suis, enutritus in bona senectute.] Hęc ipse de Augustini otio sub vitæ exitu. Sed & huic simile de S. Thoma Aquinate legitur. Properatur⁹ namq; & ipse in amplexus sponsi, vnius cellulę clausus angustijs, tantis otij huiusmet delicijs perfusus est, vt dulcissimos imitatus olores, in Cantici canticorum explanatione decesserit.

13 *Simulq; (vt cum honore tuo, & venia dixerim) ne solus mihi de poetis aliquid proposuisse videaris.* Argumentis ab Augustino Hieronymi exagitata opinione, De verborum sensu G quibus secundo ad Galatas in faciem Cęphæ se restitisse Paulus affirmat (quòd hic nimirum ob salutem Gentium, ille ob lucrum Iudæorũ dispensatorie tunc non simulasset, vt Hieronymus in suis Commentarijs exposuerat) Hæc immediate idemipse subiecit: Quare arripe, obsecro te, ingenuam, & verè Christianam cum charitate seueritatem ad illud opus corrigendum, atq; emendandum; & Palinodiam, vt dicitur, cane. Incõparabiliter enim pulcrior est veritas Christianorum, quàm Helena Gręcorũ: pro Ista enim fortius nostri martyres aduersos hanc Sodomam, quàm pro illa illi heroes aduersus Troiã dimicauerunt.] Hæc H inquam Augustinus: quæ a Poetis omnino vsurpata, Homeroq; inprimis, nemo sæculari literatura instructus est, qui non videat. Stesichorum nanq; ob vituperatam Helenam oculis primò cœcatum, mox recantatis ijsdẽ, illis ipsis donatum, idem Poeta canit. Hæc igitur omnia mentis intelligentia percurrens Hieronymus, mira modestia regerit Augustino, atq; Poetę dictum, alterius dicto compẽsans, vellicantem eundem a sui prouocatione deterret, scribitq; [*Simulq; (vt cum honore tuo, & venia dixerim) ne solus mihi de poetis aliquid proposuisse videaris.*

14 *Me-*

A *54 Memento Daretis, & Entelli.* Troiani
ambo milites, quorum vnus aduersus alterum
in cestuum pugnam descendit. Fuit vero Da-
res iuuenis, Entellus autẽ senex. Exultantẽq;
nimis Entellus Daretem fessis ac grauibus icti-
bus occidisset, nisi Aeneas preliũ diremisset.
Habetur historia Aeneados libro quinto elegã-
tissimè decantata: ad quã in responsione, & ip-
se Augustinus alludens: Quid, inquit ergo?
fortasse dura, sed certe salubria verba tua, tã-
quam cestus Entelli pertimescam. Cedeba-
tur ille, nõ curabatur, & ideo vincebatur non
sanabatur. Ego autem si medicinalem correp-
tionem tuam tranquillus accepero, non dole-
B bo; si vero infirmitas vel humana, vel mea,
etiam cum veraciter arguitur, non potest non
aliquantulũ contristari: melius cũ tumor capi-
tis dolet curatur, quam dum ei parcitur, &
non sanatur: Hoc est enim quod acutè vidit,
qui dixit: vtiliores esse plerunq; inimicos ob-
iurgantes, quàm amicos obiurgare metuẽtes:
illi enim dum rixantur, dicunt aliquando ve-
ra, quæ corrigamus: isti autem minorem, quã
oportet exhibent iustitiæ libertatem, dum a-
micitiæ timent exasperare dulcedinem.

*55 Et vulgaris prouerbij, quòd bos lassus for-
tius figat pedem.* A bobus frumentum in area
antea dispositum calcantibus, ac triturantibus
C tracta similitudo: quò enim illi magis lassi fue-
rint magis quoq; fortiterq; pedem figunt, &
melius grana e spicis excutiunt. Ad hanc re-
scribens Augustinus: Ecce sum, inquit, si
quid perperam dixi: fortius fige pedem, non
mihi esse debet molestum pondus ætatis tuæ,
dummodo conteratur palea culpæ meæ.]
Cæterùm quomodo allegoricè bos atq; iumen-
tum Hieronymus, pluribus explicatum est ca-
pite nono. Concinnè & alibi hanc eandem a
Epist. 2. boue ductam similitudinem sibi aptauit, cùm
scripsit. Dum essem adolescens, imo penè
puer, & primos impetus lasciuientis ęta-
tis eremi duritia refrenarem, conscripsi ad
D auunculum tuum Sanctum Heliodorum ex-
hortatoriã Epistolam plenam lachrymis quæ-
rimonijsq;, quæ & deserti sodalis monstraret
affectum. Sed in illo opere pro ætate tunc lu-
simus, & calentibus adhuc rhetorum studijs
atq; doctrinis, quædam scholastico flore de-
pinximus. Nunc iam cano capite, & arata ru-
gis fronte, & instar boum pendentibus a men-
to palearibus
Virg. Georg. 3. *Frigidus obsistit circum precordia sanguis.*]
Hæc ipse ad propriam ætatem metapho-
ricè indicandam. Quemadmodum enim bo-
bus, cùm ad senilem ętatem peruenerint pa-
learia, hoc est, laxa pellis a collo ad pectus
vsq; pendet, sic sibi præ senio rugosam pen-
dulamq; a mento ad pectus fuisse cutim de- E
monstrat.

*56 Ad quem Beatus Augustinus suppliciter
respondens ait.*] Habetur Epistola apud Hiero
nymum Tomo secundo, in ordine nonagesi-
ma nona: apud eundem vero Augustinum de-
cimaquinta. Pulchrè vero *suppliciter*, vt Sanc-
torum Patrum humilitas ostendatur: intelli-
gaturq; simul, eosdem in altercando eiusmodi
animo fuisse, vt inter ipsos verborum, verbe-
ribus grauiores ictus, mutuo etiam se cõplec-
terentur, & furtiuis charitatis osculis peterẽt,
quod sequentibus apertius declaratur.

*57 Cur itaq; conor contra fluminis tractum,
ac non potius veniam peto?* Conatur Augusti- F
nus contra fluminis tractum, Hieronymi dic-
tis, & scriptis aduersando, repugnando, ob-
sistendo. Cæterùm quemadmodum qui ad-
uersus æstum velis superat, difficultatibus ma-
ximis vrgetur, sæpissimeq;, retro abire cogi-
tur, sic easdem omnino expertus angustias Au
gustinus in eiusmodi cum Hieronymo contro-
uersijs voluntate nunc cedit. Nec immeritò
fluuij nomine ipse signatur, cum de Paradiso
exiens scripturarum, nouam Hierusalem de-
scendentem de cœlo inpetu suo lætificarit.
Loquitur idem ipse de eiusmodi fluuijs in Ha-
bacuc tertium scribens: Postquam ad ad-
uentum Christi orbis, & omnis terra concus- G
sa est, & subitò proruperunt fluuij tunc imple-
tum est: *Posuit flumina in desertum, & exitus* Psal. 106.
*acquarum in sitim: terram fructiferam in sal-
suginem, a malitia habitantium in ea. Posuit
desertum in paludes aquarum, & terram sine
aqua in fontes aquarum. Et habitare fecit ibi esu-
rientes, & constituerunt ciuitatem ad habitandũ.*
Postquam enim Dominus venit in mundum,
& completum est illud quod dixit in Euan-
gelio: *In iudicium ego in mundum istum veni,* Matt. 11.
*vt qui non videbant viderent, & qui videbant
cæci fierent*: tunc terra Israel, de qua fluuij
ante manabant, & irrigabant vniuersæ Iudææ
populũ aruit, & fontes illius obturati sunt. Vni- H
uersus antẽ orbis, qui erat desertus & sterilis, &
aquis prædicationis Dominicæ carebat, ver-
sus, est in paludes aquarum, & quot doctores
emisit, tot habuit & fontes. Nec sufficit eis,
fontibus videlicet, atq; fluminibus irrigare or-
bis populos: sed in vnaquaq; prouincia eos,
qui esuriebant, & patiebantur famem sermo-
nis Dei in vnum populum congregantes ex-
truxerunt Ecclesiam, quæ dicitur Ciuitas ad Psal. 45.
habitandũ, & quã lætificat inpetus fluminis.

*58 Obsecro ergo te per mansuetudinem Chris-
ti, vt si te læsi, dimittas mihi, nec me vicissim lædẽ
do, malũ pro malo reddas*: Cõsequens verò nũc
est, vt in quib⁹ ab Augustino Hieronymus læs⁹
sit,

A sit, vel vnde se saltẽ lęsum arbitratus sit, explo-
remus. Cunq; a nemine id verius, quàm ex
ipsiusmet scriptis habeatur, eius propria quoq;
verba afferre superuacaneum haud arbitror.
Rem eidem Augustino scribens ita videtur ex
Ep. 91. plicare Hieronymus. Nõ tã stultus sum, vt di-
uersitate explanationum tuarum me lædi pu-
tem, quia nec tu læderis, si nos cõtraria senseri
mus; sed illa est vera inter amicos repræhen-
sio, si nostram peram non videntes, aliorum
iuxta Persium manticã consideremus.] Hæc
ipse, quæ pariter sequenti Epistola illi regerẽs:
Non tam, inquit, hebes sum, vt si diuersa sen-
seris, me a te læsum putem: Sed si mea comi-
B nus dicta repræhendas, & rationem scriptorũ
expetas, & quæ scripserim emendare compel
las, & ad palinodiam prouoces, & oculos mihi
reddas: In hoc læditur amicitia, in hoc necessi
tudinis iura violantur.] Sed in quo magis, ac
maximè se Hieronymus lęsum percepit, æquis
simamq; quærimoniæ occasionem assecutus
est, hoc fuit, quòd eiusdem Augustini litteræ,
exscriptaq; ex eisdem etiam exemplaria in Ita
liam ante mitterentur, per singulasq; fermè ci-
uitates, quàm ad illum perferrentur, non vulga
rentur tantùm ab aduersarijs, describerentur,
traducerenturq;: sed illorum quoq; ostensio-
ne suo ipsius nomini sannis pariter, & cachin-
C nis illuderetur. Et quamuis hoc totum, non
Augustini culpa, sed æmulorum subdola arte
(qua nimirum Hieronymus Augustini litteris
sugillatus, victus, atq; prostratus e cathedra
crederetur) accidisset; ipse tamen Hieronym⁹
nec dum eiusmodi nouerat insidias, Vnde &
merito de eodem Augustino ita conquestus
Epi. 92. est: Crebras ad me Epistolas dirigis, & sæpe
compellis vt respõdeam cuidam Epistolę tuæ,
cuius ad me, vt ante iam scripsi per fratrem Sy
sinnium Diaconum exemplaria peruenerunt
absq; subscriptione tua: & quamprimum per
fratrem Profuturum, secundò per quendam
alium te misisse significas: & interim
D Profuturum retractatum de itinere & Epi-
scopum constitutum, veloci morte subtra-
ctum: illum, cuius nomẽ retices magis timuis-
se discrimina, & nauigationis mutasse consiliũ.
Quæ cum ita sint, satis mirari nequeo, quomo-
do ipsa Epistola, & Romæ, & in Italia haberi a
plerisq; dicatur, & ad me solum non peruene-
rit, cui soli missa est: præsertim cùm idem fra-
ter Sysinnius inter cæteros tractatus tuos, dixe-
rit eam se non in Africa, non apud te, sed in
Insula Adriæ, ante hoc fermè quinquennium
reperisse. De amicitia omnis tollenda suspi-
cio, & sic cum amico, quasi cum altero se lo-
quendum. Nonnulli familiares mei, & vasa
Christi, quorum Hierosolymis & in sanctis lo-
cis permagna copia est, suggerebant non sim- E
plici animo à te factum, sed laudem, atq; ru-
musculos, & gloriolam populi requirente, vt
de nobis cresceres: vt multi cognoscerent te
prouocare, me timere: te scribere vt doctum,
me tacere vt imperitum: & tandem reperisse,
qui garulitati meæ silentium, modumq; impo-
neret.] Hæc ipse: quæ rursus in calce Episto-
lę refricans: Vale (inquit) mihi amicè charissi
mè, ætate fili, dignitate parens: & hoc a me
rogatus obserua, vt quidquid mihi scripseris
ad me primùm facias peruenire.] Ex quibus
omnibus pretextæ iniuriæ satis expressè mani-
festat originem.

19 *Lædes autem, si mihi tacueris errorem* F
meum, quem fortè inueneris in scriptis, vel in
dictis meis. In suspicionem ex allegatis modo
Augustinus Hieronymo adductus, quòd laudes
& popularem auram ex ostentatione doctrinæ
quæreret, quantum is ab hoc vitio procul abes-
set, ex verbis nunc eiusdem euidenter ostendi-
tur: dum & summa in eo animi humilitas, &
ardens discendi, cognoscendæq; veritatis stu-
dium latissimè effulgent. Non inferioris cer- Ep. 101.
tè ex vtraq; virtute meriti Hieronymus: Quan
doquidem humilitatem humilitate conpen-
sans: Absit (inquit eidem respondens) a me,
vt quidquam de libris beatitudinis tuæ attin-
gere audeam: Sufficit enim mihi probare mea,
& aliena non carpere. Cæterùm optimè nouit
prudentia tua, vnumquéq; in suo sensu abunda G
re, & puerilis esse iactantiæ, quod olim adoles-
centuli facere cõsueuerant, accusando illustres
viros, suo nomini famam quærere.] Mox alte-
ri æqua lance retribuens, quæ disputationis &
controuersiæ suæ cum ipsomet Augustino cau
sa, quodq; consilium in ea fuerit, Epistola octo
gesimanona aperit cum subiungit: Te quoq;
hoc ipsum orare non dubito, vt inter nos con-
tendentes veritas superet; non enim tuam
quæris gloriam, sed Christi; Cunq; tu vice-
ris, & ego vincam, si meum errorem intelle-
xero: & e contrario, me vincente tu superas;
quia non filij parentibus, sed parentes filijs
thesaurizant. Et in Paralipomenon libro le- H
gimus, quòd filij Israel ad pugnandum pro- 1. Par. 1.
cesserint mẽte pacifica; inter ipsos quoq; gla-
dios, & effusiones sanguinis, & cadauera pro-
stratorum, non suam, sed pacis victoriam co-
gitantes.]

20 *Qua propter, & si forte bos, vt tibi vi-*
deris lassus senectute corporis, non vigore animi,
tamen in area Dominica fructuoso labore desu-
das. Perstat ad vnguem in vsurpata ab Hie-
ronymo bouis Augustinus similitudine, eamq;
eleganter suo accomodat proposito. Binæ au
tem in sacris litteris areæ commemorantur,

vnam

B vnam Dominus possidet, Satanas alteram.
De priori Ioannes Baptista prædicat: *Cuius*
Matt. 3. *ventilabrum in manu sua, & permundabit areã*
suam, & congregabit triticum in horreum suum,
paleas autem comburet igni inextinguibili. De
posteriori in Ossea legimus: *Area, & torcular*
Ose. 9. *non pascet eos, & vinum mentietur eis.* In illa
serui Cœlestis Patrisfamilias, seu doctores San-
cti iugi labore ex manipulis sanctarum scriptu-
rarum triticum illud excutiunt, quod matribus
Thr. 3. suis paruuli in Hieremia petunt, & ex quo
panis ille spiritualis conficitur, ad cuius suaui-
tatem vnumquenq; credentium Regius Psal-
tes inuitat. In hac simulant quidem hæretici
Psal. 33. legem Dei die ac nocte meditari: triticum itẽ
B diuini verbi, spiritualisq; gratiæ excutere se
iactant, sed reuerà apud eos specie simulationis
ostentata sunt omnia: sub religionis titulo,
idola colunt, & fornicantur a Deo, & ex gra-
nis impiorum dogmatum congregant triticũ,
de quo efficitur panis luctus, & bibunt vinum
Sodomorum, quod cum aspidum felle calca-
tur, de quo & idem Osseas loquitur: *Quasi pa-*
nis lugentium; omnes qui comedunt illum conta-
minabuntur; quia panis eorum anima ipsorum
non intrabit in domum Domini. Iure ergo in
priori area, non laborare tantùm, sed desudare
C Hieronymus asseritur, vt maximos ab eo su-
peratos labores intelligamus: abineunte nãq;
ętate ad vltimam vsq; senectutem ita glorioso
operi intendit, vt ex scripturarum segetibus,
lingua, & calamo, ceu solidissimis duabus vir-
gis, in maxima copia Sacramentorum semina
enucleatit, atq; ijsdẽ Ecclesiæ horrea repleue-
rit. Vel rursus desudauit, quòd ex eorum nu-
mero operariorum fuerit, de quibus Apostolus
Rom. 12. scribit: *Spiritu feruentes.* Deniq; præter iam
dictam, & alteram, sed paruam Dominus ha-
beat aream, seu areolam; Verùm non labor in
ea aut sudor, sed requies, & deliciæ sunt. Ad
hanc dilectum Cantici Canticorum descendis-
Cant. 6. se sponsa commemorat: *Dilectus meus descen-*
D *dit in hortum suum ad areolam aromatum, vt*
pascatur in hortis, & lilia colligat. Vbi idem
Hierem. in fine Cóment. in Zac. Hieronymus: Hortus, inquit, & Paradisus in
quem sponsus descendit ad sponsam, sanctarũ
lectio scripturarum est, de quibus lilia, & vio-
las, & rosas, & varia decerpit aromata, vt im-
pleat phialas animarum credentium, & Domi
no ex eis liba defundat.]

21 *Ecce sum.* Inpromptu videlicet ad lu-
endam pœnam, *si quid perperam dixi.*

22 *Fortius fige pedem.* Liberius videlicet
Increpando, acriusq; simul emendando:
Hæc enim duo senectuti a natura tribuuntur,
Cic. de Cl. or. libertas, & auctoritas: Vnde & de Claris Ora-
toribus dicitur; Plena libertate senectutis ora-
tio.] Et de senectute: Apex senectutis aucto- E
ritas est. Hic vero pes, cuius defixio iubetur, Idem de Sen.
non ille est, a quo Sanctus Propheta eximi ob-
secrat: *Non veniat* (inquiens) *mihi per superbia,*
sed is, de quo in Deuteronomio scribitur:
Qui appropinquant pedibus eius, accipient de do- Deut. 33.
ctrina illius, quiq; sapientiæ carnalis luto ex-
purgatus, vniuersum mundum prædicatione
Euangelij percurrit: dicente Propheta. *Quàm* Is. 52. Rom. 10.
speciosi pedes Euangelizantium: nec ad Ephesios
Apostolo: *Calceati pedes in præparationem* Ephes. 6.
Euangelij pacis.

23 *Non mihi esse debet molestum pondus*
ætatis tuæ. Aptissimè senectutis ætas pondus
dicitur, cùm tanta corporis membra grauita- F
te opprimat, quòd contractis vt plurimum cru-
ribus, & pedibus podagræ tumoribus prægra-
uatis, semper sedere senes, ambulareq; non
posse, contingat. Vnde Hieronymus: Sene-
ctus, inquit, multa & secum bona affert & ma
la: Bona, quia nos ab impudentissimis domi-
nis liberat voluptatibus: gulæ imponit modũ:
libidinis frangit impetus; auget sapientiam;
dat maturiora consilia, & frigescente corpore
dormit cum perpetua virgine Sunamite: Lu-
xuriamq; contemnens eum Berzellai delegat 3. Reg. 1.
eam filio adolescenti Camaham, & non vult 2. Reg. 19
transire Iordanem, atq; in alienos fines de suis
finibus, idest regionibus exire. Quæ autem
putantur senectutis mala ista sunt: crebræ in- G
firmitates, pituita molestissima, caligantes ocu
li, acescentes cibi, tremens interdum manus,
nudi gingiuis dentes, & inter cibos cadentes.
Ad hæc torminibus, & aculeis stomachi, po-
dagręq; & chiragræ doloribus sępe torquetur;
ita vt ne stylum quidem, aut calamum tenere
queat: vt suis pedibus non possit incedere:
magnaq; parte vitæ videatur esse truncata, &
multis membris præmortua.] Hæc ipse in
præfatione secundi in Amos libri.

24 *Dummodo conteratur palea culpa mea.*
Malè accipitur palea Matthæi tertio paulò su-
perius allegato ibi: *Congregabit triticũ in hor-*
reum suum, paleas autem comburet igni inextin- H
guibili. Bene verò in Isaia: *Leo & bos comedent*
paleas. Indifferenter deniq; apud Hieremiam:
Quid paleis ad triticum dicit Dominus? hoc est, Hiere. 23
vel falsa hęreticorum doctrina ad veritatem
Ecclesiasticam: Vel sensus scripturæ litteralis
ad præsignata, contentaq; in eisdem mystica
Sacramenta? Ad hoc Hieronymi in Isaiæ ca-
put sexagesimũ quintũ expositio spectat, qua
scribit: Leo vt bos paleas comedet, quando
viri disertissimi, & quondam apud sęculum
potentes scripturarum se tradunt rusticitati, vt
nequaquam sęculari pascantur eloquentia,
quæ instar mellis stillat de labijs meretricis, sed
vtilita-

A vtilitatem & paleas sequentur historiæ, donec multo labore, atq; industria meteãtur ad frumentum sensuum peruenire.] Manifestè pro culpa paleam Augustinus vsurpat.

25 Præterea in libro, quem contra errorem Iuliani Manichæi descripsit. Extat idipsum opus Tomo septimo operum eius, libris sex distinctum; quorum omnium & libro secundo Retractationum suarum meminit. Quòd vero *Manichæi* dicitur, manifestus error librariorum est; cum eius loco *Pelagiani* legendum sit: fuit enim Iulianus vnà cum Cælestio, Pelagio addictissimus, quorum & ipse auxilio fretus, hæreses proprias potissimum stabiliuit.

2. li. Ret. Ret. 66.

Genn. de Script. Eccles.

B Hæc de eo Gennadius: Iulianus Episcopus Capuanus, vir acer ingenio, in diuinis scripturis doctus, Græca, & Latina lingua scholasticus: Prius ergo, quàm impietatem Pelagij in se aperiret, clar⁹ in doctorib⁹ Ecclesiæ fuit, postea vero hæresim Pelagij defendere nisus, scripsit aduersum Augustinum impugnatorem illius libros quatuor, & iterum libros octo. Est & liber altercationis amborũ partes suas defendentium. Hic Iulianus famis, & angustiæ tempore, prorogatis omnibus suis in pauperũ vsus, eiusmodi miserationis specie multos nobilium, præsertimq; religiosorũ illexit, atq; ad suam hæresim pertraxit. Moritur Valenti-

C niano Constantij filio imperante.] Ita Gennadius: quem tamen in aliquibus, & librorum præcipuè numero, nec non obitus annorum calculo Baronius in Annalibus Ecclesiasticis meritò corrigit.

Bar. To. 5 ann. 419.

26 Dum plures cõtra eius pestiferum dogma Catholicos testes induxisset, ita eundem præferens intulit. Eiusdem hæresis omnino ac Pelagij dogma erat: Præcepta videlicet, ex sola vi liberij arbitrij obseruari ab homine posse: peccati traducem non esse: legem datam in adiutorium, & gratiæ vicem explere: hominem proprijs viribus ad tantam posse perfectionem conscendere, vt impeccabilis fiat; de

D quibus, alijsq; multis supra, cum de eiusdem Pelagij erroribus ageretur, sigillatim mentio facta est. In hoc tamen perfidia proprium sectæ suæ superauit auctorem, quòd noua insidijs aduersus Catholicos armatus incessit. Eas verò Baronius ex Augustino breuiter ita complectitur.

Diximus, inquit, superius duas ab eodem Iuliano Epistolas esse scriptas, easdemq; cum hæresibus, etiam calumnijs refertas, quibus cũ Orthodoxos omnes, tum præsertim Ecclesiam Romanam proscidit; quarum alteram Romam, Thessalonicam verò alteram misit. In ea verò Romam allata, portentosis Catholicam Ecclesiam calumnijs infamauit, dum imprimis diceret: Catholicos omnes asserentes ex Adæ peccato naturam esse corruptam sapere cum Manichæis. Insuper dicere eosdem, mentitus est, nuptias non esse ex Deo; quod & Sanctum Augustinum sensisse calumniatus est: necnon eosdem affirmare prolis generationem ex Diabolo esse. Itidem eos asserere, Patres veteris Testamenti nunquam a peccato fuisse per emendationem liberatos: Quodq; dicerent Apostolos immoderata libidine pollutos: Imo & Christum Dominum nostrum non fuisse immunem a peccato. Itemq; Baptismum non dare omnem indulgentiam peccatorum. Hæc & alia ille canit impudens non est veritus calumniosè impingere Ecclesiæ Orthodoxæ.

Aug. contra Ep. Pelag. ad Bonifacium, lib. 1

E

F

Quidnam amplius? In Epistola ad Thessalonicenses scripta, ipse Iulianus vnà cum decem & octo suæ sectę Episcopis excitare conatus est omnes Orientales Episcopos, vt aduersus Manichæos (ita namq; Catholicos nominabat) insurgerent; ad quod vt eos magis magisq; pelliceret, tum Zosimum Papam, tum Romanum clerum præuaricationis redarguit. Sed & hęc a Sancto Augustino satis diluta sunt. Adiecit insuper mendacissimò impius dicere, negare Catholicos liberum hominis arbitrium post Adæ peccatum. Asserere insuper Fatum sub nomine gratiæ: atq; eosdem dicere, Deum acceptatorem esse personarum: Legem vero datam non ad hominis institutionem, sed ad maiorem damnationem: Tradere etiam ipsos, Spiritum sanctũ auctorem virtutis in veteri Testamento non fuisse. Itemq; Prophetas & Apostolos minimè Sanctos, sed comparatione aliorum minus malos extitisse: Et in futura resurrectione homines Dei mandata incepturos implere. Hæc & alia in Orthodoxos vaniloquus ille cõgessit, vt colligitur ex Cõmentarijs a Sancto Augustino aduersus eum conscriptis: quibus tamen idem ipse plenissimè satisfecit, atq; Bonifacio Summo Pontifici responsiones dedicauit.

Aug. contra ep. Pelag. ad Bonif. l. 1

G

H *27 Nec Sanctum Hieronymum, quia Presbyter fuit, contemnendum arbitreris.* Habetur hoc de Hieronymo Augustini elogium Libro primo, capite septimo, contra præfatum Iulianum. Quod autem, *Quia Presbyter fuit*, dicatur, subintelligendus *Cardinalis*, vel *Romanus*, aliter hæc Augustini verba ad rem non facerent: Non enim Presbyteros in communi Iulianus paruipendit, vniuersoq; clero derogauit, sed tantùm Romano: Summo videlicet primùm Põtifici, mox Presbyteris eius, qui tunc Cardinales erant, vt late probatũ est quæstione propria de Cardinalitio S. Hieronymi: deinde toti Ecclesiæ Romanæ, quam &

[A] præuaricationis, vt mox retulimus ex Augustino, infamare contendit.

28 *Qui Græco, & Latino, insuper & Hebræo eruditus eloquio.* De multiplici hac linguarũ eruditione auctor ille, qui sub [Augustini Hipponensis Episcopi ad Cyrillũ Episcopũ Hierosolymitanũ, *De magnificentiis Beati Hieronymi*] nomine Epistolam edidit; quæq; tomo nono operum eius habetur, ita scribit: De scripturis vero sanctis, vti multarum suarum Epistolarũ, quas ad me direxit experientia didici, æqualem sibi neminem vnquã nouimus: Hebræorum, Græcorum, Chaldeorum, Persarum, Medorum, & penè omniũ nationum linguas [B] & litteras, tanquam si fuisset in eisdem natus & educatus, sciuit.

Num trilinguis tantùm fuerit Hieronymus?

CONTROVERSIA XXV.

CAeterum relatis modò de multiplici Idiomatum ab Hieronymo ingenti labore comparata cognitione, non consentit Baronius: quin potius testimonij eiusdem auctorẽ mendacij arguens, hæc Tomo quinto sub Christi anno quadringentesimo vigesimo habet; [C] Quid dicendum de Epistola Augustini nomine ad eundem Cyrillum Hierosolymorum Episcopum scripta? Quoties auctor cogit ipsũ loqui mendacia, vt cùm præter Latinam linguam, quinq; alias Hieronymus calluisse dicitur, nempe Hebræorum, Græcorum, Chaldæorum, Persarum, atq; Medorum, cùm id penitus contrarium sit, his, quæ de se ipse Hieronymus, & de eodem Augustinus verè testatur, nimirum non nisi trium linguarum ipsum habuisse peritiam, videlicet, Latinæ, Græcæ, & Hebraicæ?] Hęc ipse aduersus effictorem, (vt idem scribit) mox allatum.

Ar quòd nec ipse Baronius eiusdẽ Hierony- [D] mi testimonia attentè, diligenterq; perpenderit, manifestè indicant subsequentia. Et quidem præter tres linguas nouisse illum, & Chaldæam, testatur ipsemet in Prologo Danielis dicens: Sciendum quippe est, Danielem maximè, & Esdram hebraicis quidem litteris, sed Chaldæo sermone conscriptos, & vnam Hieremiæ pericopen; Iob quoq; cùm Arabica lingua plurimam habere societatem. Deniq; & ego adolescentulus, post Quintiliani & Tullij lectionem, ac flores rhetoricos, cùm me in linguæ huius pistrinum reclusissem, & multo sudore, multoq; tempore vix cœpissem anhelantia, stridentiaq; verba resonare: & quasi per cryptam ambulans rarum desuper lumen aspicerem impegi nouissimè in Danielem: & [E] tanto tędio affectus sum, vt desperatione subita omniem laborem veterem voluerim contemnere. Verùm adhortante me quodã Hebræo, & illud mihi crebrius in sua lingua ingerente, labor improbus omnia vincit: Et qui mihi videbar sciolus inter Hebræos, cœpi rursus esse discipulus Chaldaicus: & vt verum fatear, vsq; ad præsentem diem magis possum sermonem Chaldaicum legere & intelligere, quam sonare.] Hucusq; Hieronymus, cui & Breuiarium Romanum in eius die festo adstipulatur, dũ recitat: Illum Damasus Pontifex, illum S. Augustinus de locis scripturæ difficillimis sæpe consuluit, propter eius singularem doctrinã, [F] & linguæ non solum Latinæ, & Græcæ, sed Hebraicæ etiam, & Caldaicæ intelligentiam.]

Præterea Arabicam etiam ac Syriacam tenuisse ex eo conuincitur quòd librum Iob (quẽ pariter se in latinum transtulisse fatetur) non Chaldaica tantùm, sed & Arabica, & Syra fuisse conscriptum in Pręfatione super eundem ita testatur: Hæc autem translatio (quam nimirum ipse elaborauit) nullum de veteribus sequitur interpretem; sed ex ipso Hebraico, Arabicoq; sermone & interdum Syro, nunc verba, nunc sensus, nunc simul vtrunq; resonabit.] [Epi. 113.] Et paulò infrà: Ad hæc ipsa multiplicia [G] linguarum genera multitudo a se & ære, & sudore comparata alludens; Hoc vnum, inquit, scio, non potuisse me interpraetari, nisi quod ante intellexeram. Porrò Syriacam hanc linguam ab Hebręis tãtùm illis, qui legis plenam doctrinam haboissent, studio fuisse comparatam atq; retentam, ex eo haud obscurè declaratur testimonio, quod Isaiæ trigesimo sexto legitur. Enimuero, cùm Assyriorum Rex, ad Ezechiam æquè Regem Hierusalem, Rabsacem nuncium, vt eundem sub imperium, ditionemq; suam subigeret legauisset, hęc a sapientibus obuiam ei factis Iudæis responsa reddita, scribitur: *Loquere ad seruos tuos Syra* [H] *lingua, intelligimus enim: ne loquaris ad nos Iudaicè in auribus populi, qui est supra murum:* [Isa. 36] Quorum sensus est: Placeat tibi o Rabsaces Regis tui Syro sermone (quem nos quoq; optime nouimus) non Iudaico, iussa proferre: quandoquidem qui in mœnium custodiam populus intendit, minacibus eiusmodi nunciis facile metu consternetur, atq; subuertetur.

Rursus, quòd & Medorum, atq; Persarũ linguas Hieronymus vnà professus sit, illud argumento est, quòd Danielis librũ, in quo vsq; ad caput octauum, nunc Chaldæi, nunc Medi, nunc Persę interloquuntur, (quorũ & sermone inter-

A interloquentium diuersitatem personarum conscriptus est) idemipse in latinum conuerterit. Vel dicatur; Syriacam linguam eandem omninò cũ Persarum, atq; Medorũ fuisse, Præsertim, cùm Danielis tempestate ex duobus regnis, Medorum videlicet, ac Persarum, vna tantummodo monarchia compacta sit. Assentiri huic etiam videtur asserto Gennadius initio libri de Scriptoribus Ecclesiasticis, dum Iacobi Persæ Episcopi opera enumerans, Syriaco ea conscripta sermone fuisse testatur: Cuius & testimonium ad veritatis comprobationem est: Iacobus Presbyter, cognomento sapiens, Næsibenæ nobilis, Persarum modò, ciuitatis B Episcopus, vnus ex numero sub Maximiano persecutore confessorum, & eorũ, qui in Nicæna Synodo Arrianã peruersitatem Homousiõ oppositione damnauit. Hunc virum Beatus Hieronymus in libro Chronicon, velut magnarum virtutum hominem nominans, in Catalogo scriptorum cur non posuerit facilè excusabitur, si consideremus ipsos tres, vel quatuor Syros, quos posuit, interpretatos in Græcum se legisse testatum. Vnde cum constat ignorasse, illo tempore (Christi videlicet anno trecentesimo nonagesimo secundo, quo Scriptorũ volumen edidit) Syram linguam, vel litteras. Et ideo hunc, qui nec dum in aliam versus est C linguam, nesciisse scriptorem.] Hæc ipse, ex quibus manifestò liquet, Syriacæ linguæ nomine, Persarum quoq; venire: Cùm, vt modò dictum est, idem Sanctus vir Persa natione communi scriptorum sententia affirmetur. Satis itaq; perspectum est, præter trium linguarum, Latinæ videlicet, Græcę, atq; Hebraicæ, aliarum quoq; Hieronymum peritiam fuisse consecutum ex proprijs eiusdem testimonijs contra Baronij assertum.

Additur tandem, quòd Victorius in Indice eiusdem Hieronymi operum, verbo: Illyricũ; non ab re notauit: Illyricam nimirum, seu Dalmaticam (latius enim tunc lingua illa patebat) eundem ipsum etiam calluisse linguam, D quæ Sclauona nunc dicitur; Quandoquidem habet gens illa, & Missam, & alias diuinas preces Illyrica conscriptas lingua, Sedisq; Apostolicę, Pauli nimirum secundi auctoritate confirmatas, quas ab Hieronymo accepisse, ita pro certò tenet, vt armis, & sanguine illas defendere malit, quàm relinquere. Latè tunc Illyrica, seu Dalmatica patebat lingua, & Istriam etiam, si non omnem, magna certè occupabat in parte, cuius expertem Stridonem illi finitimam fuisse, verò simile non est. Ita vt si non terra, lingua saltem Illyricum fuisse Hieronymum, vulgata omnium sententia sit.] Hucusq; victorius.

COMMENTARIVS. E

29 *Ex Occidentali ad Orientalem transiens Ecclesiam*. Non certè voluntatis affectu, sed corporis motu. Occidentalis enim ipse homo, Occidentalē semper Ecclesiã professus est. Quin & in ea sacri fontis vnda perfusus: in ea Presbyter Romanus ordinatus, eius quoq; in omnibus dogmata perpetuò tenuit, prædicauit, defendit. Vide Epistolas eius quinquagesimam septimam, & quinquagesimam octauam.

30 *In locis Sanctis, atq; in litteris sacris vsq; ad decrepitam vixit ætatem*: Cùm multorum F sit incipere, paucorum verò progredi, meritò ex hoc pariter laudatur Hieronymus, quippe qui a primis vsq; annis opus aggressum ad finem etiam perduxerit, & in scripturarum sanctarum, atq; sacrorũ locorũ veneratione, & studio, ad vltimũ vsq; vitę punctũ, nau° institerit.

31 *Cuius nobis eloquium ab Oriente vsq; ad Occidentem, instar lampadis solis resplenduit*. Et quanquam illum ex Occidente ad Orientem transisse nuper relatum sit, eius tamen virtutum splendor vulgatissimus ex Oriente in Occidentem illuxit, quia reuera ex Bethlehem oppidulo, non secus ac sol ex oriente emicuit: ac ita super mystici cœli faciem paulatim G conscendens, illud ad vtrunq; axem suo splendore perfudit. Hunc ipsum ex Oriente nouũ refulgentem Solem mentis acie contuentes plurimi, ex omnibus fermè Orbis terrę partibus diuersis eundē Epistolis, & quæstionibus venerati sunt. Illũ Roma Damasus Pontifex: Illum ex Gallia Rusticus Monachus, Algasia, Hedibiaq; Sanctissimæ fęminæ: Illum ex finitimis Hispaniarum partibus Orosius; Illum ex Africa Augustinus, Marcellinus, Anapsychia: Illum ex Aegypto Minerius, Alexander: ex Germania, Sunia, Fretela: Illum demùm alij ex diuersis alijs ac propè innumeris regionibus certatim consuluerunt. Nec Augustinus tan- H tùm hoc [lampadis solis] nomine eundem Hieronymum super inferiores creaturas extulit, verùm, & alij conplures doctissimi viri id genus elogio celebrarunt. Leo enim Castros Doctor, & professor Salmanticensis, in Prolegomenis Commentariorum in Isaiam illum fulgentissimum Ecclesiæ sydus appellat, eo quod quantùm sol alijs planetis, tantùm Hieronym° reliquis Patribus, & Ecclesiæ doctoribus præluceat, atq; præponderet. Non dissentit frater Baptista, dum lepidè canit.

Tu quasi sol lucis genitor iubar elicis almum,
Ignitasq; tuo totum iacularis in orbem
Ore faces, fideiq; fugas a finibus hostem.

Cassio-

A Cassiodorus item post præclarissimas de viro
Cass. lib. laudes, hæcinter cætera literis prodidit: In
Inst. diu. Bethlehem otiosnm habitasse non arbitror,
lec, lib. nisi, vt in terra illa miraculorum ad instar so-
cap. 21. lis, eius quoq; ab Oriente nobis lamparet elo-
quium.] Deniq; quasi non magnum fuisset, na-
turalis lampadis solis titulo Hieronymum ce-
Cass. con lebrari, hæc item IoannesCassianus addidit:
tra Nest. Hieronymus Catholicorum magister, cuius
De Verb. scripta per vniuersum mundum quasi diuinæ
Inc. lib. 7. lampades rutilant.] Et reuera illius virtutes,
quasi diuinæ lampades rutilarunt, quia tametsi
mortali adhuc carne obuolutæ, non ita homi-
Iud. 7. num oculis effulserunt, ad illarnm tamen Ge-
deonis militũ instar, fractis lagenis, seu corpo-
B reæ fragilitatis resciſsis exuuijs, non in vna Vr
be, sed toto terrarum Orbe: in cœlestis insu-
per Patris regnu splendidioribus radijs micue-
runt: de quibus & in Euangelio dicitur: *Ful-*
Matt. 13. *gebunt iusti sicut sol in conspectu Dei.*

32 *Hic omnes, vel penè omnes, qui ante illum ex vtraq; parte Orbis de doctrina Ecclesiastica scripserant legit:* Proponitur, & hoc idem in
eiusdem Hieronymi die festo a Breuiario Ro-
mano Augustini testimonium: cui profectò,
qui librum eius de Scriptoribus Ecclesiasticis,
& eius paſsim opera perlegit, assensum præsta
se non dubitabit: Tot namq;, tantisq; doctri-
narum copijs vndiq; illa redundant, vt non Ca
C tholicorum tantùm, siue Græcorum, siue La-
tinorum, aliarumq; Orbis terræ natiuoum, sed
& hæreticorum omnium bibliothecas pervo-
lutasse facilis coniectura sit.

An Hæreticorum libri legendi?

CONTROVERSIA XXVI.

NOn importunè ex dictis nuperrimè, de
damnatorum studio, atq; lectione libro-
rum explorare nunc quispiam posset: Num a
Catholicis præ manibus ijdem habendi sint,
nec ne? Sanè legendos illos, & Hieronymi ip-
D sius exemplum & verba, quibus in Epistola cen
tesima quinquagesima secunda, (allatis iam
in eadem pluribus eiusmodi damnatorum au-
ctorum sententijs, atq; explanationibus) de
illorum studio se excusat, certò alicui persua-
Epi. 152. dere possunt. Ita quippe scribit: Nec iuxta
Pythagoræ (inquit) discipulos, præindicata
doctoris opiolo, sed doctrinæ ratio ponderan-
da est. Si quis antem contrariæ factionis im-
murmurat, quare eorum explanationes legam,
quorum dogmatibus non acquiesco: Sciat me
1. Thes. 5. illud Apostoli libenter audire: *Omnia probate: quod bonum est tenete.* Et Saluatoris verba di-
centis, *Estote probati nummularij*, vt si quis
nummus adulter est, & figuram Cæsaris non E
habet, nec signatus est moneta publica, repro-
betur. Qui autem Christi faciem claro præfert
lumine in cordis nostri marsupium recõdatur.
Ego, & in adolescentia, & in extrema ætate
profiteor, & Origenem, & Eusebium Cæsariẽ
sem viros esse doctissimos, sed errasse in dog-
matum veritate. Quod e contrario de Theo-
doro, Acacio, Apollinario possumus dicere, &
tamen omnes in explanationibus scripturarũ,
sudoris sui nobis memoriam reliquerunt.
In terra aurum quæritur, & de fluuiorum alue-
is splendens profertur glarea: Pactolusq; ditior
est cœno, quàm fluento. Cur me lacerant
amici mei, & aduersum me silentem crassæ F
grues grunniunt? Meum propositum est anti-
quos legere, probare singula, retinere quæ bo-
na sunt, & a fide Ecclesiæ Catholicæ non rece-
dere.] Hæc Hieronymus, quibus propriam
Oecolampadius, alijq; complures nostrorum
temporum hęretici perfidiam prætexentes, in-
iustam Ecclesiæ Romanæ legẽ oblatrant, qua
ne eiusmodi Hæreticorum libri legantur, decer
nitur; cum præsertim multorum ex ijs diffici-
lium habeatur de scripturis Sanctis intelligen-
tia locorum, & eruditio multiplex ac varia,
quæ apud Catholicos minimè obseruatur, in
ijsdẽ contineatur.

Pro sua verò sententia aliorum rursus pro- G
ferunt testimonia Patrum; illudq; inprimis,
quod a Socrate, Ecclesiasticæ historiæ libro,
capite decimo septimo, de Theophilo Alexan-
drinę Vrbis Episcopo, litteris proditum est:
Is namq; cùm illius libros sæpius euolueret,
quem paulo ante Synodo damnauerat: Ori-
genis nempe, de eo ipso ab amicis requisitus,
hæc fertur respondisse: Origenis libri similes
sunt prato omnis generis floribus ornato: Itaq;
si quid boni in illis reperio, illud excerpo: si ve
ro spinosum quid uisum fuerit, hoc tanquam
aculeatum prætereo.]

Idipsum Diui Dionisij martyris, eiusdem
Ecclesię Antistitis auctoritate, quæ & ab Eu- H
sebio Cæsariense, Ecclesiasticæ æquè historiæ
libro septimo, capite septimo refertur, probãt.
Ad Philemonem namq; Presbyterum Romanũ
Is hæc scripsisse legitur: Ego verò etiam hære-
ticorum Commentarios, & traditiones legi,
parumper quidem animum meum impuriſsi-
mis illorum cogitationibus commaculans:
Verùm id vtiliter inde capiens, vt eas apud me
ipsum redarguam, & multò amplius abominer:
Et cùm a fratre quodam Presbytero prohibe-
rer, qui verebatur, ne malitię illorum scripto-
rum cœno inuolueret, vnde anima mea perde
retur, qui, vt sensi, verum dicebat, visio quæ-
dam diuinitus oblata est, quæ me confortaret,

A & sermo ad me factus perspicuè præcepit dicens: Lege omnia, quæ in manus tuas veniunt, valebis omnia expendere, & probare, & hinc data est tibi initio fidei occasio. Acceptaui visionem hanc tanquam Apostolicę voci conformem ad potentiores dicenti: Sitis probati dispensatores.] Hæc pro se Oecolampadius.

1 Cæterùm ex aduerso Hieronymi ipsiusmet (vt de reliquis Patribus sileam) stare sententiam, multis eiusdem testimonijs conuincitur. Sit illud inprimis, quo Rufinum, libro tertio Apologiæ, capite quinto, in fine redarguit: Tu autem, dum inter mulsum magistrorum, B & venena pariter bibis, à Magistro Apostolo recessisti, qui docet etiam Angelum, & se, si in fide errauerint, non sequendos.]

2 Ad idem est, quod post multa in hæreticorum execrationem super Hieremiæ decimũ sextum, tandem concludit: Si (inquiens) hoc de lugentibus dicitur, quid fiet de hæreticis, quorum sermo serpit vt cancer: & quotidie prosternuntur in Ecclesia funera deceptorum?

3 Inculcat hoc ipsum in Matthæi decimũ, dum scribit: Cæterum secundùm anagogen, non licet magistris aurum, & argentum, & pecuniam, quæ in zonis est possidere. Aurũ C sæpe legimus pro sensu, argentum, pro sermone, æs pro voce: Hæc nobis non licet ab alijs accipere, sed data a Domino possidere. Neq; hæreticorum, & philosophorum, peruersæq; doctrinæ suscipere disciplinas: non sæculi pondere premi, neq; duplici esse animo, neq; pedes nostros mortiferis vinculis alligari, sed sanctam terram ingredientes esse nudos: neq; habere virgam, quę vertatur in colubrũ: neq; in aliquo præsidio carnis inniti: quia istiusmodi virga, & baculus arundineus est, quem si paululum presseris frangitur, & manum transfodit incumbentis.]

4 De eodem super Aggei primũ: Gladius, D inquit, super mõtes, eleuantes se aduersus sciẽtiã Dei, & super frumẽtum, & vinum, & oleũ, quibus, quasi cibis, & potu, & refectione hæreticorum conciliabula deceptis populis blandiũtur: Congruè quis dixerit, panem illorum esse panem luctus, & furorem draconum esse vinũ eorum, & furorem aspidum insanabilem: oleũ quoq; repromissionem de cęlestibus, quo quasi vngunt discipulos, & laborum præmia pollicentur, quę detestatur Propheta dicens: *O-* Psal. 104. *leum autem peccatoris non impinguet caput meũ.* Cur igitur Catholicus non abominetur huiusmodi torcularia, voluminis scilicet hęreticorũ? Cur non gladius in eos iure grassetur?]

5 Item illud Habacuc explicans: *Væ, qui potum dat amico suo, mittens fel suum, & inebri-* E *ans, vt aspiciat nuditatem eius.* Vel iuxta Septuaginta: Hab. 2. *Væ qui propinat proximo suo subuersione turbida, & inebrians, vt aspiciat in speluncas eorum:* Væ, inquit, tibi Diabole, siue Antichriste, vel hęreticorum dogma peruersum, qui doctrinis tuis, & potione turbida inebrias populos deceptorum, & subuertis priorẽ fidẽ, dans eis potionẽ nõ de Syloa, non de Iordane, nõ de fontibus Israel, sed de torrente Cedrõ, & de flumine Aegypti, de quo Hieremias dicit: Quid tibi, & viç Aegypti, vt bibas aquam turbidã?] Et post pauca. Qui, inquit, inebriantur, Hier. 2. & qui eos inebriant, non ducunt in atria Domini, quę nulla tectorum premuntur vm- F bra, sed in speluncas. Fecerunt enim domum Matt. 21. Patris, quę fuerat domus orationis speluncam latronum: pollicentes initiationes quasdam, & mysteria, & recondita, solumq; hęreticis nota secreta, de quibus loquitur Isaias: Et manu Isa. 2. facta omnia abscondent, inferentes, in speluncas, & in scissuras petrarum, & foramina terrę. Non ingrędiamur ergo in speluncas hęreticorum: nec abscondamur ibi, vbi impius Saul stercora doctrinarum suarum egerere cõsueuit: sed magis ascendamus ad speluncam excelsam montis Sina, vbi & Elias vidit Do- 3. Reg. 19. Exod. 33. minum, & Moyses posteriora eius ante conspexit.] G

6 Deniq; aduersus Vigilantium *Multa in Orbe* rem ipsam vnico verbo concludit: Quid necesse est, inquiens, in manus, sumere, quod Ecclesia non recipit?] Perinde ac inferat, ne legendum quidem illud, sed miro odio habendum, ab eoq; velocissimo gressu fugiendum, cùm totum (vt dictum est) venenatum sit, totum mortiferum, totum exitiale. *His*, alijsq; quanplurimis Hieronymi de librorum hęreticorum lectione, quẽ & pro se potissimum Oecolampadius in medium affert, probatur, explicaturq; sententia.

Sed & idipsum ex Summorum Pontificũ, atq; nouissimè Sacri Concilij Tridentini decre- H tis habemus, quibus sub excõmunicationis sententia istiusmodi librorum, absq; licentia lectio omnibus Christi fidelibus interdicitur. Porrò sanctissimã, ęquissimamq; legem ipsi rerum euentus manifestò comprobãt. Hoc vno tantùm res illustretur exemplo. Auitus, apprimè antea vir Catholicus, & Hieronymi ipsius beneuolentia iunctus, Periarchon Origenis libros, ab eodem nuper latinitate donatos petijt: Obsequutus est ille voluntati eius. Ita tamẽ illorũ exẽplar dedit, quòd aliud opusculum ad cauendos in illis cõtentos errores, aptè eruditèq; eisdẽ prefixerit. Verùm nullũ fuisse cõsiliũ, illud non multò post ostendit, quòd cũ

A antidoto ille venenum ebibens, antidotum
miserè euomit, venenum intus retinuit. A
Catholicis quippe deficiens, atq; alteri eiusdẽ
nomini: Auito copulatus, Hispanijs amarum
æquè Origenianæ doctrinæ calicem propina-
uit. De eodem Baronius Tomo quinto, Sanc-
tus Augustinus ante librum aduersus Priscil-
lianistas, & nos infra Animaduersione quin-
quagesima nona. Huc etiam spectant, quæ
Ferdinandus Vellosillus Lucensis Episcopus
in suis Aduertentijs ad Tomum quintum Hie-
ronymi operum, Quæsito nono, affert. Ra-
tio, inquit, huius præcepti Sanctissimi præci-
pua (de non legendis videlicet libris Ecclesiæ
B iudicio prohibitis,) & vt experientia docuit,
necessaria, ea nimirum est, quam omnes,
qui in Concilio adfuimus, experti sumus. Nã
quidam doctor, cùm disputatio versaretur cir-
ca verum sacrificium, & propitiatorium,
quod in Missa offertur, eius mens adeò fuit
adducta in sententiam hæreticorum, qui eo-
rum scripta legerat, vt maxima pars Patrum
publicè acclamaret: Hic Lutheranismum sa-
pit. Et ego expertus sum doctorem Aegidiũ,
& Magistrum Constantinum, ambos Cano-
nonicos Magistrales Ecclesiæ Hispalensis, ab
Inquisitoribus, vt hæreticos meritò damna-
C tos, quorum causa perditionis fuit lectio li-
brorum hæreticorum, qui sunt similes angui
sub herba latenti, qui occultè mordens cor-
pus inficit, sic & animam lectio librorum hæ-
reticorum. Vnus istorum, cuidam Theolo-
go amico meo consuluit, vt si gloriam sæculi
quæreret, & fimbrias suas dilatare cuperet,
hæreticorum libros legeret; ex tunc timui,
quod illi de facto euenit. Et idem timendum
de omnibus, qui sine licentia speciali, & in
scriptis Sanctissimi Papæ legerit eorum scrip-
ta.] Ita Ferdinandus. Quis ergò ex his pe-
riculum in id genus librorum aspectu non sen-
tit? Quis iustissimam Ecclesiæ legem non cõ-
cludit? Quæ eiusdem matris Ecclesiæ pieta-
D tas, ni eiusmodi libros, veneno vndiq; sca-
tentes, ex manibus filiorum præriperet?
Quæ iustitia, nisi pęnis, infamiaq; transgres-
sores corriperet? Quæ prodentia, ni conta-
gioni pestiferæ aptissimis pharmachis occur-
reret? Sanctum vtiq;, & venerandum a nobis,
coleodumq; decretum.

Porrò tantùm abest præallegatum Con-
trouersiæ initio ipsi Oecolampadio, cæterisq;
Nouatorib⁹ suffragari Hieronymi testimoniũ,
quòd eundẽ, & quoscuoq; alios omnes magis,
magisq; deuincat: fieri quippe nequit hęreti-
corum Hieronymum legisse libros ab Eccle-
sia reprobatos, qui in calce eiusdem testimo-
nij ita obtestatur; Meum propositum est an-
tiquos legere: probare singula: retinere, quæ E
bona sunt: & (quod diligenter attendendum
est) a fide Ecclesię Catholicæ non recede-
re.] De antiquis tantùm ijs verba facit, quos
retinere, vel leggere non est a fide Ecclesiæ
recedere (ob violatum scilicet, vel neglec-
tum eiusdem decretum.) Probet Oecolam-
padius, Hieronymum ab Ecclesia Romana,
vel Generali Concilio damnata aliquando
voluisse, vel absq; Damasi iussu semel tan-
tùm legisse volumina, & proprium tunc con-
firmabit assertum. Legit certè Hieronymus
Origenem, legit Pelagium, legit Iouinia-
num, Heluidium, aliosq; ante eos quan-
plures hæreticos, quos enumerare longum F
esset; sed illos omnes, vel priusquam Ro-
manæ Ecclesiæ iudicio improbarentur (quo-
rum damnationis ipse inprimis auctor habi-
tus est) vel quò Summorum Pontificum
præceptis obtemperaret: De quo, & pro-
prium eius extat testimonium in Pręfatione
super quatuor Euangelia, in cuius exor-
dio se ab eodem Damaso Summo Pontifice
cunctarum scripturarum arbitrũ constitutũ af-
firmat. Gelasij quoq; decretum idipsum com-
probat, quo & Origenis, cæterorumq; om-
nium scripta prohibentur, quę eiusdem Hie-
ronymi sententia damnat; & ea ęque proban-
tur, quę idem recipienda decernit. Sit Oe- G
colampadius, & quilibet sectatorum eius fidei
puritate, vitæ probitate, ingenij, litteraturęq;
sublimitate Hieronymus, & illi hęretica scrip-
ta non modò retinere Ecclesia non prohibe-
bit, sed vt euoluat, & perlegat, perinde ac le-
gitimus censor imperabit; eoq; confutante
gaudebit.

Ad id pręterea, quod de Theophilo ex So-
crate affertur; licuisse illi Origenis libros per-
petuò euoluere respõdetur. Enimuero nõ dog
matistę amore, sed Catholicę religionis ardo-
re id certò cõtigerat. De eiusdẽ in Origenẽ ip
sũ, Origenistasq; oẽs intimo ac capitali odio,
vide tu Lector, Hieronymi Epistolas sexagesi-
mã octauã, septuagesimã, & septuagesimam
primam: Epiphanij item septuagesimam ter- H
tiam, & ipsiusmet Theophili sexagesimam
septimam, sexagesimam nonam, & septuage-
simam secundam, apud eundem Hieronymũ
omnes: In quibus, & primus, qui eiusmodi
libros, eorumq; propugnatores in Oriente,
coacta per eum Synodo damnauit, miris lau-
dibus pręδicatur. Porrò istiusmodi absq; Ro-
manę Ecclesię auctoritate actitata, nemo sus-
picari potest, cùm paulò post ad eius exem-
plum, in Occidente quoq; Anastasius Sum-
mus Pontifex publico decreto eosdem inpro-
barit.

Sed

A Sed & quod Eusebius de S. Dionysio prodit, responsionem in eo manifestò præsefert, quòd in eo ipso se hæreticorũ aliquãdo libros legisse Dionysius testetur, quò eosdem redargueret, & magis abominaretur: Addens etiam sibi id cœlesti Oraculo delegatum munus.

Deniq; commemoratis hactenus, eliminatisq; simul Oecolampadij argumentationibus aliter occurritur: Longè videlicet disparem causam esse inter eos, qui primis illis temporib⁹ & qui nostris sæculis hæreticorum scripta cognoscunt: Illi quippe viri erant vndequaque eruditi, & in synceritate fidei constantissimi; hodie Christifidelium vulgus maiori ex parte B indoctum est, & quouis vento nouæ doctrinę circumagitur. Illi adhuc, cùm non longè ab exordio nascentis Ecclesiæ distarent, ob inopiam Catholicorum Interpretum debuere hæreticorum Commentarios consulere, vt inde multarum Scripturæ Sacræ partium explanationes haurirent, quas nec dum vel Orthodoxi Patres tentauerant, vel nec dum satis feliciter attigerant. Nos, cùm tot innumeris veterum, ac recentiorum Doctorum pijs, ac doctissimis Commentarijs abundemus, in ijsq; simul omnes, ac singulas vtriusq; Testamenti partes verius, doctius, & elegantius, quàm in hæreticorum libris explicatas habeamus, qua venia C digni censebimur, si omissis purissimæ doctrinæ fontibus, cœnosos hæreticorum lacus perquiramus? Indecorum igitur, aut nefas eiusmodi authorum studium antiquis Patribus minimè fuit. Secus de nobis omnino dicendum, qui tum Summorum Pontificum, tum Conciliorum decretis prohibemur.

COMMENTARIVS. E

33 *Nec aliam de hac re, quam prædixi tenuit, promps itq́, sententiam.* De peccato intellige originali, quod nimirum per inobedientiam primi Parentis in posteros haud deriuare, sed in eo omnes ortum habere statu, quo idem conditus fuit ante præuaricationẽ pręfatus Iulian⁹ cũ Pelagio iactabat: cuius & blasphemia paulò ante, pestiferi dogmatis nomine sugillata est.

34 *Qui cùm exponeret Ionam Prophetam apertissimè dixit: Quòd etiam paruuli peccato offensionis Adæ tenerentur obnoxij.* Tertio videlicet capite ibi. *Et crediderunt viri Niniuitæ* Ion.3. *in Deum.* Cuius & verba sunt. Nullus absq; F peccato, & si vnius quidẽ diei fuerit vita eius, Iob.14. & numerabiles anni vitæ illius. Si enim stellæ Iob.25. non sunt mundæ in conspectu Dei, quantò magis vermis, & putredo, & qui peccato offendentis Adam tenentur obnoxij?] Hæc ipse, qui millibus alijs in locis eadem pluribus prosequitur; vt optimè etiam Victorius in Indice operum eius, Verbo, *Originale peccatum* adnotauit. Igitur ex allegato hactenus, atq; explicato simul Augustini testimonio, quanti Hieronymũ is fecerit pluribus non est opus ostendere, cùm id sole clarius sit. Poterat certè Iulianum Concilij vnius tantùm, vel Palestini, vel Diospolitani, vel Romani allegatione conuincere: Verùm nominatìm Hieronymum induxit, vt G quem viuum ~~in quibus omnibus~~ præcursor eius Pelagius hostem fuerat expertus acerrimum, ipse quoq; sectator, eundem mortuum impetitorem formidaret infensum.

De Hieronymi e vita felicissimo transitu. Caput. X X I.



GITVR 1 Beatus Hieronymus posteaquam ex scriptorum suorum copia inexpugnabilem Ecclesiæ Christi turrem contra iacula hæreticorum erexerat, 2 octogesimo octauo ætatis suæ anno, 3 Imperij autẽ Theodosij iunioris 4 duodecimo, D *5 in senectute bona migrauit ad Dominum. 6 videlicet, vltima Septembris die, 7 & eiusdẽ diei hora vltima. 8 cum sol occumberet. 9 Sanctæ autẽ, ac venerabiles fœminæ, Paula scilicet & Eustochium, exemplo, & commonitionibus* H *eius sæculi contemptrices, 10 & crucis Christi baiulæ 11 ante eius obitum, vocante sponso migrauerant ad eum. 12 Porrò Beatus Hieronymus dum adhuc viueret, sculpendo saxum in ingressu speluncæ Dominici præsepis sepulchrum sibi fecerat, 13 non longè à sepulchro prædictarum Sanctarum, 14 ibi, sæculi peruersitate deuicta sepultus est.*

COMMENTARIVS.

1 I*Gitur Beatus Hieronymus posteaquam ex scriptorum suorum copia inexpugnabilem* Marcell. in Chrõ. Cass. Arcadio, & Ruf. *Ecclesiæ Christi turrem contra iacula hæreticorũ erexerat.* Hoc ipso turris nomine, elogioq; a cæteris etiam scriptoribus Hieronymi opera commendantur. Catholicis (inquit) Marcellinus in Chronico, Hieronymus inexpugnabilis turris, hæreticis autem infatigabilis hostis, tam proposito vitæ, quàm librorũ a se editorum assertionibus depugnans.] Idem incertus in Vita eiusdem. Innumeris, ait iste libris, Apostolorum, Prophetarum cõstructionibus editis

immo-

A immobilem Catholicæ turrem Ecclesiæ contra perfidorum iacula consumauit.] Et paulò post idipsum reperens: Dehinc, scribit, ipse vir Beatus Hieronymus in librorum abundantia fultus, dictis suis Spiritui sancto dedicatis, immobilem Catholicæ turrem Ecclesiæ contra perfidorum iacula consumauit.] Et reuera ita rem se habere (Sanctorum videlicet Patrum scriptis, quasi excelsis turrib⁹ Ecclesiam aduersus hæreticorum insidias muniri, ac protegi
Psal. 47. David quoq; testatus est dicens: *Circundate Sion, & complectimini eam: narrate in turribus eius*: Enimuerò mysticam hæ Dei Ciuitatem, veluti quodam sepimento vallant, atq; ex eisdem
B illi præsertim, ad quos ex officio spectat vigiles aduersariorum machinationes specu-
Isa. 62. lantur. Deniq; super has turres constituti dicuntur custodes, qui tota die, ac nocte non tacent laudare nomen Domini, qui prædicant populis fortitudinem eius, & annuntiant Gentibus gloriam eius. Sunt, & aliæ turres, quæ Isaię trigesimo cadunt. Verùm earum acceptione, aut Dæmonum potestate designantur, aut superbi & arrogantes, & magni in hoc sæ-
Psal. 36. culo, de quibus dicitur: *Vidi impium eleuatum & exaltatum sicut cedros Libani, & transiui, & ecce non erat: quæsiui, & non est inuentus locus eius*. Has ipsas turres ędificare cupiebant, qui mouerunt pedes suos de Oriente, quorum lin-
C
Gen. 12. guę in Babylonia confusę sunt, & illi super
Is. 30. quos cecidit turris Siloe. Pulchrè autẽ hæreticorum blasphemiæ peruersaq; dogmata iaculorum nomine exprimuntur, cùm eisdem sępe numero incautæ Christifidelium animæ vulnerentur in mortem. Adeo verò tenuuia interdum, exacutaq; sunt, vt confossæ etiam ab eisdem animæ vix vulnus intelligant. De ipsis &
Psal. 10. Propheta loquitur: *Ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt sagittas suas in pharetra sua, vt sagittent in obscuro rectos corde*. Aduersus quas & Apostolus nos præmuniens: *State*
Ephes. 6. *inquit succincti lumbos vestros in veritate, & induti lorica iustitia*.

D 2 *Octogesimo octauo ætatis suæ anno*. Ita cũ Manuscriptis exemplaribus primitùs etiam impressi codices legunt. Et quidem hic vitæ Hieronymi annorum numerus cum dictis in primo capite congruit; quandoquidem si trecentesimo trigesimo secundo Christi anno, quo ipse ibidem natus assertus est, hic octogintaocto annorum numerus addatur, quadringentesimus illico & vigesimus eiusdem Saluatoris annus consurget, quo simul secundum Victoriũ, Baronium, & alios migrasse illum e sæculo constat. Hæc Patris Lupi de Hieronymi vitæ annorum numero sententia. Vtrum verò cæteris vero ea similior, probabiliorq; sit, ex afferendis mox prudens Lector aduertet. E

De Hieronymi ætate.

CONTROVERSIA XXVII.

Difficilis adeò scriptorum dissidio propositæ difficultatis peruestigatio est, vt iam nonnisi coniecturis, probabilibusq; argumentis explorari ea possit. Vixit Hieronymus iuxta Baronium in Annalibus Ecclesiasticis Tomo quarto & quinto, septuaginta & octo annis, qui æquè annorum numerus ex Victorio fermè deducitur. Superaddiderunt alij eiusmodi annorum numero tredecim adhuc, ita vt totum F
vitę eius cursum nonaginta & vno annis impletum contendant. Cuius sententiæ S. Prosper in Chronico auctor est, eundem postmodum secuti, Henricus Grauius, Ioannes Cassianus, Seuerus, & alij. Ab vtrisq; dissenserunt, qui eundem vita priuatum ætatis suæ anno nonagesimo octauo, vel nonagesimo nono testati sunt; e quorũ numero Beda, Ado, Vsuardus, Paulus Diaconus, Sigibertus, Incertus, & vulgatum Ecclesię Martyrologium: Quos æquè correxisse viri sunt Ioannes de Ianua Ordinis Prædicatorum, auctor millesimi ducentesimi octogesimi, & Equilinus; dum ille nimirum nonaginta & octo annis, hic verò nonaginta & G
nouem, sex insuper menses addiderunt, perinde ac vltra nonaginta, & octo, vel nouem annos sex iterum mensibus Hieronymus superuixerit. Subscribit, & Ioannes frater Baptista Mantuanus in carmine, dum canit:

Ad superos tandem longo iam frigidus æuo,
Vt potè qui stabas annorum in limine centum
Scandis, & æterna frueris dulcedine vitæ.

Deniq; non defuerunt, qui eundem supra centesimum superstitem asseruerunt. Tanta (vt dictum est, scriptorum dissensio tametsi Hieronymi vitæ spacium ita ambiguum, incertũq; reddat, vt de eo quidpiam decernere velle H
temerarium fortasse sit: Afferam tamen paucula, quæ legentium iudicio committam.

Triplici ordine in Hieronymi vitę cursu explicando nuper citatos auctores discretos esse, nemo est qui non intelligat. Porrò extremos illi obtinere gradus facile dignoscuntur, quorum vna sententia eundem Hieronymum septuaginta & octo annos natum recipit, altera nonaginta & octo, vel nouem, seu etiam centenario maiorem contendit. Medij verò inter eos constituuntur, qui ætatem eius ab octogesimo, & octauo anno ad nonagesimum primum vsq; annum protrahunt. At quod extremi, & quidem inprimis, qui ad septuaginta & octo tantum annos eius ætatem produ-

cunt

A cunt a veritate discrepent, suadetur sequentibus.

1 Cùm Hieronymus Paulę funus epitaphio prosecutus est, ad vltimos senectutis fines se tunc temporis peruenisse testatus est: Epi. 27. Vale (sub extremo inquiens) o Paula, & cultoris tui vltimam senectutem orationibus tuis iuua.] Verùm a tempore conscriptionis eiusmodi libri, iuxta etiam ipsum Baronium annis vlterius sexdecim, secundum verò Prosperum decem & octo superuixit, igitur, veritati haud consonum septuaginta tantùm & octo annis eundem vitam egisse: Enimuerò, si extremo senectutis vltimę termino sexdecim, B vel duodeuiginti anni rursus superaddantur, excessisse illum eiusmodi annorum numerum æquè fatendum est. Quòd verò Hieronymus memorato nunc annorum internallo Paulę superuixerit, habetur id expręssum ex ipso Hieronymo, dum eundem librum claudens subdit: Dormiuit Sancta & Beata Paula septimo calendas Februarij, tertia Sabbati, post solis occubitum: Sepulta est quinto calendas earundem, Honorio Augusto sexies, & Aristeneto Con sulibus. Incidisse porrò horum Cōsulatum, in Christi Domini annum quadringentesimũ quatrũ, Arcadij vero & Honorij C Imperatorum decimũ, rectè supputat & ipse Baronius Tomo quinto.

2 Sanctus Augustinus ex Possidio, Breuiarioq; Romano annos septuaginta sex natus est, extremum verò diem clausit, iuxta Baronium Christi anno quadringentesimo trigesimo, Theodosij autem vigesimo tertio, & Valentiniani sexto. Tunc hac supposita veritate sic arguitur. Si Baronij, sententia de Hieronymi annorum vitæ numero esset, sequeretur duodecim solummodo annis Hieronymũ Augustino fuisse maiorem: At hoc eiusdem Hieronymi dictis obsistit, eiusdem consequenter Baronij sententia corruit. Indicat sanè tũ propriam Hieronymus, tum Augustini ętatem D pluribus in locis, sed Epistola ad eundem potissimum octogesima nona, dum in cale concludit: Peto in fine Epistolæ, vt quiescentem senem, olimq; veteranum militare non cogas, & rursum de vita periclitari. Tu qui iuuenis es, & in pontificali culmine constitutus, doceto populos, & nouis Africæ frugibus Romana tecta locupleta.] Et in Epistola ad eumipsum nonagesima prima: Nos nostra inquit habuimus tempora, & cucurrimus quātum potuimus: nunc te currente, & longa spacia transmeante nobis debetur otium; simulq; (vt cum honore tuo, & venia dixerim) ne solus mihi de Poetis aliquid proposuisse videaris, Memento Daretis & Entelli, & vul- B garis prouerbij, quod bos lassus fortius figat pedem.] Rursus sequenti Epistola. Ego (repetit) quondam miles, nunc veteranus, & tuas & aliorum debeo laudare victorias, non ipse rursus effoeto corpore dimicare: ne si me frequenter ad rescribendum impuleris illius recorder historię, quòd Hanibalem, iuueniliter exultantem Quintus Maximus patientia sua fregerit.] Et sub extremis einsdem. Vale (ait) mihi amice charissime, ætate fili, dignitate parens.] Porrò, si Baronij sententiæ hæc aptari possint: sitq; præterea duodecem ad summũ annorum interualla, iuuenem quempiam, vel senem nuncupent: Seu vnum tyronem, al- F terum olim veteranum; vel hunc patrem, illum filium, Lectoris arbitrio relinquitur.

3 Cùm in Amos Hieronymus Commentarios edidit, ex senectutis incommodo se trementibus iam digitorum articulis scribendi labores ferre vltra non posse in præfatione tertij libri testatus est. Et super Ezechielem, in pręfatione nimirum septimi libri hæc ingessit: Accedit ad hanc dictandi difficultatem, quòd caligantibus oculis senectute, & aliquid sustinentibus Beati Isaac ad nocturnum lumen nequaquam valeamus Hebræorum volumina relegere, qui etiam ad solis, dieiq; fulgorem litterarũ nobis paruitate cœcantur: sed & Græ- G corum Commentarios fratrum tantùm voce cognoscimus: nulliq; dubium, quòd alienis dētibus commoliti cibi vescentibus nauseam faciant.] Hæc de effoeta ætate sua. Verum post eosdem in Amos Commentarios annis adhuc quatuordecim: Et post Ezechielis explanationem, annis æquè decem vitam egisse constat, vt proprijs suis præfationibus indicat: Igitur satis superq; ætatem annorum septuaginta & octo illum excessisse probatur. Et quidem de tempore elucubrationũ in Amos, hæc ipsemet loco citato scribit: Præsenti anno, qui sexti Consulatus Arcadij Augusti, & Anicij Probi fastis nomen imposuit, Exuperio Tolosanæ Ecclesię Pontifici Zachariam, & eiusdem vrbis H Minerio & Alexandro Monachis Malachiam Prophetam interpretatus sum, statimq; recurrens ad principium voluminis, Osee, & Ioel, & Amos tibi negare non potui.] Et de Ezechielis Commentarijs in Procemio libri tertij. Quis crederet, inquit, vt totius Orbis, extructa victorijs Roma corrueret (ad excidium scilicet a Gothis sub Alarico Rege illatum alludēs) vt ipsa suis populis & mater fieret & sepulchrũ: vt tota Orientis, Aegypti, Africæ littora, olim dominatricis vrbis seruorũ & ancillarũ numero cōplerentur? Vt quotidie Sancta Bethlehem

A nobiles quondā vtriusq; sexus, atq; omnib⁹ di-
uitijs affluentes susciperet mēdicantes: quibus,
quoniā opē ferre non possumus, condolemus,
& lachrymas lachrymis iungimus, occupatiq;
sancti operis sarcina, dū sine gemitu confluen-
tes videre non patimur, explanationem in
Ezechielem, & penè omne studium omisi-
mus:] Idipsum in Præfatione septimi in eun-
dem. Cæterùm Arcadij Augusti, & Anitij
Probi Consulatū Christi anno quadringente-
simo sexto adscribi, Vrbis vero excidiū, qua-
dringentesimo decimo apud ipsū quoq; Baro-
niū cōstat, qui & de eisdē fusius in Annalibus.

4 Deniq; & Marcellinus Comes quingen-
B tesimi vigesimi auctor, vt reliquos allatos su-
perius omittam, apertè in suo Chronico eius-
dē Baronij sententiæ aduersatur dicens: finē
vitæ fecit (Hieronymus scilicet) admodum
senex, ibiq; (hoc est Bethlehem) sepultus est.
Idem & Breuiarium Romanum singulis annis
in eius die festo testatur, dum, ad summam,
inquit senectutem perueniens sanctitate, &
doctrina illustris, Honorio Imperatore migra-
uit in cœlum.] Nec profectò ætatis eiusmo-
di, septnaginta videlicet, & octo annorum,
Sanctos summa vnqoam senectute functos
Ecclesia consuenit appellare: perinde ac ex
Augustini, Hieronymo biennio inferioris, Ac-
C tis (quæ singulis annis recitat) videre est,
Igitur si admodum senex Hieronymus, &
summa senectute perfunctus, consequens e-
tiam vt a Baronio annorum supputatam seriē
excesserit. Hæc de prima sententia,

Aduersus alteram (quæ extrema compara-
tione superioris dicitur, de certo eiusdem Hie-
ronymi vitæ annorum numero) sententiam,
non est quòd admodum contendamus, cùm
illa satis, superq; Augustini testimonio conuin-
catur. Enimuero non valde decrepitum,
sed decrepitæ tantùm ætatis aliquot annos
Hieronymum percurrisse, in libro aduersus Iu-
lianum sequentibus tradit, videlicet: Nec
D Sanctum Hieronymum, quia Presbyter fuit
contemnendum arbitreris; qui Græco & La-
tino, insuper & Hebreo eruditus eloquio, ex
Occidentali ad Orientalem transiens Ecclesiā
in locis sanctis, atq; in litteris sacris vsq; ad de-
crepitam vixit ætatem.

Accedit, quòd nec ipse Hieronymus ali-
quando se vel centenarium, aut omnino de-
crepitum dixerit: sed tantùm ætatis vltimæ,
ac penè decrepitum (vti ex eius Epistola octo-
gesima nona ad eundem Augustinum patet)
affirmarit: hisce nimirum verbis: Te veneran-
tur Episcopum, & in Ecclesia declamantem
Sacerdotij honore suspiciunt, me autem æta-
tis vltimæ, & pene decrepitum, ac Monasterij E
& ruris secreta sectantē paruipendunt. Porrò,
cùm vltima hominis ætas decrepitas (vt mi-
nus Latine loquar) sit, planè ex his ingressum
illum iam in eandem, atq; eiusdem aliquot
transegisse annos intelligimus. Nec quispiā,
ex eo, quòd se penè decrepitum idem affirmat,
fuisse illum, non adhuc quidem decrepitum,
sed in limine tantùm decrepitæ ætatis suspica-
ri debet; Quandoquidē contraria iuxta hunc
sensum is omnino protulisset, quippe, cùm
extremum hominis vitæ sæculum, & decrepi-
tas non distinguantur. Voluit ergo ita se vlti-
mæ ætatis Hieronymus asserere, quòd simul
nondum se plane decrepitum indicaret. Enim- F
uerò omnium ætatum, eiusmodi ætas longis-
sima est. Quod vt magis perspectum habea-
tur, ex Græcorum sententia, hominis vitam in
septem diuidi ætates silentio haud prætereun-
dum est: In infantiā nimirum, Pueritiam, A-
dolescentiam, Iuuentutem, Virilitatem, se-
nectutem, & Decrepitatem, Porrò singulæ
singolis septē annorum interuallis definiūtur:
Ita tamen, vt primo atq; vnico septennatio In
fantia cōpleatur. vnico atq; secundo pueritia;
in decimo videlicet, & quarto anno. vnico
atq; tertio Adolescentia: in vigesimo nimi- G
rum primo. Tribus Iuuentus, in quadragesi-
simo videlicet secundo. Duobus Virilitas,
ita vt quinquagesimum sextum non excedat.
Duobus pariter Senectus, & septuagesimo per
ficitur. Quatuor tandem decrepitas, quæ
nonagesimo octauo clauditur. Ex his ratio de-
ducitur, qua se in extremo penè vitæ gradu
constitutum, non autem absolutè decrepi-
tum dixit Hieronymus: quia videlicet in ter-
mino primi decrepitæ ætatis septennarij, tres
adhuc alios sibi superesse percurrendos sep-
tennarios idem ipse animo repetebat.

Deniq; ad hanc ipsam veritatem explican-
dam, annus quoq;, quo præallegata Epistola H
(ex qua & testimonium allatum est) ab Hie-
ronymo scriptis consignara fuit nunc explo-
randus esset. Cæterùm, quoniam is suo loco,
in Animaduersionibus videlicet disquiretur
ad easdem Lectorem remittimus. Inpræsen-
tiarum eundem de hoc vno tantùm monuis-
se sat sit: dictatam ipsam Epistolam qua-
dringentesimo octauo Christi anno, ætatis
vero Hieronymi septuagesimo septimo, vt
plane ratione comprehendatur, vndecim &
vltra eum adhuc annis vitam egisse, ac ita ad
octogesimum octauom deinceps peruenisse
annum: duobus videlicet cum dimidio ætatis
decrepitæ impletis septennarijs. His ita ex-
plicatis non potuisse Hieronymum ad sæ-

culi

A culi vnius mensuram peruenire, qui con scriptionis Epistolę tempore septuagesimum, & septimum tantùm agebat annum, liquidò constat. Restat igitur Patris Lupi de Hieronymi ætate, annorumq; numero sententiam verò magis similem, atq; probabilem esse censendam, quæ iisdem pariter rationibus, quibus hactenus explicatæ sententiæ confutantur, conprobari potest,

De mensibus item, quos vltra nuper statutũ annorum numerum Hieronymus vitam produxit, sunt qui sex numerãdos, octogintaq; & octo annis addendos arbitrantur. Cæterum, quoniam de eiusdem Hieronymi ortus tempore
B apertus, ac publicus mensis, sed annus tantummodo habetur expressus, manifestus deinceps nec eiusmodi mensium numerus baud decerni potest. Nos, qui ipsum Hieronymum Christi trecentesimo trigesimo secundo, vigesimo autem sexto Imperij magni Constantini, ad finem vergente anno, natum ab àobseruaui mus, duobus ipsum saltem cum dimidio mensi bus, octogenario octauo annorum numero ma iorem necessario debemus accipere. Quandoquidè vigesima quinta mensis Iulij die trecentesimi trigesimi secundi Domini anni, vigesimus septimus eiusdem Constantini annus initium fecit; ante quod nonnihil Hieronymi na-
C tiuitatem accipientes, tot omnino menses eiusdem vitę annorum numero addendos dicim², quot a mense Iulio ad Septembris extremum, (quo idem mortali vita extinctus est) effluunt.

COMMENTARIVS.

3 *Imperij autem Theodosij iunioris*. Imperauit primùm Arcadius eum Honorio fratre, sed eo morte sublato Theodosius eiusdem Arcadij filius cum patruo Imperium rexit. Quod itaq; hoc loco Hieronymus sub Theodosio
D principe extremum vitę spiritum edidisse dicatur, minimè ei cõtrarium censendum est, quod in Breuiario Romano traditur, sub Honorio videlicet Imperatore id accidisse; Vterq; quippe simul & Theodosius & Honorius, hic quidè in Occidente, ille verò in Oriente leges orbi pręscripsit. *Iunior* autem ideo Theodosius asseritur, quia ipsunmet alter eiusdem nominis præcessit, cuius & Imperij exordium, Gratiano & Valentiniano collegis Christi anno trecentesimo septuagesimo nono consignatur,

4 *Duodecimo*. Ita incertus quoq; in Vita eiusdem: sed restituendus omninò locus ex certa temporum ratione est: Ita vt *tertiodecimo* non [duodecimo] legendum sit. Enimuerò, cùm Christi anno quadringentesimo octauo, Calendis Maij iuxta Prosperum, ac Marcellinum in Chronicis, nec non Socratem Libro sexto, capite vigesimo primo, ex hac vita subreptus sit idè Arcadius, ab ipsoq; eo die Theodosius filius Imperij exordium auspicatus sit, sequitur vt post eiusdem *duodecimum* Imperij annum, sequentis vlterius anni menses quinq; integros Hieronymum excurrisse dicamus. E

Adscribitur ergo iuxta Patris Lupi sentẽtiam, quam vti cęteris probabiliorem secuti sunt etiã Victorius, & Baronius, hic Hieronymi felicissimus transitus, Christi Domini anno quadringentesimo vigesimo; ex quo ad trecentesimũ trigesimũ secundũ vsq; retrocedentes (quo vtiq; eundem Hieronymum natum superius diximus) octuginta octo annos, & mensibus F tribus, vel circa, quos idemipse toto vitæ suæ cursu impleuit, numerabimus. Hanc autem Patris Lupi cæteris probabiliorem sententiam: non certiorem vsurpaui, cum æque & hic Hieronymi obitus annus apud scriptores controuersus sit. Verum proponam nunc ego quæstionem ipsam, si forte quanplurimis difficultatum nodis veritatem implexam quoquomodo enucleate valeam,

De Hieronymi obitus anno,

CONTROVERSIA XXVIII. G

QVod inprimis Hieronymi extremum vitæ annum in dubitationem videtur adducere Scriptorum dissidium est. Enimuerò Beda de eiusdem Hieronymi vitę exitu agens, non sub Theodosio iuniore, sed sub Arcadio illius parente, eundem refert. Victorius verò, & Baronius Patris Lupi sententiam secuti (vti & paulò ante retulimus) eundem Domini anno quadringentesimo vigesimo adscripserunt. Cæterùm aliter ante omnes Sanctus Prosper in Chronico; eundem quippe quadringentesimo vigesimo secundo consignauit, atq; eius sententię recentiorum non pauci subscripse- H runt: Ioannes Cassianus libro septimo de Incarnatione Domini, Seuerus in Dialogo, Henricus Grauius in Adnotationibus ad librum de viris illustribus eiusdem Hieronymi, & alij.

2 Ad propria ipsius Hieronymi testimonia magis vrgent, illudq; inprimis, quod ex Oseę Cõmentarijs accipitur. Ibi enim eorum tẽpus indicans; Post passionẽ (inqnit) Domini Saluatoris vsq; in præsentem diem paulominus quadringentesimus annus expletur; at quantum temporis residear vsq; ad diem iudicij, nec Angeli norunt, nec filius:] Hæc ibi. Si ergo præfatis post passionem Domini quadringentis annis triginta tres, & menses tres ætatis adijciantur

A cipantur, quos idemipse Saluator cùm sub Tiberio Cæsare cruci affixus est, absoluit; Et rursus his quatuordecim alij, post quos a tempore conscriptionis eorundem Commentariorum vitã egit ipse Hieronymus (vt constat ex præfatione libri tertij in Amos) profectò illius obitum supra quadringentesimum quadragesimũ septimum fuisse dilatũ, compertissimũ erit.

3 Idipsum repetit libro secundo aduersus Iouinianum, vbi: Quadringenti, ait fermè anni sunt, quòd Christi prædicatio fulget in mundo, ex quo innumerabiles hæreses tunicam eius consciderunt:] quod si quadringentis Christi annis triginta tres ætatis eiusdem, post B quos Euangelica prędicatio vniuersum orbem percurrit copulem⁹, quadringẽtesimo vtiq; trigesimotertio editos eosdẽ libros concludemus.

4 Accedit, quòd illud Epistolæ ad Titum [iustè & piè viuamus in hoc sæculo, expectantes &c.] idẽ Hieronymus explicans post aliqua hæc habet: Neq; verò aliũ Iesum Christũ, aliũ Verbũ dicim⁹: vt noua hęresis calumniatur: sed eundem & ante sæcula, & ante mundum, & post mundum: imo ex Maria, magnum Deum appellamus Saluatorem nostrum Iesum Christum, qui dedit semetipsum pro nobis, vt pretioso sanguine suo nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum peculiarẽ.] C Quibus verbis Nestorij hæresim explicari, nemo qui sacras litteras nouit, ignorat. Docuit nanq; Nestorius, Theodoreto teste libro quarto dè fabulis hęreticorum, & Prospero in Chronicis, duas in Christo fuisse Personas, alteram diuinam, humanam alteram. Verùm ea non nisi quadringentesimo trigesimo Domini anno ex eisdem, ac insuper Baronio, & Bellarmino cœpit vulgari, Consequẽter Hieronymum, Domini annum quadringentesimum trigesimum excessisse ex his constat. Adde in hotũ comprobationem Victorij quoq; (si placet) testimonium: ante me enim nuper allegata, & ipse Hieronymi verba perpẽdens, eadẽ de Nes- D torij impia assertione promulgata, adnotauit in Indice, verbo, Nestorius.

5 Deniq; longe posteriori tempore viguisse Hieronymum testis ipsemet adhuc habetur in Epistola centesima vigesima nona ad Dardanum. Quandoquidem in Iudæorum ibi diuturnam a Romanis illis illatam captiuitatem insultans, ita scribit: Post euersionem templi paulominus per quadringentos annos, & vrbis & templi ruinæ permanent, ob quod tantum facinus? Ignoras? Memento vocis parentum Matt. 27. tuorum: Sanguis eius super nos, & super filios nostros.] Cæterùm templi, atq; Vrbis euersionis annus septuagesimus secundus numeratur a Christi natiuitate: igitur si huic annorum numero, quadringenti rursus addantur, post quos E se scriptam prodit Epistola, vtiq; etiam constabit, vixisse eundem circa eiusmodi tempora, quadringẽtesimum videlicet septuagesimum secundum annum: vel fortassis etiam circa posteriores.

Cùm his, alijsq; similibus Hieronymi obitus tempus omnino reddatur ambiguum, breuiter nunc ipsa veritas ex non leuibus coniecturis attentè perscrutanda est. Et quidem inprimis Hieronymus Christi annum quadringentesimum trigesimum (quo vtiq; Sanctum Augustinum superius diem clausisse extremum ex Baronio nouimus) nõ potuit excedere, cũ eius vitæ exitũ idẽ S. Augustinus sæpius cõmemoret.

Præterea libro secundo Retractationum F suarum, capite quadragesimo quinto eundem Hieronymum allegans: Scripsi, inquit etiam duos libros ad Hieronymum Presbyterum sedentem in Bethlehem, vnum de origine animę hominis.] Et infra. Rescripsit autem laudans eandem consultationem meam: sibi tamen ad rescribendum otium non esse, respondit. Ego verò quousq; esset in corpore hos libros edere nolui, ne fortè responderet aliquando, & cum ipsa responsione eius potius ederentur: Illo autem defuncto ad hoc edidi priorem.] Hæc Augustinus. At Retractationum eiusmodi libri Christi anno quadringentesimo vigesimo sexto cœpti sunt, atq; sequenti absoluti (perinde ac optimè Baronius quoq; obseruauit, ea po- G tissimum fretus ratione, quòd Possidius, illis ab Augustino elaboratis non multo post Vuandalorum in Africã irruptionem accidisse testetur, anno nimirum Christi quadringentesimo vigosimo septimo:) ante igitur quadringentesimũ vigesimũ sextũ extremum vitę spacium Hieronymus clausit.

Sed quòd neq; quadringentesimum vigesimum secundum Domini annum is attigerit, illud argumento est, quòd de eodem, tanquam aliquot iam ante annos in Christo quiescente meminit idemipse Augustinus libro primo aduersum Iulianum, verbis videlicet iam sæpius H supra allegatis. [Nec Sanctum Hieronymum quia Presbyter fuit &c.] At librorum eiusmodi aduersus Iulianum primi saltem quatuor, (qui [Contra duas Epistolas Pelagianorum] Tomo septimo eiusdem Augustini operũ prænotantur) Christi anno quadringentesimo vigesimo secundo editi sunt: inscribuntur enim Bonifacio Summo Pontifici, cuius obitus anno proximè sequenti consignatur, Igitur ad quadringentesimum vigesimum secundum non potuit Hieronymus peruenire, cuius e vita transitus, veluti aliquot iam ante annos res præterita memoratur,

Postremo

A Poſtremò ſi Hieronymus ad eos annos de-
ſcendiſſet, ad quos in contrarium allata argu-
menta probare videntur, qui fieri poſſet, vt
rerũ ſuorũ tẽporũ is aliàs explorator, ſcrip-
torq; accuratiſſimus omniũ prorſus memoriã
prætermiſiſſet, vniuſq; ſaltem vel Conſulis,
vel Pontificis, vel Imperatoris interdum nec
meminiſſet. Certè, cùm de ijs tantùm memo-
riam eundem repetijſſe legamus, quæ ad qua-
dringenteſimum, & decimum nonum vſq;
Domini annum acciderunt, vtiq; & nonniſi
proximè ſequentem exceſſiſſe, perſuaſiſſimi
eſſe debemus. Prodidit ille quidem litteris In
nocentij ex Concilio Chartaginenſi aduentũ
B Epiſtola ſeptuageſima nona, Euſtochijq; mox
ſacratiſſimæ virginis dormitionem (extremos
ſuæ ętatis, atq; memorati nuper quadringen-
teſimi decimiuoni euentus) indicauit. Cæ-
terùm eloquentiæ tunc omnis, omninmq; doc
trinarum ſtetit vbertimum flumen; eoq; ipſo
extremnm ſpiritum profundente, nobis æquè
Hieronymiani fontis vnda ceſſauit. Igitur Hie-
ronymi ex hactenus explicatis occaſus tempo-
re explorato: firmataq; deinceps Patris Lupi
de eo ipſo ſententia, contrariæ nunc teſtans
diluendę rationes.

1 Ad primo itaq; loco ex Oſee Commen-
tarijs allatam argumẽtationem ita occurritur:
C Nõ abſoluiè, atq; phiſicè completũ a paſſio-
ne Domini quadringenteſimum annum Hie-
ronymum aſſerere; quin potius ad ſui explica-
tionem conſilij addere verba (panlò minus.)
Porrò ad eiuſmodi teſtimonij veritatem ſuffi-
cit trium vltimi centennarij partium duas eſſe
completas, tertiamq; iam cœptam.

2 Hac ipſe reſponſione tollitur quod ex ſe-
cundo adnerſus Iouinianum libro mox ſubdi-
tur de prędicatione Chriſti, ab cuius exordio
quadringenti fermè anni numerantur. Enim-
uero dictio *fermè* minuit de ipſo numero. Niſi
fortè quiſpiam Chriſti prædicationem, non a
trigeſimo ętatis eius anno, aut ab eiuſdem Aſ-
D cenſione ad ſuperos, ſed a Natiuitate traheret:
cùm nimirum Angelorum multitudo: Ecce
(intonuit) euangelizo vobis gaudium magnũ,
quod erit omni populo, quia natus eſt vobis ho
Luc. 2. die Saluator, qui dicitur Chriſtus Dominus in
Ciuitate Dauid: Cum Orientis Magi Hiero-
ſolymam ingreſſi protulerunt: Vbi eſt, qui na-
Matt. 2. tus eſt Rex Iudæorum, vidimus enim ſtellam
eius in Oriente, & venimus adorare eum? Cũ
Scribarum & Phariſęorum principes in Bethle
hem Iudę fore eundem naſciturum reſponde-
runt. Cùm demùm Simeon, & Anna de eo
palàm locuti ſunt. Cùm ipſi cœli noui fulgo-
ris & ſtellæ indicio, eius aduentum ennarraue-
runt. Ab his inquam, & alijs eiuſmodi Chriſti
prædicationis deducto exordio, nullum ex E
Hieronymi adducto teſtimonio ſequitur incon
ueniens. Quòd verò iſte Hieronymi verborũ
ſenſus ſit, ex temporis calculo, quo eadẽ mo-
numentis publicis conſignauit facilè probatur.
Scripſiſſe nanq; illum eoſdem aduerſus Ioni-
nianum libros ante Catalogum Scriptorum in-
de oſtenditur, quòd de illis in calce huius me-
minit: At liber hic de Scriptoribus quarto de-
cimo Theodoſij ſenioris anno (qui Chriſti Do
mini trecenteſimus nonageſimus ſecundus nu
meratur) ex proprio eius teſtimonio editus eſt:
ante conſequenter trecenteſimum nonageſi-
mum ſecundum libri aduerſus Iouinianũ pro-
mulgati probantur. Igitur a Natiuitate Chriſ- F
ti, eiuſdem prædicationis initium Hierony-
mum traxiſſe, atq; quadringentos numeraſſe
annos, probabili coniectura monſtratur.

3 Quòd tertio de Neſtorij hæreſeos pro-
mulgationis tempore affertur, tametſi id ve-
rùm ſit, vt nemo reclamet, non ideò tamen
circa Neſtorij hæreſiarchæ tempora vita frui-
tus Hieronymus eſt, vt propterea eundẽ ſcrip-
tis ſuis exaggitarit. Enimuerò Neſtorij hære-
ſis (vt dictum eſt) circa quadringenteſimum
trigeſimum propalata atq; damnata eſt, Hie-
ronymus vero decem iam ante annos in Chriſ
to quieuerat. Adde: Cùm Hieronymus e-
iuſmodi in Epiſtolam ad Titum litteris prodi- G
dit verba, traduxiſſe tunc annum Domini tre-
centeſimum octogeſimum nonum, vt hinc po
tiſſimum intelligatur, quadraginta ſaltẽ annis
antequã damnaretur, & fortaſſis etiam in hanc
lucem Neſtorius ederetur, ab Hieronymo ea-
dem ſcriptis mandata. De tempore horũ in E-
piſtolam ad Titum Commentariorum, actum
eſt ſupra, capite decimo quinto, numero trigeſi
mo. Igitur quoniã ex his, & Neſtorij hæreſim,
expręſſis ab Hieronymo verbis confutatam,
tum citato nuper loco ſuper Epiſtolam ad Ti-
tum, tum longiori alia diſputatione in priori
Sermone De Beatę ſemper Virginis Mariæ
Aſſumptione habemus, ipſumq; Hieronymũ H
multò ante Neſtorij tempora ex ipſamet an-
norum ſerie ęquè tenemus, profectò id non
niſi inſtinctu Spiritus ſancti, quo plenus idẽ
ipſe in ſacris ſcripturis transferendis, ijſq; ex
plicandis fuit, accidiſſe dicendum eſt. Enim-
uerò intellexiſſe illum aliqua interdum futura,
eademq; poſteritati prodidiſſe, nemo ambi-
git, & nos capite decimo quinto, numero vi-
geſimo iam ſupra obſeruauimus.

Diluetur poſtremò, quod ex Epiſtola cen-
teſima vigeſima nona obijcitur, Animaduerſio
ne itẽ centeſima vigeſima nona, in priori Re-
cenſione. Ad textum autem nunc redeamus,

A

COMMENTARIVS.

5 In senectute bona migrauit ad Dominum.
Non ideo senex iuxta litteram (quemadmo-
dum hactenus explicatum est) Hieronymus,
quòd plenus dierũ ex hac vita decesserit; Sed
mysticè senio quoq; confectus, quòd & im-
maculatam vitam traduxerit, & sapientiæ ca-
nis caput respersum habuerit. De vtrisq;
sapientiæ quarto dicitur: *Cani autem sunt sen-
sus hominis, & ætas senectutis vita immaculata.*
Zac. 8. De huiuscemodi senibus & Dominus per Za-
chariam loquitur: *Adhuc habitabunt senes &
B anus in plateis Hierusalem, & viri baculus in
manu eius præ multitudine dierum.*] Et quidem
perbellè in manibus senum baculi describũtur,
1. Cor. 4. vt cum Apostolo loquantur discipulis: *Quid
vultis? in virga veniam ad vos? an in spiritu le-
nitatis & mansuetudinis?* eorum quippe pro-
prium est monere, docere, corripere. Hisce
itaq; baculis ac virgis suffultus quoq; Hierony-
mus, ex eorum haud numero fuit de quibus
Prou. 13. scribitur: *Qui parcit baculo suo odit filium.* Ve-
rùm de illis, de quibus statim subiungitur:
Qui autem diligenter corripit, diligit: proferẽs
enim de labijs suis sapientiam non solum ve-
cordes homines interdum percussit, sed falsã
quoq; doctrinam cum blasphemia iactantes,
C attriuit. Cæterùm nunc attendamus vbi pri-
mùm in scripturis sanctis senectutem legeri-
In Ps. 91. mus. Adam (inquit idemipse Hieronymus)
nongentis triginta annis vixit, & tamen senex
non dicitur. Mathusalem nongentis sexagin-
ta nouem annis vixit, & senex non dicitur.
Venio vsq; ad diluuium, & post diluuium per
annos fermè tria millia, & nullum inuenio,
qui dictus est senex. Primus Abraham senex
dicitur, & certè multò minoris ætatis fuit, quã
Mathusalem: Sed propterea dicitur senex,
quoniam senectus ipsius iuncta fuit oleo vbe-
ri. Deniq; scriptum est ibi: & mortuus est
Abraham nutritus in senectute bona, plenus
D inquit dierum. Propterea in senectute bona,
quoniam plenus dierum. Omne enim tem-
pus vitæ ipsius dies fuerunt, & non nox. Hoc
ipsum, quod dictum est de Abraham, & de Hie
ronymo nunc æquè asseritur, cùm omnes, qui
Domino in omni vita sua præsto fuerint, senes
in scripturis sanctis appellati sint.

*6 Videlicet, vltima Septẽbris die, & eiusdẽ diei
hora vltima, cũ sol occumberet.* Desiderabantur
hæc in impressis codicibus, quæ ideo nos ex
manuscriptis exẽplaribus addidimus. Et qui-
dem huic ipsi migrationis eius ex hac vita ad
ęternam felicitatem diei, non Prosper tantùm
in Chronico adstipulatus est, dum illam me
sub Theodosio Augusto nonũ, & Constantio E
Cæsare tertium Consulibus contigisse litteris
mandauit: sed & eandem quoq; in suis tabu-
lis, annis singulis, præconio publico celebran-
dam perpetuo monumento adscripsit Eccle-
sia. Horam præterea eandem diei vltimam
Eusebius æquè, de morte eius testatus est, cũ
subdidit: Hora nanq; charissimi patres, atq;
domini huius transitus gloriosę diei erat vlti-
ma.

Sed tropologicè dicamus, Ideo Hierony-
mum præsentis vitę laboribus iam completis,
vltima mensis die migrasse a sæculo, vt illas
mensis calendas, illosq; dies exordiretur, qui
æternitatis annos constituunt, de quibus Pro- F
pheta loquitur: *Cogitaui dies antiquos, & an-* Psal. 76.
nos æternos in mente habui. Et reuerà Hierony
mi vitæ curriculum, mẽsis termino fuisse abso-
lutum, mensiq; comparatum, ipsa nominis e-
thymologia atq; proprietas monstrat. Quan-
doquidem mensis a Luna tam Græcè, quàm
Hebraicè nomen habet, eiusq; calendæ a pri-
ma Luna effici, atq; triginta dierum numero
(subobscurato iam eiusdem Lunæ lumine) ab-
solui dicuntur. Hoc quidem in Hieronymi
vitę interuallo haud inconcinnè obseruamus.
Cœperat ipse olim perinde atq; cæteri homi-
nes, sibi a Luna (quam naturam dicimus) prę- Sap. 7.
sentis vitæ concessas calendas. *Vnus enim est* G
omnibus introitus ad vitam: & ideo ad eius cir-
cuitum singulis & ipse momentis mutabatur:
quia *homo* (vt Sanctus Iob testatur) *natus de
muliere, breui viuens tempore, repletur multis mi
serijs, qui quasi flos egreditur & conteritur, & fu-
git velut vmbra, & nunquam in eodem statu per-
manet.* Et Regius Psaltes concinit. *Homo va-* Psal. 143.
*nitati similis factus est, dies eius sicut vmbra præ-
tereunt.* Tandem triginta diebus absolutis ad
mẽsis extremum, hoc est ad vitæ vltimum pũ-
ctum peruenit. Ex quo veluti eclypsi morte
extinctus, nouum rursus lumen, non certè a
Luna (quæ cunctarum est causa mutationum)
sed a sole iustitię assumpsit, cuius cõmmunica- H
tione atq; virtute nouas iterum, inusitatasq;
calendas exorsus, vitæ pariter ęternę primor-
dia inijt. Loquitur de hoc ipso Sole Malachias Mal. 4.
hisce verbis: *Orietur vobis timẽtibus nomen meũ
sol iustitiæ.* Et de eius communicatione Apos-
tolus, scribit: *Nos vero omnes reuelata facie* 2. Cor. 3
*gloriam domini speculantes in eandem imaginẽ
transformamur a claritate in claritatem, tan-
quam a Domini spiritu.* Et Saluator in Euan- Matt. 13.
gelio: *Tunc iusti,* inquit, *fulgebunt sicut sol in
regno Patris mei.* Deniq; de vtrisq; calendis
Spiritus sanctus in scripturis, ac quidem de
prioribus contestatur in Isaia: *Calendas ve-* Isa. 1.
stras & solemnitates vestras odiuit anima mea:

Eos

A Eos videlicet intelligens, qui vitæ huius curriculis, atq; spacijs, non in Dei cultu, sed in voluptatibus abutebantur. De posterioribus
Psal. 80. Psalmista præcipit: *Bucinate in Neomenia tuba: in insigni die solemnitatis vestræ*: Quorũ & sensus: O nos animæ, quæ nuper, mortalitatis exuuijs depositis coniunctæ soli, mensis æterna luce illustrati, atq; sempiterna nouitate permansuri exordium inijstis, super eiusmodi calendis Deo gratias agite, & magnificentię tubam in diuinę bonitatis præconia roborate: Iterum dico, ex præcordiorum intimis eiusdem resonate clementiam, qui in insigni illo die, de
Psal. 36. Psal. 117. quo scribitur: *Dies immaculatorum in æternum*
B *erit*: Et *Dies solemnis illuxit nobis*, ad immortalitatis solemnitatem obliuioni nunquam tradendam, vos euocauit, assumpsit.

7 Et eiusdẽ diei hora vltima. Deniq; Gloriosissimi Patris dormitioni & hæc scitu dignissima additur circunstantia: incidisse nimirum eam in vltimam diei horam, vt totum eius vitæ curriculum diem fuisse, nihilq; aliquando noctis habuisse permixtum, intelligeremus. Hinc est enim, quod de Sanctis viris scriptura loquatur (quemadmodum & paulo ante retulimus) plenos eos obijsse dierum: quia reuera eorum vita dies integer fuit, cùm nihil vnquã tenebrarum, otij, vel quietis admiserit. Et
C quidem, si tunc diem dicimus, cùm vnusquisq; bonum exercet, Psalmista testante cum ait: *Exibit homo ad opus suum, & ad operationem suã vsq; ad vesperam*: Profecto, & tota Hieronymi vita, diei nomine celebranda, quippe quæ in perpetuis laboribus, in lectione vel scriptione, atq; diuinis potissimum laudibus fuerit ante transacta. Adde vltima eundem diei hora e vita decuisse descissere, cùm & nouissima hora mysticum Patrem familias vineæ suæ aduucasse operarios, quò illis redderet mercedem suam, scriptura restetur.

8 Cùm sol occumberet. Et quanuis clausus hic corporeis oculis eius dies solis occubitu fue
D rit, interioribus tamen eius oculis noua dies illa resplenduit, quę vesperum nescit: de qua Sancti ad eius ingressum gaudijs absorpti cla-
Thr. 2. mant: *En ista est dies, quam expectabamus, inueni*
Psal. 88. *mus, vidimus*: de qua & Dauid. *Ponam* (inquit) *in sæculum sæculi semen eius, & thronum eius sicut dies cæli*: quæ scilicet æterna est, Cui deniq; sol ille pręest, qui non singulis momentis ab ortu ad occasum, & rursus ab occasu ad ortum motu perpetuo fertur; sed ille dominatur, de cuius immobilitate Habacoc
Hab. 4. loquitur: *Sol, & Luna steterũt in habitaculo suo.*

Porrò Sanctissimi viri extremum vitæ diem Marcus Antonius Sabellicus millesimi quingentesimi auctor eruditissimus in quarto eius
E operum Tomo ita describit. Diuus Hieronymus moriturus, humi se collocari iussit, saccoq; quo induebatur operiri. Tum discipulis conuocatis, eos, vt in Dei seruitio perseuerarent, multum exhortatus est: Deinde Sacramentũ Corporis, & Sanguinis in genua erectus, & lachrymis perfusus reuerenter hausit: Mox terram prono ore petens, dispansis manibus dixit: Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundũ verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omniũ populorum: Lumen ad reuelationem Gentiũ, & gloriam plebis tuæ Israel.] Post hęc lux multa circa eum fulsit. Quidam etiam Ange-
F los vidisse se testabantur, vocemq; audisse, illũ ad patriam cœlestem inuitantium, & ipsius respondentis, quod libenter, cupideq; veniret. Mox discedente luce, anima quoq; a corpore discessit. Exanime corpus diuinum spirare odorem cœpit, omnia vnguenta suauitate vincentem: eadem hora, diuersis in locis, visionibus quorundam, ad quantam ille beatitudinẽ translatus sit, liquidò patuit. Nos eius humilitatem in moriendo imitemur: quandoquidem tantam in viuendo Sanctitatem assequi indigni sumus.] Hucusq; Sabellicus. De eodem & Marulus libro sexto) sequentibus agit: Diui nimirum, inquiens, Hieronymi corpus, cùm spiritum reddidisset, subita lux circunfulsit: visi sũt
G Angeli, & Christi vox audita, quę illũ ad possidendum cœleste regnum inuitaret. Lux cũ spiritu abijt, odor suauissimus cum corpore remansit. Eadem hora Cyrillus Hierosolymorũ Episcopus animam eius, Angelicis manibus gestatam, cœlum versus tendere conspexit. Eodem die Sancta hæc anima miro radians fulgore Augustino Hippone apparuit. Turoni etiã duo Monachi lucentem globum aera transire, & inde dulciter canentium choros audiri, dum admirantur, intellexerunt Hieronymi Presbyteri animam, tunc apud Betlehem defuncti, ab
H Angelis ad Paradisi quietẽ ferri: & hoc quidem pro laboribus, quos ipse in vita exhausit: Dei laudibus, & hominum vtilitati semper intentus. Tot pręterea signa de illo, tot miracula enumerantur, vt mihi certè, vel præcedere reliquos beatos apud Deum dignatione videatur, vel paucos habere pares.] Ita Marulus.

9 Sanctæ autẽ, ac venerabiles fœminæ, Paula scilicet & Eustochium, exemplo, & commonitionibus eius sæculi contemptrices. De eisdem, atq; earum virtute, qua & sæculi diuitias abiecerũt, & Christum pauperem secutæ sunt alibi dictũ est, capite præsertim tertiodecimo.

10 Et crucis Christi baiula. Ex Euangelio loquendi modus deductus, vbi Saluator loquitur: *Qui non baiulat Crucem suam, & venit post me,*

A *me, non potest meus esse discipulus.* Porrò quid
Luc.14. Crucis nomine signetur idem Saluator & Dominus paulo ante declarat dicens: *Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & sorores: adhuc & animam suam, non potest meus esse discipulus.* Et infrà: *Sic ergo omnis ex vobis, qui non renunciat omnibus quæ possidet non potest meus esse discipulus.*

11 *Ante eius obitum, vocante sponso migrauerunt ad eum.* Et quidem Paulę funus idemipse Hieronymus quatuordecim ante annos, quàm extremum diem ageret, luculentissimo prosecutus est epitaphio, quod habetur Tomo
B primo, Epistola vigesima septima: cuius etiã extremum, verbis sequentibus claudit: Exegi, o Paula monumentum tuum ære perennius, quod nulla destruere possit vetustas. Incidi elogium sepulchro tuo, quod huic volumini subdidi: vt quocunq; noster sermo peruenerit, te laudatam, te in Bethlehem conditam lector agnoscat] Hucusq; ipse. Eustochij verò preciosam æquè in conspectu Domini mortem, quamuis funebri oratione minimè cohonestarit, cùm in exitu pariter vitæ eius contigerit, sub Christi videlicet anno quadringentesimo decimo nono, superno tamen ipsum collustratum lumine ante triginta & quatuor annos
C mentis oculis, Virginis eiusdem regalem triumphum, quo tandem ad cœlestem sponsum processura erat cõspexisse, hominumq; simul sempiternę memoriæ tradidisse, extrema libelli ei᷒
Epi. 22. de custodia Virginitatis verba testantur, quibus ita vaticinatus est. Egredere quæso paulisper de carcere, & præsentis laboris ante oculos tuos tibi pinge mercedem, quam nec ocul᷒ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Qualis erit illa dies, cùm tibi Maria mater Domini choris occurret comitata virgineis? cùm post mare rubrum, submerso cũ suo exercitu Pharaone, tympanum tenens præcinet responsuris: *Cantemus Domino, gloriosè*
Exod.15. *enim honorificatus est: equum & ascensorem proiecit in mare.*
D Tunc Thecla in tuos lęta volabit amplexus. Tunc & ipse sponsus occurret,
Cant.2. & dicet: *Surge, veni proxima mea, speciosa mea, columba mea: quia ecce hyems transiuit, pluuia abijt sibi.* Tunc Angeli mirabuntur, & dicent, *Quæ est ista prospiciens quasi diluculum, speciosa*
Cant.6. *vt Luna, electa vt Sol.* Videbunt te filiæ, & laudabunt reginæ, & concubinæ prædicabunt. Hinc, & alius castitatis chorus occurret: Sara cum nuptis veniet, filia Phanuelis Anna cum viduis. Erunt in diuersis gregibus carnis, & spiritus matres tuæ. Lætabitur illa quòd genuit: exultabit ista, quòd docuit.] Hæc de futuro tantæ Virginis ad Deum progressu, nõ epitaphij, sed epitalamij loco, tot ante tempora E
ab Hieronymo decantata. Meminit & de eiusdem obitu, idemipse Epistola septuagesima nona ad Alipium & Augustinum. Deniq; sexcentis fermè in locis virtutum eiusdem laudes, atq; præconia testata reliquit. Habetur Virginis triunphalis dies in Ecclesiæ Romanæ tabulis, singulisq; annis, quarto calendas Octobris eiusmodi elogio recolitur: Eodem die Sanctæ Eustochij virginis, filiæ Beatæ Paulæ, quæ ad præsepe Domini cum alijs virginibus enutrita, præclaris meritis fulgens migrauit ad Dominum.]

12 *Porrò Beatus Hieronymus, dum adhuc viueret, sculpendo saxum in ingressu spelunca Do-* F
minici præsepis sepulchrum sibi fecerat. Memen In Eccl.
to semper (idem ipse aiebat) Creatoris tui, cap. 12.
& sic adolescentię tuæ viam gradere, vt mortis vltimæ recorderis, antequam tibi tempus adueniat, quo tristia quæque succedant. Iure ergò optimo ipse sibi quoque mortis memor sepulchrum condere debuerat, ne alijs prædicans ipse, vt Apostolus inquit, reprobus efficeretur. Paruulam olìm Bethlehem pro sepulchro, in quo veterem Adam cum Actibus suis, sęculi conuersationi præmortuum sepeliret, ante delegerat: Alterum supererat, vt corpori, quod naturæ lege caducum est, cui & dicitur: *Terra* Gen. 3.
es, & in terram ibis, sepulchrum construeret.
G De prioribus sepulchris, atq; defunctis scribitur: *Abscondes eos in abscondito faciei tua a conturbatione hominum: Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.* De posteriorib᷒ verò loquitur Isaias: *Resuscitabuntur mortui, & resurgent hi, qui in sepulchris sunt.* Igitur non fodiendo terram, sed sculpendo saxum Hieronymus sibi molitus sepulchrum est, vt in durissimæ materiæ* duro æquè opere mor * excis
tis simul memoriam cordis intimis arctius infigeret.

13 *Non longè a sepulchro prædictarum Sanctorum.* Dignum quippe fuerat, vt quibus in vita arctissimo charitatis glutino copulatus fuerat, in morte quoq; ab eisdem non abesset. H

14 *Ibi, sæculi peruersitate deuicta sepultus est.* Sæculum non pro annorum spacio, quod ex se nec bonum nec malum est, sed pro his qui versantur in sęculo accipitur. Quo sensu Apostolus ad Galatas loquitur: *Vt eriperet* Gal. 1.
nos de præsenti sæculo nequam: Et in alio loco:
Vt ostenderet in venturis sæculis, abundantes Ephes. 2.
diuitias gratiæ suæ. Vt ergò dies Iacob pauci & mali Genesis quadragesimo septimo dicuntur, quòd in illis varia ipse tentamenta perpessus sit: sic & Hieronymo peruersum sæculum, quòd illius homines persecutionibus acerbissimis eundem infestati sunt. Vnde sicuti peruer-

sum,

A sum, & rectum opponuntur, ita sæculi einsdē peruersitas, & a recto deflexio, Hieronymi ita rectitudini obstitit, vt inter vtrunq; bellū crudelius semper peractum sit. Deniq; quamuis ad extremum idem ipse vitę punctum inflexus terra, saxoq; compræssus sit, id certè non culpa atq; vitio, sed naturæ lege, mortisq; imperio, quibus subditus fuit, euenit: vt illi propterea non pro supplicio, sed pro requie: non pro pœna, sed ærumnarum termino, æternęq; vitæ principio sepulchrum creditum intelligatur. Sanctorum enim occasus, somnus potius, quàm mors dicenda est, dicente propheta: *Caro mea requiescet in spe.* Hic Hieronymi Vitæ B exitus, imo verius exordium vitæ, cùm iam mortalitatis exuuijs depositis, immortalitatis gloriam consecutus sit, maximisq; pro Christo confectis certaminibus ad triumphi amplitudinem, palmis onustus ascenderit. Benedictus einsmodi e vita transitus, qui felicitatis perpetuæ factus est introitus: qui & si mœstissimos filios, Patris pręsentia exclusit, diuinorum tamen, Angelorumq; contubernium intulit: qui egestatem affluentia, labores refrigerio, fletum solatio, peregrinationem patria, fidem notitia, expectationem præmio, agonē triumpho cōmutauit. Felix & verè serenus dies, quo plenus ei meridies Christus illuxit: Dies, cunctis C vitæ diebus ex pectatus desiderijs, expetitus suspirijs, frequentatus meditationibus, orationibus consecutus. Felix anima, quam propriorum ita extulerunt priuilegia meritorum: quam tam a longè filiorum comitati sunt vota clamantium: quam sic gratulantium ad thronum Regis, Sanctorum chori deduxerunt. Sis nostri nunc memor, quos reliquisti: Tuere, quos congregasti: Dirige, quos docuisti. Voces nostras exaudi, qui tua facta prædicamus: Nobis succurre, qui eisdem lætamur: Nos excipe, qui tibi gratulamur. Comitati sanè non suspirijs, sed diuisis vocibus, non gemitibus sed præconijs tanti Herois ad Christū D progressum sunt fermè scriptores omnes. S. Augustinus, Gregorius, Ennodius, Cassiodorus, Gelasius locis supra allegatis, Isidorus insuper, libro de Ethymologijs, Seuerus Sulpitius, Sancti Martini Turonensis Episcopi discipulus in suo dialogo, & in libris de sacra historia, Sigibertus in Chronico, & Venerabilis Beda, sed Sanctus pręsertim Eusebius eius discipulus in Epistola de morte eiusdē ad Damasū Portuensē Episcopū, in calce Tomi noni operum ipsius S. Hieronymi. Sāctus itē Prosper hæc de eodē in Chronico habet. Anno Valentiniani primo cū Theodosio, Arcadio, & Bantone Cōsulibus, Hieronymus Presbyter, toto iā mundo clarus habetur in Bethlehē egregio ingenio, ac studio Ecclesiæ vniuersali seruiens; Anno autem Domini quadringentesimo vigesimo secundo; E decimo secundo Honorij cum Theodosio, moritur, anno ętatis suæ nonagesimo primo, pridie calendas Octobris.] Cassianus æquè contra Nestorium pro eodem: Hieronymus inquit Catholicorum magister, cuius scripta per vniuersum mundum quasi diuinæ lampades rutilant.] A quibus non dissentiens Platina in Bonifacio primo: Quantum scribit, iuuit Hieronymus Ecclesiam Dei uita, & scriptis, non attinet dicere, cùm & vita eius sanctissima omnibus præluceat, & scripta eius ita in honore, & precio sint, vt nemo magis legatur, ab eruditis præsertim. Moritur autem Hieronimus anno ætatis suæ nonagemo primo, pridie calē- F das Octobris.] Hæc Platina. Postremo vniuersalis Dei Ecclesia, Spiritus sancti voce edocta, tantarum virtutum præconia inclyti filij sui ad ipsummet Deum trāsitus memoriam in omnes orbis terræ fines singulis annis transmittēs, altisono testimonio personat. *In Bethlehē Iuda depositio S. Hieronymi Presbyteri, & Ecclesia doctoris, qui omnium studia litterarū adeptus, ac probatorum Monachorum imitator factus, multa hæresum monstra, gladio sua doctrina confodit: demum, cùm ad decrepitam vsq; vixisset ætatem in pace quieuit, sepultusq; est ad præsepe Domini: cuius corpus postea Romam delatum, in Basilica S. Mariæ maioris digno honore seruatur.* Hucusq; G ex Martyrologio Romano Ecclesia. Quibus perinde, ac nec satis filij meritis fecisset, altius inclamans, super omnem nubium altitudinem, ac cœlorum ambitum: super omnes insuper cœlestium spirituum ordines extulit se, illicq; ante Summi Regis thronum, atq; conspectum prostrata, sequentibus hisce perorauit. *Deus qui Ecclesiæ tuæ in exponendis sacris scripturis B. Hieronymum confessorem tuum doctorem maximum, prouidere dignatus es: præsta quæsumus, vt eius suffragantibus meritis, quod ore simul & opere docuit, te adiuuante exercere valeamus.* Hęc de Hieronymi triumpho. H

De Translatione sacri Corporis Hieronymi.

CONTROVERSIA XXIX.

IN Regnum claritatis æternæ fulgentissimo sydere, quod & charitatis fulgoribus, & doctrinarum radijs Fidelium corda, totumq; Mūdum inflammauit, accendit, Hieronymi videlicet recepto Spiritu, sacri corporis eiusdē Reliquias ex Bethlehem, vbi primùm (vt nuper relatum est) repositę fuerant, post annorum curricula exportatas, Romanæq; Vrbi illatas fuisse, singulis annis, sub die nimirum nona mensis Maij, publico præconio hisce testatur Ecclesia *Romæ Translatio Sancti Hieronymi Presbyteri, & Ecclesiæ Doctoris*

A *ex Bethlehem Iuda ad Basilicam Sanctæ Mariæ ad præsepe.*] Vbi Baronius: Agit hic (inquit) Petrus in Catalogo, libro quarto, Capite centesimo quadragesimo quinto de duplici Translatione corporis S. Hieronymi, quarũ prima, quam recenset factam sub Cyrillo Episcopo Hierosolymitano, nullius Auctoris testimonio contestatam, veluti falsam respuimus: Obijt enim Sanctus Cyrillus ante Hieronymum, vt ipsius Hieronymi auctoritate probatur, dũ ait, eum tantùm peruenisse ad octauum annum Theodosij Imperatoris, qui fuit annus a Christo trecentesimus octogesimus septimus; Sanctus Hieronymus aoẽ ex humanis desijt Theo
B dosio iuniore nonùm, & Valentiniano tertiùm Consulibus, qui est annus a Christo quandringentesimus vigesimus. Secundam autẽ Trãslationem, quam factam asserit, cum Saraceni Palæstinam inuasissent, vt veram libenti animo suscipimus, atq; probamus, in cuius memoriam presens celebritas annis singulis agi consueuit.] Hæc Baronius, quibus vnicã tantùm sibi sacri Hieronymi corporis probari Translationem profitetur.

Cæterùm ad pleniorem historiæ intelligentiam proferamus nos, a quibus Scriptoribus duplicis Petrus trãslationis accepit memoriã:
C testimonia dehinc ipsorummet auctorum afferamus, quibus remipsam stylo prosecutos nouimus: Tempus vltimò posterioris translationis exploremus. Prioris Translationis mentio habetur in vltima Tomi noni Operum eiusdẽ Hieronymi Epistola, sub Cyrilli, Hierosolymorum Episcopi nomine ad S. Augustinum in calce verbis sequentibus, nimirum: *Die Dominico trãsacto, post octauas Penthecostes, omnibus meis suffraganeis Episcopis, & multitudine maxima, tã virorum quàm mulierum Ecclesia, in qua Sanctissimum quiescit Hieronymi corpus, insimul congregatis, honore debito, & veneratione tam debita quã deuota, primo egomet sacris indutus vestibus ad locum foueæ, in qua venerandum corpus iacet,*
D *accedens, terram cœpi effodere sepulturæ, quatenus Sanctissimum illud corpus inde ablatum, in tumulo marmoreo, mira pulchritudine vndiq; decorato, quod hac de causa fuerat fabricatum, postmodum poneretur. Cumq; iã fouea foret vacua, cunctis cernentibus, corpus beatissimum in medio foueæ, tanquam in aere, a nulla parte terram tangens permanebat integrũ, nec corruptione aliqua violatum; Quod inde eleuantes cum odore tam vehemẽti ac suaui, quòd talem olfactus hominum nunquã sensit, collocauimus in altari, quatenus a populo Reliquia sanctissima viderentur. Quot autem illo die me, cunctisq; qui aderant astantibus sunt peracta miracula gloriosa, explicare ea nullatenus compos essem. Cæci sexdecim Reliquias tangentes faciem, visum protinus receperunt. Tres præcipue dæ* E
moniaci catenis vincti, in illam Ecclesiam plurimorum hominũ manibus deportati, sunt protinus liberati. Mulieris cuiusdã viduæ pauperculæ puerulus, vnicus filius, in Ecclesia fuit præ gentiũ multitudine suffocatus, quem mater inueniens, dolẽs, & lugens mox in vlnis pueruli cadauer ad foueã, in qua sepultum fuerat corpus Hieronymi gloriosi deferens, eum in foueam proiecit, dicens: S. Hieronyme gloriose, hinc non recedã, donec restituas mihi vnicum meum filium, quem amisi. Mirabilis certè Deus in Sanctis suis, faciens prodigia infueta: Statim vt terram extincti pueruli corpus tetigit, eidem anima est coniuncta. Quidã vir cor F
pus cuiusdam sui filij de sepultura, in qua per triduum steterat extractum, mox ad foueam illam detulit, et illud in foueam sic proiecit: Qui iuuenis fuit illico vitæ pristinæ restitutus. Innumerabilia penè sunt miracula, quæ peracta sunt a mane vsq; ad vesperam, quo quidem tempore Hieronymi gloriosum corpus dissepultum in altari extitit collocatum. Sed tamen ad huiusmodi miracula vlterius non procedam, vnum, quod nocte sequenti accidit, non silebo. In hora siquidem vespertina corpus illud sacratissimum in monumento, quod præparauimus, posuimus: sed mane monumentum vacuũ fuit inuentum, & corpus sanctissimum foueæ pristinæ inuenimus restitutum: Quod cùm ego plurimum admirarer, nocte sequente, mihi dormienti G
B. Hieronymus apparens, in visione plurima mihi grandia patefecit. Sed inter cætera hæc mihi dixit. Noueris Cyrille, quòd corpus meum de fouea, in qua iacet nullatenus extrahetur, quousq; Ciuitas Hierusalem ab Infidelibus capietur, quo quidẽ tempore Romã delatũ, ibidem multo tẽpore requiescet. Ad hæc expergefactus, quæ viderã, cunctis Episcopis, et alijs Viris Catholicis enarraui: quod, & quando hæc euenient, aliter non agnosca. Hucusq; Cyrillus, seu verius, fictus commentitiusq; Cyrillus, a quo & Petrus, qui supra, trãslationis huiusmet narrationem accepit. Et quidem, quod ad ipsius epistolæ Auctorẽ pertinet supposititiam eãdem ratio temporis manifestissimè probat; si tamen Cyrilli nomine is H
intelligatur, qui per multos ante annos, morte oppetita ipsummet Hieronymum præcessit ad gloriam, & de quo idem Hieronymus in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis. Cæterùm, si alter hic (de quo nunc) ab eo omnino contendatur, non satis constat, vnde ipsa Hieronymi corporis prior Translatio reijci, damnariq; possit: præsertim, cùm binos eiusdem nominis Cyrillos Episcopos, intra triginta annorum numerum, vel circa, Hierosolymitanam administrasse Ecclesiam nõ defuerint, qui scriptis tradiderunt: De quo & nos plenius in Animaduersionibus ad Recensiones Tomi noni operum.

A rum eiusdem Hieronymi. Quòd tametsi de
Translatione hac probatorum auctorum non
habeantur testimonia, non obstat, quomi-
nus ea facta sit. Enimuero pro solemni eadē,
perinde ac posterior minimè habita est:
Quin potius, nec propriè Translationis memo
ria celebranda eisdem Scriptoribus fortassis vi
sa est, quòd mox suum iterum tumulum in-
gentis miraculi εναργων corpus repetijsse ani-
maduerterent. Hæc de priori Translatione.

Porrò certam posterioris historiam, publicis
quoq; Ecclesiæ tabulis comprobatam: Quin,
& ipsamet adamussìm verba à Venerabili
olim Patre Lupo, Petrus, eodem longè poste-
B rior, mutuatus est, mutuataq; suo Sanctorum
intulit Catalogo. Extat autem ea inter eius-
dem Patris Lupi Manuscripta exemplaria,
post præsentem nimirum Sancti Patris Hiero-
nymi Vitam: quam & stylo ita prosecutus est.
Inter laudabiles prærogatiuas, quas Reuerenda,
ac alma Vrbi Diuina Clemētia cōtulit abundāter,
Corpora non modo præcipuorum Apostolorum, Pe-
tri, & Pauli, Philippi, & Iacobi, Bartholomæi, &
Matthæi, Simonis, & Iudæ, nec non precioso-
rum Martyrum, Confessorum, Virginum, quibus
ad tuitionem firmissimam, & gloriam perpetuam
possidendam sibi tradidit exultanter. Verùm &
cuius potentissimis suffragijs temporaliter magni-
C *ficata existeret, summaq; in cœlestibus iucunditate*
perenniter corruscaret, Beati Hieronymi Doctoris
egregij corpore exornauit: Cui & apud Basilicā
perpetuæ Virginis Mariæ, quam in vita magni-
ficis, & deuotissimis laudibus studuit commendare,
locum magnificum detulit. Qualiter itaq; corpus
eiusdem doctoris mirabilis a Bethlehem, vbi sepul
tum fuerat ad præfatam Gloriosæ Virginis aulā,
quæ ad Præsepe dicitur, Romæ delatum fuerit, si-
cut a Sāctis, & honestis Episcopis, & ab antiquio-
ribus Patribus, & Sacerdotibus Deum timentibus,
assertione veridica percepimus, ad laudem ipsius
Hieronymi Beatissimi, breui quidem sermone cum
dilectione legentibus referemus. Igitur postquam
D *Ciuitas Sancta Hierusalem propter hominum*
culpas, Sacratissimis penè omnibus remansit orba-
ta reliquijs, venerandi solùm Doctoris corpus, in
Sancta Maria de Bethlehem secretius tunc, &
absq; decenti honore iacebat. Volens igitur ad
magnificam Vrbem, vnde prius Cardinalis reces-
serat corpus suum deferri, & in præfata Genitri-
cis Altissimi domo collocari, Monacho cuidam in
partibus vltramarinis agenti apparuit, cui & be-
nigno oraculo: Scias inquit, Frater charissime, tuo
corpus meum labore extumulandum, Romamq;
quantotiùs integrè, deuoteq; ante ianuam deuotis
sima illius crypta, quæ præsepe Domini appellatur
deportandum, vt in Sancta illa Basilica dulcissima
Regina adhæreat, quam viuens ab infantia dile-
xi, in iuuentute quæsiui, & in senectute totis viri- E
bus, licet insufficiens prædicans, ad exitum deniq;
vsq; vita Sanctis Scripturarum testimonijs collau
daui. Cæterùm, cùm Monachus iussis cœlestibus
obtemperare formidaret, post trinam demum ius-
sionem rem ipsam aggressus, ad locum accessit, atq;
duobus assumptis comitibus, sacrum inde sustulit pi
gnus, mira vndiq; odoris fragrantia exuberans.
Quod ne scandalum aliquod oriretur, clàm tandiu
illud apud se retinuit, quandiu ad Vrbem, sicuti
Vir Sanctus præceperat proficisceretur. Deniq;
iterum Monachus, per visionem, de vitando in
via populorum plausu admonitus; ne videlicet ali
qua in Reliquijs diminutio fieret, ad eiusmodi
Basilicam, cum comitibus nocte perueniens, solis F
Ecclesiæ Canonicis conuocatis, sacrum in ea pignus
deposuit; inter columnas videlicet eiusdem, & ia-
nuam Præsepis; Vbi & maxima lux, vocumq; con
centus, nec non suauissimus odor obortus est.
Adhæreat nunc Sepultura doctissimi Laudatoris,
& deuotissimi sui Hieronymi Luna lucidior, &
Sole splendidior, omnibus odoramentis suauior,
rosis & conuallium mysticis vallata preciosis lilijs
splendidissima semper Virgo Maria, quæ cuncta
ad honorem, & gloriam fidelissimi sui compleuit,
per Salomonem de se ipsa testimonium perhibente:
Qui elucidant me vitam æternam possidebunt. Eccl. 24.
Hæc Lupus de posterioris Sacri Hieronymi
corporis Translatione, vsurpata non tantùm G
(vti dictum est) a Petro de Natali, Episcopo
Equilino; sed & in Officijs antiquis Ordinis
nostri aliàs translata.

Vltimò, quod de tempore superest inqui-
rendum; quo nimirum anno eiusmodi Tran-
slatio acciderit, ex commemoratis hactenus id
satis liquet. Quandoquidem, cùm facta illa, eo
tradatur tempore, quo Saraceni primùm Palę-
stinam totam, sub Hummaro duce occuparūt,
occuparintq; eandem iuxta Ioannem Traca-
gnotam, secunda parte historiarum suarum
Christi anno sexcentesimo trigesimo; iuxta
verò Vincentium Beluacensem in speculo hi-
storiali, libro vigesimo tertio, capite trigesimo
nono, sexcentesimo trigesimo secundo, vel pro H
ximè sequenti: secundum deniq; Onuphriū
Panuinum in Fastis sexcentesimo trigesimo
sexto: hinc, & circa eiusmodi tempora facta
eadem omnino probatur. Quòd, si ad specia-
lem temporis calculum animum accomodare
voluerimus, Panuini procul dubio vero simi-
lior sententia videbitur, quippe quæ cum alijs
ad facti ipsius veritatem maximè cohęreat.
Et quidem, cùm non ante Palęstina in Sarace-
norū, Agarenorumq; ditionē redacta sit, quàm
Heraclius Imperator (pijssimus aliàs) a Catho-
lica fide deficeret, defeceritq; is nōnisi post pro
mulgatum a Cyro Episcopo Alexandrino, &

Sergio

A Sergio Patriarcha Constantinopolitano, Mo-
nothelitarum hæreseos auctores, impium dog-
ma, de vna tantùm in Christo voluntate, &
operatione, consequenter de vna tantùm natu
ra (quorũ & partes Heraclios ipse secutus est)
probabilior hinc, inquam eiusdem Pãuini vide
tur opinio, quòd ipsa hæresis, Christi anno sex
centesimo trigesimo, secundum Bellarminum
in Breui Chronologia; sexcentesimo verò tri-
gesimo secundo secundum Beluacensem, præ-
allegato loco cœperit pullulare. Porrò inter-
medio tempore, ab anno Christi sexcentesimo
trigesimo secundo ad trecentesimum trigesi-
mum sextum, firmatam intantùm eiusmodi
B hæresim fuisse, vt in animum quoq; augustissi-
mi antea Imperatoris tunc irrepserit, captaq;
simul paulo post ab hostibus fidei Ciuitas
Sancta, Hierusalem nimirum fuerit, & par est
credere, & ratio ipsa persuadet. Igitur ad il-
lud idem, quod ex Venerabili Patre Lupo pau-
lò superius afferebamus redeuntes, quæ no-
strum omnium culpæ tunc temporis forent,
quę eiusmodi Domini promeruere vindictam,
vt etiam quanplurima Sanctorum corpora,
Ciuitatem ipsam Hierusalem, sepulchrumq;
eius gloriosum, nec non, in quo natus fuerat,
atq; pedibus patriũ solum attriuerat Infideli-
bus traderet: Antichristum deniq; ipsum, hoc
C est Maumethem locum sanctum intromitte-
ret, non cernit absq; lacrymis, qui mentis est
compos. Hanc eandem Imperij vltimam pe-
nè iacturam, eiusq; causas ita perstringit Belua
censis. Per idem tempus Cyrus Alexandrinus
Episcopus, & Sergius Constantinopolitanus
Patriarcha, Monothelitarum hęresim prædica
bant, qui scilicet vnam tantum in Christo natu
ram esse putabant, a quibus deprauatus Hera-
clius Augustus, post tantas victorias oberrauit
a Catholica fide, vnde diuino iudicio Agareni,
qui & Saraceni dicuntur, Hummato Duce eius
Imperium grauiter cœperunt lacerare. Nam
Hummarus Damascum, & regionem Phoeni-
D cis, & Hierusalem, totamq; Syriam occupa-
uit, & Antiochiam comprehendit. Promotus
est autem Maucbias a pręfato tyranno Prætor,
& Amiras totius regionis, quæ est ab Aegypto
vsq; ad Euphratem. Hac præterea tempesta-
te Saraceni, qui & Turci dicuntur, Maumethe
Pseudopropheta eis ducatum præbente a suis
sedibus exierunt, & Imperium Heraclij graui-
ter deuastare cœperunt.] Hæc Vincentius.

Igitur ex cõmemoratis hactenus, Sacrę Hie
ronymi reliquiæ ex Bethlehem Iudæ Romam
deportatæ, ibiq; honorificè conditæ, & serua-
tæ in præsentem vsq; diem habentur. Nec illi
audiendi, qui easdem idcircò haud illic conqui
escentes suspicentur, quòd Filippi Secundi,
E Hispaniarum Regis ætate, imo eodem religio-
nis in Sanctũ occasione petente, a Sixto Quin-
to Summo Pontifice perquisitę, minimè reper-
tæ sint: Enimuerò, dato hoc etiam, (quod in-
certum omnino est,) frequentibus Barbarorum
incursionibus Vrbe olim oppressa, Ecclesiasti-
cis inte optimo tunc placuit Personis, ipsorum
Sanctorum reliquijs consulere: huc videlicet,
atq; illuc easdem transferendo. Et hæc est
causa, cur postmodum nonnullarum earundẽ
a Successoribus depositionis certa loca ignora-
ta sint.

Sed & quæ obiter Couaruuias, libro primo
variarum resolutionum, capite decimo, de ve-
F ritate sacri eiusdẽ Hieronymi corporis innuit,
ad extremum proponamus; Is nanq; vuolga-
tissimam propositionem illam, nunc Augusti-
no, nunc Gregorio magno adscriptam expli-
cans, qua dicitur: *Multa corpora venerantur in terris, quorum animæ cruciantur in Inferno*,
hæc habet: Ecclesia Sancta Dei Beatum Hie-
ronymum, tanquam Sanctum venerandum &
colendum nobis iam proposuit; corpus tamen
illud, quod Sancti Hieronymi esse putamus,
verè illius esse corpus, iudicio suo non decre-
uit. Maxima item veneratione Ioannem Bap
tistam, tanquam verè Sanctum, colendum es-
se definiuit Ecclesia, caput tamen illud, quod
G eiusdem Sancti esse credimus, Ioannis Baptistæ
indubitanter esse, iudicio Ecclesiæ statutum
non est.] Ita Couaruuias, qui & dictorum ra-
tionem mox afferens: fieri enim, inquit, potest
vt Sanctorum Corporum, siue Reliquiarum
Sanctarum loco, alijs corporibus, seu Reliquijs
scelestissimorum hominum fraudulenter sob-
stitutis, aut subrogatis, has illusiones, Ecclesia
tot bellis, totq; Tyrannorum iniurijs, & iniqui
tatibus oppressa, patiatur. Verùm, quamuis
hæc esse possint, non ideò tamen piorum aures
offendantur, aut eorum mentes, de ipsorũmet
Sanctorum Corporũ veritate turbentur. Quan
doquidem, si illorum veritas in dubium reuoca
H ri liceret, in nihilum iudicio meo erga eadem
corpora cultus, & religio cederet: præsertim,
cùm Ecclesia de illis (vt dictum est) determi-
nare haud consueuerit. Credamus potius, atq;
fide firmiter teneamus, (quoadusq; tamen no-
bis oppositum perspectum sit) corpus illud,
quod nobis sub Hieronymi nomine Ecclesia
proponit, esse verum corpus, sicuti & cætera,
cæterorum: Eisdem demùm verum cultum
exhibeamus, illius sententiæ Augustini memo-
res, qua, insolentissimę esse dicit insaniæ dispu- August. Tom. 2.
tare, an sit faciendum, quod tota facit Ec- Epi. 118
clesia.

Quòd, si quis de germano præallegatæ pro-
positionis sensu: *Multa corpora &c.* perquireret,
aptius,

A ... aptius, sanctiusq; cum Bellarmino, Tomo primo, libro primo, controuersia nona responderi posset, intelligendā eam esse de Pseudomartyribos Donatistarum, qui ab hæreticis, tanquam veri martyres colebantur, quorum tamen animas in Inferno reuera torqueri nemo ambigit. Vel de Gentilibus cum Viguerio accipiantur: multi enim ex eisdem, tum ob eximias virtutes, tum ob rerum gestarum præclara monimēta, vel ob alias causas in sepulchris, ac statuis honorantur, cùm tamen eorum animæ in Inferno absq; dubio crucientur. Nec desunt, qui de malis etiam Christianis, qui sepulchris scitissimè structis, honorificisq; Epitaphijs honorantur propositionem ipsam interpretandam dicant. At de sacri Hieronymi corporis Translatione satis. E

Viguer. virt. fid. ver.4.no. 304.

VITÆ PERORATIO.

De persecutionibus atq; iniurjis ab omnibus Dei seruis in hoc Mundo toleratis. Caput. XXII.

B F



Irabitur 1 forsitan Lector, tā Sanctas personas habere inuidos potuisse: 2 Mirandum vero non est: 3 semper enim virtutes sequitur inuidia, 4 feriuntq; summos fulmina montes. 5 Nec mirum hæc hominibus contingere, cùm etiam Dominus Pharisæorum Zelo sit crucifixus: 6 Et omnes Sancti æmulos habuerint. 7 Esau persequebatur Iacob: 8 Saul quærebat animā Dauid: 9 Et Salomoni suscitauerat Dominus Adad Idumæum. 10 Iezabel etiam fugere compulit: 11 Et omnes prophetas persecutus est populus Iudæorum: 12 Paulus Apostolus de fratribus falsis conqueritur, 13 & per murū demittitur ne ab hostibus capiatur: 14 ac multimoda enumerans pericula de se, suisq; similibus loquitur: Spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus: 15 Et: Nos stulti propter Christum: 16 Sed quod stultum est Deo sapientius est hominibus: 17 Vnde & Saluator loquitur ad Patrem: Tu scis insipientiam meam, 18 quem in Euangelio sui, quasi mentis impotem existimabant, & aduersarij calumniabantur dicentes: Dæmonium habet, & Samaritanus est: Et, In Beelzebub principe Dæmoniorum ejicit Dæmonia. 19 Sed Beatus, qui dicere potest cum Apostolo. 20 Hæc est gloria nostra, testimonium conscientiæ nostræ, quoniam in simplicitate, & in sinceritate, & gratia Dei conuersati sumus in mundo: 21 Et qui Dominum audit dicentem: 22 Ideo mundus vos odit, quia nō estis de mundo, si enim essetis de mundo, mūdus quod suum erat diligeret. 23 Periculosum est dixisse mala de bonis: 24 & sicut 25 exprobratis ad coronam, ita exprobrātibus ad damnationis cumulum cedit. 26 Quod & Beatus Augustinus testatur dicens: Nemo laceret seruos Dei, quia non expedit lacerantibus: 27 Seruis quidē Dei merces falsis detractionibus crescit, sed crescit etiam pœna detrahentium: 28 Nam, non sine causa dictū est: Cum vos oderint homines, & exprobrauerint mentientes, gaudete & exultate, 29 quoniam merces vestra copiosa est in cælis. 30 Itaq; consolemur inuicem in verbis istis, 31 benedicentes Dominum in vniuersis vijs suis, 32 qui viuit, 33 & regnat 34 in sæcula sæculorum. 35 Amen.

C G

COMMENTARIVS.

D H

1 *Mirabitur forsitan Lector, tam sanctas personas habere inuidos potuisse.* Qui nescit aurum igne probari: tresq; pueros puriores de camino ignis exisse, quàm intrauerant, hic profectò de constructis in Sāctos viros machinationibus admirabitur, cùm causarum ignoratio admirationis sit causa.

2 *Mirandum verò non est.* At qui inscrutabilia, incompræhensibiliaq; omnino Dei judicia esse tenebit: Quiq; eum non ita videte, sicut videt homo, attentè considerabit, iste proculdubio nunquam admiratione suspiciet.

Rom. 11.

1.Reg.16

3 *Semper enim virtutes sequitur inuidia.* Ex Hieronymi Epistola vigesimaseptima. Quod si virtutum comes inuidia est, is profectò miser, qui sodali hac coniunctissima destituitur. Cum virtute enim generari inuidiam indicauit Plutarchus vbi scripsit: Vt Canthàrides maximè læto tritico innascuntur, & rosis florentibus, sic inuidia eos maximè comitatur, qui virtute florent. Deniq; vbi nullum lumē, ibi nulla vmbra: vbi nulla felicitas, ibi nulla inuidia.

4 *Feriuntq; summos fulmina montes.* Horatij carmen ex libro vndecimo Ode decima, cuius & carmina sunt.

Sæpius ventis agitatur ingens
Pinus, & celsa grauiore casu
Decidunt turres, feriuntq; summos
fulgura montes.

A Ouidius de Remedio Libro primo

. . . . . *Summa petit liuor*

Et Titus Liuius. Inuidia tanquam ignis summa petit: cum quibus Sanctus quoq; Prosper in Libro, qui dicitur via regia congruit dicens: inuidia cuncta virtutum culmina concremat, cuncta bona pestiferè deuorat.

5 *Nec mirū hac hominibus contingere*, Quãuis enim Sanctitate præditi, ingenitam semper persecutionum in se videntur radicem cõ-
Iob. 20. tinere, Propheta testante, qui ait: *Quis potest dicere, mundum est cor meū: purus sum a peccato?* Verùm quòd Dominus & Saluator noster, de
Isa. 53. B quo scribitur, *quod peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius* inuidiæ liuore a Iudæis cruci affixus sit, & Barabbas latro dimissus, de
Hab. 3. secundũ 70 hoc Habacuc loquitur: *Domine consideraui opera tua & expaui*.

6 *Et omnes Sancti æmulos habuerint*. Non eo sensu æmulos dicas, quo pulchri imitatores designantur, sed qui mœrent alterius bonum, priori enim modo iuxta Ciceronis sententiam in Rhetoricis, in laude æmulatio est, posteriori in vitio.

7 *Esau persequebatur Iacob*. Lege Genesis caput vigesimum octauum. Mysticè persecutio eiusmodi typum colluctationis, quæ inter carnẽ est & spiritum significat. Esau enim car-
C nem, Iacob vero, qui vitiorum supplantator interpretatur, spiritum denotat. Et quia huius Deus opera diligit, illius verò facta detestatur, hinc illud exponitur, quo dicitur: Nonne
Rom. 9. Iacob dilexi Esau autem odio habui? Vel iuxta aliorum sententiam: Esau sinagogam, Iacob Christum Dominum demonstrat. Quẽadmodum enim Esau, in discordiam prolapsus fratris necem ex insidijs parabat dicens: *Veniẽt*
Gen. 27. *dies luctus patris mei & occidam Iacob fratrem meum*, sic Iudæorum populus aduersus Christum liuore contabuit, mortisq; supplicium illi machinabatur. Præterea, sicuti Iacob a fratris insidijs deflectens in Mesopotamiam se contu-
D lit, sic & Christus ab Iudæorum incredulitate abhorrens in Galilæam profectus est, inde sibi ex Gentibus sponsam suscepturus Ecclesiam.

8 *Saul quærebat animam Dauid*. Pluribus hęc habetur historia primo Regum, capite decimo octauo vsq; ad finem libri. Quòd verò Dauid anima a Saule ingratissimo Rege quæri dicatur, scripturarum hic mos est, vt pro anima corpus interdum accipiant, quo sensu &
Matt. 10. a Saluatore dictum est: *Qui perdiderit animam suam propter me inueniet eam*.

9 *Et Salomoni suscitauerat Dominus Adad Idumeum*. Adde *aduersarium* ex tertio Regum, capite vndecimo, vbi scribitur: *Suscitauit autem Dominus aduersarium Salomoni Adad Idumeum de semine regio, qui erat in Edom*. E

10 *Iezabel etiam fugere compulit*. Ita codex manuscriptus. In impresso verò additur, *Sacerdotes*. Cæterùm addendum ego *Heliam* ex nuper allegato Regũ libro, capite vndeuigesimo arbitror, non *Sacerdotes*; ibi enim ob intentatam sibi mortem Sanctum Domini prophetam fugere compulsum legimus.

11 *Et omnes Prophetas persecutus est populus Iudeorum*. Ex Saluatoris Domini testimonio, Matthæi vigesimo tertio: *Hierusalẽ Hierusalẽ, quæ occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt*. Et Actorum septimo. *Quem prophetarum non sunt persecuti patres vestri? Et occiderunt eos, qui prænunciabant de aduentu iusti*.

12 *Paulus Apostolus de fratribus falsis conqueritur*. Secunda videlicet ad Corinthios Epistola, capite vndecimo: Quod persecutionum genus vltimo enumerauit loco, quippe quod omnium acerbissimum. Vnde & merito Sanctus Dauid conqueritur: Si inimicus me
us maledixisset mihi sustinuissem vtiq;: Tu vero homo vnanimis &c. Psal. 54.

13 *Et per murum demittitur, ne ab hostibus capiatur*. Ibidẽ post pauca. Nec id vitę desiderio, cum Christo enim esse, & mortem subire pro eo cupiebat: Verùm nimiom idipsum eiosdem in proximum commendat ardorem, quo prorsus incensus se se prædicationi tunc seruauit. G

14 *Ac multimoda enumerans pericula de se, suisq; similiter loquitur: Spectaculũ facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus*. Ex prima ad Corinthios, capite quarto. Spectaculum autem nõ pro loco, vnde populos spectare consueuit, sed pro re ad spectandum proposita, cum pompa præsertim & apparatu, quales sũt ludi, & alia eiusdem generis, accipitur. Et certè Paulus ipse cum cæteris Apostolis *Spectaculum*, cum eũdem tunc creaturæ omnes, veluti album, & signum, in quod iniuriæ omnes inferebantur, conspicerent. Vel ideò *Spectaculum*, quòd illius inuictam in cunctis perferendis constantiam, tanquam insigne portentum, non H peccatores tantùm (mundi nomine expressi) sed & Sancti viri, cœlestesq; insuper spiritus admirarentur.

15 *Nos stulti propter Christum*. Profectò si Christus ipse Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitia est, consequenter omnes vestigia eiusdem sectantes, stulti habentur.

16 *Sed quod stultum est Deo, sapientius est hominibus*. Ex eiusdem Apostoli Epistola, capite primo vbi: Scriptum est, inquit, *perdam sapientiam, & prudentiam prudentium reprobabo. Vbi sapiens? vbi scriba? vbi conquisitor huius sæculi? Nonne stultam fecit Deus sapien-*

tiam

A *tiam huius mundi? Nam quia in Dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam Deum: placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes.* Et post pauca: *Quod stultum est Dei, sapientius est hominibus; & quod infirmum est Dei, fortius est hominibus.*

17 Vnde & Saluator loquitur ad patrem: Tu scis insipientiam meam. Ex Psalmo sexagesimo octauo, qui manifestò de Christi Passione scriptus est.

18 Quem in Euangelio sui, quasi mentis impotem existimabant. Et aduersarij calumniabantur dicētes: Dæmonium habet & Samaritanus est. Et in Beelzebub principe Dæmoniorum eijcit Dæ-
B *monia.* Recitat Marcus capite tertio hæc omnia. Sic & Paulus in furorem conuersus a
Act. 8. Festo creditus est, cùm illi dictum est. *Multa litteræ ad insaniam te conuertunt.* Paula eiusmodi quoq; laborasse morbo a susurronibus vulgata est: Cùm eiusdem cerebrum, veluti insanæ confouendum iidem contendebant. Igitur ex his omnibus sacrarum litterarum testimonijs, neminem Sanctorum, imo neq; ipsum Dei filium ab sæuientis inuidiæ morsibus expertem fuisse constat. Quod si ille innocens, immaculatus, in quo nulla potuit peccati macula reperiri, ab æmulis Magister & Dominus iudicio sistitur, flagellis cæditur, sputis irride-
C tur, morte tandem turpissima condemnatur: Mirum haud quaquam nobis esse debet, si serui, si discipuli, quidpiam horum quandoq; sustinere cogantur: cùm non sit discipulus su-
Luc. 6. 2. Tim. 3. per Magistrum, nec seruus supra Dominum: Cùm omnes, qui piè volunt viuere in Christo persecutionem patiantur: Cùm deniq; scriptū
Gal. 1. sit: *Quia si hominibus placerem Christi seruus non essem.*

19 Sed Beatus, qui dicere potest cum Apostolo. Secunda videlicet ad Corinthios, capite primo.

20 Hæc est gloria nostra, testimonium conscientiæ nostræ, Quoniam in simplicitate, & in sinceritate, & gratia Dei conuersati sumus in mundo.
D Hoc postremò in aduersis omnibus solatium, atq; gloriatio [testimonium conscientię] de
1. Ioan. 2. quo & Ioannes Euangelista: *Si conscientia nos,* inquit, *non reprehenderit, confidentiam habemus ad Deum.* Eo ipso Dei seruus leuatus omnia tolleret, & inter ipsa tormenta carnificum, securitate fruitur. Tribus verò potissimum fulcris testimonium eiusmodi firmatur: Simplicitate videlicet inprimis, qua mens haud in diuersa distrahitur, sed cum Deo, eiusq; voluntate vnitur. Secundò sinceritate, qua animus non malitia, aut fictione adumbratur, sed omnis puritatis splendore illustratur. Tertiò gratia Dei, qua bona ab eodē accepta, gratis & ob eius solius causam proximo communicantur. E
His tribus conscientiæ testimonium inualescit, Spiritusq; sancti vocibus fidit, quibus dicitur.
Qui sperant in Domino mutabunt fortitudinem, Isa. 40.
assument pennas, vt aquilæ volabunt, & non deficient.

21 Et qui Dominum audit dicentem. Ioannis videlicet decimo quinto.

22 Ideo mundus vos odit, quia non estis de mundo: si enim essetis de mundo, mundus quod suum erat diligeret. Mundi nomine accipitur ipse homo: habet enim commune quid cum creaturis omnibus. Vnde & alibi: *Arbitror*
(idem inquit) *totum mundum non posse capere* F
libros, hominem intelligens: quia videlicet is Christi miraculorum omnium incapax est, & hoc propter illorum amplitudinem. Quanuis autem iuxta hanc nominis acceptionem omnis homo sit mundus, terrenorum tamē amatores frequentius eius appellatione veniunt, de quibus & hoc loco scribitur. Verùm serui Dei cum hoc mundo nihil habent, sed illud Apostoli iugiter immurmurant: *Mihi mundus crucifi-* Gal. 6.
xus est, & ego mundo.

23 Periculosum est dixisse mala de bonis. Ex Hieronymi Epistola nonagesima nona, in qua ita habet. Periculosum quippe est de seruo alterius iudicare, & non facilis venia praua G
dixisse de rectis.] horum sensus quartodecimo capite supra explicatus est. Hæc autem cum sequentibus rursus afferuntur, vt & ipsorum æmulorum perfidia retundatur, & insectationibus depressorum virtus, atq; constantia confirmetur.

24 Et sicut. Iterum *dixisse mala* subintellige

25 Exprobratis ad coronam, ita exprobrantibus ad damnationis cumulum cedit; Quantum enim mercedis hinc pro persecutionum tolerantia seruis suis Deus reponit, tantum illinc insultatoribus supplicij seruat. Et quidem aptè eiusmodi merces coronæ nomine nuncupa-
tur: vt quò in hoc mundo electorum vitæ conditio detestabilior habita, atq; conclamata est, H
tantò in cœlis illustrior futura comprobaretur, scriptura etiam testante: *Beatus vir, qui suffert* Iacob. 1.
tentationem, quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vitæ,

26 Quod & Beatus Augustinus testatur dicens: Nemo laceret seruos Dei, quia non expedit lacerantibus. Scriptum quippe est: Quare lacero carnes meas dentibus, & animam meā pono in manibus meis? Ceterùm de proximo hoc dictum nemo ambigit, caro enim nostra is atq; sanguis est. Quod verò lacerantibus de- Iob. 13.
tractatio non expedire dicatur, addit quamplurimum negatio super affirmationem, perinde,

ae

A ac si scriberetur: Maximum procul dubio, & omnino indicibile malum eiusmodi perniciosis hominibus obueniet, quippe quibus alibi Spiritus sanctus mortis metum inferat dicens: *Cum detractoribus ne commiscearis, quia repente consurget perditio eorum.* Ita sanè & ea exponuntur, quibus sapientiæ primo præcipitur: *Custodite vos a murmuratione, quæ nihil prodest*: non prodesse nanq; plurimum obesse est; Vnde & Augustinus murmurationem tam graue peccatum asserit: Quod populus Israel nullo peccato legitur Deum magis grauiter offendisse, quàm murmurando.
Aug. in Num. 14.

27 *Seruis quidem Dei merces falsis detractionibus crescit.* Dicente Propheta: *Maledicent illi & tu benedices.*
B

28 *Nam non sine causa dictum est: Cum vos oderint homines, & exprobrauerint mentientes. Gaudete & exultate.* Matthei quinto. Prædicat hoc idem Saluatoris præceptum & Beatus Iacobus Apostolus, cùm ait: *Omne gaudium existimate fratres mei, cùm in tentationes varias incideritis.* Et reuera, si mundi gaudium semper comitari tristitiam Salomon protestatur: *Extrema* (inquiens) *gaudij luctus occupat*: Si prætereà ex mundi huius delectabilibus gaudium capientes sermo Euangelicus hisce detestatur.

C *Væ vobis diuitibus, qui consolationem vestram habetis: Væ vobis, qui saturati estis, quia esurietis: Væ vobis, qui ridetis & gaudetis, quia lugebitis & flebitis: Væ, cùm benedixerint vobis homines*: Consequens vtiq; est, vt de ijs tantùm, quibus aliquando nec tristitia, aut maledictio, sed cordis tranquillitas, & mentis serenitas æterna succedit, gaudeamus. Porrò ex horum numero gaudium de opprobrijs esse, Domini testimonio comprobatur: Vnde & subditur.

29 *Quia merces vestra copiosa est in cælis.* Hæc tandem vna ratio est gloriandi in aduersis, magnitudo remunerationis, qua pro paruis magna, æterna pro breuibus, pro morituris semper viuentia compensantur, & Deus ipse debitor habetur. Quis ad hanc Domini vocem se tentari non patiatur? Quis ab hominibus iniurijs affici iustitiæ causa non cupiat? Quis aduersitates læto animo non amplexetur? Vtinam propter Iesu Christi nomẽ æmulorũ turba me deprimat: Vtinam in opprobrium meum stolidus hic mundus exurgat, tantùm vt ego merear eius voce laudari, & eiusdem polliciationis sperare mercedem.
D

30 *Itaq; consolemur inuicem in verbis istis.* Idem ad Romanos Apostolus. *Quæcunq;*, inquiens, *scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt, vt per patientiam, & consolationem scripturarum spem habeamus*: Vera etenim consolatio ex sacris litteris hauritur, in quibus, cùm
Rom. 15.

E Dominum ipsum, & quotquot omnes in sæculis antiquis idẽ habuit charissimos, aduersitatibus oppressos legamus, eiusmodi exẽplis adeo erigimur, & roboramur, vt dimoueri nunquam a cœlestium bonorum firma spe valeamus. Quod autem *Consolemur* Lupus ponat, non *Consolentur se inuicem oppressi*, manifestò se in illorum numero, quorum hactenus exempla proposuit fuisse declarat. Et certè, qui Vitam eius virtutibus plenam legit, præfatis eum aggregare nullatenus dubitabit.

31 *Benedicentes Dominum in vniuersis vijs suis.* Per vias Domini, opera eius accipimus, quia illorum consideratione ad eius agnitionẽ paulatìm conscendimus. De eisdem & Propheta loquitur: *Iustus Dominus in omnibus vijs suis, & sanctus in omnibus operibus suis.* Siue ergo eiusmodi in nos Dei declarata opera prospera sint, siue aduersa, monemur ad vltimum eidem omni tempore benedicere, ne aut in aduersis succumbamus, aut in prosperis extollamur: quin potius in vtrisq; eiusmodi simus, vt in omnibus æquè Sanctum eius, atq; laudabile nomen cum gratiarum semper actione prædicemus,
F Psal. 144.

32 *Qui viuit.* Absolutè scilicet, & per se: Qui & de se ipso in Ezechiele loquitur: *Viuo ego dicit Dominus.* Cætera verò per participationẽ. Quemadmodum enim arbor bona (Hieronymus inquit) & bonus homo, & bonus pastor, & bonus seruus; nemo autem absolutè bonus nisi solus Deus; sic eũ Angeli, cęteræq; Virtutes, Patriarchæ quoq;, & Prophetę, atq; Apostoli sint viuentes, comparatione Dei viuentis mortui appellantur. *Quis est enim homo qui viuet & non videbit mortem?* Vnde & Apostolus Paulus de Deo: *Qui solus*, inquit, *habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem.*
Ezech. 16 G Psal. 88. Tim. 6.

33 *Et regnat.* De cuius regno, atq; monarchia scribitur: *Regnũ tuum regnum omnium sæculorum, & dominatio tua in omni generatione et generationem.*
Psal. 144.

34 *In sæcula sæculorum.* Est sæculum in sacris litteris, quod pro modico temporis interuallo accipitur, & sæculum quod pro æternitate ponitur. Quotiescunq; apud Hebræos per Vau scribitur, ęternitatem significat: Quando vero sine Vau, quinquagesimi anni spaciũ est, quem illi Iubilæum vocant: Quamobrem etiam seruus ille, qui in Exodo propter vxorẽ, & liberos amans Dominum suum, aure perfũsa seruitio subiugatur, seruire iubetur in sęculum: hoc est, ad quinquagesimum vsq; annũ. Hoc loco sæculum pro ęternitate ponitur. Exprimitur verò ea reduplicatione, videlicet *in sæcula sæculorum*, vt eiusdem æternitatis excellentia super quascunq; nostri tẽporis durationes
H Exod. 21.

A nes intelligatur. Enimuero quemadmodum Canticum canticorum: Opera operum, & Sanctus sãctorum dicuntur: vt Canticum alijs canticis dignius: opus cæteris operibus vtilius: nec nõ Sãctus super omnes alios sanctos sanctior, imo eosdem sanctificans exprimatur; sic & ipsamet diuina æternitas, geminatis dictionibus *In sæcula sæculorum* durare describitur, quòd sua immensa magnitudine omnia alia sæcula, tum præterita, tum præsentia, tum futura, in puncto contineat.

35 *Amen*. Hebræa vox, in fine sermonis ad comprobationem addi consueta, perinde ac ex multis scripturæ auctoritatibus, præ-
B sertimq; ex psalmis octogesimo octauo, centesimo sexto, & alijs videre est. Vbi enim in eis nos legimus *fiat, fiat*, in Hebræo ponitur, *Amen Amen*. Aquila eandem vocem in Græcum sermonem [illegible] vertit, quòd in nostra lingua idem est, quod, Verè, ac fideliter. In hoc sensu & Saluatorẽ in Euangelio ad sui sermonis firmitatem frequenter dictionem vsurpasse, nemo ignorat. Septuaginta vero Interpretes eandem in Græcum [illegible], quæ dictio in nostro sermone, fiat, vertitur, transtulerunt. Verùm ad idem omnino vsurpari, *Fiat*, seu, *Ita est*, ad quod Verè, scienti litteras perspicuum est. Deniq; Origenes hanc ipsam dictionem cum multis alijs, cuiusmodi sunt: *Osanna*. *Maranatha*. *Ephod*. C
Alleluia, & aliæ, propter vernaculum Hebraicæ linguæ in interpretatas (vt ita dicã) in nostram versionẽ aptè transfusas affirmat. Et quidem, cùm vnaquæque lingua certas interdum dictiones ita proprias habeat, vt cum proprio significationis sono verti nequeant, multo satius eas non interpretari, quàm interpretatione illarum vim attenuare, sapientes translatores docuerunt. Hucusq; Hieronymi acta. Ad extremũ nunc eotundem nos quoq; deducti, superest, vt prolabentis pariter cymbæ cursum corripiamus, contractisq; velis portui inhiantes, nautarum more celeusma, gratiarum hoc est actiones tecinamus. Igitur D
Summo easdẽ bonorum omniũ inptimis Largitori suppliciter, atq; demissè reddimus, Sanctissimo de hinc Patri Hieronymo, per quem in nos ab eodem hactenus in medium prolata, qualiacunq; sunt, fluxerunt. A te tandem Magne BALTASAR, qui nonnisi magna exordiris, geris, perficis, cuiq; peræquè graodia debentur, ne exigua hæc, quæ sub auspicijs tuis hominum sempiternæ memoriæ tradita sunt reijcias, quàm studiosè possum cõtendo: Fortassis erit, vt in maioribus aliquandò reddendis, meorum simul in te studiorum debitum, non Congregatio sola, sed vniuersus insuper orbis intelligat.





SANCTI

HIERONYMI

OPERVM OMNIVM

RECENSIONES

ABSOLVTISSIMÆ

Atq; in easdem iuxta notata, ac disputata in præcedenti Opere

ANIMADVERSIONES.

Quibus non legitima tantùm a spurijs secernuntur, sed & legitimorum temporis potissimùm ratio peruestigatur.



ANNO DOMINI M.DC.XXIII.



Admodùm REVER. PATRI D. DESIDERIO PIOLÆ SANCTI HIERONYMI

Penès Mediolanum Præsuli vigilantissimo, S.T.D. Celeberrimo, atq; de propria Familia optimè merito

D. Pius Rubeus S. æternamq; F.





QVIBVS vno, eodemq; tempore beneficiorum magnitudine paruitas mea in singulis horis cumulatur, in vice vni reddenda, alterum præterire non debet. Igitur sub Reuerendissimi Patris D. Baltasaris Sudati, Præpositi Generalis felicibus auspicijs Commentarijs in Vitam Sancti Patris Hieronymi editis, tibi nunc æquè (ò Desideri desideratissime, qui & virtutum præstantia, varietateq; cum Daniele iureoptimo eiusmodi nomen sortitus es) RECENSIONES operum eius omnium, in easdemq; ANIMADVERSIONES cuduntur, vt quos professio, virtus, & charitas iungit, cultoris vicißim studium non diuidat. Quid laboris in elucubrandis ijsdem insumsperim, quidue vtilitatis, qui præsertim germanam Patrum doctrinam, atq; etiam Ecclesiasticarum rerum fastos dignoscere cupiunt percepturi sint, tibi, qui ingenio peruolas, & nonnisi sublimia metiris, superuacaneum est indicare. Hoc interim polliceor, meum tibi in maioribus desudaturum ingenium, vbi ipso munere, munerisq; auctore te lætari comperero. Conseruet te Deus quàmdiutissimè florentem, & beneualentem.

RECENSIO PRIOR.



IN enumerandis singulis Hieronymi Operibus eum ordinem sequar, quo nouissimè Marianus Victorius Episcopus Amerinus processit. ANIMADVERSIONES dehinc subijciam, de quibus controuersia inter Scriptores est, an Hieronymi germana, seu potius supposititia sint. Intexam postremò (quod a nemine hactenus præstitum est) singulorum, quæ ab eodem Hieronymo dictata sunt exploratum temporis calculum. Et quamuis ab alijs hæc ipsa opera multò antè, non minus accuratè, quàm doctè enumerata, examinataq; sint: A Sixto nimirum Senense, Libro quarto Bibliothecæ Sanctæ: Victorio in Operum eiusdem inpræssione Romana: Cornelio Schultingio in Confessione Hieronymiana: nuperrimeq; a Cardinali Bellarmino, Libro de Scriptoribus Ecclesiasticis, *in Hieronymo*: eorum tamen studio addam rursus ego posteriorem (hucusq; inauditam) eiusdem Hieronymi operum Recensionem, in eandemq;, sicuti in priorem singulas mox Animaduersiones distinguam: vt propterea non tam eruditis Lectoribus, quàm Ecclesiasticis Scriptoribus laborem meum iucundum, atq; vtilem fore, certò confidam. Rem igitur aggredior. Opera Sancti Hieronymi, quæ nunc extant, nouem Tomis, siue Editionis Romanæ, siue Parisiensis, siue postremæ Coloniensis conpræhenduntur.

IN PRIMO TOMO

Diuersorum generum Epistolę, videlicet.

1 *Ad Heliodorum, de laude solitaria vita.*
2 *Ad Nepotianum de Vita Clericorum & Sacerdotum.*
3 *Ad Heliodorum Epitaphium Nepotiani.*
4 *Ad Rusticum Monachum De viuendi forma.*
5 *Ad Florentium.*
6 *Ad eundem.*
7 *Ad Latam De institutione filia.*
8 *Ad Demetriadem De virginitate seruanda.*
9 *Ad Saluinam De viduitate seruanda.*
10 *Ad Furiam De viduitate seruanda.*
11 *Ad Ageruchiam De Monogamia.*
12 *Ad Gaudentium De Pacatula infantula educatione.*
13 *Ad Paulinum De institutione Monachi.*
14 *Ad Celantiam matronam De ratione piè viuendi.*
15 *Ad Marcellam De laudibus Asella.*
16 *Ad Principiam virginem, Marcella vidua epitaphium.*
17 *Ad Marcellam, vt commigret Bethlehem.*
18 *Ad eandem de eodem argumento.*
19 *Ad Eustochium de acceptis munusculis.*
20 *Ad Marcellam de acceptis pariter munusculis.*
21 *Ad Paulum Concordiensem.*
22 *Ad Eustochium de custodia virginitatis.*
23 *Ad Marcellam de agrotatione Blesilla.*
24 *Ad Marcellam de exitu Lea.*
25 *Ad Paulam super obitu Blesilla filia.*
26 *Ad Pammachium consolatoria super obitu Paulina vxoris.*
27 *Ad Eustochium virginem epitaphium Paula matris.*
28 *Ad Lucinum.*
29 *Ad Theodoram epitaphium Lucini Batici coniugis.*
30 *Ad Oceanum Epitaphium Fabiola.*
31 *Ad Theophilum Episcopum Alexandrinum.*
32 *Ad Abigaum.*
33 *Ad Castrutium.*
34 *Ad Iulianum consolatio.*
35 *Ad Exuperantium hortatoria.*
36 *Ad Castorinam materteram.*
37 *Ad Iulianum Diaconum.*
38 *Ad Theodosium, & alios Anachoretas.*
39 *Ad Virgines Hermonenses.*
40 *Ad Augustinum.*
41 *Ad Rufinum.*
42 *Ad Nicaeam hypodiaconum Aquileia.*
43 *Ad Chromatium, Iouinum, & Eusebium.*
44 *Ad Chrysogonum Monachum Aquileia.*
45 *Ad Antonium de modestia.*
46 *Ad Rusticum.*
47 *De vitando suspecto contubernio.*
48 *Ad Sabinianum Diaconum increpatorio.*

49 Ad

A 49 *Ad Innocentium de muliere septies icta.*
Item
Vita S. Pauli Eremita.
Vita S. Hilarionis.
Vita Malchi captiui Monachi. E
Liber de Viris Illustribus, vel de Scriptoribus
Ecclesiasticis ad Dextrum Prætorio præfectũ.

ANIMADVERSIONES.

IN prænotata Epistolarum serie præter Epistolam quadragesimam ad Augustinum nihil est, quod a Hieronymi ingenio alienum censeatur. Dubitatur autem a nonnullis de Epistola decimaquarta ad Celantiam: verùm de vtrisq; suis locis in proximè sequentibus.

1 *Quanto amore*. Ex priori ab Hieronymo
B delecta solitudine data Epistola est: circiter videlicet Domini annum trecentesimum sexagesimum quintum: Ingressus nanq; in illam trecentesimo sexagesimo secundo supra adscriptus est, Capite quarto, numero trigesimo tertio. Porrò post annũ saltem ab eiusdem Heliodori inde recessu ipsã scriptã, proprium eius haud obscurè declarat exordium, perinde ac Epistola trigesima septima, Agitur de eadem loco supra allegato, & capite quinto, numero decimo octauo, capite item sexto, numero decimo sexto, Capite deniq; vndecimo, post exordium Controuersiæ, Num Hieronymus iustè Ciceroniani nominis fuerit insimulatus?
C Creatus verò deinceps Heliodorus Altini Episcopus, vnà cũ Ambrosio, Mediolanensi itẽ Episcopo in Concilio Aquileiẽsi aduersus Arrianos acriter decertauit. Recolitur singulis annis eius memoria in Ecclesia ex Martyrologio Romano die tertia mensis Iulij.

2 *Petis a me Nepotiane charissime*. De ea pluribus capite sexto, numero decimo septimo.

3 *Grandes materias*. Adscribitur Christi anno quadringentesimo sexto; Meminit enim in Epistola Hieronymus de Hunnica in Septentrionis præsertim oras grassatione, quam & superiori anno factam hisce testatur verbis. [Ecce tibi, anno præterito ex vltimis
D Caucasi rupibus immissi in nos, non iam Arabiæ, sed Septentrionis lupi tantas breui prouincias percurrerunt: quot Monasteria capta? quot fluuiorum aquæ humano cruore mutatæ sunt? &c.] In Rufinum item tyrannum a militibus illatam cędem commemorat, quam eidem anno Marcellinus in Chronicis, & Socrates libro sexto capite primo consignarunt. Conplectitur Epistola Nepotiani, Heliodori Altinensis Episcopi nepotis virtutes, ob quarũ meritum eundem tota luxit Italia: Nec enim in Clericatu tantùm Christi miles effulsit, sed eum antea apud Imperatorẽ inter primos militans, iunxit cũ militia Monasticam disciplinã.

4 *Nihil Christiano felicius*. Mentio in eius calce de Sancti Exuperij Tolosani Episcopi profusissimi in pauperes eleemosinis hisce habetur [Sanctus Exuperius Tolosę Episcopus, 3. Reg. 17
viduę Sareprensis imitator, esuriẽs pascit alios, & ore pallente ieiunijs, fame torquetur aliena, omnemq; substantiam Christi visceribus erogauit.] Cæterùm id charitatis officium Chri- F
sti anno quadringentesimo sexto ex mox dicendis adscribitur, eo consequenter ipso anno data Epistola conprobatur. Et quidem, cùm Sanctissimus Pontifex propriæ liberalitati Gallias videret angustas, Sysinnium, bonum æquè ac officij plenum Monachum in Orientẽ cum ingenti pecunia, quò Palęstinæ Monachis ad vitam subsidia ministraret, inde verò in Aegyptum contenderet, idem muneris cum Aegyptijs Patribus expleturum, delegauit: Cunq; ex eorum numero Hieronymus esset, qui ex eodem Sysinnio cum Exuperij litteris eleemosinam simul ad propriam Monachorũ familiam sustendandam acceperant, vbi tanti G
viri virtutes didicit, Commentarios illi protinus in Zachariam dedicauit. Laudat Hie- In Præf.
ronymus Exuperij Sãctitatẽ frequenter in suis 1. lib. in
scriptis, sed Epistola præsertim vndecima, & Zach.
in Præfationibus eiusmodi Commentariorum: In quibus & de eiusdem Sysinnij in Palęstinam aduentus tempore agens [Vltimo iam, inquit autumni tempore frater noster, filius tuus Sysinnius Monachus tuæ mihi dignationis Epistolam reddidit, qua lecta gauisus sum esse te sospitem, & memorem mei, omniumq; fratrum, qui in sanctis locis Domino seruiunt, in quorum refrigerijs facis tibi amicos de iniquo mammona.] Mox annum explicans in præfatione tertij in Amos [Præsenti, inquit anno, H
qui sexti consulatus Arcadij Augusti, & Anitij Probi fastis nomen imposuit, Exuperio Tolosanæ Ecclesię Pontifici Zachariam, & eiusdem vrbis Minerio & Alexandro Monachis Malachiam Prophetam interpretatus sum.] Numeratur Consulum annus a Marcellino, Panuino, & Baronio Christi quadringentesimus sextus. Alius hic omninò Rusticus est ab eo, ad quem Epistola quadragesima sexta, licet vterq; Gallus natione foret. Ratio verò diuersitatis affertur infrà Animaduersione quadragesima sexta.

5 *Quantus Beatitudinis tua*. Rufini atq; Melanię ex Aegypto nuperrimum aduentũ in hac Hieronymus commemorat Epistola. Cæte-

A rùm cùm vtrosq; & Melaniam & Rufinum Hierosolymis viginti & septem annis fuisse cõmoratos, restetur Palladius, atq; demũ trecẽtesimo nonagesimo septimo Christi anno inde Romam profectos communis scriptorum sententia sit (quemadmodum & nos sæpius alibi obseruauimus) hinc datam Epistolam trecentesimo septuagesimo deducimus: quo æquè anno Euagrij adhuc solitudine detinebatur Hieronymus. De eodem ipse in Appẽdice ad Eusebij Chronicon: Anno, inquit, Valentiniani XIV. Florentius, Bonosus, & Rufinus insignes Monachi habentur: e quibus Florentius tam misericors in egentes fuit, vt B vulgo, pater pauperum nominatus sit.]

6 *In ea mihi parte eremi commoranti.* Superior Epistola in quibusdam codicibus: De ortu amicitiarum prænotatur; hæc verò, De nascentibus æquè amicitijs, quæ Christi glutino cohærent, verba facit: Hinc paulò post a superiori scriptam mihi persuadeo. Accedit, quòd & ex eadem se datam solitudine profitetur. Anno quippe proximè sequenti eiusmodi egressus est Hieronymus solitudinẽ.

7 *Apostolus Paulus scribens.* De ea capite decimo tertio, numero duodecimo.

8 *Inter omnes materias.* Cũ in huius exordio, eandem se eo edidisse tempore testetur C Hieronymus, quo in Ezechielis templi mystica explanatione (duodecimo videlicet libro comprehensa) ingenio desudabat, eiusdem annus Christi quadringentesimus vndecimus conuenienter accipitur; Enimuerò proximè superiori in eundem prophetam a primo vsq; ad octauum libros iam absoluerat, vt constat ex eorum præfationibus, in quibus passim de Vrbis Romæ sub Alarico Gothorum Rege excidio. Idipsum ex vltimis quoq; Epistolę eiusdem verbis deducitur: quibus circiter triginta ante annos libellus de custodia virginitatis ad Eustochium publicis monumentis consignatus asseritur. Quòd ne hic, Lector, errore du- D caris ad dictionem [circiter] diligenter attende: diminuit nanq; ea, iuxta aliàs a nobis temporis habitam rationem, cùm eiusmodem Libelli annum explorauimus ab tricennatio numero tres saltem integros annos. Porrò virginis, cui Epistola inscribitur nobilitas, atq; virtus, ex eius initio declaratur. Et quidem non Hieronymi tantùm præconijs, sed & aliorum Sanctorum Patrum, Augustini Epistola centesima quadragesima tertia, centesima septuagesima noua, Prosperi Epistola octogesima quarta, apud Sanctum Ambrosium, Deo Sacrata Virgo celebrata est. Deniq; Pelagius quoq; hæresiarcha eandem laudare aggressus est, propinans cum Epistola hæresim. Verùm de eius Epistola, seu libro, in Animaduersionibus ad Tomum nonum. E

9 *Vereor ne officiũ.* Quãuis ex Epistolæ verbis certũ eiusdem annũ minime habeamus, ex inferiori tamen ad Ageruchiam Epistola vnde eima, explorare eundem possumus. Enimuerò hæc ibi in calce Hieronymus [Legito quomodo tibi in viduitate seruanda viuendum sit, librùm ad Eustochium de virginitate seruanda, & alios ad Furiam, atq; Saluinam] Ex quibus, cùm postremo hæc de viduitate seruanda Epistola percenseatur loco (quippe quæ nouissimè post singulas enumeratas elucubrata) plane intelligimus editam eandem intra quadringentesimum, & quadringentesimum quintum: F Siquidem Epistolæ ad Furiam, Christi annus trecentesimus nonagesimus nonus mox numerabitur, Epistolę verò ad Ageruchiã quadringentesimus sextus. Hæc est Saluina, quæ Gildonis Erhuici, Africæ quondam occupatoris soror, Nebridio viro pijssimo, ex sorore Augustæ uaro, atq; Arcadij & Honorij consobrino nupta fuit: post cuius, & obitum viduitatis propositum tenens, ad summum sanctitatis gradum conscendit.

10 *Obscuras litteris.* Certũ Epistolę tẽpus circa extremũ aperitur, dũ scribitur. [Scio me ante hoc fermè biennium edidisse libros contra Iouinianum, quibus venientes e contrario G quęstiones, vbi Apostolus concedit secunda matrimonia, scripturarum auctoritate contriui.] Igitur, cùm aduersus Iouinianum libri anno Christi trecentesimo nonagesimo iam supra Capite decimo septimo, numero primo, adscripti sint, postq; biennium data referatur Epistola, vtiq: sequitur eiusdem annum trecẽtesimum nonagesimum secundum numerandum esse. Titianę clarissimę fęminę, & Cõsularis viri, Christianorum amborum, e stemmate Camillorum, Furia (cui hęc inscribitur Epistola) Hieronymi testimonio genita celebratur.

11 *In vetere via nouam semitam quærimus.* H Indicant Epistolę tempus propria eiusdem circa finem verba, vbi dicitur [Non possum absq; lachrymis Tolosę facere mentionem: quę, vt hucusq; non rueret, Sancti Episcopi Exuperij merita pręstiterunt.] His siquidem apertè monstratur, fuisse tunc a Hieronymo hanc scriptam Epistolam, cùm ab hostibus Ciuitas ipsa obsidione vrgeretur: Porrò Tolosam obsidione Christi anno quadringentesimo sexto afflictam, circa finem tandem proximè sequentis anni captam, tradunt Saluianus de vero Iudicio Libro sexto, Rutilius Itiner: Libro primo, & alij. Additur: cùm ibidem Hieronymus triginta mox numeret annos a Barbaro-

rum in Romanum Imperium irruptione (quã & trecentesimo septuagesimo sexto Christi anno factam Ammianus Libro trigesimo primo testatur) planè Epistolam eiusmodi anno, vel proximè sequenti exaratã apparere. Fuisse verò Ageruchiam spectatę nobilitatis, atq; virtutis feminam ex ipsius Epistolę exordio haud obscurè conijcitur.

12 *Causa difficilis*. Loquitur ad extremum Epistolæ Hieronymus de nouissima Vrbis Romæ sub Alarico Gothorũ rege deprædatione, quæ Christi anno quadringentesimo decimo contigit: De Pacatula infantula (in cuius gratiã ipsa scribitur Epistola) sermonẽ mox ingerens: [His, inquit, Pacatula nostra nata est tẽporibus: inter hæc crepundia primam carpit ætatem, ante lachrymas scitura, quàm risum, prius fletum sensura, quàm gaudium] ex quibus Epistolæ tempus habetur.

13 *Bonus homo*. Post elaboratos ab Hieronymo aduersus Iouinianũ libros hæc de institutione Monachi scripta Epistola est: memorantur enim ijdem in ea. Cæterùm de tempore eorundem librorum capite decimo septimo, numero primo constat. Nec multò post illorum elucubrationem datam ipsanmet inde ae cipio, quòd nonnihil ante, quàm idem Paulinus vnà cum Therasia coniuge in solitudinem Nolani agri tenderet, scriptam se proferat. Adscribit Baronius horum ex Vrbe in eremum profectionem Christi anno trecentesimo nonagesimo quarto: Cuius & testimonium ad perpetuam rei memoriam, Hieronymiq; inprimis splendorem, qui in tanto viro, atq; condiscipulo erudiendo gloriosissimus euasit, hic placuit afferre. Quàm (inquit) arduum arripuerit in agro Nolano viuendi genus (ne quis putet eum ruri agentem vitam duxisse lautam, & otiosam) Epistolæ ipsius ad Seuerum conscriptæ significant. Fuisse quidem professos tum Paulinum, tum Therasiam coniugem vitam Monasticam, Sanctus Hieronymus Epistola ad eundem Paulinum postea scripta expræssè testatur: quòd enim quæ inhærebat ei coniux, seorsum vitam Monasticam agens, vsu coniugij iam desiuerat esse vxor, idem S. Hieronymus eam sororem, non autem coniugem ipsius appellat. Vt autem ambo renunciantes sæculo, & mutato habitu, abdicatis diuitijs, professi vitam Monasticam, agrum Nolanum elegerint, id ex sententia videtur S. Hieronymi factum esse. Etenim, cùm idem Paulinus litteris eundem consuluisset de loco, num expediret, vt id genus uitæ Hierosolymis excolerent, tunc idem Sanctus Hieronymus eam de Institutione Monastica ad Paulinum ipsum dedit Epistolam, qua reuocans a proposito Hierosolymam veniendi, hortatus est potius, vt ab vrbibus remotum locum deligerent ad habitandum, Ipsam quidem Epistolam scriptam esse antequam Paulinus agrum Nolanum peteret multa sunt, quę indicant.] Hucusq; Baronius. De eodem Paulino, atq; simul præsenti Epistola capite decimo, numero vigesimo, & capite decimonono, numero decimotertio. Agitur quotannis eius dies festus die vigesimasecunda Iunij.

Ep. 1. prope finẽ & Ep. 7. & 14.

Epi. 13.

14 *Vetus scriptura celebrata sententia*. Suspicatur Victorius Paulini potius Nolani Episcopi Epistolã esse, quàm Hieronymi. Verùm inter Hieronymi legitima eandem communiter recipiunt omnes, Grauius, Schulkingius, Bellarminus, & alij: Quorum sententiæ, & ego lubens subscribo, cùm vero haud simile mihi videatur totum Epistolæ argumentum, & periodos integros, qui omnino hinc inde Hieronymi sunt, ab eodẽ ipsummet accepisse. Accedit: Epistolam sacrarum vndiq; scripturarum testimonijs esse refertam, vt propterea de auctore non supersit ambigendi locus. Et quamuis Paulinus profanarum litterarum calentissimus fuerit, haud tamen in sacris litteris ita fuisse versatum indicat idemipse Hieronymus in proximè superiori ad eundem Epistola decima tertia, in qua & præceptore ad illarum mysteria intelligenda opus ipsum habuisse, hisce tradit [O si mihi liceret istiusmodi ingenium (Paulini scilicet) non per Aonios montes, & Heliconis vertices, vt poetæ canunt, sed per Sion, & Itabrium, & Sina excelsa ducere: Si contingeret docere, quæ didici, & quasi per manus mysteria tradere scripturarum, nasceretur Vrbis aliquid, quod docta Græcia non haberet. Audi ergo mi conserue, amice, germane: ausculta paulisper, quò in scripturis Sanctis calle gradiaris] Hæc ibi cum multis alijs ad eundem erudiendum Hieronymus. Deniq; a nemine inter Paulini opera Epistola numeratur. De tempore quid certi proferam non habeo. datam tantummodo post librum de Scriptoribus Ecclesiasticis, hinc conlectura est, quòd in serie cæterorum scriptorum haud numeretur.

15 *Nemo reprahendat*. Post tres dies ab Epistola vigesima quarta ad Marcellam, De exitu Leæ, litteris prodita hæc Epistola est, quod & proprio eius initio declaratur, quo dicitur [Nudius tertius de Beatæ memoriæ Leæ aliqua dixeramus. Illicò pupugit animum, & mihi venit in mentem, non debere nos tacere de virgine, qui de secundo ordine castitatis locuti sumus. Igitur Asellæ nostræ vita breuiter explicanda est] Porrò Leam de corpore exisse vigesima secunda die mẽsis Martij Martyrolo

gium

A gium Romanum testatur; Igitur quinta eius-
dem mensis die, dictata constat Epistola.
Numeratur illius annus Christi trecentesimus
octogesimus quintus, vel proximè sequens,
quo videlicet Hieronymus, Romæ gymnasio
aperto, sacras litteras publicè interpretabatur.
Non defuerunt, qui Epistolam post Asellæ e
vita transitom scriptam, funebremq; eandem
crediderint: Sed reuera oppositum ex ipsa
habetur; quandoquidem Marcellā in eadem
precatur Hieronymus, ne eidem Asellæ Epi-
stolam legat, cùm eius potissimum laudibus
grauetur. De Asellę eruditione, atq; sanctita-
te, loquitur etiam Hieronymus Epistola cente
B sima quadragesima, cuius & orationibus ex Vr
be Hierosolymam nauigaturus per litteras se
commendauit, Epistola videlicet nonagesima
nona. Quotannis illius memoria ex publicis
Ecclesiæ tabulis, sub die sexta mensis Decem-
bris recolitur. De eadem supra capite decimo
tertio, nomero vigesimo sexto, & capite sequē-
ti, per totum.

16 *Sæpe & multum flagitas*. Quod hæc cir
ca Epistolæ exordium habeat Hieronymus, vi-
delicet. [Nam hucusq; reticerem, & bienniū
præterirem silentio, non fuit dissimulationis,
vt malè existimas, sed tristitiæ incredibilis, quę
ita meum oppressit animum, vt melius iudica-
C rem tacere inpræsentiarum, quàm nihil dignū
illius laudibus dicere.] His inquam se post
biennium ab obitu eiusdem Marcellæ certò lit
teris consignasse Epistolam testatur. Porrò
obitus certum annum in fine explicans, scribit
[Post aliquot dies (ab ingressu scilicet Gotho-
rum, aliarumq; barbararū nationū in Vrbem)
sano, integro, vegetoq; corpusculo obdormiuit
in Domino.] Hæc ibi. Igitur cùm quadrin-
gentesimo decimo domini anno, quo e vita
Marcella excessit, captam a Barbaris Vrbem
nemo ex historijs ignoret, & post biennium
epitaphium, seu funebris hęc Epistola dictata
sit, annus vtiq; eius Quadringentesimus duo-
D decimus accipitur. Meminit & de San-
ctissimæ fęminæ, atq; simul Pammachij, san-
guine illi iūcti a sæculo migratione, quæ æquè
eo ipso anno secuta est, vt in Præfatione primi
libri in Ezechielem scribit: [Ecce subitò mors
mihi Pammachij, atq; Marcellę, Romanæ Vr-
bis obsidio, multorumq; fratrum, & sororum
dormitio nuntiata est.]

17 *Mensuram charitas non habet*
18 *Ambrosius, quo chartas*
Quamuis Paulæ, atq; Eustochij, vti earum
auctricum nomina præseferant Epistolæ, Hie-
ronymi tamen esse, nemo in eius scriptis ver-
satus ignorat. Scriptæ autem vtræq; tunc mi-
hi probantur, cùm Bethlehem omnes, tam ip-
sę videlicet Sanctæ fęminæ, quàm Hieronym⁹, E
ex Aegypto nuper reuersi, morarentur. Nume
ratur eiusmodi annus a Christo trecentesimus
octogesimus nonus. De eisdem æquè Episto-
lis Hieronymum intellexisse arbitror, cùm in
catalogo propriorum operum scripsit. [Ad
Marcellam Epistolarum librum vnum] edidi
videlicet.

19 *Parua specie*. Romæ data Epistola est in
die festo Sancti Petri, non Alexandrini Episco-
pi (vt perperam putauit Henricus) sed Prin-
cipis Apostolorum: Illius siquidem natale die
vigesima sexta mensis Nouembris, huius verò
trigesima Iunij aniuersaria celebritate recoli-
tur: Et hoc quidem festiuius (sicuti ipsa testa- F
tur Epistola.) Cerasa insuper eo ipso die, (de
quibus in eadem) habentur. Deniq; cùm in
Epistola libellus de virginitate seruanda memo
retur, planè eadē edita ipso anno, vel proximè
sequenti intelligitur,

20 *Vt absentiam corporum*. Verò haud
simile mihi videtur, munuscula in ipsa cōmemo
rata litterula, Hieronymo Romę agēti, & quasi
præsenti a Marcella fuisse dictata; quin potius
ad absentē valde, imo Bethlehem tunc degen-
tem transmissa, ipsamet testari videtur Episto-
la. De ijs ad eandem Marcellam Epistolis cre-
ditur, de quibus in Catalogo scriptorum men-
tio habetur. G

21 *Humanæ vitæ breuitas*. Pauli, ad quem
Epistola transmittitur ita meminit Hieronym⁹
in libro de Scriptoribus, *in Tertulliano*. [Vidi
ego quendam Paulum Concordiæ (quod op-
pidum Italiæ est) senem, qui se Beati Cypria-
ni, iam grandis ætatis notarium, cùm ipse ad-
modum esset adolescens, Romæ vidisse, dice-
retq; referretq;, sibi solitum: nunquam Cyprianū
absq; Tertulliani lectione vnam diem præte-
rijsse, ac sibi crebrò dicere: Da magistrum;
Tertullianum videlicet significans.] De eodē,
atq; ipsamet Epistola capite sexto, numero
decimo quarto.

22 *Audi filia*. De eadem sæpius in Com- H
mentarijs, præsertim verò capite decimo no-
no, numero duodecimo. Sanctissimæ vir-
ginis Eustochij (cui ipsamet inscribitur) ad
Deum e vita fęlicissimus transitus explicatur
capite vigesimo primo, numero vndeci-
mo.

23 *Abraham tentatur in filio*. Ex ijs cum
duabus sequentibus Epistola est, quæ Romę ab
Hieronymo conscriptæ sunt. Habetur & altera
super eiusdē fęminę (de qua in hac ipsa) obitu
Epistola: eaq; ipsa est, quæ proximè subdi-
tur.

24 *Cùm hora fermè tertia*. De eadem in
Epistolæ decimæ quintæ animaduersione.

25 Quis

A *25 Quis dabit capiti meo.*] De eadem capite secundo numero decimo. Item capite decimo quarto, numero decimo nono. Fuit verò Blesilla summæ virtutis fęmina, nec Latinis tantum, sed & Græcis, & Hebraicis litteris Hieronymi testimonio exculta. Inter cæteras Paulæ filias natu maior, prima item omniũ migrauit ad Dominum, septimo a nuptijs mense orbata viro.

26 Sanato vulneri. Post biennium a Paulinæ obitu datam hanc Epistolam aliàs obseruauimus, Christi videlicet anno trecentesimo nonagesimo octauo. Verùm Epistolæ ipsius tempus ambiguum reddere omnino videntur ex- B trema Catalogi de Scriptoribus Ecclesiasticis verba, videlicet] Ad Pammachium apologeticum, & Epitaphium] scripsi nimirum. Et quidem Apologia cum ratione temporis congruit, (quemadmodum etiam infra animaduersione quinquagesima constabit:) Epitaphiũ verò, (Paulinæ videlicet) nequaquam. Et licet istud in eorum ab Hieronymo serie retexatur, quorum idem ipse, ad quartum & decimum Theodosij principis annum, hoc est, ad Christi trecentesimum nonagesimum secundum auctor fuit; potest tamen esse, dictionem [& Epitaphium] ab aliquo deinceps additam. Cæterùm latius de hoc capite secundo, numero vndecimo, capite nono, num. decimo sexto.

C *27 Si cuncta corporis mei membra.* Adscribitur libellus hic (perinde ac ex vltimis etiam eiusdem verbis videre est) Honorij Augusti sexies, & Aristeneti Consulũ anno, quo æquè Sanctissima fęmina, sub initio eiusdem, die videlicet vigesima sexta Ianuarij diem extremũ, nouum æternumq; nacta, clausit. Numerant hunc ipsum annum Baronius, atq; Panuinus Christi quadringentesimum quartum. Cæterùm non satis video ego, quomodo hic temporis calculus cum mox ab Hieronymo ibidem notatis congruat, videlicet [Vixit Paula in Sancto proposito Bethlehem annos viginti.] D Enimuerò, si iuxta eiusdem Baronij sententiã post Hieronymi ab Vrbe profectionem, vertente iam Christi anno trecentesimo octogesimo quinto ipsamet Paula a portu Romano soluit, & annus proximè sequens peregrinatione eius in Aegyptum absolutus est: vtrq; falsũ conuincitur, viginti eandem anois monasticã vitam egisse Bethlehem, cùm ab extremo trecentesimi octogesimi sexti, quo ex Aegypto Hierosolymam reuersa est, ad initium quadringentesimi quarti, quo migrauit a sæculo, non plures, quàm decem & septem integri numerentur anni. Difficultas hæc ipsa nos quoq; multò magis vrget; quippe qui nauigationem eius e portu Romano in proximè sequentem, trecentesimum videlicet, & octogesimum sextum retulimus. Henricus Grauius in Adnotationibus, dubitationem fortassis expendens, Cõsulum annum, Christi quadringentesimo sexto adscripsit; eiusdemq; Honorij, atq; Arcadij Imperatorum, nonum numerauit. Verùm erroris communiter arguitur: Is enim reuera fuit, qui supra assignatus est. quadringentesimus, nimirum quartus, atq; Honorij, & Arcadij decimus. Certè Hieronymũ, in omnibus semper occulatissimum mendacij, vel memoriæ lapsus hoc loco arguere, temerarium puto. Respondendum itaq; mihi videtur; errorem huiusmodi librariorum imperitia, vel temeritate, siue ẽt oscitantia irrepsisse: cũ scripsisse eundẽ primùm [duodeuiginti] nõ [viginti] pro certo mihi persuadeã. Iuxta hanc responsionem annorum numerum (quo in sancta Bethlehem ipsa sanctissima fæmina mansit) ab exordio nauigationis eiusdem ab Vrbe supputantes, Hieronymi omnino veritati consonum testimonium habemus. Si cui hæc non placent, doceant nos meliora, & subscribemus. De Paula passim in ipso opere. E F

28 Nec opinãti mihi. De ea capite sexto, numero octauo, vbi & Christi anno trecentesimo nonagesimo primo, vel proximè sequenti, datam ipsanmet adnotauimus.

29 Lugubri nuncio. Paulò post a superiori hinc data probatur Epistola, quòd in superiori de proposito eiusdẽ Lucini ad sancta loca mentio agitur: in hac vero obitus tũc eiusdem accidisse memoratur, cùm ad idem complendum votum accintus foret: anno videlicet Christi trecentesimo nonagesimo secundo. G

30 Plures anni sunt. Quo tempore has officiorum inferias Fabiolæ, olìm viduæ dederit Hieronymus, ipso protinus Epistolæ exordio declaratur, dum quadriennium ab exequijs Neponani, biennium verò a Paulinę extremis item ante persolutis numeratur. Igitur cùm huius laudatio a nobis Animaduersione vigesima sexta in Christi annum trecentesimum H nonagesimum octauum, illius verò Animaduersione tertia in trecentesimum nonagesimũ sextum reportata sit, Consequens etiam est, vt & funebris hæc Epistola quadringẽtesimo anno adscribatur. Oceano spectatissimo viro petenti Epistola redditur, quem Fabiolæ consanguineum, fortassis etiam fratrem fuisse hinc ad credendum inducor, quòd is sub eodem cũ ea tecto mansitasse libro tertio Apologiæ capite secundo hiscè referatur [. Cuius artificio, & cuius ministris in Sanctæ Fabiolę hospicio, & viri Christiani, & prudentis Oceani inuentus est codex, quem illi nunquam viderant ?] Hęc ibi, in quibus, tametsi verba in Christo

dormien-

A dormientium recordationi addi solita [Bonę videlicet, vel Sanctę memorię] non intexantur, vita tamen eandem functam fuisse, cùm eiusmodi scripsit Hieronymus, ex nuper dictis ratio temporum manifestat. Enimuero post biennium ipsimet in Rufinum apologetici libri exarati constiterunt. Deniq; quod infra Epistola octogesima secunda ad Marcellinum, & Anapsychiam eiusdem nominis feminam quadringentesimo decimo Christi anno ætatem adhuc agens memoretur: cui & duo in Ezechielem libri dati recēsentur, vtiq; alteram illā ab hac, Fabiolā affirmare cōpellimur; hanc quidem seniorem, illam iuniorem: quemadB modum & duas alibi vno, atq; eodem tempore Paulas, auiam nempe & neptem: duas item Melanias, maiorem & minorem. De Fabiola seniore iterum infra, Animaduersione centesima vigesima septima.

31 *Ex eo tempore.* Meminit de Paulæ, Romanæ mulieris recenti obitu, vt propterea eo ipso anno Epistola data credatur, quo & eadē interijt. Christi videlicet quadringentesimo quarto. De Theophilo infra, Animaduersione sexagesima secunda.

32 *Quamuis mihi.* Quòd in Epistola, Theodora Lucini quondam Bætici vxor Abigauo commendetur, vt in cœpto viduitatis propoC sito perseueret, planè indicatur non longè ab eiusdem mariti e vita exitu scriptam. Vide superius adnotata in Epistolā vigesimam octauam, & vigesimam nonam.

33 *Sanctus filius meus.* De Epistolæ huius portitoris aduentu Hierosolymam, in præfatione libri quinti in Isaiam ad Amabilem Episcopū Hieronymus agens [Misisti, inquit filiū nostrum Heraclium diaconum, qui me manu conserta in ius vocaret, & promissum per momēta exigeret.] Habetur ex his conscriptionis Epistolæ tempus, Christi videlicet annus quadringentesimus nonus; eiusmodi enim anno iijdem in Isaiam Commentarij elucubrati proD bantur capite quarto, numero nono, capite decimo quinto, numero decimo septimo.

34 *Filius meus, frater tuus.* Tametsi Epistolæ inconpertus sit annus, quia tamen Paulinus, atq; Pammachius insignes Monachi, veluti virtutum omnium exemplaria in ea proponuntur ad imitandū: quorum & prior Christi anno trecentesimo nonagesimo quarto, posterior trecentesimo nonagesimo sexto vitæ genus eiusmodi aggressus est, videtur consequēter tunc scripta Epistola, cùm vtriusq; virtutes latius effulgerent. Ante vero quadringentesimū decimū Domini annum data ex hoc ipsamet probatur, quòd eo ipso anno Pammachius vitam naturæ reddidit.

35 *Inter omnia.* De eodem argumento al-E tera Paulini Nolani Episcopi, communi sentētia credita habetur Epistola Tomo nono, in serie vigesima quarta, cuius & titulus [Hortatio ad militem sæculi, vt Christo militet] Ad hunc autem eundem Exuperantium, quanuis nomen non exprimatur in inscriptione, siue fortassis etiam illud temporum vetustate aboleuerit, datam eandē arbitror. Nec incōgruit vni, atq; eidem plures a diuersis vno tēpore de eodem argumento inscribi Epistolas: perinde ac Demetriadi Virgini iam plures trāsmissas Animaduersione octaua obseruauim⁹. Religiosam deinceps vitam tantorum virorū, simulq; promotorum incitationibus Exuperātium conplexatum: Episcopum insuper eundē F aliquando creatū, persuadēt mihi, quæ de Paulini e vita transitu Vranius apud Suriū Tomo tertio, sub die vigesima secunda Iunij, monumentis posteris consignauit: in illis enim Exuperantius in Lucania Episcopus, eiusdem Paulini pernecessarius commemoratur. Scripta hinc mihi probatur Epistola circa Christi Domini annū trecētesimū nonagesimū septimū, quòd in ea ipse Exuperantios cum fratre Quintiliano ad Bethlehemiticū cenobiū alliciatur.

36 *Ioannes idem Apostolus.* Post Presbyterij iam sibi collatum ordinē scripsit Hieronymus Epistolam, cuius argumento sunt verba, quibus [Væ mihi inquit misero, ne dicā & tibi, G qui tanto tempore, aut non obtuli munus ad altare, aut ira permanēte sine causa obtuli] Hierosolymis autem scripsisse eandē Hieronymū, antequam nimirum ad Cōcilium Romanum, Damasi Summi Pontificis litteris vocaretur, probabile est. Tu medio, dicas, tempore inter trecentesimū octogesimū, & trecentesimū octogesimum tertium Domini annum.

37 *Antiquus sermo est.* Ex priori data solitudine: Meminit enim de nuperrimo Heliodori ab ea recessu. Adscribitur Christi anno trecentesimo sexagesimo tertio. de eadem capite vndecimo, numero secundo.

38 *Quàm vellem nunc vestro.* Scribitur H Chalcidis ingressus deliberatione atq; voto, ob cuius & effectum Theodosij, cæterorumq; Anachoretarum nunc se Hieronymus commendat orationibus. Numeratur hic annus a Christo trecentesimus septuagesimus tertius.

39 *Charta exiguitas.* In suspicionē Christo sacratis Virginibus, qui montē Hermon incolebant, pollutæ fidei a schismaticis, & Hæreticis, Orientis Ecclesias, Antiochenamq; præsertim labefactantibus adductus Hieronymus hāc dedit Epistolam. Numeratur eiusmodi annus Christi trecentesimus sexagesimus nonus, Latius historia cap. septimo per totū explicatur.

40 *Cū in Vrbē Leges.* Victorij iudicio sup-

A positiria censetur Epistola; cui nos quoq; liben
ter subscribimus, q, neq; eũ Hieronymi stylo,
neq; eũ actoi ũ eius veritate cõlẽtiat. Et quidẽ
gestorum narrationi nullo pacto aptari potest,
cùm ea, si a Hieronymo dimanasset, vltimis
eiusdem annis adscribenda foret, quippe quę
officiosa; (Antea enim nonnisi controuersiarũ
inter vtrunq; intercesserunt Epistolæ, quarum
& occasione amicitias contraxerunt, sicuti vi-
dere est ex eorum Epistolis, ac præsertim octo-
gesima sexta apud Hieronymum.) Cęterùm
neq; ipsummet Hieroymum in vltimis, neq; in
superioribus vitę suę curriculis Africam aliquã
do reperimus peragrantem; (Leges enim, de
B qua in ipsa Epistola Africę Ciuitas est,) conse-
quens igitur, vt Epistolã, tanquã supposititiam
ab eo remoueamus. Putauit Erasmus, ex loco,
& ex stylo Augustini esse Epistolam: Vnde &
in quibusdam codicibus, nõ [Ad Augustinũ,]
sed [Ad Seuerum] titulus antea legebatur.

41 *Plus Deũ tribuere*. Agente Hieronymo
in priori solitudine exarata Epistola est, Cumq;
in ea & Innocentij & Hilæ obitus referatur,
ante annum Christi trecentesimũ septuagesi-
mũ data plane conuincitur. Enimuero anno
mox sequẽti e solitudine egressus Hieronymus
est. Ex adiectis verò in calce Epistolę verbis,
ante circiter triginta annos prophetię dono, a-
C mici tunc, verùm acerrimi aliquandò sibi fu-
turi hostis eundem preuidisse iacturam, perfi-
diamq; , non est qui videat.

42 *Turpilius comicus*.
43 *Non debet charta diuidere*.
Cùm eo tempore hęc ad Nicęam scriptam se
prodat Epistola, quo item alteram a Chroma-
tio, & Eusebio fratribus Hieronymus acce-
pit: hancq; posteriorem, vt patet ex imme-
diate sequenti ad Chromatiom, Iouinum, &
Eusebium tunc idem acceperit, cùm Euagrij
adhuc solitudinem incolebat, vtiq; etiam di-
cendum consequitur, aliquot ante annos su-
pra trecentesimũ sptuagesimũ ambas hasce, tã
D quadragesimam videlicet secundam, quàm
quadragesimam tertiam elucubratas Episto-
las. De posteriori agitur capite vndecimo,
numero secundo. Chromatius, Iouinus, & Eu-
sebius ijdem sunt, de quibus Rufinus Libro
primo Inuectiuarum suarum: Ante annos, in-
quit ferè triginta, in monasterio iã positus per
gratiã baptismi regeneratus signaculum fidei
consecutus sum per sanctos viros Chromatiũ,
Iouinum, & Eusebium, opinatissimos, & proba-
tissimos in Ecclesia Dei Episcopos, quorum
alter tunc Presbyter Beatę memorię Valeriani,
alter Archidiaconus, alter Diaconus: simulq;
pater mihi, ac doctor symboli, ac fidei fuit. Ex-
tat & horum, Chromatijq; inprimis apud Hie

ronymum frequens commemoratio. Epistola E
quadragesima sexta, libro secundo Apologię,
capite sexto, & octauo: Libro item tertio, ca-
pite primo; Nec non in pręfatione libri tertij
Commentatiorum in Amos, quibus in locis &
spectatissimę sanctitatis & eximię virtutis cõ-
mẽdatur. Eundem Sanctus Ioannes Chrysos-
tomus in Epistola centesima quinquagesima
quinta ad ipsum scripta eiusmodi elogio cele-
brat: [Clarissima feruentis tuæ, & sinceræ cha-
ritatis tuba ad nos vsq; sonum suum diffundit]
Ad eum S. Ambrosius Epistolam scripsit.
Vixit temporibus Honorij Imperatoris. Ex-
tat locubrationum eius nobile monumentum,
duæ videlicet Orationes, de octo beatitudini- F
bus. Cur autem inscribantur titulo Chroma-
tij Romani Episcopi, explicat Baronius in No-
tis ad Martyrologium Romanum, sub die vi-
gesima secunda Iunij, *in Nicaa* Episcopo. Vbi
& de Nicæa, ad quem altera Epistolarum est,
agit, quem & Sanctissimum virũ, atq; Chro-
matij in Episcopatu successorem affirmat.
Vtriusq; Chromatij videlicet, atq; Nicæę per-
censet Ecclesia natalitios dies, huius quidem
sub die vigesima secunda Iunij; illius verò sub
die secunda Decembris.

44 *Qui circa te affectus*. Hic idem Chryso-
gonus est, qui Rufini postmodum partes se-
cutus, eiusdem ęquè studiosus, & Hieronymi G
obtrectator factus est: de quo idemipse Hie-
ronymus libro primo Apologię aduersus Ru-
finum circa finem [Audio, inquit obiici mihi
a Chrysogono sectatore eius, cur in baptisma-
te dixerim vniuersa peccata dimitti] Scripta
tunc dignoscitur Epistola, cùm Heliodorus
Euagrij solitudinẽ egressus in patriam remea-
uit; Numeratur eiusmodi annus trecentesim'
sexagesimus tertius, vel proximè sequens.

45 *Dominus noster*. Aliàs nõ [ad Antoniũ,]
sed [ad Ammonium Monachum vt patrem nõ
spernat] inscribebatur Epistola: & fortasis rec-
tius, perinde ac Henricus etiam Grauius obser
uauit. Enimuero, Monacho datam Epistulam H
eiusmet verba declarant, quibus dicitur [Do-
mino loquente cũ seruis, frater cũ fratre (idest
professione) non loqueris] Origenis autẽ pos-
tea veneno potatum Ammonium ex his fuisse,
qui à recta fide deflexi Constantinopolim ad
Ioannem Chrysostomũ ex Aegypto aduersus
Theopilum Alexandrinæ vrbis Episcopum se
contulerunt, idem testatur Theophilus Epis-
tola apud Hieronymum sexagesima septima
dum scribit [Didici, quòd calumniatores verę
fidei Ammonius, Eusebius, Euthymius, nouo
pro hæresi fauore bacchantes, Constantino-
polin nauigarint, vt, & nouos, si quos volue-
rint, decipiant, & veteribus suę impietatis so-

cijs

A eijs coniungantur] De eodem & Hieronymus [Librum inquit (Euagrius scilicet) scripsit quasi de Monachis,multosq; in eo enumerat, qui nunquam fuerunt, & quos fuisse scribit, Origenistas, & ab Episcopis damnatos esse nõ dubium est, Ammonium videlicet, & Eusebium, & Euthymium, & ipsum Euagrum, Or quoq;, & Isidorum, & multos alios,quos enumerare tædium est] Scripta mihi probatur Epistola, post Hieronymi ex eadẽ Aegypto reditum, circa videlicet Christi annum trecentesimum nonagesimum.

46 *Quod ignotus ad ignotum*. Gallum natione Rusticum hunc fuisse ex Epistolę exor-
B dio satis apertè innuitur, dũ scribitur.] Quod ignotus ad ignotum audeo scribere,Sanctæ ancillæ Christæ Hedibiæ,& filiæ meæ fecit deprecatio.] Porrò Hedibiam ipsam in vltimis Galliæ eiusdem finibus ortam, atq; simul educatã testatur Hieronymus Epistola 150. vt propterea conciues vtrunq; fuisse,haud dubium sit. Longè tamen diuersum hunc ab eo,ad quem Epistola quarta, illud per se solum ostendit, quòd ille adolescentul⁹,professione Monachus foret, hic vir iã, & coniugio copulatus. Deniq; cum hic ab Arthemia coniuge ob Barbarorum immanitatem,atq; imminentem captiuitatem distractus affirmatur, planè intelligimus Epi-
C stolam post vastatam a Vuandalis, Alanis, & cæteris Barbaris Galliam datam,Christi videlicet anno quadringentesimo octauo. Irruptionem naoq; in eiusmodi oras,iam supra quadringentesimo sexto,& proximè sequenti adscripsimus.

47 *Retulit mihi quidam*. Meminit huius Epistolæ in Commentariolo aduersus Vigilantium,capite secundo idemipse Hieronymus, vbi & a maligno Interprete (Rufino videlicet) hoc sibi aliquandò obiectum affirmat: finxisse nimirum Epistolæ materiam,quò eidem ex ingenij ostentatione,rhetorica declamatione occurreret. Data mihi ante videtur Epistola,
D quàm Rufinus in eiusdem Hieronymi contumelias erumperet. Sed & post librum de Scriptoribus, cum in cæterorum non referatur seriẽ scriptorum.

48 *Samuel quondàm lugebat*. Suspicati quispiam posset scelestissimi pseudo huiusce Diaconi facinoris occasione, in quem & præsens exaratur Epistola, & alteram ab eodem Hieronymo, titulo [In Susannam lapsam obiurgatio] prænotatam , conscriptam fuisse Epistolam; cuius & exemplar Tomo nono habetur, in serie vigesima secunda: Sed certè inpingeret, cùm diuersis ex causis,alta quidem hæc,alia illa elucubrata sit. Enimuerò in hac Christi Virgo ad stuprum tãtummodo, atq; ad fugam sollicitata, in illa non sollicitata tantùm, sed semel, & iterum, tertioq;, atq; sæpius infeliciter E subagitata legitur. Hæc a Diacono, aliàs etiam adultero, verbis atq; litterulis prouocata, Illa ab adolescente etiam ineptissimo deflorata: Huius periculum in Bethlehemitico cœnobio describitur: Illius lapsus in media Ciuitate proponitur. Huius nomen siletur: Illius [Susanna] peruulgatur. Deniq; phrasis ipsa Epistolarum, huius quidem elegantior, illius verò minus comptus,vtriusq; auctores discriminare videtur.

49 *Sæpe a me Innocenti charissime*. Inscribitur Epistola Innocentio,quem eundem Henricus Grauius arbitratur, de quo idem Hieronymus Epistola quadragesima prima, oculũ F & partem animæ suæ vocans. Habetur & alter Innocentius Presbyter, qui in Epistola sexagesima sexta vsurpatur. Est deniq; tertius Innocentius Presbyter Africanus, Augustini amicus,de quo Epistola septuagesima nona. Igitur cũ Innocẽtius hic ex his fuerit sodalib⁹, qui cũ Hieronymo priorem elegerunt, atq; ingressi sunt solitudinem: & in ea ipsa eiusdem Hieronymi testimonio, præallegata quadragesima prima Epistola repentino febrium ardore subtractus sit, procul dubio ante trecentesimũ septuagesimũ primũ (quo nimirũ solitudinẽ eãdẽ idem egressus est) Epistolam datam fateri com G pellimur. Celebratur in huius calce multæ virtutis Euagrius quidam, quem vnà cum Eusebio, Vercellense Episcopo aduersus Auxentiũ Arrianum, Mediolanensem item Episcopum acriter dimicasse opinatur Baronius, Tomo quarto; cui & eiusdem Hieronymi testimoniũ suffragatur. Verùm quinam hic fuerit, eidem adhuc(vt ipse testatur) incompertum, Grauius (ex cuius sententia, nos quoq; supra capite quinto locuti fuimus) in Epistolam sextã, hunc eundem putat, de quo Hieronymus ibidem, & Epistola quadragesima prima, quinquagesima septima, nec non in vita Malchi, Sed inpingere eundem ratio temporum mani- H festat : quo enim tempore vnus in Occidente Auxentium debellabat, alter cum eodem Hieronymo, iuuenis adhuc, Orientis solitudine claudebatur. Dicamus igitur nos,duos vno tẽpore, atq; patria vna,nec non consanguinitate simul copulatos, Antiochenos Euagrios: patruũ vnum, nepotem alterum : illum seniorem,hũc iuniorem, Hieronymo familiarissimos ambos. De priori Basilij Epistola octaua ad Eusebium Samosatenum scribentis accipe,Lector, testimonium [Senior,inquit, Euagrius filius Pampiani Antiochensis, qui quondàm migrauit cum Sancto Eusebio versus Occidentem,rediit nunc Roma, petens a nobis litteras eadem illorum

A lorũ ſcripta adverbum continentes &c.] De poſteriori, non quidem Pampiani filio, ſed de illius ſtirpe, ita ipſe Hieronymus in Euſebij Chronico : [Anno ſecundo Aureliani ; in qua pugna ſtrenniſſimè aduerſus eum (Zenobiam ſcilicet) dimicauit Pampianus dux, cognomento Francus, cuius familia hodie apud Antiochiam perſeuerat, & ex cuius Euagrius Presbyter chariſſimus nobis ſtirpe deſcendit.] hæc ibi. De ſeniore ergo loqui eundem in hac Epiſtola ratio temporis, vt dictum eſt apertè probat; cum Auxentij obitus (ante quem paulò ante, hoc eſt, anno proximè ſuperiori ſe datam ipſa prodit Epiſtola) Chriſti anno trecenteſimo ſexageſimo nono contigerit. Iuniorem poſt viginti annos Antiochenum creatum Epiſcopum, Eccleſiaſticæ hiſtoriæ vno cõſenſu teſtantur. E

Vita Pauli Eremitæ. Inter multos.] De ea capite ſexto, numero decimo quarto.

Vita Sancti Hilarionis. Scripturus vitam.] De eadem capite quinto, numero quinto.

Vita Malchi captiui Monachi. Qui nauali prælio.] Agitur de ea capite quinto, numero quarto, & quinto.

Liber de Viris Illuſtribus, vel de Scriptoribus Eccleſiaſticis. Hortaris Dexter.] De eodẽ capite decimo nono, numero primo, & ſeq.

B F

IN SECVNDO TOMO

Sunt libri conplectentes ea, quæ ad hæreſes pertinent, & calumnias. Epiſtolæ inſuper diuerſorum argumentorum, videlicet.

Aduerſus Heluidium de perpetua virginitate Beata Maria liber.
Aduerſus Iouinianum libri duo.
50 *Pro libris aduerſus Iouinianum Apologia ad Pammachium.*
51 *Ad Domnionem Apologeticon*
C 52 *Ad Pammachium pro eiſdem libris aduerſus Iouinianum.*
53 *Aduerſus Vigilantium ad Riparium.*
Aduerſus Vigilantium liber.
54 *Ad Marcellam aduerſus Montanum.*
55 *Ripario.*
56 *Apronio.*
57 *Damaſo Pontifici.*
58 *Damaſo Pontifici.*
Orthodoxi, & Luciferiani dialogus.
59 *Ad Auitum, quid cauendũ in libris Periarchõ.*
60 *Epiphanius Ioanni Epiſcopo Hieroſolimitano*
61 *Ad Pammachium aduerſus errores Ioannis Epiſcopi Hieroſolymitani.*
D 62 *Ad Theophilum contra errores Ioannis Hieroſolymitani Epiſcopi.*
63 *Præfatio Rufini in libros Periarchõ Origenis.*
64 *Pammachius & Oceanus Hieronymo.*
65 *Pammachio & Oceano.*
66 *Rufino.*
Ad Pammachium & Marcellinum Apologia Hieronymi aduerſus Rufinum libris tribus diſtincta.
Aduerſus Pelagianos ad Cteſiphontem.
In dialogos aduerſus Pelagianos proœmium.
Dialogorum aduerſus Pelagianos libri tres.
67 *Theophilus Epiphanio.*
68 *Ad Theophilum Epiſcopum Alexandrinum.*
69 *Theophilus Hieronymo.*
70 *Ad eundem Theophilum.*
71 *Ad eundem Theophilum.*
72 *Theophilus Hieronymo.*
73 *Epiphanius Hieronymo.*
74 *Ad Marcellam.*
75 *Aduerſus Vigilantium.*
76 *Ad Tranquillinum, quomodo legendus ſit Origenes.* G
77 *Marco Celedenſi Presbytero.*
78 *Pammachio & Marcella.*
79 *Alipio & Auguſtino.*
80 *Auguſtino.*
81 *Auguſtino.*
82 *Marcellino & Anapſychia.*
83 *Oceano.*
84 *Magno Oratori Romano.*
85 *Euagrio.*
86 *Auguſtinus Hieronymo.*
87 *Auguſtinus Hieronymo.*
88 *Auguſtinus Hieronymo.*
89 *Hieronymus Auguſtino.* H
90 *Auguſtinus Hieronymo.*
91 *Hieronymus Auguſtino.*
92 *Hieronymus Auguſtino.*
93 *Auguſtinus Hieronymo.*
94 *Hieronymus Auguſtino.*
95 *Auguſtinus Præſidio.*
96 *Hieronymus Auguſtino.*
97 *Auguſtinus Hieronymo.*
98 *Hieronymus Auguſtino.*
99 *Aſella Virgini.*
100 *Bonaſo.*
101 *Ad Pammachium de optimo genere interpretandi.*
102 *Ad Marcellam.*

A E

ANIMADVERSIONES.

SVnt omnia in hoc secundo Tomo Hieronymi legitima, exceptis Epistolis, numero quatuordecim, videlicet 60. 63. 64. 67. 69. 72. 75. 86. 87. 88. 90. 93. 95., & 97. hæ namq; omnes ex proprijs affixis titulis aliorum esse auctorum, Epiphanij nimirum, Rufini, Pammachij, Theophili, & Augustini dignoscuntur. De Epistola item quinquagesima sexta, quæ Hieronymi nomine Apronio inscribitur a quibusdam dubitatur: Cæterùm nunc sigillatim de singulis.

B *Aduersus Heluidium. Nuper rogatus a fratribus.* De eo capite decimoseptimo numero secundo.

Aduersus Iouinianum. Pauci admodum dies sunt. De hoc ipso opere capite decimoseptimo, numero primo.

50 *Quòd ad te hucusq.* Semel atq; iterum Hieronymi aduersus Iouinianum libri Romæ acriter impugnati sunt. Primùm quidem ipso promulgationis exordio, cuius & annus Christi trecentesimus nonagesimus numeratus est: Iterum deinde, post septem videlicet annos, cùm Rufinus Hierosolyma veniens, Romam ingressus est. Priores maledicos hac ipsa E-
C pistola, seu verius Apologia enixè coercuit, quæ æquè memorato Domini anno trecentesimo nonagesimo, vel proximè sequenti adscribitur. Posteriores sequenti Epistola ad Domnionem. De priori meminit in fine Catalogi De scriptoribus: De posteriori Rufinus ipse, libro secundo Inuectiuarum hisce verbis: [Cùm libellos eius, quos aduersus Iouinianum scripsit repræhendissem, cuidam Domnioni, Beatę memoriæ seni, qui sibi hoc ipsum indicauerat, iste rescribens excusat & dicit: Nullo genere potuisse fieri, se errasse hominem, qui omnium haberet scientiam &c.] Errore ductus Baroni⁹ semel tantùm ijsdem aduersus Iouinianũ libris derogatũ arbitrat⁹ est, proindeq; vno simul tẽpore hanc ipsam Epistolã cum sequenti editã credidit. Sed reuerà post septem annos iterũ pro ijsdem pugnam sustinere aduers⁹ Rufinũ, tunc Romæ agentem fuisse coactum Hieronymum, mox allegata conuincunt. Postremò de priori Apologia, tanquam aliàs edita apertè meminit idem ipse Hieronymus in hac posteriori ad Domnionem, vt nullus propterea relinquatur ambigendi locus, fuisse eandem post aliquot annos publicis monumentis consignatam.

Bar. tom. 4. sub an. 390.

D

51 *Littera tua & amorem pariter.* Aliter apud alios titulus, videlicet [Ad Domnionẽ contra Rufinum De libris aduersus Iouinianum. Et quidem aptè: in illum enim edita est, vt in proximè superioribus ostendimus: adstipulanturq; communiter scriptores Henric⁹ Grauius, & alij. Data eo tempore est, quo Rufinus in ipsam Vrbem aduenerat, Hieronymiq; libris aduersus Iouinianum detrahebat. Numeratur hic annus a Christo trecentesimus nonagesimus septimus, vel proximè sequens. Quis verò, & quantus Domnion hic, cui Epistola prænotatur foret, accipe ex Epistola centesima quinquagesima quarta ad Desiderium,
F in qua virum sanctissimum, & sui temporis alterũ Loth Hieronymus apellat. Sanctissimi itẽ titulo, atq; patris condecorat eundem Sanctus Paulinus Epistola trigesima quinta ad Alipiũ, apud Augustinum. Extant ad eundem Hieronymi Epistolæ centesima octaua, & centesima nona, Quotannisq; eius memoria ex Martyrologio Romano in Ecclesia sub die vigesima octaua Decembris recolitur.

52 *Christiani interdùm pudoris.* Deberet hęc Epistola quinquagesimæ paulò superius allegatæ pręponi: vno enim ipsa tẽpore scripta, atq; cum illa simul transmissa constat: fungiturq; officio nuncupatoriæ, perinde ac legẽti obseruare est.

G

53 *Exceptis primùm litteris.* Allegat Epistolam in sequenti aduersus eundem Vigilantium Commentariolo, capite quarto Hieronymus hisce verbis [De vigilijs & pernoctationibus in basilicis martyrum sæpe celebrandis in altera Epistola, quam ferme ante biennium Sancto Ripario Presbytero scripseram respondi breuiter] hæc ibi. Cæterùm, cùm eiusmodi Commentariolus anno Christi quadringentesimo sexto mox consignandus sit, vtiq; & hanc ipsam Epistolam, quæ ante biennium data memoratur, quadringentesimo quarto consignãdam esse consequitur.

H *Aduersus Vigilantium. Multa in Orbe monstra.* Quo tempore dictatum opus sit, quive ad illud idem Hieronymum impulerint, explicatur initio capitis secundi hisce verbis: [Auctores sunt huius dictatiunculæ meæ Sãcti Presbyteri Riparius & Desiderius, qui Parochias suas vicinia istius (Vigilantij scilicet) scribunt esse maculatas: miseruntq; libros per fratrem Sysinnium, quos inter crapulam stertens euomit. & asserunt repertos esse nonnullos, qui fauentes vitijs suis illius blasphemijs acquiescant.] Hæc ipse, ex quibus Sancti Presbyteri in Gallijs, æquè, ac Sysinnius agentes habentur. De Sisynnij aduentus in Palestinam tempore, iam supra

A Animaduersione quarta. Agitur etiam præal-
legato capite secundo De reliquijs Beati Sa-
muelis prophetæ, nuperrimè ab Arcadio Au-
gusto e Iudæa in Thraciam translatis: cuius rei
veritatē Christi anno quadringentesimosexto,
(quo opus istud elucubratum est) adscribunt
Theodorus lector libro secundo Collect. Ni-
cephorus libro decimo quarto, capite vndeci-
mo, Baronius Tomo quinto. Vrget vsq; adhuc
quàm maximè prauitatem hæreticā libellus in
Vigilātiū promulgatus: Insaniūtq; propterea
diuersis in eū argumentis, imo conuicijs nouis-
simi hæresiarchæ. Philippus in Cōfessione Au-
gustana Carolo alias exhibita, Christi videli-
B cet anno millesimo quingentesimo trigesimo,
nec vnam eundem syllabam continere de in-
uocatione Sanctorum, sed de honoribus tan-
tum eundem agere criminatur. Crassissimum
cuius, atq; palpabile mendacium Spangerber-
gius, item hæreticus iugulans, fatetur quidem
inuocationem, & imagines sanctorum, vsum
luminum, cœlibatum, aliasq; traditiones Ec-
clesiasticas librum propugnari, verùm amaru-
lentè nimis, atq; durè. Lutherus in hoc ipso
haud Catholicum Hieronymum impudentis-
simè iactat in postilla Euangelij Sāctæ Crucis,
verèq; pium atq; Christianum Vigilantiū cō-
mendat, Theodorus demum Beza, tam mul-
C tum Hieronymum in Sanctarum reliquiarum
cultu, atq; Sanctorum inuocatione testatur, vt
eundem idcircò in Idolatriam prolapsum ex-
clamet. Vides Lector, quomodo aureus hic
libellus inpræsentiarum vsq; hæreticos omnes
premat, configat, vnumq; aduersus alterum
concitet, impellat, lacessat. Extremæ tandē
insaniæ, apertissimiq; mendacij Philippū cō-
demnabit, qui librum ipsum perleget. Rei
quoq; exitus, qualis, quantusq; liber tunc fue-
rit, ostendit, cum lubrici serpentis sibilis silen-
tium protinus imposuerit. Nec est, quòd im-
peritè æquè, ac inpudenter idolatriæ Hiero-
nymum Beza coarguat; enimero quali fide in
D eiusmodi peccatum is perpetuo processerit ei⁹
in Prophetas præsertim Commentarij decla-
rant, in quibus tertio quoq; verbo idola detes-
tatur, & comminuit. Quòd si Spangerbergio,
contumelijs refertus liber, amarulentusq; ni-
mis videtur, prophetiæ dono illustratum Hie-
ronymum, in præcedenti Epistola, ita sibi res-
pondentem audiat: [Tacita me, inquit ipsemet
Hieronymus, forsitan cogitatione reprehen-
das, cur in absentem inuehar? (Vigilantium
intelligens:) Fatebor tibi dolorem meum: sa-
crilegium tantum patienter audire nō possum.
Legi enim Siromasten Phineæs, austeritatem
Heliæ, zelum Simonis Chananæi, Petri seue-
ritatem, Ananiam & Saphiram trucidantis,

Paulíq; constantiam, qui Elymam magum, vijs E
Domini resistentem æterna cœcitate damna-
uit. Non est crudelitas pro Deo pietas. Vn-
de & in lege dicitur [Si frater tuus, & amicus
& vxor, quæ est in sinu tuo deprauare te vo-
luerit a veritate, sit manus tua super eos, & ef-
funde sanguinem eorum, & auferas malum de
medio Israel.] Et in ipso aduersus eum Com-
mentariolo [Hæc, inquit, dolentis magis effudi Deut.13.
animo, quàm ridentis, dum me cohibere non
possum, & iniuriā Apostolorum, ac Martyrū
surda nequeo aure transire.] Hæc pro se in
Spangerbergium Hironymus. De eodem Vi-
gilantio capite decimo nono, numero decimo
tertio. F

54 *Testimonia de Ioānis Euangelio.* Hanc ex
illis reor Epistolis, quas Romæ Hieronymus,
cùm non ita ad se, occupationum multitudine
omnibus pateret accessus, requisitus, non qui-
dem Epistola, sed parua potius schedula, dic-
tauit: neq; enim sibi ante datarum litterarum,
neq; tabellarij, neq; commonachorum, neq;
Paulæ atq; Eustochij meminit. Deniq; nullas
salutationes amicis, ex vtroq; sexu dicendas
admiscet: quorum certè si non omnium, ali-
cuius saltem, si Bethlehem tunc in Monaste-
rio fuisset, mentionem vsurpasset. Supputatū
alibi commorationis eiusdem in Vrbe tempus
est ab anno Christi trecentesimo octogesimo G
tertio ad trecentesimū octogesimū sextū. Por-
rò Montanum natione Phrygem ex Pepusa Vi
culo æquè ac Priscam, & Maximillam eiusdē
sectatrices testatur Epistola. Vixit circa Do-
mini annum ducentesimum, & inter cæteros
quos seduxit Tertullianus inprimis habetur.
Scribit Apollinaris Hieropolitanus Episcopus,
apud Eusebium libro quinto, capite decimo
quinto, quòd malo idem, ac Maximilla spiri-
tu arrepti, sibi ipsis laqueo mortem consciue-
rint.

55 *Christi te aduersum hostes.* Quid de E-
pistola Henricus senserit non habeo, cùm eius-
dem in Notis haud meminerit. Nemo tamen, H
quòd hactenus ego viderim de ea dubitauit.
Vt verò tempus eius exploremus, Erasmi in-
primis sententia exploditur, qua in Epistola de
Arrianis Hieronymū locutū putat, dum scribit.
[Coniurationis socij in Ioppe remorantur,] si-
quidē in Palæstina tota, (cuius maritima Vrbs
Ioppe) omnino iam hæresis eiusmodi conse-
pulta erat. Victorius, de Origenistis Hierony-
mū ibidē intelligere adnotat, & quidem ap-
tè: pluribus enim annis Origeniana illic doc-
trina, etiam post Ecclesiæ Romanæ in illam
promulgatam sententiam susurrauit in angu-
lis. Vnde & Augustinus aduersus eandē plu-
ribus postmodum insudauit; in libris præser-

tim

A cim de Ciuitate Dei, libro vigesimo primo, cap.
23.24.25.26. & 27. Cæterùm, quoniam idem
Riparius, cui hęc Epistola inscribitur est, cui &
Epistola *Multa in Orbe* aduersus Vigilantium,
certius tēpus habebitur, si hæresis illius, Galliā
inuadentis nomen, cùm illi data est, & aduersus
quam ipse incitatur, exprimatur. Certè de
Vigilantij praua dogmatib⁹ Epistola loqui nō
potest, cùm eo protinus anno absq; propaga-
tione cum proprio auctore extincta sint. Vide
Baronium Tomo quinto sub anno Christi qua
driogentesimo sexto. Non præterea de supe-
rioribus Vigilantio hæresiarchis, vel hæresibus,
quia teste Hieronymo in Commentario aduer
B sus eundem Vigilantium, circa principium,
Sola Gallia ex omnibus Orbis terræ regionibus
ad Vigilantij vsq; tempora monstra eiusmodi
non habuit: quin potius viris semper fortissi-
mis & eloquentissimis abundauit. Non deniq;
de Origenis hęresibus, quippe quæ in illis par-
tibus nonquam irrepsisse legantur. Igitur de
Priscillianistarum hæresi, quæ Christi potissi-
mum anno quadriogentesimo duodecimo Gal
lias enormissimè corrupit, propter quam & ip-
so anno Gothis sub Athaulpho Rege, iterum
a Deo easdem deuastandas traditas, scribunt
Sanct⁹ Prosper Aquitanus testis de visu in Chro
nico, & Saluianus de vero Iudicio & prouiden-
C tia Dei, libro tertio intelligendus Hieronymus
est. Deniq; idem ipse Hieronymus in Episto-
la de persecutionibus in se concitatis mentio-
nem ingerens, eò vsq; illarum acerbitatem in-
crebuisse adstruit, vt cedere, atq; locum muta-
re sibi fuisse necesse testetur: quę pariter omnia
hoc anno peracta facile intelligimus. Atquis
Ioannem Hierosolymorum Episcopum horum
omnium ignorat auctorem? Enimuerò, qui
Hieronymum excommunicationis mucrone
Christi anno trecentesimo nonagesimo tertio
ex Epistola sexagesima prima, capite decimo
sexto perperàm ferijt: qui in eundem exilij de-
cretum, ex Epistola sexagesima secunda, capi-
D te quarto, ab Imperatore obtinuit; idem ipse
deniq; maiore, qua ante inuidia, amentiaq; ar-
dens, non in eundem tantum, sed & in eius
monasteria, tam virorum, quàm virginum vi,
ferro, flammis sacrilegus irruit. Latius habe-
tur hæc historia capite nono, numero trigesi-
mo secundo. Et quamuis eandem Baronius
Tomo quinto annalium Ecclesiasticorum, sub
Christi anno quadringentesimo decimosexto,
circa finem scriptis consignauerit, arbitratus
idcirco ipsam cladem a Pelagiania eidem Hie-
ronymo, eiusq; cœnobijs, Ioannis consi-
lio, atq; fauore illatam, quod in eorum hære-
ses libros prodidisset; Hanc tamen quadrin-
gentesimo duodecimo opportunius adscriben-
dam esse, præsens cum sequenti persuadent E
Epistolæ: Maximè, cùm & hoc ipso anno ad-
uersus eosdem Pelagianos Commentarium ad
Ctesiphontem idē Hieronymus chartis prom-
pserit, de quo infra.

56 *Nescio qua tentatione.* Henrico, atq;
Victorio Hieronymi haud esse Epistolam opi-
nantibus, libenter subscribimus: eius quippe
neq; in dictione styli vestigium præsefert.
Fuisse tamen ex Bethlehemitico cœnobio, atq;
a Hieronymi commonacho scriptam, historiæ
veritas proximè superiori Epistola explicata,
apertè demonstrat. Porrò, quòd Apronio ea-
dem inscribatur, non veniat in mentem Apro-
nianus ille, ad quem suas in Hieronymum Ru- F
finus destinauit Inuectiuas: Siquidem Rufini
ille, Origenistarumq; factiosus, hic Hierony-
mi, atq; Catholicorum partes tuebatur: Ille
Romanus, hic Gallus adstruitur. Vnde & quod,
de euersione nobilis domus in ipsa Epistola ad
ditur, id de Gothorum (illas tunc oras, vt mox
supra retulimus deuastantium) incursione ac-
cipiendum, concinnè Victorius obseruauit:
Quamuis protinus idem inpegerit, dum Inno-
centium in Epistola nuncupatum, eundem ad-
monuit esse, de quo alibi idem Hieronymus.
Enimuero tres tantùm eiusdem nominis Inno-
centij apud eundem leguntur. Primus (de
quo in Epistola quadragesima prima) in Eua- G
grij solitudine e vita excessit. Secundus, cuius
mentio habetur Epistola septuagesima nona,
in Africam, quippe qui Africanus ad Augusti-
num ante regressus est. Tertius, cuius & nunc
sermo est Gallus potius, & in Gallia cum eodē
Apronio pro fide dimicans asseritur.

57 *Quoniam vetusto Oriens.* Si Hierony-
mi in Chronico, atq; Baronij in Annalibus, nec
non ad Martyrologium Romanum Notis tem-
poris rationem de ordinatione Sancti Ambro-
sij Mediolanensis Episcopi recipiamus, (quam
& anno vndecimo Valentiniani senioris Impe-
ratoris, Christi videlicet trecentesimo septua-
gesimo quarto factam numerant) hanc æquè H
Epistolam in saltem ipso anno, atq; ex poste-
riori delecta solitudine, Chalcidis nimirum ab
Hieronymo editam consequens est, vt affirme-
mus. Agitur enim in ea de Auxentio Arriano,
atq; Ambrosio: hoc quidem vti nuper in Epi-
scopatu subrogato, illo tanquam e viuis morte
sublato. Cæterùm, si eiusdem Ambrosij Epis-
copatus initia ante capiamus, cumq; Panuino
in Fastis, & alijs ad Christi annum trecentesi-
mum sexagesimum nonum referamus, eo etiā
ipso anno, seu verius sequenti datam eandem
ex priori solitudine, Euagrij nimirum debem⁹
asserere. De Damaso sæpius in ipso opere.

58 *Importuna in Euangelio.* Allegatur in
hac,

A hac, proximè superior Epistola: nēc multò
post ab illa editam ex proprio huius monemur
exordio.

*Orthodoxi & Luciferiani Dialogus. Proximè
accidit, vt quidam.* De eo capite decimo nono,
numero nono.

59 *Ante annos circiter decem.* Epistolæ
tempus exordij verbis aperitur, videlicet
[Ante annos circiter decem Sanctus vir Pam-
mahius ad me cuiusdam schedulas misit, quæ
Origenis periarchon interpretata volumina
continerēt &c.] Cùm itaq; decennium inter-
lapsum ab eo tempore habeatur, quo Pamma-
chius ab ipso Hieronymo petijt sincera fide
B reddi Latinæ linguæ, quæ Grecè in Periarchō
scripserat Origenes,(quod factum supra capite
decimo quinto, numero vigesimo septimo, Do
mini anno trecēsimo nonagesimo octauo obser
uauimus) affirmare etiam est, hanc ad Auitum
datam Epistolam esse quadringentesimo octa-
uo. Porrò eidem ad eiusmodi librorum tran-
slationem cautè legendam, tanquam certum
pharmacum redditam fuisse, non est qui non
videat. Sed quid opportuna antidotus antea
exhibita profuit, si idem ipse deinceps venenum
potatus, illam euomit, hoc visceribus inclusum
retinuit? Alteri enim mox eiusdem nominis
Auito copulatus Hispanias, Augustini testimo-
C nio, eodem prorsus morbo corrupit.

60 *Domino dilectissimo.* Ante biennium ab
elucubratione Epistolæ centesimæ primæ, De
optimo genere interpretandi ad Pammachiū
hæc scripta, in ea ipsa asseritur: Vnde nec
multo negotio eiusdē annus intelligitur, cùm
illa Christi anno trecentesimo nonagesimo
quarto supra consignata sit. De hac in sequen-
ti agitur, quæ anno item sequenti exarata aper-
tè probatur. Epistolæ auctorem multis fre-
quenter Hieronymus celebrat elogijs: tantæq;
sanctitatis eundem fuisse Epistola proximè se-
quenti tradit, vt ipsi Arriani, aduersus quos per
petuò decertauit, & eorum patronus Valens
D Imperator illum reueriti, molestia afficere ne-
quaquam ausi sint. Recolitur quotannis eius
memoria ex Martyrologio Romano die duo-
decima mensis Maij.

61 *Si iuxta Paulum Apostolum.* Epistolæ,
seu verius tractatus annus Christi trecentesim⁹
nonagesimus tertius ex capite decimo sexto
eiusdem probatur. Mentio quippe ibi habe-
tur de insigni illo solis deliquio, quod eodem
anno adscribunt Marcellinus, Prosper, Socra-
tes, & Baronius. Paulo præterea superius nu-
merantur tredecim anni ab ordinatione Antio-
chena, qua idem ipse Hieronymus Presbyterio
insignitus est, ex qua temporis ratione idipsum
omnino cōprobatur: eiusmodi quippe ordina-
tio alibi in Christi annum trecentesimum octo- E
gesimum, in quadragesimum verò nonum
ætatis eiusdem Hieronymi, alibi relata est,
Obitèr verò hìc Lector Victorij lapsum atten- In Vita
de: De tempore namq; Ordinationis eiusmodi eiusdem.
agens, eandē factam anno ætatis eiusdem Hie-
ronymi trigesimo arbitratus est. Quod certè
nullo pacto cum certa temporis ratione potest
congruere: etiamsi postremis idem ipse in lu-
cem editus accipiatur temporibus (anno vi-
delicet Domini trecentesimo quadragesimo
secundo iuxta Baronij, atq; eiusdem etiam
Victorij sententiam.) Deniq; circa finem trac-
tatus, iam ante Ioanni ab Epiphanio scripta
Epistola traditur. Eandem verò superiori an- F
no adscripsimus.

62 *Epistola tua, hereditatis Dominicæ.* Cùm
non antea redargutus Hieronymus de Orige-
nis a se translatis libris sit, quàm Periarchon
libri, Anastasij Summi Pontificis decreto in Oc
cidente primùm, mox in Oriente damnarētur:
imo communi idcirco Origenistarum senten-
tia tunc idem Hieronymus summis efferre-
tur laudibus, (vt videre est ex Rufini in eosdē
mox sequenti præfatione) hinc præsentem
Epistolam post eorundem Periarchon librorū
Ecclesiasticam improbationem Theophilo da-
tam conijcimus, in ea enim illatam sibi ab eo-
dem Ioanne, Origenistarum principe, propu- G
gnatoreq; calumniam, de Origenis librorum
translatione repellit Hieronymus. Additur,
eundem de exilij in se impetrato decreto ver-
ba facere, vt propterea aliquot annis a superio-
ri (in qua de eo, ne verbum quidem) scripta
probetur Epistola. Deniq; cùm ex superiori
Epistola, capite decimoquinto, Isidorus, qui ab
eodem Theophilo ad pacem inter Palęstinos
Episcopos, nec non inter Hieronymum cum
Ioanne componendam legatus fuerat missus,
datas ipsi Hieronymo, eiusdem Theophili lit-
teras, minime reddiderit: ex hac verò ipsa Epi
stola nouis rursum eiusdem Theophili litteris
ad concordiam incitatus dignoscatur, sicuti ex
eius exordio constat; profectò, & post superio- H
rem aliquot annis exarata, coniectura prospi-
citur. Hanc ipsam Baronius Tomo quarto An-
nalium Ecclesiasticorum, Christi anno trecen-
tesimo nonagesimo tertio adscribendā arbitra-
tur. Verùm trecentesimo nonagesimo octauo
ex adductis modò consignādam esse, neminem
arbitror, qui non videat. De Theophilo hæc
ex Gennadij de viris Illustribus accipe Catalo-
go. [Theophilus, inquit, Alexandrinæ ciuitatis
Episcopus, scripsit aduersum Origenem vnum
& grande volumen: in quo omnia penè eius
dicta, & ipsum pariter damnat, ac simul edo-
cens, non a se eum primùm, sed ab antiquis
partibus,

partibus, & maximè Heracla fuisse, & à presbytero eiectum, & de Ecclesia pulsum, & de ciuitate fugatum. Sed & aduersum Anthropomorphitas hæreticos, qui dicunt Deum humana figura, & membris constare, disputatione longissima confutans, & diuinarum scripturarum testimonijs arguens, & conuincens eos, ostendit Deum incorruptibilem, & incorporeum, iuxta patrum fidem credendum, neq; vllis membrorum lineamentis omnino compositum, & ob id nihil ei in creatura similem per substantiam: nec cuiquam incorruptibilitatem, aut immutabilitatem, aut in corporalitatem suæ dedisse naturæ: sed esse omnes intellectuales naturas corporeas, omnes corruptibiles, omnes mutabiles, vt ille solus corruptibilitati, & mutabilitati non subiaceat, qui solus habet immortalitatem. Paschalem etiam recursum, quem magna apud Nicęã Synodus post nonaginta & quinq; annos, agi in tempore & die & luna secundum statum suum inuenerat: additis quibusdam ipsius festiuitatis rationibus & expositionibus, Theodosio principi obtulit. Legi & tres de fide libros sub nomine eius titulatos: sed quia lingua inconsonans est, non valde credidi.] Hæc Gennadius de Theophilo, cui & nos addimus: Quòd quanuis ob res aduersus Origenistas præclare gestas de Ecclesia aliquando optimè meritis sit, repræhensibilis tamen deinceps ex hoc habitus sit, quòd, Theodoro teste apud Palladium in Dialogo, contra Sanctum Ioannem Chrysostomum inuectus, sede eundem temere deponere ausus fuerit, eiusq; post mortem nomen, ne in Sacras tabulas restitueretur, contenderit. Fuit etiam is, earundem controuersiarium causa ab Innocentio Summo Pontifice sacra communione priuatus. Verum moriturus, quòd pertinax antea deliquerat emmendans, Ioannis etiam imaginem adorationis cultu (perinde ac S. Io. Damascenus, De Imaginibus libro tertio circa finem testatur) veneratus, proprij rursus nominia memoriam post obitum in Ecclesia propagauit. Vnde & in Vitis patrum, titulo de Compunctione, de eo scribitur: [Sanctæ memoriæ Theohpilus Archiepiscopus, cum moriturus esset dixit: Beatus es Abba Arseni, quia semper hanc horam ante oculos habuisti.] Item Sanctus Leo in Epistola sexagesima quarta ad Marcianum Imperatorem: [Sanctæ, inquit, memoriæ Theophilus, Alexandrinæ Ecclesiæ Vrbis Episcopus &c.] Idem Epistola quinquagesima secunda ad Episcopos Galliarum. Deniq; & Paulus Emesenus Episcopus, tertius ad pacem inter Ioannẽ Antiochenum, & Cyrillum Alexandrinum Episcopos, tempore Nestorij hæresis adhibitus, hæc ad populum Alexandrinum in concione habuit: [Est patris vestri hæc doctrina, est vobis hic thesaurus auitus, Beati Athanasij dogmata, magni Theophili doctrina, columnarum videlicet rectæ doctrinæ &c.]

63 Scio quamplurimos fratrum. Macario eiusdem Rufini discipulo, atq; ipsa, qua præceptor hæresis macula resperso, inscribitur. De eo Rufinus libro primo Inuectiuarum aduersus Hieronymum, vbi virum fide, eruditione, nobilitate, vita clarum eundem celebrat. Et reuera eiusmodi is omnino fuisset, nisi tam se pernicioso viro in disciplinam dedisset. Aenigmatica locutione Hieronymus ad hunc ipsum Epistola decima sexta alludit, cum habet. [Tunc discipulus *ὄλβιος*, & verè nominis sui (idest Beatus, *μακάριος* enim Græcè, Latinè beatum significat) si in talem magistrum non inpegisset.] Quo tempore hęc Epistola, seu præfatio cum Periarchon libris edita sit, iam capite vigesimo explicatum est.

64 Sanctus aliquis. Cùm Rufinus Romæ Periarchon Origenia libros inuulgasset, eosdemq; propterea quamplures magno studio legerent, quòd eos potissimum in sua is pręfatione, & emendatos pollicitus fuisset, & eorũdem auctorem, Hieronymi testimonio miris laudibus extulisset, Pammachius & Oceanus vitiatam omnino translationẽ, Hieronymiq; vafrè testimonium vsurpatum pro certo sibi persuadentes, nouam rursus, atq; germanam ab eodem illorum versionem præsenti Epistola contendunt. Numeratur hic annus a Christo trecentesimus nonagesimus octaus.

65 Schedulæ, quas misistis: Origenis hęresum accusatus, damnatusq; Rufinus, mira astutia Vigilantium suffecit, qui Hieronymum eiusdem Origenis errorum insimularet: quò nimirum & eundem talionis pœnam subire cogeret, & quo in Origenistas is gladio vsus fuerat, eo ipso confoderetur. Verùm calumnias omnes Hieronymus diluens, & Origenis errores, & Rufini fraudes præsenti aperit Epistola. Eiusdem, iuxta Baronij etiam calculũ Christi annus trecentesimus nonagesimus nonus est. De commemoratis omnibus in Hieronymũ, Vigilantij ope constructis machinationibus, habetur eiusdem Hieronymi Epistola septuagesima quinta, de qua infra.

66 Diu te Romæ moratum. Epistolæ tempus indicat Hieronyms, cùm ante triennium, quàm extremam manum apologiæ suæ imponeret eandem scriptam bisce affirmat. [Mul-

A ti Romę eius exemplaria habeot, ante hoc cir citer triennium, qui tibi eum mittere voluerunt, scientes quæ de meo nomine iactares, & quàm indigna proposito Christiano, ac nefanfanda confiogeres; Ego scripsi nesciens quasi ad amicum, illi non reddiderunt ei, quem inimicū nouerant, parcentes & meo errori, & tuæ conscientiæ.] Ita ipse, quò videlicet hanc ideò ipsi Rufino minimè ab eius amicis redditam Epistolam indicaret, quòd illum, sibi iam factum inimicum nossent. Porrò, cū Apologię annus iam supra a Christo quadringentesimus secundus oumeratus sit, consequens etiam est, datam Epistolam trecentesimo nooagesimo B nono.

Ad Pammachium & Marcellinum Apologia Hieronymi &c. Et vestris & multorum litteris, De ea capite decimo octauo, numero quinto, De Pammachio supra, De Marcellino infra, Animaduersione octogesima secunda.

Ad Ctesiphontem aduersus Pelagianos. Nō audaciter, vt falsò putas. Lucubrationē hanc Epistolæ nomine circa finem Hieronymus nuncupauit. De eadem capite decimonono, oumero decimoquarto. Plurimæ autem Ctesiphonti ipsi, cui ea inscribitur debentur gratiarum actiones, siquidem eius rogatu primus omnium Pelagij falsa dogmata Hieronymus C manifestauit, & rationibus eadem pro temporis opportunitate repræhendit.

In Dialogos aduersus Pelagianos Proœmium. Scripta iam ad Ctesiphontem &c.

Dialogorum aduersus Pelagianos Liber primus. Dic mihi Critobole.

De eisdem capite decimo nono, numero decimo quarto.

67 *Dominus, qui locutus est*. Quoniam Origenistæ Theophili opera Alexandriæ primùm, mox in Palæstina damnati, Coostantioopolim ad Ioannem Chrysostomum, vt in eundem Theophilum exclamarent se receperant, (de quo Palladius in Dialogo, de Vita Ioanois D Chrysostomi) idcirco Theophilus hanc Epistolam Epiphanio, Cypri Episcopo, Antesigoanorum nomina conplectens, quò illic ne audirentur quidem, sed illicò damnarentur, scribit, Est hic annus a Christo quadringētesimus. Sed ratio temporis ex sequentibus magis perspecta habebitur.

68 *Meminit Beatitudo tua*, Quòd in calce de eiusdem Theophili lenitate, qua subnascentem hæresim corrigi Hieronym^9 sperarer, mētionē ingerat, data Epistola probatur Christi anno trecētesimo nonagesimo octauo, proxime enim sequenti Origeniana impietas Synodica consultatiooe dāoata est.

69 *Sanctus Episcopus Agatho.* E
70 *Nuper tua beatitudinis.*
71 *Duplicem mihi gratiam.*

Ab Alexādrina Synodo in Origenem, Origeoistasq; omnes senteotia lata, misisse protinus Theophilum legatos in Palęstinam, & in Aegyptum, quò iode etiā ijdem expellerētur, testantur hæ tres Epistolæ, quarum prima Theophili extat ad Hieronymum, secunda & tertia Hieronymi ad ipsum Theophilum. Annus Christi probatur trecentesimus nonagesimus nonus.

72 *Didici, quòd & sanctitas tua*. Cùm de damnatis Origenistis in Aegypto, aduersus quos tres proximè relatæ Epistolæ, Christi an- F no trecentesimo oooagesimo nono editæ sunt, hæc æquè Epistola agat, mox lequenti aono, quadriogentesimo videlicet eadem data conijcitur.

73 *Generalis Epistola*. Accepta Epiphanius Theophili supra allegata sexagesima septima Epistola, eandem protinus, (cui & perbreuem hanc iunxit Epistolam) ipsi Hieronymo destinauit. Hinc Christi anno quadringentesimo, quo & mox citatæ, data comprobatur.

74 *Vt tam paruam Epistolam*. Quòd Albinæ salutatione Epistolam Hieronymus claudat, scriptam eandem Christi anoo trecentesimo octogesimo octauo accipimus, Eiusmo- G di enim tempore Hieronymus in sacris ex hebręo fonte deriuandis libris totus erat, & ipsa Albina sequenti aono, vt constat ex pręfatione primi libri Commentariorum in Epistolam ad Galatas (quos editos anno Christi trecentesimo octogesimo oono alibi ostendimus,) migrauit e vita. Fuit Albina sanctitate vitę religiosissima, æquè ac sanguinis nobilitate clarissima: digna prorsus magnæ illius Marcellę mater, quę Hieronymi semper calamo, semper voce prędicata, nunquam tamen pro meritis satis laudata est. Eandem consueuit Hieronyms matrem apellare, tum in hac Episto- H la, tum ad Asellam illis verbis [Saluta matrē Albinam.] Cur Epistolam Henricus Grauius scholijs, sicuti alias non illustrarit, mihi adhuc incopertum: pręsertim, cùm Victorius in Scholijs, & Barooius Tomo quarto, sub aono Christi trecentesimo octogesimo sexto a legitimis non discreuerint.

75 *Iustum quidem fueras*. Aliquot ante annos publicis monumentis hanc consignasse Hieronymum Epistolam, quàm quinquagesimam tertiam in eundem Vigilantium dirigeret, illud manifestò probat, quòd nec dum in sacras, is reliquias, vel sanctorū inuocationē, seu etiam veteres Ecclesiæ traditiones oblatrarat,

Pargas

A Purgat itaq; se primùm Hieronymus in hac ipsa Epistola ab Origenistæ illata sibi falsò calumnia: Carpit mox ipsunmet Vigilantium de blasphemia, atq; simul ad pœnitentiam prouocat, quòd Danielis prophetiam de lapide a monte abscisso explicans, pro lapide Christum, pro monte Diabolum interpretatus sit: missa videtur Epistola circa annum Domini quadringentesimũ: de ea quippe Hieronymus agit libro tertio Apologię, capite sexto hisce verbis [Ego in Vigilantio tibi respondi; eadem enim accusabat, quæ tu postea, & amicus laudas, & inimicus accusas.] Quòd ille nimirum diceret, Hieronymum Origenis errores sectari: nam B subdit [Scio a quo illius contra me rabies concitata sit; noui cuniculos tuos.] Porrò Hieronymi Apologiam aduersus Rufinum quadringentesimo secundo Christi anno elucubratam, sæpius admonuimus. De eodem argumento habetur supra Epistola sexagesima quinta: In qua quamuis hæc eadem, quæ & in præsenti Epistola sibi obiecta crimina a Rufino potius, quàm a Vigilantio idem Hieronymus contendat. Hoc ideo euenit, quòd illorum omnium Rufinum (vt nuper dictum est) cognouit auctorem. Hæc deniq; infelicis Vigilantij præludia fuere, quibus paulatim allectus, in furorẽ tandem conuersus est: Rufino eidem ad omC nes saltationis motus modos musicos attemperante.

76 Maiora spiritus vincula. Tranquillino eo tempore, quo sexagesima quinta, vel saltem paulo post prodita Epistola est: versatur enim circa idem argumentum: Quomodo scilicet Origenes legendus, & quid de eius doctrina probandum, quid reijciendum sit. Inconsultus Henricus hanc eandem prætenjt, scholijs non illustrans.

77 Decreueram quidem. Ex priori ab Hieronymo culta solitudine, sub incolatus videlicet sui in ea extremo, scriptis mandata Epistola est; Meminit enim sociorum, inde perseD cutionibus Arrianorum expulsorum. Numeratur eiusmodi annus capite septimo, numero vigesimo secundo, trecentesimus septuagesimus a Christo.

78 Rursum Orientalibus. Quòd sui initio Epistola de prima, & secunda Theophili Alexandrini Episcopi Paschalibus Epistolis, nuper latinitate donatis agat, illius annus quadringentesimus secundus indicatur; Enimuerò superiori anno secundam eiusdem Theophili e Græco in Latinum sermonem idem Hieronymus verterat: de eadem & in posteriori Recensione, Animaduersione trigesima quarta. Deniq; in huius calce, Epistolæ Anastasij in Orientem aduersus Rufinum, Ioanni Hierosolymorum Episcopo transmissæ, memoria vsurpatur, quam eodem Christi anno quadringen- E tesimo secundo scriptam, suo loco ostendemus.

79 Sanctus Innocentius Presbyter. Nouissimam hanc omnium Hieronymi Epistolarum, Eustochij Virginis in ea recensita dormitio, quã & Christi anno quadringentesimo decimo nono capite vigesimo primo adscripsimus, manifestò probat. Proximè quippe sequens annus eiusdem Hieronymi triunpho, quo mortalitatis depositis exuuijs, immortalitatis corona donatus est, consecratur. Porrò Innocentius in Epistola commemoratus, is est, qui superiori anno, quadringentesimo videlicet decimo octa- F uo, vnà cum Marcello, Subdiacono Chartaginensis Ecclesiæ in Orientem ad Nicęni Concilij decreta perquirenda, Africanæ Synodi iussu legatus est. Vide Baronium Tomo quinto, sub anno quadringentesimo decimo nono, versus finem.

80 Omni quidem tempore. Eiusdem cum superiore argumenti mihi videtur Epistola, eodemq; consequenter tempore datam affirmare ausim.

81 Multi vtroq; claudicant pede. Cùm in breui Epistola hæc habeat Hieronymus [Capta Hierusalem tenetur a Nabuchodonosor] credidit Baronius Tomo quinto sub anno qua- G dringentesimo decimo, longè post medium, de Vrbis Romæ captiuitate, ab Alarico Gothorũ rege importata, eundem fuisse locutum, ac propterea, & eo ipso anno datam Epistolam, quo Vrbs ipsa expugnata est. Verùm longè illum ab Hieronymi consilio distare, Epistolæ (vt dicitur) tenor aperit, qui & huiusmodi est. [Multi vtroq; claudicant pede, & ne fractis quidem ceruicibus inclinantur, habentes affectum erroris pristini, cùm prædicandi eandem non habeant libertatem.] Et post saltationis officia: [Capta, inquit, Hierusalem tenetur a Nabuchodonosor, nec Hieremiæ vult audire consilia: quin potius Aegyptum desiderat, vt H moriatur in Taphnes, & ibi seruitute pereat sempiterna.] Hoc Epistolę exemplar: hæc verborum forma, quibus Hierosolymitani populi non rectus ad Catholicam fidem, Ecclesiasticamq; doctrinam ingressus perhibetur: etiãsi pastoralis, Pontificiæq; curę baculo, Origenistarum ceruicibus fractis eidem iactandi vlterius, atq; prædicandi falsa dogmata libertas adempta foret. Vnde aptius in Scholijs hæc adnotauit Victorius. Eleganter, inquiens, hanc historiam proposito suo Hieronymus accommodat: cùm enim ab exercitu Nabuchodonosor Hierusalem teneretur, Iudæorum reliquiæ, ne in Aegyptum contenderent Hieremias propheta

A pheta diſſuaſit. Vocat autem Hieronymus
Ioannem Hieroſolymitanum Epiſcopum Na-
buchodunoſor, is enim cùm eſſet Origeniſta,
Vrbem ipſam poteſtate, ac factione ſua oppreſ
ſam ne reſcipiſcere ab hæreſi poſſet, veluti ſer-
uam, ac vinctam tenebat: & quòd amplius
erat, Aegyptum, & terrenas res deſiderabant
vrbis ciues, cœleſtium, & diuinarum diuitia-
rum loco.] his Victorius Epiſtolam explicat.
Deniq; Hieruſalem nomine non conſueuit
Hieronymus Romam vſurpare, ſed Babylonis,
ob Gentilitiã nimirũ olim retentã ſuperſtitio-
nem; perinde ac Ioannes in Apocalypſi, Sãctus
Paulin⁹ Nolanus, & alij. Data Epiſtola Chriſti
B anno quadringenteſimo decimo ſexto conue-
nientius accipitur, quo ipſo, iuxta Baronium,
vel proxime ſequenti iuxta Panuinum ad Dei
tribunal Ioannes de omnibus rationem reddi-
turus ex hac vita ſubductus, ſe ſiſtere coactus
eſt.

82 *Tandem ex Africa*. Meminit Epiſtola
de Commentarijs nuper in Ezechielem cœp-
tis, quorum exordium cùm alibi quadringen-
teſimo decimo Chriſti anno adſcripſerimus,
hanc æquè Epiſtolam eo ipſo anno, vel proxi-
mè ſequenti ſub initio exaratam ſequitur, vt
affirmemus. Eodem item tempore Aegypti
limites, Palæſtinæ, Phoenices, atq; Siriæ Bar-
C baros torrentis inſtar percurriſſe, teſtis Epiſtola
eſt. Cæterũ, quòd obſeruatione, memoriaq;
digniſſimum cenſetur tempus eſt, quo inter
Auguſtinum, atq; Hieronymum cõtrouerſias,
multos ante annos excitatas, penitus ſublatas
ex eadẽ intelligimus. Enimuerò tale, ac tantũ
ſuper eiuſdem Auguſtini perſona in Epiſtola
Hieronym⁹ ponit teſtimoniũ, vt eiuſdẽ cõſcrip
tionis temporis puncto, quidpiam inter vtrũq;
reliqui adhuc ſupereſuiſſe diſſidij, ſuſpicione
haud poſſit attingi. Propria hæc eius verba
ſunt. [Certè habes ibi Sanctum virum, & eru-
ditum Auguſtinum Epiſcopum; qui viua, vt
aiunt voce docere te poterit, & ſuam, imo per
D ſe noſtram explicare ſententiam.] De origi-
ne videlicet animarum. Ad quæ Auguſtinus
quinq; poſt annos alludens: [Miſiſti ad me, in-
quit diſcipulos, vt ea doceam, quæ nondum ip-
ſe didici. Doce ergo quòd doceam; nam, vt
doceam, multi a me flagitant, eiſq; me, ſicut
alia multa, & hoc ignoraſſe confiteor.] Quòd,
vt de Marcellino paucula ſubdamus: Hic ille
Marcellinus eſt, qui vnà cum Marcella, Pam-
machio, atq; Oceano Hieronymi partes ad-
uerſus Rufinum in Vrbe ſecutus, non vulgariũ
hominum tantùm, ſed & Senatorij Ordinis,
Honorij inſuper Imperatoris oculos in ſe con-
uertit. Qui & idcirco hoc ipſo anno, (teſte
Baronio, Tomo quinto, ſub anno quadringẽte-
ſimo decimo) ex Poſſidio Tribunus in Africã E
certo reſcripto miſſus, pro Donatiſtis ad Catho
licam concordiam reſtituendis, plurimum labo
rauit. De eodem ita Oroſius libro ſeptimo, ca-
pite vigeſimoquarto. [Meritò ſanè tanta lar-
gitus eſt Deus, quia in his diebus præcipiente
Honorio, & adiuuante Conſtantio pax et vni-
tas per vniuerſam Africam Eccleſiæ Catholicę
reddita eſt; & corporis Chriſti, quod nos ſu-
mus, redintegrata diſciſſione ſanatum eſt, im-
poſita executione ſancti præcepti Marcellino
Tribuno, viro inprimis prudenti, & induſtrio,
omniumq; ſtudiorum bonorum appetentiſſi-
mo.] Hæc Oroſius. Deniq; , qui Oceanus ex
ſcripturarum doctrina, atq; vitæ probitate F
laudatur in Epiſtola, alter is omnino eſt (quam-
uis vterq; pius & eruditus) ab eo, qui vnà cum
Pammachio transferendi Periarchon Origenis
libros munus Hieronymo, ex Epiſtola ſexage-
ſima quarta credidit, & de quo libro tertio
Apologiæ, capite ſecundo; Enimuerò hic de
quo in Epiſtola, Africanus, ille Romanus aper-
tè probatur. Epiſtolæ huius mentionem fac-
tam reperies apud Auguſtinum in libro, De
origine animarum ad eundem Hieronymum,
in Epiſtola ad Optatum Mileuetanum, de quo
nos Tomo nono, proprio loco.

83 *Nunquam fili Oceane*. Hic Oceanus,
ad quem propoſita de matrimonio ante Bap- G
tiſmi Sacramentum contracto quæſtio tran-
ſmittitur, idem ipſe eſt, qui proximè ſuperiori
Epiſtola commendatur, & qui Africanus na-
tione, in Africaq; degens aſtruitur: Cuius rei
& Hieronymi verba argumento ſunt, quibus
ſcribit. [Suſtinui Romæ a viro eloquentiſſimo
cornutum, vt dicitur ſylogiſmum, vt quocunq;
me verterem ſtrictius tenerer. Vxorem inquit
ducere peccatum eſt, an non?] hæc ipſe, in
quibus ſatis apparet de Romana ipſunmet
Vrbe tanquam de tertio loqui loco: Conſe-
quenter non ad Oceanum Romanum, vel Ro-
mæ commorantem, ſed ad alterum, ad hunc
nimirum, de quo nũc ſermo eſt, Epiſtolam de- H
ſtinari. Ab ipſo autem Oceano excitata quæ-
ſtio, ſimulq; propoſita Hieronymo ex his habe-
tur, videlicet. [Quorſum iſta? Noſti problema
tuum. Carterius, Hiſpanus Epiſcopus, homo
&c.] Demùm tempus ex vltimis libri primi
Apologiæ conijcitur, vbi ſe non a Rufino, ſed
ab eius ſectatore Chryſogono de huiuſmodi
digamiæ in hac Epiſtola prolata ſententia re-
dargutũ teſtatur. Et reuera, ſi ante quadringẽ-
teſimũ Domini annum (quo Rufinus in eun-
dem Inuectiuas ſuas promulgauit) Epiſtolam
Hieronymus edidiſſet, vtiq; idem ipſe Rufinus
cæteris calumnijs hanc quoq; iunxiſſet: At
cùm id ab eo prætermiſſum comperiamus,

conſe-

A conſequens etiam eſt, vt poſt Inuectiuarum elucubrationem exaratam Epiſtolam affirmemus. Nonnihil videlicet, ante quàm ſe proprijs aduerſus eaſdem ingenij monumentis tueretur Hieronymus. Numeratur hic annus a Chriſto quadringenteſimus primus. Ex dictis conſequenter Eraſmi futilis hoc loco ſententia probatur, qua Hieronymi Epiſtolam eſſe negauit.

84 *Sebeſium noſtrũ tuis monitis*. Quòd in Epiſtola de Rufino ſub Calpurnij nomine, atq; Lanarij cognomēto mētio habeatur, hinc Chriſti anno trecenteſimo nonageſimo octauo data eadem intelligitur; proximè ſiquidem ſupe- B riori idemipſe Rufinus in Vrbem aduenerat, vbi & Magnum Oratorem aduerſus ipſum Hieronymum ſubornauit, eundem videlicet incitans ad perquirendam ab eo rationem, Cur in ſacrarum expoſitione litterarum Ethnicorum exemplis vteretur. Nunc eidem Hieronymus occurrit, non minuſq; ſe ipſum tueri, quàm eundem docere, acuratè demonſtrat.

85 *Legimus in Iſaia*. Duos Hieronymo neceſſitudine adiunctos Euagrios, Animaduerſione quadrageſima nona oſtendimus. Seniorem nempe, & Iuniorem: Huic poſteriori datam Epiſtolam (poſteaquam videlicet ad C Epiſcopale munus aſſumptus eſt) pro compertiſſimo habeo. Et tenera ante id tempus Hieronymo propoſitam, ab eodemq; diremptam fuiſſe quæſtionem, vero haud ſimile videtur. Nec vrgere debet, quòd in inſcriptione Epiſcopi, vel Papæ titulo Euagrius minimè condecoretur: quandoquidem, & eadem prorſus inſcriptio Epiſtolarum ad Auguſtinum, vti videre eſt Epiſtolam octogeſimam nonam, & alias. Porrò Euagrius ex Panuini faſtis, atq; Baronij Annalibus trecenteſimo octogeſimo nono Chriſti anno Epiſcopus ordinatus eſt. De eodem Presbytero adhuc Epiſtola ſexta, quadrageſima prima, & quinquageſima ſeptima: D Epiſcopo verò capite ſexto, numero ſecundo & tertio meminit.

86 *Nunquam æquè quiſquam*. Quo Auguſtini cum Hieronymo controuerſiarum notitiã, atq; tēpus habeamus, ad ſubſequētiũ Epiſtolarum peruestigationem diligentius attēdendũ. Vt autē conſilium omnino aſſequamur, in ſingularum recognitione, non quo diſponuntur ordinem, ſed temporis calculum, quò editæ tunc ſunt, obſeruabimus. Meminit Epiſtola ſui exordio de Alipij in Palęſtinam, ac inde iterum in Africam nauigatione. Cæterùm eiuſdem Alipij in Palæſtinam nauigatio trecenteſimo nonageſimo tertio ſub extremo iam ſupra capite vigeſimo cũ Baronio adſcripta eſt, redditus vero in Africam anno proximi ſequēti, Igitur præſens Epiſtola, eo ipſo anno, Chriſti videlicet trecenteſimo nonageſimo quarto data conuenienter accipitur, quippe quæ ſtatim poſt eiuſdem Alipij redditum ſcripta; vti ex eius etiam initio declaratur. Hæc prima Auguſtini ad Hieronymũ Epiſtola eſt, Profuturoq; perferenda tradita. Diuertit autem ea Auguſtinus inprimis Hieronymum ab hebraica translatione, mox eiuſdem in Epiſtolam ad Galatas explanationem illam carpit, qua per ſimulationem Petrum a Paulo obiurgatum affirmarat. Poſtremò nonnulla ei credit ſcripta emmendanda. Reſpondet ad hanc ipſam Hieronymus Epiſtola octogeſima nona [Tres ſimul] F

87 *Habeo gratiam*. Ex tabellarij mora, qui deinceps (vt aſſolet) in Palęſtinã minimè profectus eſt, Hieronymo Auguſtini mox relatis litteris haud quaquam redditis, ſcripſiſſe illũ priorem Auguſtino, tum ſalutis ſibi ab Alipio antea eius nomine dictæ, tum ſubnaſcentium Origeniſtarum hæreſum occaſione Epiſtolam officioſam: eundemq; de cauendis Origenis erroribus monuiſſe (quãuis eadem non extet) præſens teſtatur Epiſtola, quæ & poſt eandem litteris conſignata eſt, perlataq; ſimul per Paulum, eadem omnino inculcans, quæ & ſuperior: Addensq; inſuper repræhenſionem cuiuſdam tituli perperàm a quibuſdã, De Scriptoribus Eccleſiaſticis libro affixi. Cæterùm G longè a præcedente datam, propria eius verba declarant, quibus dicitur [Scripſeram iam hinc aliquando ad te Epiſtolam, quæ non perlata eſt, quia nec is perexit, cui perferendam tradideram.] ex his Chriſti anno trecenteſimo nonageſimoſexto probabili coniectura adſcribi poſſe mihi videtur Epiſtola. Ad eandem Hieronymi reſponſio extat [Tres ſimul] in ordine octogeſima nona.

91 *In ipſo profectionis articulo*. Quadringenteſimoſexto Domini anno ſcriptam tradit Baronius Epiſtolam Tomo quarto, & Tomo H quinto: rationemq; temporis ex eo auſpicatur, quòd in ea de Syſinnij Hieroſolymam aduentu (de quo & Animaduerſione quarta) mentio habeatur. Verùm Syſinnij aduentus eiuſmodi anno quadringenteſimo ſexto ibidem adſcribitur, cōſequens igitur eſt, tunc æquè temporis hanc datam Epiſtolam. At in manifeſtum labi errorem Baronium hinc accipitur, quòd non ſit vnus, atq; idem Syſinnius, qui & ab Exuperio Toloſano Epiſcopo Hieroſolymam, inde in Aegyptũ legatus eſt, & qui Auguſtini literarum exemplaria Hieronymo detulit. Enimuero ille e Gallijs deſumitur, hic ex Italia: Ille Monachus, hic Diaconus aſſeritur:

Hhhh Quod-

A Quodq; vnum ab altero euidẽter discriminat
erit; quòd ad Tolosani aduentum, per bienniũ
saltem ante obdormiens iam in Christo ex tẽ-
porum supputatione Paula Romana fęmina di
gnoscitur,(cũ sub initio quadringẽtesimi quar
ti anni ex adnotatis etiam a Baronio in Anna-
libus diem clauserit extremum,)ad Italici verò
huius aduentum eadem fęmina morbo tãtùm
laborans in altera harum *E*pistolarũ scribitur,
Quadringentesimo igitur Christi anno secun-
do exaratam hinc arbitror Epistolam, quòd de
libris contra se a Calpurnio, (hoc est Rufino)
euulgatis, ad eosdemq; nupertima responsio-
ne Hieronymus agat. Porrò in hunc ipsum
B annum eiusdem aduersus Rufinum Apologiã
alibi attulimus: Asterio hypodiacono perfe-
renda credita est Epistola, ad quam & Augus-
tini infra responsio extat [Quamuis existimẽ]
in ordine nonagesima tertia.

98 Anno praterito per fratrem nostrum Asterium. Proximè sequenti anno a supe-
riori mox citata, se darã sui exordio prodit E-
pistola, quadringentesimo videlicet tertio; Ean
dem enim allegat, quam & quadringentesimo
secundo anno nupertimè adscripsimus. Per
Præsidium Diaconum, Hieronymi eiusdem di
scipulum, atq; commonachum, quem & iustis
ex causis in Africam hoc anno destinauit, per-
C lata Epistola est. Obitèr autem hic Lectorem
monitum volumus, ex adnotatis modo, quæ
aliàs spectabili, eruditoq; viro Petro Mariæ
Campo, ab historijs Ecclesiasticis Placentino,
de tempore huiusmet Epistolæ respondimus,
corrigere. Enimuero in responsione Epistolæ
verba: [Nos in Monasterio constituti, varijs
hinc inde fluctibus quatimur, & peregrinatio-
nis molestias sustinemus, sed credimus in eo,
qui dixit: Confidite ego vici mundum, quòd
ipso tribuente & præsule, contra hostem dia-
bolum victoriam consequemur] de Pelagia-
nis prolata arbitrati fuimus, ac consequenter
eandem in annum quadringentesimum deci-
D mum quintum retulimus; Verùm attentius
rem ipsam perscrutantes, de Origenistis dicta
nuper nouimus.

95 Sicut præsens rogaui. Quadringentesi-
mus quintus hinc Epistolæ annus numerandus
videtur, quòd ei ipsi Præsidio, in Palęstina
iam iterùm agenti inscribatur, qui & in proxi-
mè superiori Animaduersione in Africam di-
rectus legitur. Et quidem non potuisse ean-
dem antea dari illud satis persuadet, quòd
circiter annum illic ipse Præsidius commora-
tus sit, quò videlicet (vt Hieronymi testatur
*E*pistola nonagesima octaua) bonorum amici-
tias consequeretur. Cæterùm, cùm eundem
Præsidium Augustinus nunc, & sui ipsius Epis-
tolarum, & Hieronymi hactenus datarum, E
præsertim nonagesimæ primæ, & nonagesi-
mæ secundæ arbitrum constituat, rogetq;
quamplurimùm ad sententiam ferendam, vl-
tra ne, quàm par sit, ipse in proprijs Epistolis
excesserit, quò & pro excessu veniam ab eo-
dem Hieronymo petat; Reperiaturq; dinceps
eiusdem Augustini ab ipso Hieronymo veniã
contendentis Epistola [Quamuis,] apud Hie-
ronymum nonagesima tertia, planè intelligi-
mus, eandem Præsidij consilio scriptam. Hic
est Præsidius, quem patria Placentinus, ante
viginti & duos annos suis litteris idem Hiero-
nymus ad Monasticam traxit professionem.
Ad eundem Epistola extat decima nona, [De F
cereo Paschali] in Tomum nonum a Victorio
inconsultò reiecta. Verùm de eadem & in A-
nimaduersionibus super contentis in eodem
Tomo. Deniq; hac ipsa Animaduersione,
quam olìm memoratu superius Petro Mariæ
Campo, de tempore huius Epistolæ interroga-
ti dedimus responsionem, corrigimus.

88 Ex quo cœpi ad te scribere. Non expec-
tauit Præsidij iudicium Augustinus de mu-
tuis, tum Hieronymi, tum sui ipsius Episto-
lis: quin potius ex noua in Palęstinam conten-
dentis nuncij, & quidem Cypriani nomine oc-
casione, hanc rursus Hieronymo scripsit *E*pis-
tolam: duasq; insuper, superius memoratas, G
[Nunquam æquè] videlicet, & [Habeo gra-
tiam] eidem perferendas superaddidit. Qua-
dringentesimo sexto hęc mihi ex infra dicen-
dis consignanda probatur anno, ad quam &
Hieronymi responsio continetur in Epistola
octogesima nona [Tres simul.]

90 Audiui peruenisse in manus. Nisi eo ipso
anno, quo & superior, videlicet [Ex quo cœ-
pi;] proximè saltem sequenti data hinc pro-
batur *E*pistola, quòd Augustinus ad hanc ip-
sam responsionem per Cyprianum Diaconum
vnà cum Epistola [Tres simul,] accepit.

92 Crebras ad me Epistolas. Respondet
Hieronymus allatę nuper Augustini Epostolę H
[Audiui peruenisse,] quemadmodum, & ipsi
legenti liquet. Porrò Epistolam scripsisse il-
lum quadringentesimo septimo Christi an-
no, hoc declarat, quòd Augustinus, se eandẽ
in Epistola nonagesima septima [Iam pri-
dem] vnà accepisse cum *E*pistola [Tres
simul] testatur circa finem hisce verbis: [Sa-
tis me, imò fortasse plus, quàm satis, tribus
Epistolis tuis respõdisse arbitror, quarum duas
per Cyprianum accepi, vnam per Firmum]
per Firmum videlicet, nonagesimam sextam
[Cùm a Sancto Firmo,] per Cyprianum verò,
hanc, & octogesimã nonã [Tres simul.] Cæ-
terùm quadringentesimo octauo Christi anno
ambas

A ambas haſce ſcriptas inferius patebit.
93 Quamuis existimem. Reſpondiſſe de-
niq; Præſidium Auguſtini Epiſtolæ nonageſi-
mæ quintę [Sicut præſens] ex hac nunc eiuſ-
dem Auguſtini Epiſtola conijcitur; Siquidem
Hieronymum is primùm nonnihil offenſum
placare, ad concordiam mox cum Rufino per-
ſuadere nititur. Huic poſteriori, de Rufini vi-
delicet tantùm negotio, reſpondet Hieronym⁹
Epiſtola nonageſima ſexta [Cum a Sancto fra
tre] illis verbis [Sin autem amicus, qui me pri
mus gladio petijt, ſtylo repulſus eſt, ſit huma-
nitatis tuæ, atq; iuſtitiæ accuſantem reprehen-
dere, non reſpondentem.] Anno, quo & proxi
B mè ſuperior ideo ſcripta probatur Epiſtola,
quòd eo ſimul tempore Hieronymi reſponſio-
nem per Firmum accepit Auguſtinus, cum &
duas alias per Cyprianum, videlicet [Crebras
ad me] & [Tres ſimul,] de quibus in ſuperio-
ri Animaduerſione.
89 Tres ſimul Epiſtolas. Non ante inter
Auguſtinum, atq; Hieronymum de ſcripturis
controuerſias ſublatas intelligimus, quàm Mar
cellino & Anapſychiæ Epiſtola octogeſima ſe-
cunda data ſit; (Defert enim in ea plurimum
Auguſtino Hieronymus, eiuſq; iudicio de ani-
marum origine ſubſcribendum aſtruit.) Cæte-
rùm ipſam Epiſtolam Animaduerſione item
C octogeſima ſecunda anno quadringenteſimo
decimo conſignauimus: Conſequēs igitur eſt,
vt præſentem Epiſtolam cum inferiori [Iam
pridem,] in quibus vterq;, & Auguſtinus &
Hieronymus ſummis viribus controuerſantur,
medijs annis inter eiuſmodi quadringenteſi-
mū decimum & quadringenteſimū ſeptimum
adſcribamus. Reſpondet verò hac Epiſtola
Hieronymus Auguſtini tribus per Cyprianum
aliàs miſſis litteris, videlicet [Nunquam æquè]
item [Habeo gratiam] & [Ex quo cœpi.]
Quodq; in eadem Ioannis Chryſoſtomi pro
ſua ſententia profert teſtimonium, dum hæc
habet [Quid dicam de Ioanne, qui dudum in
D pontificali gradu Conſtantinopolitanam rexit
Eccleſiam, & propriè ſuper hoc capitulo latiſ-
ſimum exarauit librum?] id inquam planè in-
dicat, Ioannem ipſum Chryſoſtomum non ſe-
de tantùm exilij decreto pulſum, ſed & morte
ſublatum. De exilij in eundem lata ſententia
conſentiunt communiter omnes Baronius, Pan
uinus, & alij: quadringenteſimo videlicet
quarto eandem adſcribendam: obitum verò,
quadringenteſimo ſeptimo. Data præſens ex
dictis mihi probatur Epiſtola anno Chriſti qua
dringenteſimo octauo.
96 Cum a Sancto fratre noſtro. Ex illis
hæc Epiſtola eſt, de quibus agitur Animaduer-
ſione nonageſima ſecunda, & nonageſima ter-
tia. Datam tamen aliquantò poſt a ſuperiori E
mox relata, hoc declarat, quòd Hieronymus
feruoris, atq; ſeueritatis, qua in eadem vſus eſt,
ita ſe excuſat, vt omnem culpam in ipſum Au-
guſtinum transferat.
97 Iam pridem charitati tuæ. Acceptis
tribus Hieronymi Epiſtolis Auguſtinus; dua-
bus quidem per Cyprianū, videlicet [Crebras
ad me] & [Tres ſimul,] vna verò per Firmum
[Cum a Sancto,] reſpondet idem nunc omni-
bus, propriam non tantùm propugnans ſenten
tiam, ſed & plurimùm laborans, quò ſe ab er-
rore liberet, in cuius ſuſpicionem eidem Hiero
nymo venerat: Iudaica videlicet, cum Chriſtia
na pariter fide eſſe ſeruanda, iuxta Cherinti, F
Ebionis, & Nazaręorum hæreſim. Vltima hęc
Epiſtola eſt, qua inter vtrunq; de ſcripturis quę
ſtionibus certatum eſt. Compoſito quippe in-
ter eos fœdere, & veritate in vtroq; vincente,
firmior pax & cōcordia deinceps inter eoſdem
ſecuta eſt. Huius annus ex dictis etiam alibi,
quadringenteſimus nonus aptè numerandus
videtur.
94 Virum honorabilem. Occurrit Auguſti-
ni litteris, De animarum Origine ſciſcitantibus,
ſibiq; per Oroſium Presbyterum Hiſpanum al-
latis. Extant eædem apud Auguſtinum in or-
dine vigeſima octaua, apud Hieronymum ve-
rò Tomo nono, Epiſtola quadrageſima quinta. G
Adſcribitur hic Oroſij aduentus in Palęſtinam
ei Domini anno, quo & Beati Protomartyris
Stephani Sacræ inuentæ ſunt reliquiæ, qui fuit
quadringēteſim⁹ decim⁹ quint⁹ iuxta Lucianū,
Nicephorum, Marcellinum, & Baronium. Eiuſ
dem Inuentionis occaſione aliquantas ipſum-
met Oroſium in Occidentem deportaſſe, teſtis
Gennadius eſt in libro de Viris Illuſtribus ſcri-
bens. [Hic eſt Oroſius, qui ab Auguſtino pro
diſcenda animæ ratione ad Hieronymum miſ-
ſus, rediens reliquias Beati Stephani primi mar
tyris, tunc nupèr inuentas primus intulit Occi-
denti.] Hoc ipſo anno exarata Epiſtola eſt.
Honorabilem verò virum Hieronymus com- H
mendat Oroſium, quippe qui multis clarueris
honoris argumentis, aduerſuſq; Hæreticos,
atq; Pelagianos inprimis pugnarit. Scripſerit
deinq; ab Orbe condito libros ſeptem hiſtoria
rum.
99 Si tibi putem. De ea capite decimo ter-
tio, numero trigeſimo ſexto, & capite decimo
quarto, numero quinquageſimo nono. Aſellæ
verò virginis laudes explicantur ibidem.
100 Medici quos vocant. Hanc (inquit)
Victorius Epiſtolam Hieronymi non eſſe, & in
quibuſdam ſtylum tamen illius redolere Eraſ-
mus putauit. Omnia verò vetuſtiſſima exem-
plaria illam, vt Hieronymi Epiſtolam habent:
nec

A nec stylus etiam dissidet: Et quamuis mordacitet hominem quendam rabulam, ac suspicio sum impetat, nomen tamen, vt personæ parcat fingit, & patriam tantum nominat. Quòd autem bene nasutum hominem quendam, hoc est, maximum obtrectatorem Bonasum cognominauerit, ex ipsa constat Epistola. Hunc profectò ex his æquè arbitror, qui virginitatis ad Eustochium Hieronymi libellum, qui præ cæteris operibus aduersus vitia fertur, lapidarunt; ac propterea non longè post eiusdem euulgationem Epistolam ipsam editam.

101 *Paulus Apostolus*. De ea capite decimo sexto, numero duodecimo.

E 101 *Post priorem Epistolam.* Allegat Epistola sui exordio alteram paulo ante scriptam, De sensu Hebraicarum quarundam dictionū: Quo fit, vt cùm de eodem quatuor Hieronymi ad eandem Marcellam extent Epistolæ, centesima videlicet trigesima, centesima trigesima sexta, centesima trigesima septima, & centesima trigesima octaua, omnesq; Romæ conscriptæ sint, hæc pariter illic data probetur. Accedit, quòd se Hieronymus ob vituperatam cum masculis virginum consuetudinem, totius Vrbis oculos offendisse, atq; idcircò cunctorum digitis denotatū in ipsa Epistola testetur.

B F

IN TERTIO TOMO

Continentur, quæ Sacram Scripturam explicant, videlicet.

ANIMADVERSIONES.

VNa æquè mente ſcriptores conſentiunt, in hoc tertio Tomo nihil ſuppoſititium eſſe. Epiſtolę ad Hieronymũ centeſima vigeſima quarta, & centeſima quadrageſimaquarta, proprium expreſſè ex titulis, Damaſum fatentur auctorem. Itẽ Origenis homiliæ duę in Cantica Canticorum neq; Hieronymi ſunt, neq; a quopiam illi attribuuntur. Reuera tamen verſiones illius ſunt, quemadmodum ipſemet in libro Do Scriptoribus Eccleſiaſticis teſtis eſt. De Traditionibus tantùm hebraicis in libros Regum, atq; Paralipomenon, nec non de Appendice hebręorum locorum in Actis Apoſtolorum a quibuſdam dubitatum eſt. Verùm de ſingulis plenius in ſequentibus.

103 *Ad Paulinum De libris diuinæ Scripturæ. Frater Ambroſius.*] De ea capite decimo numero vigeſimo.

104 *Deſiderij mei.*
105 *Tandem finito.*
106 *Viginti & duas.*
107 *Si Septuaginta.*
108 *Quomodo Græcorum.*
109 *Vtrum difficilius.*
110 *Mirari non deſino.*
111 *Apud Hebræos liber.*
112 *Librum Heſter.*
113 *Cogor per ſingulos.*
114 *Si aut fiſcellam.*
115 *Iungat Epiſtola.*
116 *Memini me ante.*
117 *Nemo cum Prophetas.*
118 *Hieremias Propheta.*
119 *Ezechiel Propheta.*
120 *Danielem Prophetam.*
121 *Non eſt idem ordo.*
122 *Sanctus Iobel.*

A centeſima quarta ad centeſimam vigeſimam tertiam Epiſtolã, ſeu verius præfationẽ De tempore perſcrutandum nil ſupereſt, cùm vno fermè tempore omnes dictaſſe videatur Hieronymus. Cœpiſſe nanq; illũ trecenteſimo octogeſimo octauo Chriſti anno Veteris prænotatæs Teſtamẽti ex Hebræo trãslationẽ, (cuius occaſione ſingulas, in ſingulos libros edidit) eãdẽq; poſt duos proximè annos abſoluiſſe, capite quarto, numero vigeſimo nono, & capite decimo quinto, numero ſexto obſeruamus: Quibus & ipſe adſtipulatur, dum eandẽ tranſlationem inter ea numerat opera, quæ ad quartumdecimum Theodoſij Principis annum antea elucubrauit, ſcribens [Vetus Teſtamentũ iuxta Hebraicum tranſtuli.] Et quidem de translatione ſexdecim Prophetarum, Librj item Iob agit Idem ipſe Epiſtola quinquageſima ſecunda, quam exaratam Chriſti anno trecenteſimo nonageſimo monuimus. De Trãslatione pręterea librorum Salomonis, Pſalterij, librorum Regũ, atq; Exodi meminit Epiſtola ſeptuageſima quarta, cuius æquè annus Chriſti numeratur trecẽteſimus octogeſimus octauꝰ. Idem deniq; de cæterorum dicendum eſſe trãſlatione librorum: circa videlicet eadem fermè tempora poſteritati fuiſſe propagata, ex præfationibus ipſis in eoſdẽ, haud obſcurè deſumitur. Dubitationem tantummodo librorũ Paralipomenon, Eſdræ, atq; Ioſue tranſlatio ingerit. Quandoquidem de Paralipomenon in præfatione centeſima ſeptima ipſe Hieronymus agens, opus ipſum, tunc ſe ex hebręo in latinum ſermonem vertiſſe teſtatur, cùm nuperimè librum edidit, De optimo genere interpretandi, qui ſupra Chriſti anno trecenteſimo nonageſimo quarto conſignatus eſt. Eſdræ quoq; libri tẽpus, in præfatione centeſima nona proferens, eundem ſe æquè per id temporis tranſtuliſſe aperit, cùm ſibi Rufinus linguę, atq; capitis demum abſciſſionem intentabat: De quo & libro tertio Apologiæ capite vndecimo. [Quis vnquã, inquit Catholicorũ in diſputatione ſectarum, turpitudinem ei aduerſum quem diſputat obiecit? Sic te docuerunt magiſtri tui? talibus es inſtructus diſciplinis, vt cui reſpondere non potueris caput auferas & linguam, quæ tacere non poteſt, ſeces? Fecerunt hoc & Fuluia in Ciceronem, & Herodias in Ioannem; quia veritatem non poterant audire, & linguam veriloquam diſcriminali acu confoderunt,] & in nuper allegata libri huius, de quo ſermo eſt præfatione. [Itaq; licet hydra ſibilet, victorq; Sinon incendia iactet: nũquã meũ iuuante Chriſto ſilebit eloquiũ: et præciſa lingua balbutiet.] Cęterùm cũ eiuſmodi in Hieronymum Rufini rabies Chriſti anno quadringenteſimo primo tribuatur, conſequens quoq; eſt, vt eijpſi, vel proximè ſequẽti, libri tranſlatio adſcribatur. Deniq; in Pręfatione centeſima quinta apertiſſimè libri Ioſue translationẽ Euſtochio Virgini poſt Paulæ matris exitũ, qui Chriſti ãno quadringẽteſimo quarto cõtigit, ſe dedicaſſe fatetur. His igitur, atq; alijs de Tranſlationis huiuſce tẽpore paulò ſuperius commemorata, omnino labefactari, Hieronymiq; ſimul De Scriptoribus Eccleſiaſticis teſtimonium infringi videntur. Cæterùm hiſce ita occurrendum arbitror. Certùm quidem, indubitatumq; ab anno trecenteſimo octogeſimo octauo ad trecenteſimũ nonageſimũ

A ab Hieronymo Latinis litteris redditam Trãs-
lationem, verùm diuersitatem eiusmodi tem-
porum, ex annorum æquè diuersitate deinceps
ortam, in quibus libros antea translatos diuer-
sis idem ipse inscribebat personis, perinde ac
tunc eosdem publicis monumentis consignas-
set,

123 Nouum opus me facere cogis, In testi-
monium celeberrimi operis, quod temporum
vetustate aboleuit hæc illi quondàm affixa præ-
fatio superfuit. De vtroq; in posteriori Re-
censione, Animaduersione tertiadecima.

124 Dormientem te, De ea capite quinto,
numero decimo,

B *125 Postquam Epistolam*, De eadem ca-
pite sexto, numero primo,

126 Misisti volumen. Post cœptam iam
Quadragesimam hanc se dictasse Hieronymus
profitetur Epistolam in fine, vbi hæc habet,
[Ego post longam ægrotationem vix in Qua-
dragesimæ diebus hæc fabricare potui, cùm
alteri me operi præpararem; paucos dies,
qui supererant in Matthæi expositione con-
sumpsi.] hæc ipse, quibus apertè indicat reli-
quos quadragesimæ dies, qui ab Epistolæ elu-
cubratione superfuerant, Matthæi expositioni
accommodasse. Consentiunt hæc omnino cũ
illis, quæ ipso simul tempore in procemio eius-
C dem Euangelistæ Eusebio Cremonensi litteris
prodidit; [At tu, inquiens, duabus hebdo-
madibus, imminente iam Pascha, & spiranti-
bus ventis dictare me cogis, vt quando nota-
rij excipiant, quando scribantur schedulæ,
quando emendentur, quo spacio digerantur
ad purum, maximè cùm scias me ita tribus
mensibus languisse, vt vix nunc ingredi inci-
piam, nec possim laboris magnitudinem bre-
uitate temporis compensare.] Tribuuntur eius-
modi in Matthæum Commentarij Christi an-
no trecentesimo nonagesimo octauo, capite
decimo quinto, numero vigesimo nono. De-
niq; Euagrius, cui Epistola inscribitur is est, qui
D Hieronymi eiusdem primùm commonachus,
mox factus Episcopus capite quinto introduci-
tur: qui & iuxta nunc temporis habitam ratio-
nem, nonum Episcopatus sui annum excurre-
bat.

127 In septuagesimo septimo psalmo. Fabio-
la, quæ secundo amisso viro, Christi anno tre-
centesimo nonagesimo quarto, sub extremo
Hierosolymam nauigarat, vt vitæ reliquum ad
præsepe Domini ageret, exscensum vix fece-
rat, quòd subito Hunnorum aduentus in Pa-
lestinam nuncio, (de quo Hieronyms in Epita-
phio eiusdem, Epistola trigesima, & in Epita-
phio æquè Nepotiani, Epistola quarta) iterũ
nauem conscendere, in Italiamq; remeare cõ-
pellitur. Igitur, quoniam modico eo temporis E
interuallo, quo Hieronymi illi præsentia frui
datum est, enixè eundem rogauit, vt propriũ
opus, de quadraginta duabus mansionibus, per
quas populus Israel de Aegypto gradiens ad
terram reprommissionis venit, conderet: Nũc
opus, (eadem in Christo quiescente) memo-
riæ illius inscribit. Quorum omnium, & ipse
testis Hieronymus in Epitaphio eius est, dum
habet: [Extorsit mihi negandi verecundia, vt
proprium ei opus huiuscemodi disputatiuncu-
læ, (de quadraginta videlicet duabus mansio-
nibus) polliceter: quod vsq; in præsens tem-
pus, vt nunc intelligo Domini voluntate dila-
tum, redderetur memoriæ illius, vt sacerdotali- F
bus prioris ad se voluminis induta vestibus, per
mundi huius solitudinem, gaudeat se ad terrã
reprommissionis aliquando venisse.] hæc ipse,
ex quibus duo perspicuè prodeunt. Vnum
eo ipso anno hoc opus datum, quo eandem
migrasse a sæculo contigit, Alterum, fuisse id-
ipsum post multos a sequenti Epistola De ves-
te Sacerdotali annos editum: Tametsi per-
perã illi præponatur. De Fabiolæ obitus tem-
pore, supra, Animaduersione trigesima.

128 Vsque hodie in lectione. Qui ad Hie-
ronymi verba in hac ipsa Epistola allegorijs
elegauter inuoluta conuertet oculos, vtiq; & G
quo conscripta est tempus simul aduertet:
Hæc eius verba sunt [Egressa de Sodomis (o
Fabiola videlicet) & ad montana festinans nõ
vis habitare in parua vrbe Segor; transcendẽs,
proselytos præteris Israelitas; dimittens Leuiti-
cum gradum, & præpete penna transuolans
Sacerdotes, ad Pontificem venis; sed dum ves-
tes eius, & rationale pectoris diligenter inqui-
ris, nostra tibi displicuere consortia. Et tu
quidem optato frueris otio; & iuxta Babylo-
nem Bethlehemitica forsitan suspiras. Nos in
Ephrata, tandem pace reddita, vagientem
de præsepi audimus infantem; & querimonias H
eius, ac voculas ad tuas aures cupimus perue-
nire] Hucusq; Hieronymus, qui cùm & Fabio-
læ profectionem a se primùm doleat, mox de
pace toti Palæstinæ, ex Hunnorum nempe re-
cessu, (qui Christi anno trecentesimo nonage-
simo sexto adscribitur) reddita, certiorẽ eãdẽ
faciat; hinc & Epistolam sequẽti protinus an-
no monumentis consignatam intelligimus.
Christi videlicet anno trecentesimo nonagesi-
mo septimo. De nuper Hunnorum in Palæsti-
nam memorata irruptione, supra Animaduer-
sione tertia.

129 Quaeris Dardane. Certè si vlla vnquã
Hieronymi Epistola fuit, hæc ex earum nume-
ro sine dubitatione censenda. Enimuero
præter quam quod nemo de ea hactenus
ambe-

A ambegit, eiusdem etiam doctrina, eruditione,
atq; phrasi ita scatet, vt Hieronymum in omnibus exhibeat. Accedit, quòd & se ab auctore Bethlehē cōmorante scriptā manifestò hisce
prodat: [Ab Ioppe vsq; viculum nostrum Beth
lehem quadraginta sex millia sunt.] Vrget tantummodo hanc ipsam veritatē temporis ratio.
Quandoquidem, cùm e uiuis morte sublatus
Hieronymus Christi anno quadringentesimo
vigesimo habeatur, ipsa Epistola longè posteriorem præscferre videtur auctorem, perinde
ac is circa Domini annum quadringentesimū
septuagesimum vixerit. Eius quippe verba
sunt: [Post euersionem templi (Iudæos alloqui-
B tur) paulominus per quadringentos annos, &
vrbis, & templi ruinæ permanent; ob quod
tantum facimus?] Porrò, si quadringētis annis,
post quos Hierosolymitani templi occasus sub
Tito Vespesiano contigit, septuaginta rursus
duos Christi addas ante elapsos, profectò
Epistolæ Auctorem circa memoratum tempus
vitam egisse concludes. Sed vno verbo tollitur difficultas: Hieronymi in Epistola haud
fuisse consilium Hierosolymitani excidij historiam, quam optimè nouit, ad certum temporis
punctum reducere. Apage, Sat potius illi
fuit, in perfidos Iudæos, alterum Messiam, seu
verius Antichristum expectantibus, propriæ
C Ciuitatis, atq; templi ruinam, non trecentesimo tantùm fuisse anno definitam, sed & vlterius eam ipsam dilatam, quadringentesimi
quanplures alios excurrisse annos, in memoriam redigere. Sed & dictio [paulominus]
ab Hieronymo addita, valde hoc loco de quadringentesimo annorum, numero dimminuit.
Extat & ad eiusdem nominis Tomo nono de
diuersis generibus musicorum alia ad Dardanum Epistola, in ordine vigesima octaua, sed
Hieronymi supposititiam illam esse, communi
sententia decernitur. Quis porrò Dardanus
hic, ex scriptoribus mihi adhuc inconpertum.
Ex ipsa Epistola, nobilissim⁹ primùm, eloquen-
D tissimusq; Gentilitiæ superstitionis vir, atq;
apud suos, bis præfecturæ honore donatus, per
Baptismi deinceps Sacramentum Christo renatus, religionis splendore celeberrimus indicatur hisce verbis: [Quæris Dardane Christianorum nobilissime, & nobilium Christianissime] & in fine: [Hæc tibi, vir eloquentissime, in
duplicis præfecturæ honore transactæ, nunc in
Christo honoratior tumultuaria & breui lucubratione dictaui.] Data ex dictis mihi probatur Epistola circa Hieronymi vitæ extremum.

130 Epistolare officium est, Se Romæ scripsisse Epistolam exordij verbis Hieronymus aperit, quibus ait [Heri famosissima quæstione
proposita postulastis, vt quid sentirem statim E
rescriberem. Quasi verò Pharisæorum teneam
cathedram, vt quotiescunq; de verbis Hebraicis iurgium est ego arbiter, & litis sequester
exposcar.] Allegat hanc eandem in Epistola
centesima vigesima octaua ad Fabiolam de veste Sacerdotali. [Vbicunq; inquiēs, in Exodo,
siue in Leuitico superhumerale legitur, sciam⁹
apud Hebreos Ephod appellari. Hoc autem
esse Pontificis vestimētum, & in quadam Epistola scripsisse me memini. Numeratur Epistolæ huius annus a Christo trecētesimus octogesimus quintus.

131 Multum in vtranq; partem. Quòd
primùm Rufino inscribatur Epistola, alter om- F
nino ab eo Rufinus accipiendus est, contra
quem Hieronymus pro Catholicæ fidei negotio decertauit. Siquidem ille a primis vsq;
annis amicus, hic recens, & veluti nuperrimus
in fine Epistolæ asseritur. Hunc ergo Rufinum
illum arbitror, de quo idem Hieronymus ad
Rufinum Aquileiensem Epistola sexagesima
sexta: [Sanctum, inquit, Presbyterum Rufinum
ob quandam causam per Romam Mediolanū
misimus, & orauimus, vt nostro animo & obsequio vos videret.] Item in Apologia, libro tertio, capite septimo: [Vincentius, Paulinianus,
Rufinus, Presbyteri.] Quod deinde ad Episto-
læ argumentum pertinet; aduersa idemipse G
valetudine detentus Iudicium Salomonis, super iurgio duarum mulierum meretricum, ita
interpretatur, perinde ac illud idem latius, magisq; scitè iterùm esset explanaturus. Idipsū
deinceps opus ab eodem editum, sed temporum edacitate consumptum cum multis alijs
suspirat Cassiodorus, Institutionum diuinarum
lectionum libro, capite secundo, tertio, septimo, nono: & Baronius Tomo quinto, sub extremo anni millesimi quadringentesimi vigesimi. Data circa Bethlehemitici cœnobij incolatus exordia Epistola probabili hinc coniectura accipitur, quòd eodem postmodum Rufino
commonacho, atq; condiscipulo Hieronymus H
in Monasterio vsus sit. Supputatur eiusmodi
annus a Christo trecentesimus nonagesimus.

132 Zenon nauclerus. Premit quàmmaximè difficultas de tempore, quo conscripta
Epistola est. Enimuerò initio sui superstitem
Damasum testatur, circa finem verò allegat
visionem relatam inter prophetias Isaiæ, quam
& nuper explicatam affirmat. Et quidem quo
modo hæc possint conciliari non video; quandoquidem Damasus vita excessit anno Domini trecentesimo octogesimo quarto: in Isaiam
verò Commentarij excusi sunt quadringentesimo nono. Temporis ergo ratio alterum cogit fateri Damasum Papam, de quo in ipsa Epi

stola,

A ſtola. Hunc verò fuiſſe Epiſcopum Africanũ, & fortaſſis etiam Carthaginenſem indu accipio, quòd & Vitalis,cui ea inſcribitur, Carthaginenſis æquè fuerit. De eoq; in reprobũ poſt modum lapſum mihi videtur verba facere Baronius Tomo quinto,ſub anno quadringenteſimo decimo nono: Erant (inquiens de Pelagianis in Africa commorantibus) nonnulli,qui licet Pelagianos ſe eſſe minimè profiteri audirent, tamen, quæ ex hæreſi Pelagiana deducebantur interdum aſſerere minime dubitabant; Sit in exemplum,quòd ex Sancti Auguſtini litteris exploratum habetur de Vitali Carthaginenſi, qui licet Pelagij nomen fugere videretur,ex eius tamen doctrina dogma illud inprimis
B deducebat, vt diceret, non eſſe orandum pro idolatris, vel alijs non credentibus, vt crederent; ſed tantummodo illis eſſe proponendam doctrinæ veritatem; Cæterùm credere, vel non credere ex eorundem pẽdere arbitrio, non autem ex præueniente eos diuina gratia. Ad hunc curandum Sanctus Auguſtinus eruditam ſatis dedit Epiſtolam, quam illo titulo; Auguſtinus Chriſti ſeruorum ſeruus inſcripſit] Hactenus Baronius de Vitali. Quadringenteſimo itaq; decimoChriſti anno adſcribitur Epiſtola; perinde, ac temporis certa ratio manifeſtò declarat.

C 133 *Nuper cùm Rheticij*. In Rheticij Commentarios (quorum nunc imperitia circa ſenſuum intelligentiam præſenti Epiſtola conuincitur,tametſi verborum compoſitio laudetur,) innc intendit Hieronymus, cùm in ſolitudine moraretur. Vide Epiſtolam ſextam ad Florentium. De eodem hæc idem in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis. [Rheticius Heduorum,ideſt Auguſtodunenſis Epiſcopus ſub Conſtantino celebertimæ famæ habitus eſt in Gallijs. Leguntur eius Commentarij in Cantica Canticorum, & aliud grande volumen aduerſus Nouatianum: nec præter hæc quidquam eius operum reperi.] Item Auguſtinus aduer-
D ſus Iulianum Pelagianum libro primo, capite tertio: [Rheticium (ſcribit) ab Auguſtoduno Epiſcopum magnæ fuiſſe auctoritatis in Eccleſia tempore Epiſcopatus ſui, geſta illa Eccleſiaſtica nobis indicant, quando in Vrbe Roma, Melchiade Apoſtolicę Sedis Epiſcopo ſedente, cum alijs iudex interfuit, Donatumq; damnauit,qui prior auctor Donatiſtarum ſchiſmatis fuit, & Cecilianum Eccleſiæ Carthaginenſis abſoluit.] Reſtituendum deprauatum locum initio huiuſmet Epiſtolæ admonet Baronius Tomo quinto, ſub anno Chriſti trecenteſimo decimo tertio hęc adamuſsim adnotans [Cum ergo hæc (de Donato videlicet & Ceciliano) ex publicis Actis, & Optati Mileuitani teſtificatione liquidò conſtet geſta eſſe, E
coram Melchiade Papa, planè corrigendum eſt,quod apud Sanctum Hieronymum legitur de Rheticio Epiſcopo Auguſtodunenſi,Romã eſſe miſſum a Conſtantino ob cauſam Montenſium, nempe Donatiſtarum ſub Siluestro Romano Pontifice: Irrepſit enim error (quonam pacto neſcimus) vt pro Melchiade Siluester potius habeatur.

134 *Scio quoſdam putare*. De tempore huius Epiſtolæ, ſupra Animaduerſione centeſima quarta, & capite ſexto, numero decimo tertio. Quòd ſi de ipſo Sophronio, cui Epiſtola nunc inſcribitur perquiris: Hæc a nobis aliàs in operu de Sanctis Ordinis noſtri breuiter adnotata, accipe. Sophronius natione Græcus,& F
Sancti Patris Hieronymi diſcipulus,Leone Secundo Imperatore claruit. In litteris omnibus eruditus, puer adhuc Bethlehem laudes, & poſtea de ſubuerſione Serapidis inſignem librum compoſuit. Tractatum etiam de Virginitate ad Euſtochium,& Sancti Hilarionis Monachi vitam ab eodem Hieronymo,Latino cõſcripta ſermone,Pſalterium prærerea, nec non Prophetas,quos idem Hieronymus de Hebreo in Latinum conuerterat, in Græcum eleganti ſermone tranſtulit. Sub Monaſticis demùm inſtitutis vitæ ſuæ curſum in Deum referens,& contemplationibus iugiter vacans cœleſtibus, G
morte oppetita ad Creatorem ſuum quartodecimo Calendas Iulij euolauit. De eodem Equilinus in ſuo Sanctorum Catalogo.

135 *Verè in vobis Apoſtolicus*. Quòd pro reſtituendis ſingulis apud Latinos Pſalterij deprauatis locis ad Hebræorum fontem recurrendum Hieronymus in hac Epiſtola moneat, paſsimq; ipſe monitum in eiuſdem emmendatione obſeruet: Item quòd propriam a ſe ex eodem fonte tranſfuſam verſionem in ipſa Epiſtola nunquam alleget, frequenter autem elucubratam aliàs iuxta Septuaginta Interpretum mentem vſurpet, manifeſtò hæc indicant editam Epiſtolam anno ſaltem ſuperiori ab elucu H
brata ex Hebræo tranſlatione: Aptior quippe ex eiuſdem Hieronymi vitæ periodis aſſignari nequit.

136 *Nonageſimum Pſalmum*.
137 *Nuper cùm pariter eſſemus*. }
138 *Quæ acceperis, reddenda*.

Non ſemper eùm aliquid addiſcere vellet per præſentiam adfuiſſe Marcellam Hieronymo, ſed per vicariam ſchedulam frequenter ſatis ſuæ feciſſe voluntati,Epiſtolæ exordium teſtatur. Igitur ex his, allegatæ nunc tres Epiſtolæ lucubrationibus ſunt, quas Romę idem dictauit, numeraturq; eiuſmodi annus a Chriſto trecenteſimus octogeſimus quintus.

139

A *139 Prius te Cypriane.* Humanæ vitæ, & maximè senectutis miserias, super Ecclesiastē aliàs explicatas Epistola affert. Pelagij item, licet proprio eius suppresso nomine, (quippe qui necdum cogniti) de arbitrij libertate hęresim in calce reprobat: Hæc mihi Epistolam, siuè potius Commentariolum circiter Domini annum quadringentesimum duodecimum exaratum certò persuadent. De tempore, quo Pelagij hæresis vulgari cœpit, alibi. Ne quis autem Cyprianum, ad quem ipsa Epistola extat eundem cum eo arbitretur, de quo Epistola 88.89.93.&98. apud Hieronymum agitur, vtrunq; nos ideo distinguimus, quòd hic Pres-
B byter, ille diaconus affirmetur, hic Epistolis tantùm, ille pręsentia superioribus etiam annis cognitus habeatur.

140 Scio me, Principia in Christo filia. Nō potuisse Romæ Epistolam Hieronymum scribere, propriæ ex hebręo Psalterij translationis testimonia in eadem frequenter adducta testantur: Siquidem illic idem ipse Christi anno trecentesimo octogesimo sexto discessit, translationis verò eiusmodi trecentesimo octogesimo octauo auctor fuit. Post Marcellæ ergo e vita exitum, atq; editum simul de eadem Epitaphium datam eandem hinc accipio, quòd Sanctissimam ipsanmet fęminam, & voce &
C scriptis in vita semper laudatam, nedum salutationis officijs prosequatur, verùm nec mentionem de ea ingerat, quod sanè nūquàm prętermisisset, si æuum adhuc ipsa fęmina egisset, cùm potissimùm ambæ vna domo, vnoq; cubiculo clauderentur: quadringentesimus decimus tertius Domini annus, vel proximè sequēs haud inconcinnè mihi huiusmet numerādus videtur. De eiusdem Marcellæ obitus tempore, iam supra dictum est. Fuit verò Principia multarum virtutum virgo, ex earumq; numero, quæ in Vrbe primum monasticam vitam coluerunt. Passim eam in suis celebrat Hieronymus scriptis. Sed quod omne lauda-
D tionis genus complectitur, Magnæ Marcellæ fuisse eandem filiam, id vnum censetur. Eiusdem Vrbis excidij tempore diuina prouidētia intactam a Barbaris seruatam, tradit idem Hieronymus Epistola decima sexta.

141 Beatus Pamphilus martyr. Oretenùs potius a Marcella interrogatum Hieronymū, quàm per Epistolam quæsitum de sensu verborum Psalmi vigesimi sexti, nimirùm: [panis doloris] & [filiorum excussorum] Epistolæ verba declarāt, quibus dicitur: [Hoc ideo dixi, vt quia de eodē Psalmo mihi proposuisti, qui esset panis doloris &c.] et iterū: [Illud quoq; de eodē psalmo interrogare dignata es, qui sint filij excussorū &c.] Ex quibus Romæ dictata

lucubratiuncula pro compertissimo habetur. E
Numeratur eiusmodi annus a Christo 385, vel proximè sequens. Porrò, qui Heliodorus Presbyter S. Hilarij familiaris in Epistola semel, atq; iterum vsurpatur, alius omnino ab eo probatur, qui Hieronymi æquè amicus fuit, de quo Animaduersione prima: Eo imuero hic posterior, non Presbyter solum cū ipsam dedit Hieronymus Epistolam, sed & Altinensis iam ordinatus Episcopus fuerat. Cuius rei certū illud extat argumentum, quòd in Concilio Aquileiense, Christi anno trecentesimo octogesimo primo celebrato propria eius Episcopalis subscriptio legatur. Deniq; cùm prouectæ ætatis
Hilarius Christi fidē susceperit, a priori Helio F
doro plurimum adiutus, & in Græcis litteris eruditus a Baronio Tomo 3. sub anno 355. asseritur, vt propterea & ratio temporis, & vitę conditio vtrunq; euidenter distinguat.

142 Et factum est anno. De ea capite sexto numero quarto, capite quarto, num. 9.

143 Septuaginta. Et missum est. De eadē capite sexto, numero quinto.

144 Commentaria cum legerem.

145 Multi super hoc sermone.

De vtrisq; capite sexto, numero tertio.

146 Beatitudinis tua interrogatio. Ex illis lucubrationem esse, quas Hieronymus Dama-
so petente Romæ dictauit, Baronius quoq; an- G
te me in Annalibus obseruauit, Tomo quarto, sub anno trecentesimo octogesimo secūdo. De eadem capite sexto, oumero sexto. Edita probatur anno Domini 383.

147 Breuis Epistola longas non valet. Datā hanc æquè Romę Epistolam hinc persuasum habeo, quòd neq; quęstiones sibi propositas per tabellarium ante transmissas Hieronymus affirmet, neq; proprios in Matthęum Commentarios, ad Saluatoris pręsertim sententiam explicandā, qua nimirum dicitur: Nolite cogitare de crastino, alleget. Sed & alia argumenta sunt, quę idipsum probant. Annus eius in su-
periori Animaduersione assignatus est. H

148 Magnis nos prouocas Ante Commentariolos in Matthęum certò scriptam Epistolā ostendit secunda in eadem proposita quęstio. Quandoquidē ad eam dirimēdā satis, superq; fuerant in prædictis Commentarijs allata, iterū in medium proferre: de quibus, cùm ne verbum quidem incidat, consequens etiam est, vt post eosdem elucubratam Epistolam concludamus. Deniq;, quòd post annū Domini 390. (in quo duobus libris Iouinianus contritus est) data eadem sit, hoc vnum conuincit, quòd ijdem libri in hac vsurpentur.

149 Breuis est quæstiuncula. In earū numero cōputatur, quę Romę editę sunt. Tn Christi annum

A anuum numera 385. vel proxime ſequentem.
150 Ignota vultu fidei mihi ordore notiſſima.
151 Filius meus Apodemius.
Quemadmodum vno, eodemq́; tempore a cō-
ciuibus feminis, Hedibia nimirum, & Algaſia
per Apodemiū tabellariū ex vltimis Galliarū
oris de quæſtionibus difficilimis conſultus an-
te Hieronym⁹ eſt, ita nunc ambabus hiſce Epiſ-
tolis vtriq; reſpondet, quas vno item, eodemq́;
tempore datas, nemo ambigere debet. Annus
harum, quo dictarę ſunt Chriſti quadringen-
teſimus ſextus, vel proximè ſequens hinc pro-
batur, quòd in poſteriori Epiſtola, quæſtione
decima Cōmentarij in Amos allegentur. Cęte-
B rū hi ex Hieronymi proprio teſtimonio in prę-
fatione libri tertij in eundem, eidē Chriſti anno
quadringenteſimo ſexto conſignantur, vtriq;
ergo conſtat, non potuiſſe Epiſtolas haſce ante
conſcribi. Nec poſt quadriogenteſimū octauū
deinceps annum, quia in eis ipſis nunquā pro-
prios in quatuor Prophetas maiores inducit,
vel nuncupat Commētarios: etiāſi paſsim, vber
rimèq́; ſingulorum teſtimonia, propheriaſq;
diſſerat. Conſueuit enim is in ſcripturarum
teſtimonia incidens lectorem ad proprias sē-
per remittere explanationes; perinde ac in his
ipſis Epiſtolis videre eſt, in quibus modò Cō-
mentariolos in Matthæum, modò Cōmenta-
C rios in Epiſtolā ad Epheſios, nunc aliàs in alios
libros lucubrationes commemorat, & ad eaſdē
lectorem remittit. Deniq; , cùm quadringēteſi-
mo octauo Chriſti anno Danielē, quadringen-
teſimo nono Iſaiam, quadringenteſimo deci-
mo Ezechielem, (vt alibi oſtendimus) aggreſ-
ſus ſit, (de quibus nec verbum quidem in hiſce
Epiſtolis,) ſequitur, vt eaſdem memorato ſupe
rius anno quadringenteſimo ſexto, vel proxi-
mè ſequenti editas affirmemos.
Prafatio in duas Origenis homilias Cantici Canticorum. Origenes cum in cateris.
Origenis Homilia dua in Cantica Canticorum Interprete S. Hieronymo. Quomodo dicimus.
D De vtriſq; capite ſexto, numero ſecundo.
152 In ipſo iam profectionis. Cùm Epiſtola
per Syſinniū Monachū in Aegyptū properan-
tem delata ſit, iā liquidò de eius anno conſtat.
Syſinnius enim e Gallijs in Paleſtinam, & in-
de in Aegyptum anno Chriſti quadringenteſi-
mo ſexto migrauit. De eodem Animaduer-
ſione quarta. Putauit Victorius, Alexandrum
& Minerium, ad quos Epiſtola, Aegypti Mo-
nachos fuiſſe, ſed natione Gallos, atq; Toloſæ
vrbis cultores, & ciues, eoſdem affirmat Hie-
ronymus in Præfatione libri tertij in Amos,
quibus, & Commentarios in Malachiam de-
dicauit:
153 Voce me prouocas. Alius Paulinus ille eſt,
ad quem Epiſtola decima tertia de Inſtitutio- E
ne Monachi, ab hoc, ad quē præſens Epiſtola.
Ille ſiquidem circa Domini annum trecenteſi-
mum oonageſimom quartum, Monaſticam vi
tam in Nolano agro colēs iam ſupra habetur.
Hic Romæ agens vnà cum Pammachio poſt
nuper ibi vulgatos Origenis Periarchon libros
ab Hieronymo translatos, memoratur. Igitur,
cùm eiuſmodi librorum elucubratio Chriſti
anno trecenteſimo nonageſimo octauo, capite
decimoquinto, numero vigeſimo ſeptimo ad-
ſcripta ſit, & ipſa Epiſtola nuperrimè poſt ean-
dem data ſit; ei ipſi etiam anno, vel proximè ſe-
quenti conſignandam eſſe, oemioem arbitror,
qui non intelligat. Hic ille Paulinus eſt, ad quē F
Epiſtola centeſima tertia.
154 Lecta ſermone dignationis tua. Alius
pariter Deſiderius ille, de quo Hieronymus in
opuculo ſuo aduerſus Vigilantiom, capite ſe-
cundo, ab hoc, de quo in præſenti Epiſtola. Si-
quidem hunc cum Serenilla coniuge patria Ro
manū ante me quoq; optimè obſeruauit Vic-
torius: Illum verò vnà cum Ripario natione
Gallum, atq; in Gallijs commorātē, alibi oſtē-
dimus. Cæterùm, quòd in Epiſtola, ſe ea tan-
tùm opuſcula eidem Deſiderio Hieronymus
tranſmiſſurum pollicetur, quorum exemplaria
Deſiderius ſe minime habere ex Catalogo eiuſ
dem De Scriptoribus Eccleſiaſticis comperiſ- G
ſet, planè ea data protinus intelligitur, cùm
eiuſmodi De Scriptoribus liber editus ab eodē
eſt. Chriſti videlicet anno trecenteſimo no-
nageſimo tertio.
155 Nudius tertius, cùm centeſimū. Quā-
uis in inſcriptione dictio [Vrbica] Paulæ no-
mini addatur, eadem tamen, quæ & Euſtochij
mater Paula probatur. De tempore æquè E-
piſtolæ non reſtat ambigendi locus, cùm ſe
proprio ſui exordio Romæ ſcriptam teſtetur.
In Traditiones hebraicas &c. Proœmium. Qui in principijs librorum.
Quaſtiones ſiue Traditiones hebraica S. Hieronymi in Geneſim. In principio. H
De his capite decimo quinto, num. octauo.
Traditiones in libros Regum. Fuit vir vnus.
De eiſdem capite decimoquinto, numero 11.
Traditiones in libros Paralipomenon. Heber nati ſunt duo filij. De eiſdē loco ſupra allegato.
De locis Hebraicis. Liber vnus. Euſebius, qui a Beato Pamphilo. De eo capite decimono no-
no, numero decimo.
Appendix de Hebraicis locis, qua in Actis Apoſtolorum vſurpantur. Aceldema. De ea loco
ſupra allegato.
In librum Hebraicorum nominum Prafatia. Philo vir diſertiſſimus.
Interpretationes Hebraicorum nominum.

QVAR-

QVARTVS TOMVS

Commentarios conplectitur in quatuor Prophetas maiores, nimirum.

1 *In Isaiam cum singulis ad singulos libros præfationibus ad Eustochium virginem libros decem & octo.*
2 *In Hieremiam ad Eusebium Cremonensem libros sex cum affixis totidem ad singulos præfationibus,*
3 *In Lamentationes ad eundem Libros tres.*
4 *In Ezechielem ad Eustochium libros singulis præfationibus prænotatos quatuordecim.*
5 *In Danielem ad Pammachium, & Marcellam librum.*

B F

ANIMADVERSIONES.

DE his pariter, quæ hoc quarto Tomo continentur, nulla inter doctos controuersia est, cùm omnia Hieronymi legitima dignoscantur. Solus Sixtus Senensis, libro quarto bibliothecæ Sanctę, cui & Cardinalis Bellarminus, in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis subscripsisse visus est, Cõmentatiorum in Lamentationes Hieronymum negauit auctorem: eosdem Rabani Mauri potius, quàm alterius cuiuspiam esse autumans. Verùm de singulis vide locis infrà citatis.

In Isaiam &c. Agitur de his capite decimo quinto, numero decimo septimo, & capite quarto, numero nono.

2 *In Hieremiam &c.* De eisdem capite decimo quinto, numero decimo octauo.

3 *In Lamentationes &c.* De eisdem præallegato nuper loco.

4 *In Ezechielem &c.* De eisdem capite decimo quinto, numero decimo nono.

5 *In Danielem &c.* De eisdem deniq; capite decimo quinto, numero vigesimo.

C G

TOMVS QVINTVS

Hæc continet, videlicet.

In Ecclesiasten ad Paulam, & Eustochium Commentarium.
In Osseam ad Pammachium libros tres singulis præfationibus distinctos.
In Iohelem ad Pammachium Librum vnum.
In Amos ad Pammachium Libros tres, præfationibus item distinctos.
In Abdiam ad Pammachium Librum vnum.
D *In Ionam ad Chromatium Aquileiensem Episcopum Librum vnum.*
In Micheam ad Paulam, & Eustochium libros duos suis præfationibus annotatos.
In Nahum ad Paulam, & Eustochium Librum vnum.
In Habacuch ad Chromatium libros duos propriję distinctos præfationibus.
In Sophoniam ad Paulam, & Eustochium Librum vnum.
In Aggeum ad Paulam & Eustochium Librum vnum.
In Zachariam ad Exuperium Tolosanum Episcopum libros tres, cum totidem præfationibus. H
In Malachiam ad Minerium, & Alexandrum Librum vnum.

ANIMADVERSIONES.

ITa Hieronymi vera ac certa esse præcitata omnia omnibus persuasum est, vt nemo de illis hactenus ambegerit.

In Ecclesiastē &c. De Commentario hoc agitur capite decimo quinto, numero vigesimo quarto.

Vt verò duodecim Prophetarum ordo, quo singuli ab Hieroymo Commentarijs explicati sũt distinctè pateat, proprium hoc loco afferendũ testimoniũ, quod & Procemij loco in Amos tertio libro affigitur: eiusmodi antē est. [Præpostero ordine, atq; confuso duodecim Prophetarũ opus & cœpimus, & Christo adiuuante complebimus. Non enim a primo vsq; ad nouissimum iuxta ordinem, quo leguntur: sed vt potuimus, & vt rogati sumus, ita eos dissetuimus.

Nahum,

Nahũ, Micheam, Sophoniam primo φιλοπονωτάταις Paulæ, eiusq; filiç Eustochio φιλοπονωτάταις secundò in Habacuh duos libros Chromatio Aquileiensi Episcopo delegaui: Tertiò post longi temporis silentium, Abdiam & Ionam sibi imperanti disserui: præsenti anno, qui sexti Coosulatus Arcadij Augusti, & Anitij Probi fastis nomen inposuit, Exuperio Tolosanæ Ecclesiæ Pontifici Zachariam, & eiusdem vrbis Mioetio, & Alexandro Mooachis Malachiam prophetam interpretatus sum. Statimq; recurrens ad principium voluminũ Osee, & Ioel, & Amos tibi negare non potui.] Hactenus Ipse. Verùm antequam vlterius progrediamur, restituendus hoc loco textus est, vbi legitur [Nahum, Micheam, Sophoniam, & Aggeum,] corrigendusq; [Nahum, Micheam, Habacuch, Sophoniam, & Aggeum,] iuxta eiusdem præfationem in Ionam, vbi tempus quo eundem explanauit fastis consignans habet: [Triennium circiter fluxit, postquam quinq; prophetas interpretatus sum, Micheam, Nahum Habacuch, Sophoniam, Aggeum, & alio opere detentus, non potui implere, quod cœperã; Scripsi enim librum de Illustribus viris.] Hæc de ordine. De tempore æquè ex allatis nunc haud iudiciũ difficile. Enimuerò, cùm eo ipso anno, quo in quinq; enumeratos Prophetas idem Commentarios prodidit, statim aggressus sit librum de viris Illustribus, (qui Christi anno trecentesimo nonagesimo secundo tribuitur:) Postq; ab illis triennium se Ionam interpretatum testetur, vtiq; ẽt liquet, nõ tantùm in quinq; Prophetas, memorato Christi anno trecentesimo nonagesimo secundo Cõmẽtarios publicis monumẽtis cõsignasse, Verùm & in ipsum Ionã trecentesimo nonagesimo quinto. Præterea hoc ipso anno se Abdiã pariter explanasse hisce subdit. [Post longi temporis silentium (triennium videlicet) Abdiam & Ionam tibi imperanti disserui.] Deniq; cœterorum in reliqoos Prophetas Commentariorum annus ibidem affertur, cùm protinus additur: [Pręsenti anno, qui sexti Consulatus Arcadij Augusti, & Aoitij Probi fastis nomen Iopofuit,] cũ reliquis quæ sequũtur, vt paulo superius allata est. Quibus apertissimè vno omnes, & hosce quinq; posteriores, videlicet Zachariam, Malachiam, Osseę, Ioelem, & Amos Commentarijs explicatos anno constat. Eiusmodi verò Consulum annum numerauit Victorius in Scholijs ex Cassiodoro Christi quadringentesimum nonum, vel quadringentesimum octauum ex Prospero. Verùm deceptum eundem in supputatione temporis, probat communis scriptorum consensus, atq; Baronij inprimis, nec oon Panuini sententia, quæ ex Marcellino, & Imperatorijs rescriptis certus is, indubitatusq; Christi ann' quadringentesimus sextus manifestò conniçitur.

TOMVS SEXTVS

Hæc concludit, videlicet.

1. *Præfationẽ in quatuor Euangelia ad Damasũ.*
2. *Canones in Quatuor Euangelia.*
3. *Commentarios in Matthæum ad Eusebium.*
4. *Commentarios in Marcum.*
5. *Euangelium secundum Lucam.*
6. *Euangelium secundum Ioannem.*
7. *In Epistolam ad Galatas libros tres cum totidẽ præfationibus ad Paulam, & Eustochium.*
8. *Commentarios in Epistolam ad Ephesios libris tribus, ac totidem præfationibus distinctos ad Paulam, & Eustochium.*
9. *In Epistolam ad Titum Paulæ, & Eustochio Commentarium.*
10. *In Epistolam ad Philemonem eiusdem Commentarium.*
11. *Præfationem in libros Didymi de Spiritu sancto, ac versiones eorundem e Græco ad Paulinianum fratrem.*

ANIMADVERSIONES.

SVnt quoq; hoc sexto Tomo compræhensa Hieronymi certa omnia, præter libros de Spiritu sancto, qui proprium auctorem, Didymum videlicet in fronte ferunt. Versiooes tamen verę, fidelesq; eiusdem Hieronymi sunt.

1 *Nouum opus me facere cogis.* De ea Tomo tertio, Animaduersione centesima vigesima tertia.

2 *Canon. Matthæus.* Romæ Damasi Summi Pontificis iussu compositos tradit etiam Baronius Tomo quarto.

3 *Plures fuisse.* De eisdem Commentarijs capite decimo quinto, num. vigesimo nono.

4 *Omnis scriba doctus.* De hac præfatione constat apud omnes, non esse eam Hieronymi, sed falsò illi attributam. Idem de sequentibus

in Euan-

A in Euangelistam Marcum Commentarijs iudicium est. Hi (Victorius inquit) Commentarij non sunt Hieronymi, tametsi nō indigni, qui legantur. Relicti autem sunt hic, ne ab ipso Euangelio, quod cęteris Euangelijs Canonum ratione adiungebatur, separarentur. Cur verò ijdem nec Hieronymi sint, aut dicēdi rationes prę omnibus Sixtus Senensis loco supra allegato retulit. Commentarij, dicens, mysticę explanationis in Marcum magis abhorrēt a stylo Hieronymi, quàm ignis ab aqua. Hos esse hominis, qui non multum Latinè, minus etiam Gręcè, & Hebraicè nouerit, argumento sunt rationis barbaries, & inepta pere-
B grinarum vocum interpretatio, cuius exemplū habes in capite decimoquarto, vbi auctor annotauit hanc dictionem, Pascha, Latinè significare transitum, Phase verò imolationem, & nardum pysticam idem valere, quod mysticā, & interpretatur venustam ac preciosam. Sed & in eodem loco affirmat, Mariam, quę in domo leprosi vnxit caput Christi, fuisse peccatricem illam, quę in domo Pharisęi eiusdem pedes lachrymis lauit. Huic oppositum docet Hieronymus in capite vigesimo sexto Matthęi. In expositione capitis decimi quinti scribit, arietem pro Isaac imolatum ab Abraham in monte Caluarię, quam sententiam inpro-
C bat Hieronymus Epistola ad Marcellam, affirmans idem arietis sacrificium oblatum in monte Moria. Rursum in explicatione capitis decimi quinti inserit versus quosdam in figura Crucis mutilatim reuulsos ex libro quarto carminū Sedulij, quē quidē constat aliquot annis Hieronymo fuisse posteriorē.] Hęc Sixt⁹. Quibus & addi potest, quòd in eiusdē decimiquinti capitis expositione, benè a Marco dictū affirmet, Christum hora tertia cruci affixum fuisse, non sexta, quia hora sexta tenebrę adeo densę erant, quòd nullus Iudęorum potuisset legere titulum cruci impositum: Secus verò tenet Hieronymus in vigesimi septimi Mat-
D thęi capitis Interpretatione. Et manifestius super Psalmum septuagesimum idipsum explicat, dum ait: [Scriptum est in Mattheo, E
& Ioanne, quòd Dominus noster hora sexta crucifixus sit. Rursum scriptum est in Marco, quia hora tertia crucifixus sit. Hoc videtur esse diuersum, sed non est diuersum. Error scriptorum fuit. Et in Marco hora sexta fuit, sed multi episemus gręcum sigma, putauerunt esse gamma. Ita Hieronymus. Deniq; huic ipsi sententię recentiores omnes, Cornelius Schultingius, Bellarminus, & alij subscripserunt.

5 *Fuit in diebus Herodis.*

6 *In principio erat Verbum.*

Vtriusq; versionem Hieronymi germanam esse non ambigit Ecclesia, testisq; ipse est in libro De Scriptoribus Ecclesiasticis. F

7 *Pauci admodum dies sunt.*

8 *Si quicquam est Paula.*

9 *Licet non sint digni fide.*

10 *Qui nolunt inter Epistolas.*

De Commentarijs hisce omnibus agitur capite decimoquinto, numero trigesimo.

11 *Cum in Babylone versarer.* De eisdem capite sexto, numero octauo. Cœpit operis huius versionem Hieronymus Romę primùm, mox Bethlehem ad finem vsq; perduxit. Et quidem in hoc fortunę munere amplissimo ditatum Didymum nemo est, qui non videat, cùm tantum habere interpretem G
promeruerit; enimuero, quamuis is propè innumera, eaq; pręstantissima (eodem teste Hieronymo) ingenij ediderit monumenta, perijsse tamen fermè omnia (vno hoc excepto, quippe a Hieronymo translato) constat. Eiusmodi autem meretum eius iacturam planè meritā affirmat Baronius Tomo quarto, sub anno trecentesimo nonagesimo tertio, cùm is quoq; postmodum in fide naufragium passus sit. Extat pręter hunc librum ex omnibus scriptis eius in Bibliotheca Sanctorum Patrum Tomo nono Expositio in Epistolas Canonicas, & liber contra Manichęos apud Henricum Canisium Tomo quinto antiquę lectionis. H

TOMVS SEPTIMVS

Conpræhendit.

1 *Commentarios in omnes Psalmos Dauidicos.* 2 *Psalterium item ex hebraeo translatum.*

ANIMADVERSIONES.

1 *Proximè cùm Origenis Psalterium.* Triplici ordine, qui de Commentarijs hisce sententiam protulere, discreti sunt. Nōnulli ad Hieronymum nil prorsus eosdem spectare

LIII vtiq;

A vtiq; censuerũt, e quorũ inprimis numero Sixtus Senensis, Libro quarto, Bibliothecæ Sanctæ, (vt Erasmum omittam.) Alij Melchiori Cano subscribentes, vti Vuilhelmus Lindanus, Iacobus Hutterus, & Bellarminus, esse quidem aliqua in eis Hieronymi legitima & vera, sed multa etiã aliena & supposititia arbitrati sunt. Tertij demùm eosdẽ cum Victorio, & Schultingio exactius, imo Lynceis, vt dicitur oculis E perpendentes, Hironymo dignos, ab eodem dimanatos acriter propugnarunt. Horum ego sententiam secutus pluribus rem expendi capite sexto, post textus explanationem.

2 Scio quosdam putare. De Psalterij translatione ex hebręo, capite sexto, numero decimo tertio.

TOMVS OCTAVVS

Complectitur.

B *1 Commentarios in Iob.*
2 Commentarios in Prouerbia Salomonis.
3 Homilias quatuor Origenis in Cantica Canticorum. F
4 Commentarios in omnes Pauli Apostoli Epistolas.

ANIMADVERSIONES.

VNo simul animo consentiunt Trithemius, Sixtus Senensis, Victorius, & Bellarminus Octauo hoc Tomo contenta non esse Hieronymi, sed falsò omnia illi adscripta. Iudicium verò tum ex phrasis diuersitate, tum ex interpretandi dissimili ab Hieronymo retenta methodo, auspicium agunt.

1 Iob, qui dolens. Caeterùm, quòd in Commentarijs in Iob, non ita sit sermonis diuersitas, & explanandi modus dissimilis circumspiciendus, quòd aut doctrinæ gustus C negligatur, aut quidpiam de fide antiquitatis abrogetur, pluribus ostendi capite quarto, post textus explanationem. Vbi & speciali quæstione difficultatem ipsam collibraui.

2 Parabola Salomonis. De Commentarijs in Prouerbia non videtur inter doctos controuersum iudicium, cum illorum auctor Beda Presbyter affirmetur: Et iam cum cęteris eius operibus inpressi circunferantur. In illis enim capite trigesimo primo Diuus Gregorius, & in capite trigesimo ipse quoq; Hieronymus, Demum in capite sexto Sanctus Augustinus nominatim citantur. Prædictis Melchior etiam Canus libro secundo locorum Theologicorum, capite decimoquinto manu subsignat dicens. Commentatij, qui circunferuntur titulo Hieronymi in Prouerbiorum libros, quanquam Hieronymo in Decretalibus, titulo De Constitutionib⁹, capite quarto, ibi: [accepta sunt ista verba ex Commentarijs in caput tertium Prouerbiorum; reperita sunt eadem verba in Glossa ordinaria: Ne inuitaris &c.] tribuantur, Hieronymi tamen nõ esse liquidò deprehenditur. Iuuaret vehementer latinam intelligentiam, si Hieronymus Commentarios in libros Prouerbiorum edidisset.] Hæc ille.

D *3 Epithalamiũ libellus.* De his capite quarto, numero secundo habetur Controuersia propria. Consignandæ hæ ipsæ homiliæ anno Domini quadringentesimo decimoquinto videntur. Multò siquidem ante (decem nimirum, & septem annos) easdem Hieronymus Sanctę Christi Virgini Principiæ spoponderat, vt ex præfatione in Matthæum habetur. Rursus promissioni ipsi se idem adstrinxerat in Epistola centesima quadragesima ad eandem, quam & proximè superiori anno, quadringentesimo videlicet decimo quarto editam alibi diximus. G

4 Litteris tuis cursim mihi allatis. De eisdẽ capite decimo quinto, numero trigesimo. H Fuisse hosce Commentarios Gelasio interdum Summo Pontifici a nonnullis adscriptos testis Cassiodorus est. Nunc apud quosdam etiam sub titulo Sedulij, Primasij, & Hieronymi leguntur.

TOMVS NONVS

COntinet omnia, quæ communi Scriptorum sententia aliena prorsus ab Hieronymo sunt. Triplici autẽ classe ea a Victorio disponuntur. In prima, grauia quidẽ, & docta, sed quorũ auctores ignorantur, vel certò non sciuntur. In secũda, quæ certos habẽt auctores.

In

A In tertia demum, quæ partim cognita, partim non satis perspecta, sed omnia comparatione primæ, & secundæ classis non ita falsa. Iuxta igitur hunc ipsum ordinem, & ego singula primùm referam, mox ad eadem, nec minimè animum attendam. E

Sunt itaq; in prima serie,

1 *Ad Demetriadem de Virginitate.*
2 *Ad Iulianam Demetriadis matrem.*
3 *Ad Geruntij filias de hæreditate contemnēda.*
4 *Ad Marcellam, vt aduersa toleret.*
5 *Ad Virginem in exilium missam Consolatio.*
6 *Ad amicum ægrotum.*
7 *Ad amicum ægrotum de viro perfecto.*
B 8 *Institutio amici in scientia diuinæ legis.*
9 *De tribus virtutibus.*
10 *Ad Paulam, & Eustochium de Assumptione B. M. V. sermo.*
11 *De Assumptione item B. M. V. sermo.*
12 *De honorandis parentibus.*
13 *De septem gradibus Ecclesiæ ad Rusticum Narbonensem Episcopum.*
14 *Virginitatis laus ad Mauritij filiam.*
15 *De his, quæ Deo in scripturis sanctis attribuuntur.*
16 *Damasi symbolum.*
17 *Symboli explanatio ad Damasum.*
18 *Explanatio fidei ad Cyrillum.*
C *Symbolum Rufini ad Laurentiū Episcopum.*
19 *Ad Præsidium Diaconum de cereo Paschali.*
20 *De vera circumcisione ad Therasiam.*
21 *De celebratione Paschæ.*
22 *In Susannam lapsam obiurgatio.*
23 *In Euagrium obiurgatio.*
24 *Hortatio ad militem, vt Christo militet.*
25 *De decem tentationibus populi Israelitici.*
26 *Explanatio in Psalmum quadragesimum.* F
27 *Explanatio in Psalmum centesimum septimū.*
28 *Ad Dardanum de diuersis generibus musicorum.*
29 *De resurrectione Domini sermo.*
30 *De Natiuitate Domini sermo.*
31 *De Epiphania Domini sermo.*
32 *De Quadragesima sermo.*
33 *In Vigilia Paschæ sermo.*
34 *De Resurrectione Domini sermo.*
35 *Ad Eustochium de Vinculis B. Petri sermo.*
36 *De obseruatione Vigiliarum sermo.*
37 *Ad Pammachium, & Oceanum exhortatoria.*
38 *Ad quendam, qui in sæculo pœnitebat.*
39 *De diuersis generibus leprarum.* G
40 *De duobus filijs frugi, & luxurioso.*

ANIMADVERSIONES.

1 S*I summo ingenio*. Pelagij esse tenent Victorius, Bellarminus, & Baronius Tomo quinto Annalium, nec non Sanctus Augustinus Epistola centesima quadragesima tertia, vbi ex proprijs eiusdem Pelagij testimonijs, Epistolæ eundem auctorem probat. Habetur autem ea, (quippe quæ eruditissima) nō solum inter Hieronymi opera, sed & Augustini, Tomo secundo in Appendice Epistolarum D septima: vt propterea à simplicioribus interdū Hieronymi, aliquando Augustini credita sit. Verùm neutrius eam esse monent in ipsa latentes blasphemiæ de libero arbitrio, Dei etiam gratia destituto. Reijcit eandem idem Augustinus libro de gratia Christi, capite vigesimo secundo, vigesimo septimo, trigesimo septimo, trigesimo octauo, & quadragesimo. Datam verò eandem affirmat Baronius Christi anno quadringentesimo decimo tertio, quo item sub religionis specie occultus adhuc latebat hæresiarcha.

3 *Cuncti mei sensus affectu vobis*. Homini Christiano diuitias habere non licere, (quòd Pelagianorum dogma fuit, teste Augustino Epistola octogesima nona) contendit Epistola. Damnatur eadem propterea, vti à Pelagio, vel Pelagianista aliquo edita. Scripta verò tunc putatur, cū æque inter Catholicos idē Pelagius manens, non quidem aperta facie, sed præcursorem suum Celestium, propositis Quæstionibus hæresum venena spargebat. Numeratur eiusmodi annus à Christo quadringentesimus duodecimus.

3 *Dominæ debitis in Christo*. Ex affixo in fronte titulo proprios prodit Epistola auctores, extatq; apud Augustinum Tomo secundo, in Ordine centesima quadringētesima tertia. Edita autem est post Pelagij nuper relatam Epistolam, cū præsertim tota in eius confutatione sit. Eius annus quadringentesimus duodecimus, vel proximè sequens facile dignoscitur. H

4 *Magnam humilitati*. Victorij, & Cornelij Schultingij iudicio Paulini Nolani asseritur. Et quidem auctoris, si non Romani, alicuius saltem, qui Romæ aliquando fuerit Epistolam esse, propria eiusdem verba declarant, quibus dicitur [Nam etiam vidimus te in tempore illo, quo domum tuam Regalis affinitas ambiebat

A bat,eminentem in his honoribus, qui destrunn-
tur.] Cæterùm de propro auctoris uomine
non habeo ego quid certi proferam: præsertim,
cùm neq; inter Paulini opera Epistola numere
Epist. 16. tur. Deniq; cùm Hieronymus, qui Marcellæ
Sanctissimæ fęminæ vitã conscripsit, non alias
ab eadem fortiter toleratas aduersitates litteris
prodat, quàm proprij eiusdem patris, atq; con-
iugis, post septimum a nuptijs mẽsem obitum:
captiuitatem etiam a Barbaris in Vrbis depræ-
datione illi ipsi illatam, vel data Epistola prio-
rum calamitatum, Patris videlicet, atq; coniu-
gis obitus occasione est, vel posteriorum, capti-
uitatis scilicet. Si priorum causa, Paulinus Epi-
B stolæ auctor affirmari nequaquam potest, quip-
pe qui de sæcularibus ad sacras litteras (quibus
tota scatet Epistola) anno tantùm Christi tre-
centesimo nonagesimo quatto transijt; Mar-
cella verò multis retro annis, Cerealis, qui Con
sulatum gessit anno Christi trecentesimo quin-
quagesimo octauo, secundas uuptias reiecit.
Nec est, quòd posteriorum occasione datam
quispiam suspicetur Epistolam: quandoquidẽ
in ipso captiuitatis exordio Marcella ipsa, teste
Hieronymo vita excessit: Epistola verò, non
de pręsentibus, sed de præteritis potius aduer-
sitatibus loqui videtur, ibi: [Permisit (Domi-
nus scilicet) te istius sæculi fluctibus, ventisq;
C iactari, vt experta naufraginm, de cætero simi-
liter periclitati caueres. Itaq; cuncta, quæ
passa es, sicut intelligis vulnera corporis tui, sed
& animæ remedia fuerunt &c.] Et infrà [In-
terim his verbis consolare, vt & veterum do-
lorum obliuiscaris, & iu præsenti proposito,
quo ad opera salutaria eleuasti manus tuas, cor-
de perfecto firmata, fiducialiter futurorum bo-
norum tibi perpetuam fęlicitatem festiua me-
ditatioue promittas &c.] Igitur ex temporis
calculo Pauliui *E*pistola esse nequit.

5 Si Deus, ac Dominus. Paulini item hæc
censetur a Victorio & Cornelio: Inter eius ve-
rò scripta non legitur.

D *6 Quanquàm certissimè*. Tertulliani esse
communis sententia est, quanuis in serie scrip-
torum eius minimè habeatur. De hac ipsa
mox agetur.

7 Ecce iterum ad te scribo. Erasmi iudicio
eidem Tertulliano tribuitur, sed falli Erasmum
ex eo conuincitur, quòd in ea de Diuo Ambro-
sio, ac Sanctorum Geruasij & Protasij corpo-
rum inuentione, necnon Auxentio Arriano
*E*piscopo, cui idem successit Ambrosius men-
tio habeatur. Porrò Ambrosius vltra cente-
narium Tertulliano posterior ex temporum
ratione habetur. Maximi idcirco eam esse Vi-
ctorius arbitratur; Verum inter eius scripta nõ
ponitur. Quidquid sit vnius, eiusdemq; aucto-
ris hanc æquè, ac superiorem esse Epistolam, E
mihi persuasissimum est: Constatq; id ex hu-
ius posterioris initio.

8 Præsumptionem meam. Sub initio huma-
ni generis, (quod per peccatum primi Parentis
corruit) ex Christi meritis erectionem his ver-
bis Epistola introducit: [Ad plenum ergo te
scire cupio, quod ex parte nosse te credo, ob
hoc Dominum & Dei Verbum descendisse de
cœlis, & assumpto naturæ nostræ homine, hu-
manum genus, quod ad Adam iacebat, erige-
retur in Christo: tantumq; nouo homini per
obedientiam præstaretur salutis, quantùm ve-
teri per inobedientiam perditionis acciderat.]
Item post multa, De oratione hæc subdit: [Si F
autem contigerit, vt inter cæteros languidum
visitantes, aut Clericus, aut Sacerdos, aut etiã
laicus Dei seruus adueniat, rogatur vt oret, &
qui sępe pro nihilo contemptus fuerat, necessi-
tatis tempore supplicatur, vt precibus suis com
meatum vitæ longioris obtineat.] *E*t post pau-
ca [Et cùm sic Dominus, aut Sanctorum mo-
tus oraculis, aut creaturæ suæ beneficio, aut me
dici arte conserta, misericordia restituat sanita-
tem, cito succedente obliuione in contrarium
omnia permittantur, timor in insolentiam,
gratia vertitur in contemptum.] Hæc & simi-
lia in Epistola. Verùm, cùm peccati traducem
neget Pelagius, (ad quam videtur exordium G
ipsius Epistolæ alludere) superuacaneasq; a-
pud Deum in Ecclesia, siue pro viuis, siue pro
defunctis affirmet orationes, non satis video,
quomodo iu his, alijsq; ibi adductis, is Episto-
læ auctor, aut eius assecla dici a Bellarmino,
atq; Schultingio queat. Nisi fortè in eo hanc
ipsam suspicemur Pelagianistam Epistolam,
quòd Christi fideli diuitias, sæculiq; hæredita-
tem haud conuenire, plus iusto affirmare vi-
deatur. Paulino autem, cui Hieronymi ter-
tiadecima primi Tomi inscribitur Epistola, hãc
eandem datam certò mihi verba illa persua-
dent, quibus dicitur: [Retrahit quidem vere-
cundia senatorem, ne sequatur pauperem Chri H
stum, sed audiat a Christo: Qui me confusus
fuerit, & verba mea in generatione hac adul- Marc. 8.
tera & peccatrice: & filius hominis confundet
eum in gloria patris sui cum angelis sanctis.
Turpe, est inter parentes, Senatores, atq; Gram
maticos, Scholasticum pro Christo voluntaria
humilitate deiectum, verbis simplicibus esse
contentum. Displicet amicis, si post ambitiosi
habitus cultum, plebeia, & ignobilia induměta
mutentur. Sed si hominibus placere vellem,
ait Apostolus, Christi seruus non essem.] Porrò Gal. 1.
Paulinum Romanum Vrbis, atq; totius nobili-
tatis, nec non Senatorię dignitatis decus, nemo
ignorat. Vide Ambrosium, Epistola trigesima

sexta

ſexta ad Sabinum, & alios quos citat Baronius Tomo quarto. Igitur, cùm eo tempore, quo primùm Paulinus, ampliſſimo in pauperes erogato patrimonio a ſæculo ſe abdicauit, monaſticiq; cultus profeſſionem amplexatus eſt, a multis ad id vitę genus ſanctè peragendum certum modum hauriret; (de quo & prææallegata Hieronymi decimatertia ad eundem Epiſtola extat: Item propria eius apud Auguſtinum trigeſimaptima) idipſum quoq; ab auctore præſentis Epiſtolę, qui inter Catholicos magni tunc nominis fuiſſe putandus eſt, omni ſtudio contendit. Hinc Epiſtola Chriſti anno trecenteſimo nonageſimo quarto ſcripta probatur, cùm eo ipſo Paulinus a ſæculo ad Monaſticam profeſſionem tranſierit.

9 *Tres quomodo virtutes.* Vti diſerti, atq; eruditi hominis Epiſtola, nunc Bernardo nunc Auguſtino tribuitur: quamuis in neutrius operum indice retexatur. Eſſe tamē antiqui ſcriptoris, non Bernardi, hinc declaratur, quòd in vetuſtiſſimis manuſcriptis exemplaribus Hieronymi circumferatur. Ad Auguſtini autem ſtylum proximè accedit.

10 *Cogitis me, o Paula.* Sermonem hunc De glorioſa Virginis Aſſumptione, Sophronij Græci hominis, ac Hieronymi diſcipuli pro certo habent Caniſius libro quinto de Maria Deipara capite primo, & Victorius in Cenſura, quibus & Cornelius Schultingius annuit. Verū ab vtroq; Baronius diſſentiens in ſuis ad Martyrologium Romanū Notis hęc adamuſſim habet: [Rurſus autē extat Sermo titulo S. Hieronymi ad Paulam & Euſtochium ſcriptus, quem nonnulli exiſtimarunt eſſe illius Sophronij, cuius idem Sanctus Hieronymus meminit in libro De Scriptoribus Eccleſiaſticis. ſed neutrius puto. Quin potius conſtat eſſe alicuius auctoris, qui vixit circa, vel poſt tempora Cōcilij Epheſini, & Chalcedonenſis; multū enim verſatur in deſtruendis Neſtorij, atq; Euthychetis dogmatibus: quę quidem longè poſt tēpora Hieronymi, atq; Sophronij in Eccleſiā irruperunt.] Hæc Baronius. Cæterùm non propterea ab Hieronymi legitimis ſcriptis ſermonem remouendum ego arbitror. Quandoquidem, licet in eo, eaipſa dogmata, quæ aliquantò poſt, Neſtorius quidem circa Chriſti Domini annum quadringenteſimū quadrageſimū, & Euthyches circa quadringenteſimū quinquageſimū inuulgarunt, refellantur: non propterea de illis ibidem neceſſario Hieronymum ſpeciatim intelligendum eſſe cōſequitur: quoniam alibi etiā in certiſſimis eius ſcriptis, eædem blaſphemiæ multò ante, quā eorum vterq; prodiret, aut inſurgeret reiectæ leguntur. In Chriſto vnam tantùm, non duas eſſe perſonas (perinde ac Neſtorius impie iactabat) idem ſæpius, in Iſaiæ præſertim quinquageſimumquintum & docet, in eulex dicens: [Ergo quoniam de eo (Chriſto ſcilicet) loquitur (Apoſtolus nimirum:) Eph. 1. Qui in principio apud Deum erat Deus Verbum, appellatur Pater gloriæ (Chriſtus videlicet): Io. 8. Quando autem de eo, qui dicit in Euangelio: Quid me perſequimini hominē, qui veritatem vobis loquor, vocatur Deus Domini noſtri Ieſu Chriſti: Non quòd alter ſit (qui multorum error peſſimus eſt,) ſed quòd vnus atq; idem filius Dei, nunc diuinitatis ſuæ glorię, nunc noſtræ naturæ, quam ſuſcipere dignatus eſt, loquatur affectibus.] Et in Hieremiæ caput ſextum decimum, poſt multa concludit. [Non quòd diuidamus Perſonas, (vt impij faciunt,) ſed quòd vnus atq; idem filius Dei, nunc iuxta carnem, nunc iuxta verbum loquatur Dei.] Idem dogma latius ſuper Epiſtolam ad Titum, capite ſecundo, atq; etiam alibi conuincit. Euthychetis pariter vnam tantùm in Chriſto perſonam, & vnam naturam aſſerentis hęreſim ſimul inſectatari ſępius viſus eſt, dum nunc Hebionis, & Photini peruerſum dogma, quo Chriſtum hominem tantùm contendebāt execratus eſt: duas vtiq; ſemper in Chriſto perfectas, integraſq; fuiſſe ſubſtantias, deitatem nempe, & humanitatem concludens. Non ideo igitur adulterinus Hieronymi hic ſermo cenſendus eſt, quòd in eo blaſphemiæ, quas poſtmodum Neſtorius, & Euthyches prędicarunt, eliminantur; quoniā & illaſmet alibi etiam fuiſſe ab eodem Hieronymo multò ante ſatis, ſuperq; confutatas conſtat: ſed idcircò tanquàm legitimus, & verus, & certus ad cęterorum eius ſcriptorum ordinem, atq; catalogum eſt admittendus, quòd ad veritatem hanc ipſam cōuincendam haud leuia in promptu ſint argumenta. Deniq; Hebraici ſermonis peritiam, cuius omnino Sophronius expers fuit) ſermonis auctor habuiſſe ex his probatur, quæ in explicatione dictionis [Spiritus] afferuntur. Tu ea videas, quæ plenius capite decimotertio, numero vigeſimo quarto diſputata ſunt. Lucubrationis huiuſce annus, trecenteſimus Chriſti nonageſimus tertius aptè mihi numerandus videtur, cùm eo potiſſimū tempore (extructo iam ſacratum Virginum cœnobio) in vnum ſimul omnes Summo bonorum omnium Largitori honorem præſtarent.

11 *Scientes fratres dilectiſſimi.* Nunc Auguſtino, nunc Hieronymo Dieguus Payua, li-

A bro quinto contra Kemnitium pro defensione Sacri Concilij Tridentini sermonem adscribit. Elegans certe is est, & in verborum, sententiarumq; comprehensionibus, & traductionibus Augustini stylo proximus.

12 *Parentum meritis subnixus.* Ab Tertulliani stylo haud dissimilis.

13 *Sufficere quidem fidei.* Quòd Epistolæ titulus in quibusdam codicibus varietatem faciat;(Damaso enim in quibusdam inscribitur, in quibusdam Rustico Narbonensi: In aliquibus præterea libris mutila, in aliquibus integra circunferatur) eam propterea suppositiitiam suspicatus est Victorius, & alij eum secuti.
B Verùm illam tanquam germanam Sanctus Thomas in Summa Theologica, Gratianus in Decretis, Magister sententiarum in sententijs, & passim postremi, & doctissimi Iuris Canonici emendatores allegant: Quibus ratio quoq; temporis adstipulatur, cùm Hieronymi ætate, tres potissimùm eiusdem nominis Rustici claruisse legantur: videlicet Rusticus Aruernensis, Rusticus Lugdunensis, & Rusticus Narbonensis, Episcopi omnes. Hic ergo idem putatur, ad quem adolescentem Epistola quarta, ad Monachatum exhortatoria extat.

14 *Quantam in cœlestibus.* In quibusdam
C exemplaribus prænotatur Epistola:[Virginitatis laus ad Mauritij filiam,] in quibusdam verò [Ad Mauritiũ filiam,] in alijs [Ad Mauri filiã.] Ceterùm Hieronymi esse suppositiã,(si Mauritij numine, eiusdem æquè nominis Mauritius Imperator accipiatur) illud apertè prodit, quòd is circa Domini annum quingentesimũ nonagesimum imperauit.

15 *Omnipotens Deus Pater.* Dissimilis valde tum in eruditione, tũ in sermone ab illis Epistola est, quę alibi fusìm Hieronymus, de ipsismet Deo attributis scripsit. Et quidẽ alibi in ipsis attributis explicandis(perinde ac legenti liquet) sæpissime Græca, aliquando etiam
D hebraica interponitur elocutio, hic verò, idiomatum notitia penitus ignoratur.

16 *Credimus in vnum Deum.* Damasi prænotatur titulo;(si tamen Damasi est, cùm eius scripta, de quibus Hieronymus in libro Scriptorũ meminit, interijsse compertũ sit.) Damasi nunc certa scripta sunt quædam Epistolæ, quarum aliquæ sunt inter Epistolas Hieronymi, aliquæ in historia Theodoreti, tum libro secundo, capite vigesimo secundo, tum libro quinto, capite decimo, & vndecimo.

17 *Credimus in Deum Patrem.* Quanuis Sanctus Thomas, Magisterq; sententiarum nonnunquam hanc Symboli ad Damasum explanationem sub Hieronymi nomine protulerint; Reuera tamen Hieronymi non esse, sed E
Pelagij, non quidem ad Damasum, sed ad Innocentium Papam, Sanctus Augustinus libro de gratia Christi, capite trigesimo, trigesimo primo, trigesimo secundo, & trigesimo tertio: Libro item de peccato originali, capite sexto, ac septimo testatur. Porrò eiusdem quoq; Pelagij confessionis verba Augustinus allegãs, ea ipsa ibi esse deprehenduntur, quæ & in hac fidei explanatione. Accedit ad hæc, & Vaticani codicis, Zosimi Papæ litteras ad Africanus Episcopos, eiusdẽ Pelagij occasione transmissas continentis testimoniũ. Quandoquidẽ de verbo ad verbum, hæc ipsa Symboli confessio sub eiusmodi titulo in eo legitur, videlicet. [Libellus fidei Pellagij ad Innocentium F
com Epistola transmissus. Credimus in Deũ Patrem,] cum reliquis quæ hic habentur. Qui etiam eodem a Baronio Tomo quinto Annaliũ suorum, sub Christi anno quadringentesimo decimo septimo allegatur. Illud verò hoc loco haud prætereundum est: quòd quanuis fidei libellum Pelagij esse dicamus, non ideo tamen quidpiam contra fidem Catholicã continere; quin potius vti Catholicũ a Sanctis Patribus, Romanoq; tunc temporis Pontifice fuisse receptum, fatemur. Hæreticorum autem in hoc versutia reuelatur, qui vt Christi Ecclesiam licentius inuaderent, sub ouina interdum G
pelle intrinsecam luporum rabiem contegere consueuerunt.

18 *Credimus in vnum Deum Patrem.* Certè Hieronymi verba ad Marcum Celedensem Presbyterũ Epistola septuagesima septima examinans, nimirũ: [De fide autem, quam dignatus es scribere, S. Cyrillo dedi cõscriptam fidẽ: qui sic non credit, alienus a Christo est] primo arbitratus sum aspectu, explanationem hanc Hieronymo tribuendam; præsertim, cùm & personæ, cui inscribitur consentiat nomen, & inter eiusdem opera conputetur. Attamen ipsam attentius circunspiciens, neq; Hieronymi, neq; Latini hominis, sed Græci potius esse co- H
gor affirmare. Quandoquidem, cùm Hieronymus a Patre & Filio, tanquam ab vno principio Spiritum sanctum procedere semper docuerit, & prædicarit; (secundo Tomo, libro secundo aduersus Pelagianos, capite sexto: Tertio Tomo, Epistola centesima quinquagesima ad Hedibiam, quæstione nona: & Tomo quarto in Isaiæ caput quadragesimum octauum circa finẽ:) Hæc verò fidei cõfessio sub Patris spirationem commemoret hisce verbis [Credo in Spiritum sanctum, qui de Patre procedit propriè, & Deus est verus sicut filius,] quę confessio Græcorum Patrum fuit, non Latinorum: Hinc est quòd, neq; Hieronymum, neq;

Latinum

A Latinum quempiam alium illius auctorem ar-
bitrer.

Mihi quidem fideliſſime. Rufinum Aquile-
ienſem Præsbyterum, & Hieronymi hoſtem
acerrimum hæc fidei cõfeſsio, atq; explanatio,
ſui initio prodit auctorem, cuius & Gennadius
in Catalogo ſcriptorum ita meminit: [Proprio
autem labore, imo gratiæ Dei dono, expoſuit
idem Rufinus Symbolum, vt in eius compara-
tione, alij non expoſuiſſe credantur. Verùm
nil mirum, ſi Gennadius vtrunq; & Rufinum,
& hanc illi fidei adſcriptam explanationem
tantis attollat laudibus, cùm is eodem hæreſis
morbo, quo & idem Rufinus, ſcriptorum iudi-
B cio laborauerit, & in eiuſdem Rufini partes plus
æquo propenſior fuerit. Porrò, quanuis Rufi-
num a recta deinceps fide defeciſſe contigerit,
non propterea illius; (ſi tamen eius hæc fidei
confeſſio eſt, cùm & Sancto Cypriano Cartha-
ginenſi Epiſcopo tribuatur, interq; eius opera
impreſſa circunferatur) ſuſpecta cenſenda:
quin potius illi, vti piæ, atq; Catholicæ applau-
dendum eſt. Cæterùm de eadem capite deci-
mo octauo pluribus actum eſt.

19 *Nulla res (vetus inquit Comicus.)* Quo-
niam vno, vel altero Epiſtolæ huius ſententia
haud explicari verbo poteſt, ad eiuſdem nũc
paulo diligentius examen incunbendum.

C

De Auctore Epiſtolæ ad Præſidium.

CONTROVERSIA XXX.

CVr Victorius hanc Epiſtolam a germanis
diſcreuerit, hactenus non habeo: niſi id
ab eo inconſultò præſtitum affirmem. Quòd
ne caſu enuntiare videar, ex temporis ratione,
loco, auctoris profeſſione, phraſis eruditioniſq;
nitore, & toto ipſius Epiſtolæ argumento aſſer-
tum comprobo. Et quidem temporis inprimis
ratio congruit Hieronymo, cùm in ipſa Epiſto-
la Valentiniani ac Valentis fratrum obitus, pe-
D rinde ac recentis euentus mentio coincidat.
Porrò, quis neſciat vtriuſq; e vita diſceſſum:
Valẽtiniani quidẽ anno Domini trecẽteſimo ſe-
ptuageſimo quinto, Valentis verò trigeſimo ſe-
ptuageſimo nono accidiſſe? Meminit præterea
Illyrij, ac Thraciæ a Barbaris illata ſtrage, quam
paſsìm in ſuis Hieronymus deplorat operibus.
Vide eiuſdem Commentarios, in caput primũ
Sophoniæ, in caput quartum Oſeæ, & Epiſto-
lam tertiam ad Heliodorum. Subijcit mox
Epiſtola Gratiani Principis interitum hiſce
verbis: [Necdum annus completus eſt, quo
Principem Gratianum, prodente exercitu ſuo
ante fœda captiuitas, de hinc miſerabilior op-
preſſit interitus] Quæ eadem cum illis ſunt,
E quę ipſe in tertia Epiſtola ad Heliodorũ ſcrip-
tis proſequitur, videlicet: [Gratianus ab exer-
citu ſuo proditus, & ab obuijs Vrbibus non re-
ceptus ludibrio hoſti fuit, cruentęq; manus ve-
ſtigia parietes tui Lugdune teſtantur.] Ex qui-
bus, cùm nec dum annum ab eiuſdem Gratiani
obitu completum fuiſſe elapſum prodat, Epi-
ſtolę etiam quo conſcripta eſt tempus habetur:
Chriſti nimirum trecenteſimus octogeſimus
tertius: quo pariter Romam ipſummet
Hieronymum a Damaſo euocatum, tam ex
proprijs eius ſcriptis, tum ex Eccleſiaſticis hi-
ſtorijs alibi oſtendimus; capite videlicet deci-
mo tertio, initio, & capite decimo quarto, initio.
F Locus ſecundò Hieronymum declarat aucto-
rem, cùm in Oriente ſe ſcriptam prodat Epi-
ſtola, fuiſſe nanq; Orientem illis potiſſimum
temporibus Monachorum ſolum, nemo ex an-
tiquitatis monumentis ignorat. Non contra-
dicit tertiò auctoris profeſsio, quia ſe Monachũ
idem pluribus apertè fatetur. Et quod de ca-
pillorum tonſura, atq; raſura in has habetur,
videlicet [Tu ſi paululum, vt nos ſolemus fa-
cere ruſticani capillum vſq; ad cutem perſecue-
tis, riſum prębebis omnibus] Illi manifeſto ad-
ſtipulatur, quod in Ezechielis quadrageſimum
quartum aſſeritur: [Raſa capita habet ſuperſti-
G tio Gentilis: Verùm nos nequaquam hoc fine
raſuram patimur, ſed quam ad luctus perma-
ximi iuxta veterem conſuetudinem indiciũ,
pro noſtris, ac veſtris criminibus Deus eſt mi-
natus, ſpontè præaſſumimus, vt præueniendo,
raſuram euadamus æternam.] Eruditionis
item, ac phraſis nitor ipſum quartò Hierony-
mum probat, quia vnus atq; idem in hac ipſa
Epiſtola, ac in cæteris legitimis eius ſcriptis ex
mutua collatione dignoſcitur. Vnde & in il-
lius exordio ſe Quintiliani, atq; Virgilij operi-
bus ita verſatũ oſtẽdit, vt Hieronymus omnino
auctor credendus ſit, quippe qui in Gentiliũ
H libris peruoluendis, ac Quintiliani præſertim
plurimum ſtudij, atq; laboris ſe inſumpſiſſe
profiteatur, Epiſtola quarta ad Ruſticum Mo-
nachum: in prologo Danielis, & alibi. Quinto
totum Epiſtolæ huius argumentum a certis,
germaniſq; eius Epiſtolis, ac a prima potiſſimũ
ad Heliodorum ne in puncto quidem diſtat,
quod vt tu quoq; Iudex decernas, paucula quę
ſubdidi conferre ne graueris. Ad Heliodorum
Epiſtola prima ſcribitur. [Quotieſcunq; illuc
cogitatione conſcenderis (ideſt in Paradiſum)
toties in eremo non eris:] In hac verò ad Præ-
ſidium [In Paradiſum mente conſcendens, toties
in terra non eris, quoties terram deſpexeris.]
Ad Heliodorum: [licet ſparſo crine, & ſciſſis
veſtibus vbera, quibus te nutrierat mater oſten-
dat: licet in limine iaceat: per calcatum perge

patrem

A patrem.] In hac [Quod si exire cupienti mater obsistit in limine, loquere ei verbis Domini: Mater mea,& fratres mei sunt,qui fecerint voluntatem patris mei.] Ad Heliodorum [O desertum Christi floribus vernans: O solitudo, in qua illi nascuntur lapides, de quibus in Apocalypsi ciuitas magni regis extruitur,] In hac:[Quanti ibi flores? quàm Spiritualibus gemmis prata vernantia?] Ad Marcellam Epistola decima septima dicitur:[Ambitio (in Vrbibus scilicet) potentia,magnitudo vrbis,videri & videre, salutari & salutare, & detrahere, vel audire, vel proloqui, & tantam hominum frequentiam, saltem inuitum videre, a proposito Monachorum,& quiete aliena sūt,] In hac: B [Hæc & istiusmodi, cùm vitam in Vrbibus lacerent bonam,quid facies frater in medio? aut vitijs, aut anathemati colla submittes. Prætermitto crebras salutationes,obsequia matronarum, variasq; illecebras,quibus etiam rigidissimi animi emolliuntur.] Quod ne longior sim, singula huius ad Præsidium Epistolæ verba,ad eum vsq; locum,vbi dicitur.[Pellicani eum suos a serpente filios &c.] Hieronymum omnino loquentem exprimunt. Cætera ab allegatis nuper verbis vsq; ad finem, nec Hieronymi sunt, nec cum ipsa Epistola cohærent, quæ sui ipsius conclusionem in proximè superioribus C manifestè prodit: hisce videlicet: [Plura cùm scribero vellem &c.] Fragmentum autem inter eiusdem Hieronymi scripta deprehensum, ne diuagans interiret, ab antiquarijs huic perperàm Epistolæ aliquando adnexum est; atq; ita progressu temporis, vnum cum eadem creditū est, cùm tamen reuera nihil cum ea habeat.

Deniq; ,cùm hactenus allata omnia: temporis nimirum ratio; locus; auctoris professio: eruditionis, ac phrasis splendor,totumq; Epistolę argumentum,nec non verba penè singula Hieronymum præseferant auctorem: Habeatur insuper ipsiusmet Hieronymi indubitatissimū, atq; certissimum ex Epistola nonagesima octa- D ua:[Anno præterito]de arctissimo cum eodem Præsidio necessitudinis vinculo testimonium. Accedat deniq; æquè Augustini Epistola,apud Hieronymum nonagesima quinta:[Sicut præsens] amicitiā inter vtrunq; manifestissimè explicans: Huiusmodi,inquā omnia,hanc quoq; Tomi noni Epistolam & Hieronymi germanā conuincunt, & eiusdem Præsidij ipsummet Hieronymum ad Monachatum fuisse promotorem, atq; deinceps Patrem in Bethlehemitico cœnobio, satis superq; comprobant. Hæc sunt, quibus ab Hieronymo Epistolam iniustè ablatam,eidem restituendam, Petro Mariæ Campo,communis patriæ memorabilium rerū scriptori acuratissimo aliàs respondi.

20 Superiore Epistola. Dissidebāt in inscrip- E tione antiqua olim inter se manuscripta exemplaria,in quibusdam enim Terentia,in quibusdam Therasia scribebatur. Fuit eiusdem nominis Paulini Nolani quondam vxor, tum sanctitate, tum demum Monastica professione celebris, (de qua & apud Hieronymum Epistola decima tertia.) Quod si quis ad hanc ipsam, scriptam Epistolam contendat,præter styli germanitatem, temporis quoq; ratio, Maximo Taurinensi Episcopo congruere certò sciat.

21 Lectis litteris tuis. Noui Theophilum Episcopum Alexandrinum de celebratione pariter Paschæ libros, quos idem Sanctus Hieronymus de Græco trāstulit in Latinum edidisse. F Verùm hunc ab eo omninò disparem esse, declarat Sanctorum Patrum Bibliotheca, dum adamussim eiusmodi Theophili scripta libro tertio percenset. Hinc libelli Hieronymus auctor negatur, quòd in eo ex aliorum doctrina Paschæ,atq; Hiericho interpretationes afferantur. Augustini autem lucubrationem esse communis sententia est, quæ & ideireò mihi probatur, quòd illius auctor[redacted] se Africanum ostendat, dum hęc habet: [ad mouendum piè animum, & accendendum diuinæ lectionis affectum varia consuetudo est: Et pleraq; Ecclesiæ membra pignora sunt: Ita vt Donatistæ nos reprehendant, quòd sobriè psallimus in G Ecclesia diuina cantica Prophetarum.

22 Puto leuius esse crimen. Obiurgationis huius arbitrati sunt nonnulli Tertullianum auctorem, alij Augustinum; quidam verò sub incerto eandem reliquerunt. Sed quidquid sit Epistola elegans valde est, ac erudita. De eodem argumento habetur apud ipsummet Hieronymum Tomo primo, Epistola altera, in ordine quadragesima octaua.

23 Nisi vererer, Beatissime Frater. Paulino Nolano tribuitur,quamuis in catalogo scriptorum eius haud adnotetur. Porrò quòd in Euagrium inscribatur,alterum ab eo intelligas, qui Antiochenæ tenuit sedem Ecclesię; is enim H pius æquè,ac eruditus fuit. De eodem capite quarto, & septimo.

24 Et si ignotus tibi sim facie. Eiusdem argumenti altera extat Tomo primo, in ordine trigesima quinta Epistola, cuius & exordium idem fermè est; eademq; a coniugio contrahendo verba auocantia, nec non eędem pro contemnendis opibus argumenta. Hoc tantū præsentis Epistolæ Hieronymū negare mihi videtur auctorē, quòd nonnullis minus interdū Latinis vocibus ipsamet respergatur: cuiusmodi sunt, secutor: seruiri, & similia. Vide Animaduersionem in pręallegatā primi Tomi trigesimam quintam Epistolam. Consentiunt

omnes

omnes Paulini eſſe, & iam cum cæteris eius ſcriptis impreſſa circunfertur.

25 Hæc ſunt verba, quæ locutus. Incerti auctoris, & quidem neoterici creditur. Diſſidere autem a Hieronymi peritia ex eo expreſſè deducitur, quòd aliter hebraica quædam nomina, quàm idem interpretatur Hieronymus, exponit. Verbi gratia hìc auctor Azeroth interpretatur Villam: Hieronymus verò, atria ſeu veſtibula. Hìc manna album ſignificare dicitur: apud Hieronymum, Quid eſt hoc? Hic Tophel exponitur ſtultitia, apud Hieronymum verò, Achitophel (quod idem eſt ac Tophel, vt videre apud Pagninum eſt de hebraicis nominibus) frater meus cadens, ſiuè irruens: vel frater meus cogitans, ſiue tractãs vertitur. Deniq; ſaliuam non ſapit Hieronymi,

26 Omne Pſalterium. Fragmentum myſticæ huius explanationis in pſalmum quadrageſimum primum alium ab Hieronymo ex eo præſefert auctorem, quòd in ipſo [Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum] legatur: Hieronymus vero ad fortem viuum, ſioè fortiſſimum, Vel Deum viuentem]ex Hebræo vertit. Vidiſſe tamen illum Hieronymi ſcripta hinc declaratur, quòd ex eis quædam accipiat, preſertim vero, quæ in tituli expoſitione (vt cætera omittam) enarrat. Tu vide Hieronymum in expoſitione Pſalmi octogeſimi tertij, & eadem cum his eſſe comperies, quæ in huius fragmenti exordio afferuntur.

27 In omni pſalmo. Eiuſdem auctoris fruſtum æquè iſtud myſticæ explanationis eſt, & Hieronymi ſententiam in translatione verborum [O Domine ſaluum me fac] pro quibus in Hebræo, Oſianna legi affirmat, ſequitur. Vide Epiſtolam centeſimam quadrageſimam quintam ad Damaſum Papam, paulò poſt initium.

28 Cogor a te, vt tibi Dardane. Diſtat valde ab eruditione & ſtylo Hieronymi. Sed neq; figuraliter: Spiritualiter; & his ſimilia, quæ in Epiſtola habentur dictiones Hieronymo communes ſunt.

29 Exulta cælum, & in letitia eſto terra. Nihil, ſiuè hic, ſiuè ſequentes reſipiunt Hieronymi pectoris ſermones. Eorum verò ſingulos diuinare velle auctores, difficillimum.

30 Hodie verus Sol. Leonis Papę, vel Maximi Taurinenſis Epiſcopi ſermonem eſſe ſuſpicatur Cornelius Schultingius. Sed reuera neq; dicendi ratio, neq; orationis circuitus ipſum Leonem, quin potius Diuum Fulgentiũ, exhibent.

31 Dies Epiphaniorum. Incertus.

32 Quomodo miles sẽper exercetur. Incertus.

33 Hodie fratres chariſſimi. Incertus.

34 Non queo Fratres chariſſimi. Incertus.

35 Sæpiſſimo rogatu. De hoc Baronij accipe ſententiam ex Annotationibus ad Martyrologium Romanum acceptam: Fertur (inquit) apocrypha ſcriptura, & meritò in angulum reiecta nomine Sancti Hieronymi ad Euſtochiũ de Vinculis B. Petri, qua mendax auctor teſtatur eiuſmodi vinculorum ſolemnitatem a a Silueſtro Papa ex Conſtantini decreto ſtatutam: quæ quidem ſcriptio, cùm nullius priſcorum auctorum teſtimonio fulciatur, & firmæ auctoritates contrarium perſuadeant, ab omnibus inprobatur.] Hæc ille. Porrò præſentis ſermonis vanitas in eo detegitur, quòd non ante pręfatæ Petri catenæ repertæ ſunt, quàm Eudocia Hieroſolymam Roma pergeret: perexiſſe autem illam quadringenteſimo trigeſimo ſexto, vel ſequenti Chriſti anno, auctor Euagrius eſt libro primo, capite vigeſimo. Id quod & ex Socrate, Marcellino, alijſq; comprobatur.

36 Dignum eſt fratres. Multa more ſuo fuſè De vigilijs diſſeruit Hieronymus in libris preſertim aduerſus Vigilantium, vt propterea opus illi non fuerit de eodem argumento plura repetere. Sermo tamen eruditus eſt, etiamſi lepore, ac Hieronymiani venuſtate non affluat,

37 Qui Æthiopem inuitat ad balneas. Illegitima proculdubio hæc ad Pammachiũ, & Oceanum inſcriptio eſt. Qui enim fieri poteſt, vt quos ſemper, tamquam veros mundi contemptores, Chriſtiq; inuictos athletas ſuis extulit ſcriptis, nunc eoſdem, vitiorum mole grauatos increpet.

38 Ad te ſuſpiro hominem. Incerti, ac vix Latini hominis.

39 Admirabile diuina. Adeo balbutit vt Iouiniani eam crediderint Cornelius. Ex his autem compacta cenſetur, quæ ipſemet Hieronymus ex eiuſdem Commentarijs (de quibus capite decimo ſeptimo) recenſuit.

40 Omnium quidem de ſcripturis. Inter S. Ioannis Chryſoſtomi opera (referente Cornelio) reperitur. At quòd neq; Ioannis Chryſoſtomi, neq; Hieronymi, neq; cuiuſpiam ſcriptoris Catholici ea ſit, Bellarmini iudiciũ eſt. Pelagium autem ideo illius auctorem eſſe, vel eius ſectatorem pro certo tenet. Et reuera Bellarmini ego cenſura admonitus, Pelagium in ea loquentem audire videor. Quandoquidem liberum arbitrium auctor ſic attollit, vt munus a Deo homini datum illud afferat: mox eius vſu (nulla diuinę gratię habita ratione, vel mentione) ſa-

A luris idipsum causam inserat. Tertio, veniam absolutè peccatoribus dari ex mercede sudoris, & digna pœnitentia (non ex gratia & misericordia) in calce concludat. E
Atq; hæc de prima Epistolarum serie.

In secunda serie sunt proprios auctores suis titulis præferentia.

41 *Paulinus Sebastiano eremita.*
Mariani Victory Episcopi Reatini præmonitio ad lectorem de Apologia pro Origene, in qua ostenditur illum non Pamphili martyris, sed Eusebij Cesariensis esse.
In Apologiam Eusebij Cæsariensis, falsò Pāphilo adscriptam pro Origene Rufini ad Macharium proœmium. B
Apologia Eusebij Cæsariensis pro Origene, Rufino interprete, falsò Pamphilo martyri adscripta, quindecim capita continens.
Rufini liber De adulteratione librorum Origenis ad Macarium duo capita continens.
Prologus Rufini in Periarchon Origenis ad Macharium duo capita continens.
42 *Rufini ad Anastasium Vrbis Romæ Episcopum Apologia pro fide sua.*
43 *Anastasij Romani Episcopi ad Ioannem Hierosolymitanum Episcopum de Rufino sententia*
Rufini Aquileiensis in S. Hieronymum Inuectiuarum libri duo.
44 *Augustinus Hieronymo de eo, quod scriptum est: Qui totam legem seruauerit &c.*
45 *Augustinus Hieronymo De ratione animæ.*
46 *Augustinus ad Optatum Episcopum Mileuitanum De origine animarum.*
47 *Augustini homilia De Pastoribus.*
48 *Valerius Rufino, ne ducat vxorem.* F
Gennadij Illustrium virorum Catalogus.
Martini quinti Pōtificis Regula monachorum approbatio.
Regula Monachorum Sancti Hieronymi ex scriptis eiusdem per Lupum de Olmeto collecta, capita triginta duo continens.
Dialogus sub nomine Hieronymi & Augustini ex vtrinsq; scriptis ab incerto auctore de origine animarum collectus.
De Corpore, & sanguine Christi Homilia incerto auctore.
Homilia super Euangelium Matthæi: Quis vestrum habebit amicum &c.

C G

ANIMADVERSIONES.

41 S*ancto, & merito.* Iure Paulini Nolani nomine inscribitur, cùm eius & sit, & inter eius opera impressa legatur.

Mariani Victorij &c. In primam huius voluminis. De eodem argumento tu vide in superiori opere caput decimum octauum, numero decimo.

In Apologiam Eusebij &c. Cognoscendæ veritatis. Mentitur apertè Rufinus in hoc proœmio Apologiam pro Origene Eusebij Cæsariensis olim Arriani Episcopi, Sancto Pamphi-
D lo Martyri tribuens; singulorum tu causas Lector inquire capite decimo octauo, numero quinto. Tentauit nanq; Rufinus in Apologiæ huius translatione, atq; inscriptione, quod & quamplurimi post eum hæretici, Caluinusq; præsertim, qui Institutiones suas, primò sub Alcuini, Caroli Magni præceptoris nomine edidit, vt sub Catholici patris conficto nomine proprias blasphemias plausibiliꝰ omnibus exhiberet. De Machario eiusdem Rufini discipulo, cui opus dedicatur; alibi.

Apologia Eusebij &c. Nihil mirum fratres. Non moueat quempiam, quòd sub Pamphili Martyris nomine opus aliquando editum, & & eiusdem Martyris ab Hieronymo primùm creditum sit; de eoq; propterea idem Hieronymus meminerit in Libro de Scriptoribus, sub Pamphilo; Enimuerò deceptus ex falsó illi a Rufino affixo titulo, verè Pamhili (eo minime inspecto) germanum putauit; at cōtrouersijs de fide inter eos exortis, intimiusq; rebꝰ ipsis ex Græcorum bibliotheca mutuo acceptis, tunc protinus & certum eiusdem Apologiæ auctoris nomen (Eusebij nimirum,) & Translatoris (Rufini videlicet) perfidia, quam toto declarauit Hieronymus orbi, reuelata est. Atq; vt Eusebij, Panphili dicti, Episcopi Cæsariensis vitæ professionem agnoscas, Arrianæ impietatis assertorem, & præceptorem eum scias. H
Origeni præterea adeo addictus fuit, vt idcirco libri eius De Ecclesiastica historia a Gelasio inter apocryphas scripturas reiecti sint, quòd nimirum eundem Origenem nimis celebrarit, Hæresis labe pollutum illum Sanctus Athanasius, libro de Decretis Nicenæ Synodi vocat: Sanctus Hieronymus in vtroq; libro aduersus Rufinum, non hæreticum tantùm Arrianum, sed Arrianorum Principem, ac signiferum sugillat, Deniq; septima Synodus, Actorum quinto eiusdem, tanquam Arriani omnino tollit auctoritatem,

A *Rufini liber de Adulteratione &c. In his qua*
in superiori. Quæ aduersus libri huius delira-
menta Hieronymus scripserit, decimo octauo
capite, numero nono proferuntur.

Prologus Rufini. Scio quamplurimos fratrum.
Attollit in hoc Rufinus omni laudum genere
Hieronymum, at qua versutia explicatur ca-
pite decimo quinto, numero vigesimo sexto.

Fragmentum librorum periarchon. Omnes
qui credunt. De integro volumine agitur ca-
pite decimo quinto, numero vigesimo septi-
mo extat nunc inter Origenis opera primo To
mo libris quatuor distinctum, illudq́; non Ru-
fini, sed Hieronymi translatione creditur elucu
B bratum; maximè cùm translatum a Rufino
vbiq; terrarum protinus damnatum sit.

42 *Audiui quosdam*. Tu eam nunc sur-
sum, nunc deorsum versam, & ad Herculeum
lapidem probatam vide libro secundo Apolo-
giæ Hieronymi aduersus eundem Rufinum,
capite primo, secundo, tertio, & quarto. Scrip-
ta probatur anno Christi quadringentesimo
primo, cùm antea idem Rufinus ab Anastasio
Summo Pontifice ad dicendam causam Romã
euocatus venire contempsit.

43 *Probatæ quidem affectionis*. Confictam
hanc ab Hieronymo Epistolam iactare per Ori
entem consueuit Rufinus. De ea capite deci-
C mo octauo, numero quinto. Hanc ipsam S.
Pontifex Christi anno quadringentesimo se-
cundo ideo dedit Epistolam, quò litteris Ioan-
nis Hierosolymorum Episcopi de causa Rufini
interpellantis occurreret. Quòd verò in ea Io-
annes ipse, a nobis vbiq; hæreticus, atq; Orige
nista iusto titulo sugillatus, summis efferatur
præconijs, non moueat quempiam. Eiusmodi
enim, vel meliori is tunc frugi redditur, vel Ca
tholicæ saltem fidei exterius delineatus, etiãsi
Origenis errores nutriret in pectore, conpro-
batur, Idipsum, & Baronius sub anno Christi
quadringentesimo secundo,

Rufini Inuectiuarum &c. Perlegi scripta tua
D *Aproniane*. Tres primùm Rufinus libros
edidit, sed tertius interijt. De eisdem capite
decimo octauo, numero quinto, vbi & Rufini
eiusdem miserabilis vitæ exitus aperitur. Con-
signatum alibi opus est anno Christi quadrin-
gentesimo,

44 *Quod ad te scripsi*. Habetur Epistola
Tomo secundo operum eiusdem, in ordine vi-
gesima nona. De ea capite vigesimo, numero
septimo. Datam verò eandem post sequentẽ
protinus intelliget, qui ad eius exordium at-
tendet; memoratur enim hæc in eo; Quo fit
vt nisi eo ipso anno quo & sequens, proximè
saltem sequenti scripta probetur Epistola.

45 *Deum nostrum, qui nos vocauit*. Extat
apud eundem Tomo secundo in ordine vige- E
sima octaua. Eius item mentio habetur capi-
te vigesimo, numero septimo. Tunc exarata
Epistola ex eius exordio habetur, cum Orosius
in Palæstinam profectus est. Numeratus eius-
modi annus alibi a Christo est quadringentesi-
mus decimus quartus.

46 *Quamuis tua Sanctitatis*. Cùm hæc ad
Optatum Epistola ante relatis modò ad Hiero-
nymum Epistolis posterior fuerit, (vti etiam ex
contentis in ipsa patet, in quibus & illarum,
& Hieronymi mentio habetur) non satis video,
quomodo æquè temporum rationi eius consen
tiat titulus. Quandoquidem, si illud verum
est, vti verissimum esse ex Hieronymi, Augu- F
stiniq́; sententia Baronius in Annalibus cõpro-
bat: Optatũ nimirũ primos vix Damasi annos
attigisse, (Christi videlicet trecẽtesimum sexa-
gesimũ octauũ) & ante relatas ad Hieronymũ
Epistolas, (post quas & hæc ad eundem Optatũ
data fuit) circa Domini annum quadringen-
tesimum decimum quartum conscscriptas fuis
se; Necessariò ex hac temporum supputatione
sequitur, vel Augustini non esse Epistolã, quòd
veritati minimè adstipulatur; vel saltem titu-
lum illius, (quod rationi magis consentaneum
est) errore Librariorum deprauatum fuisse:
Ita vt pro Optato, Seuerus, vel Eradius, quorũ G
vterq; post eũdem Mileuetanam sedem tenuit;
& de quibus sæpius idem ipse Augustinus me-
minit, restituendus sit. Agit de Hieronymo
Epistola illis verbis: [Scripsi ad eum (Hierony-
mum videlicet) non breuem librum, consulens
eum, & petens vt prius me doceat; & tunc ad
me mittat quos doceam. Qui liber meus non
doctoris, sed inquisitoris & potius discere cu-
pientis apud me legi potest &c.]

47 *Spes tota nostra*. Habetur inter Augustini
opera, de qua & Possidius in Indiculo, vt prop-
terea de auctore non supersit dubitandi locus.

48 *Loqui prohibeor, & tacere non possum*. H
Incognitus adhuc huius auctor est, cùm nullius
eius nominis scripta in Ecclesiasticorum serie
auctorum recenseatur.

Gennadij Illustrium virorum Catalogus.
Iacobus Presbyter. Maleuolum pariter, & in-
peritum, se in opere auctor ostendit, dum Ru-
finum, nullo pacto cum Hieronymo comparan
dum illi præfert, & eundem in ipsummet Rufi-
num inuidię stimulo concitatum ingenium agi
tauisse scribit. Illum Baronius Tomo quinto
Annalium hæresis macula respersum sępius
inclamat, atq; damnat. Et quidem meritò;
fuit enim hæreticus, perinde ac passim in hoc
ipso opere explicatur, præsertim capite tertio,
in Euagrio: Vnde nec mirum, si Euagrium Mo
nachum Ponticum, hiperboritam dictũ, toties

Hiero-

A Hierooymi, & aliorum Saoctorum Patrum testimonio Origeoistam, Origenistarumq; principem appellatum tantis efferat preconijs, vt eundem virtutibus ac signis pollentem temere andeat affirmare. Quot quot insuper Sanctorum Patrum, aduersus Ioaonem Hierosolymitanum Episcopum, æquè Origenistam calamos exacuerunt, obtrectatorum nomine sugillat omnes. Deniq; Cassianum, & Faustum Semipelagiaoos hæreticos celebrat, & Saoctũ Prosperum, quem ex dono Dei contra Pelagium dimicasse omnibus compertissimum est, deprimit.

Martini V. Pontificis &c. Et si pro cunctarũ.
B Habetur hæc ipsa libro tertio, de Origine Ordinis nostri. Et licet opus nec dum in lucem prodierit, illud tamen absolutis quibusdam aliorum studiorum occupationibus, si Domious vitam dederit, certò cudere intendimus. At non solùm præfatus Pontifex hoc diplomate Monachalem Hieronymi Regulam (de qua mox) approbauit, sed altero quoq;, sequenti videlicet, anno Christi millesimo quadringentesimo trigesimo, sub die decima mensis Iulij communiuit. Extat & ipsũ loco citato, in ordine decimũ quartũ.

Regula Monachorum &c. Fratres charissimi. Quod de [Olieto] in titulo scribitur [de Olmeto] restituendum est. E Is enim Hispali in Hispania Oppidum est, a quo ipse Lupus duxit Originem. Porrò qua ingenij arte, & animi religione Regula hæc in voum ex Hierony- mi sententijs conflata sit noo est opus vt explicemus, cum io eius præconium clarissimi viri, Victoriusq; præsertim, & Martious V. insurrexerint. Eandem nuperrimè restituram, allegationibusq; illustratam, voà cum Vita eiusdẽ Patris Lupi, nec non defensione, seu Apologia pro ea edidimus.

Dialogus nomine Hieronymi &c. Cũ apud vos. Nemioem in vtriusq; doctrina versatum arbitror esse, qui in pręsenti Dialogo intextam doctrioam, immo verba adamussim ex vtrisq; F vsurpata non intelligat.

De Corpore &c. Magnitudo Cælestium. Augustini stylo similis videtur; præterquam quod in ea, & Pelagij, vti illius temporis hæresiarchæ mentio habetur. Cuius pariter prauũ dogma ibi inducitur, atq; eloitur. Haoc Diuũ Thomam vidisse, multaq; ab eadem, pro Sanctissimi Corporis Christi elucubrando officio vsurpasse legenti patet.

Homilia super Euangelium: Quis vestrum &c. Sanctus Euangelista. Non dissidet a stylo præcedentis, Augustinusq; in ea manifestò loquitur.

C In tertia demúm serie ea continẽtur, quæ suos quidem præfixis titulis G indicant auctores, sed non ita erudita sunt, quemadmodum illa, quæ in prima, & secunda classe digesta sunt.

ANIMADVERSIONES.

49 B*Enedicto, & dilectissimo,* Quanuis Epistola Hieronymi nomen sui exordio præseferat, & expeditiores aofractus eundem Hieronymum loquentem videantur aliquomodo exhibere; Sunt tamen in ea aliquæ minus latinæ dictiones Hieronymi prorsus indignæ calamo; vti intrepidanter, principaliter, & his similia. Deniq; stylus totus iacet, semilatinusq; censetur.

50 *Diuersarum opprobria.* Meminit frequenter Hierooymus de Oceano, In apologia presertim libro tertio, capite secundo: Et in Epistola octogesima secunda ad eundem, & Epistola octogesima tertia. Eiusdem etiam,

atq;

A atq; Pammachij ad ipſum Hieronymũ Epiſ-
tola extat quadrageſima quarta. Alius autem
ſille ab hoc cenſetur, quòd ille Romanus, Pã-
machijq́; amicus eſſet, hic verò, vnde ſit, nec
excogitari poteſt. Sed neq; Hieronymus lit-
teras dediſſet Oceano abſq; ſalute eidem Pã-
machio, amiciſq; ſimul in Vrbe degentibus
dicenda. Poſtremò ad Hieronymi phraſim nec
eruditionem accedit Epiſtola.

51 Sophronius, Euſebius, Multa ſunt,
quę ſuſpectam ambiguamq́; hanc mihi red-
dunt Epiſtolam. Titulus videlicet inprimis,
qui & Sophronium, & Euſebium, & Hierony-
mum refert auctores, & tamen ipſiuſmet Epiſ-
B tolæ forma, ab vno tantùm ſe dictatam mani-
feſtiſſimè profitetur. Secundò tituli varietas:
in quibuſdam enim codicibus, non ita vt mox
allatus eſt, ſed aliter, nimirum: [Hieronymus
Euſebij filius, Oceano ſuo ſalutem] legebatur.
Tertiò, ipſe ſermo adeo non facundus, vt nec
interdum ſemilatinus: cuiuſmodi dictiones
ſunt: Secretaliter: conuerſatio, qualiter, & his
ſimiles. Vidiſſe tamen Hieronymum Epiſto-
læ huius auctor, atq; Epiſtolam pręſertim vi-
geſimam ſecundam ad Euſtochium, vbi de A-
gapetis virginibus agit, ſatis probabile eſt, cũ
pari paſſu, eademq; verborum conpoſitione
vtriq; incedant. Verùm, quoniam hęc noſtra
C ſententia a Baronij iudicio diſſidet, placuit hoc
loco propriam quoq; eius proferre ſentẽtiam,
vt tu ipſe Lector hanc deinceps cum cęteris
Hieronymi Epiſtolis cõferens, iudicium feras.
Scias (inquit) Sanctum Hieronymum Theclę
acta nouiſſe, & comprobaſſe, quòd ex eo ex-
ploratum habetur: cùm enim in iiſdem actis
illud etiam enarretur, Sanctam Theclam a tor-
mentis liberam, verbi cupidam, magiſtri aui-
dam, Antiochiam Piſidię, quò Sanctum Pau-
lum profectum audierat, aduentaſſe, ſed a Pau-
lo (ne quod offendiculum, vt ait, daret Euan-
gelio) dimiſſam eſſe. Hæc ipſa, inquam, S.
Hieronymus in Epiſtola ad Oceanum ſcribit
D his verbis. Thecla poſt tentationem paſſionis
Antiochiæ a Paulo prohibetur pariter pergere.
nemo cùm vxore pergit ad bellum &c.] Mi-
ramur quidem eam Epiſtolam non recenſiram
inter cęteras a Mariano Victorio, ſed in To-
mum nonum reiectam, ſuſpicante fortaſſe illã
non eſſe Hieronymi, eo quòd ex Vita S. Mar-
tini auctor mutuetur exemplum. Sed quid mi-
rum, cùm annis viginti tribus poſt illius obitũ
vixerit S. Hieronymus? Ita planè, dùm Sãc-
tus Martinus defunctus dicitur Cæſario, & At-
tico Conſulibus, qui ſecundum Faſtos Onu-
phrij eſt annus a Chriſto trecenteſimus nona-
geſimus ſeptimus, Hieronymus autem, vt teſ-
tatur Proſper in Chronico diem obijt Theodo-
ſio Auguſto nonum, & Conſtantio tertium E
Conſulibus anno Domini quadringenteſimo
vigeſimo. Conſtat inſuper ex Seuero, ſe eius
vitam adhuc ſuperſtitis conſcripſiſſe, eamq; (vt
in Dialogo cum Gallo profitetur) mox non
Italiam modo, ſed in Africam, & Aegyptum
allatam fuiſſe. Qui verò credibile fieri poteſt,
eadem Martini Acta vnum latuiſſe Hierony-
mum? Ex cõuenientia præterea eius Epiſtolæ,
cum ea, quam ſcripſit ad Euſtochium, De cuſ-
todia Virginitatis vigeſima ſecunda, cùm agit
de Agapetis Virginibus, illam eiuſdem eſſe
auctoris, vnuſquiſq; facilè intelliget. Vti-
nam ſic integra reperiretur, ſicut Hieronymi
eandem eſſe conſtat. Quòd ſi contendas non F
tantùm eſſe Hieronymi, ſed & Sophronij, &
Euſebij, vt præſefert Epiſtolæ titulus: non la-
boro, dum & Hieronymi eſſe non inficieris.]
Hæc Baronius in ſuis ad Martyrologium Ro-
manum Adnotationibus, ſub die vigeſima ter-
tia Septembris, quæ fermè repetit Tomo pri-
mo Annalium Eccleſiaſticorum, ſub Chriſti
anno quadrageſimo ſeptimo.

52 Damaſus Hieronymo.

D*Amaſus Epiſcopus fratri, & conpreſ-
bytero Hieronymo in Domino ſalutem.
Dum multa corpora Librorum in meo arbitrio
oblata fuiſſent, contigit vt Librum Pſalmo-* G
*rum in meo animo feſtinus cognoſcerem deti-
neri, & nemo iam capacitatis mea imbuere.
Cogitaui frater amantiſſimè, & in Chriſto
ſemper Sacerdos, vt ſecundum Septuaginta
Interpretes, id eſt Matthiam, Ptolomeum,
Muchium, Sacreum, Hydronium, Pamphilum,
Zoaſtrem, Didymum, Sanium, Epiphanium,
Citarem, Simonem, & cæteros, in quantum tua
recurrit conſcientia de Septuaginta inuenire
veſtigia. Peto item charitatem tuam, vt ſicut
a Rectore tuo Alexandro, Coepiſcopo noſtro di-
diciſti in gremio Græcorum pſallere, ita ad nos
tua fraternitas dirigere delectetur: quia tan-
ta ſimplicitatis indago eſt apud nos, vt tantùm* H
*in die Dominica Apoſtoli Epiſtola vna recite-
tur, & Euangelij capitulum vnum dicatur, vt
nec pſallendi mos teneatur, nec hymnodicus in
noſtro ore cognoſcitur. Peto ergo per fratrem,
& conpresbyterum noſtrum Bonifacium, vt iu-
beat fraternitas tua rei huius nobis aperire veſ-
tigium. Miſſa quinto Kalendas Nouembris per
Bonifacium Presbyterum Hieroſolymam.* Hac-
tenus Damaſus.

53 Hieronymus Damaſo.

B*Eatiſſimo Papæ Damaſo Sedis Apoſtolicæ vr-
bis Romæ, Hieronymus ſupplex. Legi litte-
ras Apoſtolatus tui poſcentes, vt ſecundum ſimpli-*

 citatem

A *citatè Septuaginta Interpretum canens Psalmographum interpretari festinem, propter fastidiū Romanorū, vt vbi obscuritas impedit, apertius, & Latinè trahatur sensus. Precatur ergo cliens tuus, vt vox ista psallentium in sede Romana die, noctuq; canatur, & vt in fine cuiuslibet Psalmi, sinè matutinis horis, siuè vespertinis coniungi præcipiat Apostolatus tui ordo: Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto: Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen. Illud carmen omni Psalmo coniungi præcipias, vt fides trecentorum decem, & octo Episcoporum Nicæni Concilij etiam vestri oris consortio declaretur.*
B *Vbi autem Deus & homo honorabili voce cantatur, Alleluia semper cum omnibus Psalmis assigatur, vt in omni loco communiter respondeatur nocturnis temporibus. In Ecclesia autem post resurrectionem vsq; ad Sanctum Pentecosten finiatur. Inter dierum vero spatia Quinquagesima propter nouitatem Sancti Pascha, vox ista laudis canatur Aleph, quod Græcè prologus, Latinè præfatio dicitur.* Hucusq; Hieronymus. Ideo autem ad verbum hæ duæ Epistolæ allatæ sunt, quò de illorum auctoribus exactior cognitio habeatur.

C *De Auctoribus duarum præcedentium Epistolarum.*

CONTROVERSIA XXXI.

Cornelius igitur iam sępius citatus de vtraq; in sua Censura iudicium ferens; Hæ duæ, inquit, Epistolæ minime sunt Hieronymi. Auctor est incertus, sed interim vnius artificis vtraq; est. Phrasis tantùm distat a stylo Hieronymiano, quantum cœlum abest a terra. Baronius verò de altera tantùm, Hieronymi scilicet in Annalibus obiter differens scribit; Sed habetur apocrypha illa Hieronymi nomine ad Damasum Epistola
D qua dicitur, vt Alleluia Psalmi omnibus affigatur.] Idipsum ante vtrunq; sentire quoq; visus est Victorius, dum ambas Epistolas a legitimis discreuit, atq; vti spurias in hunc tomum coniecit. Cæterùm, quoniam ab hâc assertione aliorum longè distat sententia, ad veritatis sensum paucula nunc breuiter subnotabo,

Et quidem, quòd ad Psalterij inprimis ex Septuaginta interpretibus ordinationem attinet, ipsius Hieronymi habetur testimonium libro secundo Apologiæ aduersus Rufinum hisce verbis, [Psalterium quoq; certè emendatissimum iuxta Septuaginta Interpretes nostro labore dudum Roma suscepit,] Quod ex dictis etiam in Vita Damasi manifestò E comprobatur, dùm scribitur.] Eius præcepto institutum est, vt die, noctuq; Psalmi in Ecclesijs canerentur.] Et ex Rodulpho Decano Tungrensi in Libro de Canonum obseruantia, propositione octaua: Vbi [Sancti, inquit patres Hieronymus ad mandatum Sācti Damasi Papæ, & Beatus Benedictus Psalterium ita diuiserunt, vt qualibet septimana ex integrò in officio diuino psalleretur. Beatus Hieronymus plures sacratas virgines, & aliàs personas ad psalmorum lectiones in suis Epistolis exhortatur. Vide Epistolam quartam ad Rusticum Monachum, quæ ponitur de Consecratione distinctione quinta. Ro- F mani habēt translationem psalterij Beati Hieronymi, quæ Romana appellatur, ex qua officium Ecclesiæ sumptum est. Aliæ nationes vtuntur Translatione Hieronymi, quæ dicitur Gallicana, quam nos habemus &c.] Manifestius vtranq; Epistolam recognoscere videtur Gulielmus Durantes, Libro quinto De diuinis Officijs, Rubrica secunda, vbi: In primitiua, inquit, Ecclesia diuersi diuersa quisq; pro suo velle cantabant, dummodo quod cantabant ad laudem Dei pertineret. Quædam tamen officia obseruabantur ab omnibus ab initio constituta; vel ab ipso Christo, vt oratio Dominica; vel ab Apostolis, vt symbolum. G Succedentibus verò temporibus, quia Ecclesia Dei propter hæreses scissa est, Theodosius Imperator, hæreticorum extirpator rogauit Damasum Papam, vt aliquem prudentem, & Catholicum virum Ecclesiasticum faceret officium ordinari, Vnde idem Papa præcepit Hieronymo Præsbytero, tunc in Bethlehem cum Paula & Eustochio, & alijs virginibus morāti, qui prius sub septem Apostolicis Romę vixerat, quatenus officium Ecclesię ordinaret. Ipse nanq; nouerat linguas quatuor, Hebręam, Gręcam, Chaldaicam, & Latinam, quod ille obtemperans fecit. Ordinauit itaq; quantum de Psalmis in Dominica, H quantum in secunda Feria, & quantum in tertia Feria, & sic deinceps legeretur &c.] Idipsum ex Ioanne Belethoin Rationali diuinorum Officiorum, capite decimo nono. Ex Honorio Augustodunensi in Gemma animę, Libro de concordia diuinorum officiorum. Ex Bernone Augiensi Abbate capite primo, libelli de quibusdam rebus ad missę officium pertinentibus. Ex Vualfrido Strabo, Libro de Ecclesiasticis officijs capite vigesimo secundo. Ex Mariano Scoto Historiarum Libro secundo, & alijs. Deniq; hanc Hieronymi angelicam psallendi consuetudinem, cœlitus Angeli ministerio fuisse ad nos perlatam scribit

Gul. claruit circa an. Domini 1230.

Io. Belet claruit circa an. Dñi 1230. Honori' aug. clar. circa an. 1130. Berno claruit ann. Dñi 1014. Vualfridus anno Dñi 849. Marian. Scot. cir. an. 1080.

A Ioannes Cassianus, libro secundo De institutione cœnobiorum, capite quarto.

Io. Cass. circa an. 440.

Quod deinceps non officia tantùm, sed & Epistolas, & Euangelia idem Hieronymus ordinarit testis Vualfridus loco citato est; dum nimirum descriptam superius Damasi Epistolam sequentibus explicat, videlicet: Videtur non alias lectiones ante Euangelium tunc fuisse positas, nisi Apostoli Pauli, quas solum nominauit, qui gesta Pontificum scripsit, cum Antiphonarum mentionem subiunxit: Quod ante non fiebat, nisi tantùm Epistola Beati Pauli Apostoli legebatur, & Sanctum Euangelium. Quod etiam Sanctus Damasus Papa ad Hieronymum scribens penè ijsdem verbis ostēdit.

B Et fortassis inprimis solius Pauli lectiones eo loco legebantur: postea autem omnibus latius augumentatis, aliæ lectiones non tantùm de nouo, verum etiam de veteri (pro vt ratio festorum poscebat) intermixtæ sunt testamēto.] Et rursus Rodulphus Tungrensis, de canonum obseruatione, capite vltimo. Beatus, inquit Hieronymus Præsbyter Cardinalis Epistolas, & Euangelia, vt hodie habet Ecclesia collegit & ordinauit, vt in libro, qui Comes dicitur, habetur; & ipse ait scribens ad Constantium Episcopum. Et ipse Damasus Papa, vt nunc moris est legi censuit.] Eadem omnino Ioannes

C Belethus Parisiensis doctor loco supra allegato refert: Ordinauit, inquiens (Hieronymus videlicet) quantum ad psalmos attinet, qui quibus diebus canerentur; sed & Euangelia & Epistolas, atq; alia officia in Ordinem quēdam redegit, vt quid quoq; die canendum esset semel constaret. Nam omnes cantus ferè composuit, ijs exceptis, quos alij Ecclesiæ doctores postea adiecerūt. Hieronymus itaq; cùm opus istiusmodi absoluisset misit Romam, vbi a Damaso fuit approbatum, & in communi Concilio canonizatum. Postremò Papa Damasus eam dedit operi auctoritatem, vt postea semper in omnibus Ecclesijs obseruaretur: quemadmodum

D in eo erat ordinatum. Testatur idipsum Honorius citatus supra eodem libro, sic scribens: Sanctus itaq; Hieronymus Presbyter constitutus in Bethlehem ciuitatula, vbi Dominus & Saluator mundi nasci voluit, Psalmos ad nocturnas, & ad reliquas horas sapienter distribuit, sicut, & hodie Sancta Catholica Ecclesia Christi psallit. Ad missæ autem officium lectiones, & Euangelia ex veteri, & nouo Testamento collegit, pro vt tempori, & stationi congruere vidit. Romana quippe Ecclesia inplorando Sanctorum suffragia, stationes facit per diuersa loca Sanctorum. Postquam ergo Damasus Papa dispositionem diuini officij a Sancto Hieronymo Presbytero eleganter editam accepit, Collegium coegit, ac vbiq; sic cātari præcepit. E Postea quoq; Gelasius Papa, & Gregorius orationes, & cantum lectionibus, & Euangelijs congruentes addiderunt, & sicut hodie in Catholica Sācta Dei Ecclesia cantatur, celebrationem diuini Officij instituerunt &c.] Eadem prorsus apud Gulielmum Durantem loco citato, atq; alios quanplores videre est. Hæc de allata Damasi Epistola, de Psalterij, atq; Missæ ordinatione, tot scriptorum auctoritatibus comprobata.

Rursus de veritate alterius Epistolæ, æquè eiusdem Hieronymi scriptis eandem minimè repugnare, quin potius cum cæteris satis, superq; congruere ex dictis constat. Neq; ad assertionis huius veritatem comprobandam clarorum virorum testimonia desunt. Quando- F quidem de versione Psalterij ex septuaginta, & officij dispositione, (de quibus in hac Epistola agitur,) nunc explicatum est, vtrunq; ab Hieronymo primitus elaboratum. De hymno vero Glorificationis, ac Alleluia a scriptoribus nunc æquè mutuo accipiendum. Albinus igitur Flaccus, seu Alcuinus de diuinis Officijs, Glorificationis hymni Hieronymum auctorē testatur dicens [Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, quæ verba ad diuisionem Psalmorum, qui prius indifferenter canebantur, Beatus Hieronymus Damaso Papa petente coopo- G suit: sed cum id nequaquam sufficeret, prædicto apostolico iterum suggerente addidit adhuc: Sicut erat in principio, & nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.] Idem docet Sigibertus in Chronicis, & Rodulphus Tungrensis de canonū obseruatione, capite vltimo. Manifestius idem explicat Gulielmus durantes loco qui supra, dum Hieronymi Epistolam recognoscens hæc habet: Post Deus in adiutoriū meum intende, statim in singulis horis subijcitur Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto: Sicut erat &c. quos duos versos Beatus Hiero- H nymus scripsit inter opuscola, quæ Papæ Damaso misit, & ipsius rogatu idem Damasus illos in fine Psalmorum cantari instituit.] Habetur hoc ipsum ex Damasi vita, & Concilio Romano, Vualfrido, Mariano Scoto, locis supra allegato. Deniq; vno omnes ore Beda, Ado, Vsuardus in suis Martyrologijs, sub die vndecima mensis Decembris ad hanc Epistolam, cuius rogatu Glorificationis hymnus in Ecclesia Dei inductus est, alludunt. Plura de hoc ipso capite nono, numero vltimo.

Albinus claruit anno D.78.

Sigibert. claruit an. D. 1101.

Quod demum de Alleluia in fine Epistolæ additur, licet hoc quoq; loco mox citato testimonijs firmatum sit, illis tamen & hæc ex Prolegomenis Iacobi Pamelij in secundo Tomo Liturgicon decerpta adiunguntur. Hieronymus,

A mus, inquit ipse, Epistola ad Damasum Tomo primo Conciliorum, vbi scribit ad Diuum Damasum: Deus & homo honorabili voce predicatur, Alleluia semper cũ omnibus Psalmus affigatur, vt in omni loco communiter respondeatur nocturnis temporibus &c.] Eundẽ locum citat Sanctus Gregorius Papa in Epistola sexagesima tertia ad Ioãnem Syracensium, citata a Sancto Amalario libro quarto de Ecclesiasticis officijs, capite trigesimu tertio. Vt Alleluia hic diceretur (inquit Sanctus Gregorius Nazianzenus) de Hierosolymorum Ecclesia, ex Beati Hieronymi traditione, tempore Beatæ memoriæ Damasi Papę traditur tractũ.]

B Hæc ipse, quem postmodum & præfatus Iacobus Pamelius, & Amalarius, & Gulielmus Durantes, & alij omnes secuti sunt. Igitur cùm tot, tantorumq; scriptorũ, Patrum, atq; etiam Conciliorum, hisce contenta Epistolis comprobentur testimonijs; Recipianturq; etiam eiusmodi Epistolæ ab eis tanquam germanæ, & certæ, malui ego eorundem sententiæ subscribere, quam quidpiam de historiarum fide, antiquitatisq; veneratione derogare, Lectoris arbitrio sanius iudicium derelinquens. Cætera prosequamur.

Scriptorum Catalogus. Vis nunc acriter. Haud Hieronymi opus esse hoc inprimis demonstrat, quòd in eo Sanctus Hilarius Papa,

C qui Sancto Leoni magno successit, quiq; longè post obitum eiusdem Hieronymi decessit, adscribitur. De hinc ab eodem auctore inter Ecclesiæ lumina, Iouinianus, Pelagius, Eusebius Cæsariensis, & Origenes referuntur, quos omnes hæreticos fuisse perspicuum est. Demùm, quæ de Sanctis Hilario Pictauorum Aquitaniæ Episcopo, Damaso Papa, ac Gregorio Nazianzeno Hieronymus in proprio de Scriptoribus libro edidit, hic ad verbum inseruntur: vt propterea & auctorem Hieronymo valde posteriorem, & non parum in fide suspectum intelligamus. Deniq; & Bedæ tribuitur, legiturq; in

D Collectaneis eius impressus. Sed neq; eius esse, optimè aduotauit Bellarminus in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis, *in Beda*.

54 Quia me dulcissima. Incerti, & vix Latini.

55 Nouerit Sancta auctoritas tua. Si Hieronymi germana esset Epistola, procul dubio Damaso Summo Pontifici ante missa foret, quã idem ad Romanum Concilium contendisset, circiter videlicet trecentesimum octogesimũ Domini annum, vel proximè sequentem. At hoc temporum rationi aduersatur, cùm Ioannes Chrysostomus, in Epistola citatus eiusmodi tempore ætatis annum ageret vigesimum sextum, vel vigesimum septimum, quo necdũ

E Diaconus ordinatus fuerat; consequenter nec homiliam super Matthæi duodecimum ediderat, Igitur non Hieronymi, Sed alicuius posterioris, non quidem ad Damasum, sed ad eius successorem Epistola affirmanda est. De Ioannis Chrysostomi ætate vide Baronium Tomo quarto, sub anno trecentesimo octogesimo secundo. Sed & alio argumento supposititia Epistola conijcitur, quod Gregoriũ Nazianzenũ consueuit sẽper præceptorẽ suũ appellare Hieronym*; Epistolæ verò huius auctor, non præceptorem, sed in vsitato apud Hieronymũ titulo, hoc est, mirabilem doctorem vocat. Item in Ecclesiasticorum scriptorum numero

F ponit Epistola Anatolium, qui non eidem tantùm Hieronymo, sed & Gennadio prorsus incognitus est. Deniq; stylus maximè dissidet a phrasi Hieronymi.

An Hieronymus præcitata regulæ auctor fuerit?

CONTROVERSIA XXXII.

Regula Monacharum. Tepescens in membris. Alienum ita a Hieronymo tractatum hũc ad Eustochium, & reliquas Christo dicatas Virgines communi sententia Scriptores

G asserunt, vt oppositum ne sentiendum quidẽ, sed nec tolerandum contendant. Fuisse illum a Venerabili viro Lupo proprio Ordini, Statuto tum loco millesimo quadringentesimo vigesimo octauo Christi anno, die vigesima sexta mẽsis Maij Apostolica auctoritate assignatum, indicant antiqua eiusdem Ordinis statuta, ex quibus hæc accipiuntur: [Regulam insuper viuendi in Monasterijs, quam Sanctissimus Hieronymus edidit, & inter alias suas Epistolas reperitur ad Eustochium & Moniales scripsisse, vitam Monachalem expressam latissimè continentem, quę incipit *Tepescens in membris proclinum corpus ad terram, ex qua*

H *exijt* & finit *Senectutem vestri deuoti Hieronymi, Sanctis vestris innate orationibus*, exceptis quibusdam in eadem regula expressis, quæ potius ad fęminas, quàm ad mares pertinent, prout per nos recepta & specificata, ac in scriptis nostris sub genere marium sunt reducta, quæ & illam per singula præsentibus habemus pro expressis, & singulariter designatis, tanquam ac veluti statuta tantùm, ac loco statutorum, per totum dictum nostrum ordinem, einsq; Priores, Monachos, & Fratres, præsentes atq; futuros, cum in ea contentis tenendam, & omnino obseruandam inperpetuum statuimus, & ordinamus, atq; decernimus. Nobis tamen riseruam* potestatem auctoritate Apostolica nobis

A concessam, illam in regulam Monachorum Ordinis nostri loco Regulæ Sancti Augustini, sub qua de præsenti viuimus aceptandi recipiendi, & obseruandi suis loco & tempore, cū nobis videatur expediens, prout in litteris Apostolicis super hoc confectis, potestas huiusmodi latius continetur &c.] Hæc ibi, quæ in diplomate pariter Martini V. duodecimo, Libro tertio De Origine Ordinis nostri relata ad verbum auctoritate Apostolica roborata, continentur. Verùm eiusmodi Tractatus *Tepescens* in controuersiam auctore adducto, sequenti anno, Diplomate nimirum decimo tertio, sub die vigesima quinta mensis Maij eiB dem sequentibus derogatur, videlicet. Martinus V. Seruus seruorum Dei, Dilecto filio Lupo de Olmeto Præposito Generali Ordinis Monachorum Sancti Hieronymi salutem, & Apostolicam benedictionem. [Pia nos excitat.] & post nonnulla. [Dudum si quidem inter alia ad nostrum audientiam perducto, quòd tu, & pleriq; alij fratres Ordinis Sancti Hieronymi communiter nuncupati, sub Regula Sancti Augustini viuentes, zelo deuotionis accensi, & ob frugem melioris vitæ arctius, & perfectius, quàm regula dictaret huiusmodi, & in vero statu Monachali, quem ipse Sāctus Hieronymus cum suis Monachis, & Fra-

C tribus professus fuisse, & in communi obseruasse perhibetur, viuere, & vt nomen gerebatis eiusdem Sancti, sic & vitam, regulam, & opera desiderabatis imitari. Nos tunc huiusmodi propositum condignum, & rationi consonum recensentes, tibi inter cętera, vt Regulam viuendi in Monasterijs in quadam Epistola ad Eustochium & moniales, quæ incipit *Tepescens in membris*, vt asseritur directa, contentam & designatam, quam dictus Sanctus Hieronymus, tunc a plerisq; inter alias suas Epistolas edidisse, & conscripsisse dicebatur, quomodocunq; tibi videretur in regulam Monachorum eiusdem Sācti Hieronymi,

D in locum dictæ Regulæ S. Augustini suscipere posses, plenā, & liberam per aliàs nostras litteras, quas, earū tenores præsentibus haberi volumus pro expressis, cōcessimus facultatē, pro vt in eisdē litteris plenius continetur. Cùm autē sicut exhibita nobis nuper pro parte tua petitio cōtinebat, a nonnullis vertatur in dubiū, An ipse Sanctus Hieronymus dictam Epistolam ediderit, tuq; propterea viuendi normam in ea, vt præfertur traditam pro statutis duntaxat eiusdem Ordinis, & non in regulā hactenus susceperis, sed stabili potius fundamento pro institutione Regulæ eiusdem Sancti Hieronymi prouidè per te suscepto ex diuersis Epistolis, & tractatibus per dictum Sanctum Hieronymum editis, & per Ecclesiam approbatis, nonnulla veram religionis doctrinam, E vitamq; Monachalem, quam idem Sanctus Hieronymus cum suis Munachis, & fratribus in eius vita in communi, quo ad ea quæ principalia sunt status & vitæ Monachalis per multa, & vsq; ad sui obitus temprora obseruauit, & aliquos alios obseruare monuit continentia, extraxeris: Huiusmodi in Regulam Monachalem Ordinis Sancti Hieronymi, cuius tuipse professus existis, illamq; vitam in Ordinem huiusmodi suscipiendi, ac ipsam regulam eiusdem Sācti, Prioribus, Monachis, Fratribus, & personis prædictis sub ea viuere cupientibus, quos etiam, ac te a dictæ Regulæ F Sancti Augustini, & statutorum per te iuxta dictam Epistolam *Tepscens* susceptutum, licet auctoritate sedis Apostolicæ confirmatorum, obseruantia, ex tunc penitus absolutos esse volumus, & decernimus per pręsentes, etiam sub modis & formis in dictis litteris expressis, tibi etiam, quo ad hoc suffragari, & alias in suo robore permanere volumus obseruandam, tradendi & publicādi plenam & liberam, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus facultatem.] Hæc ibi in pręditi Tractatus obliuionem. Deniq; illius auctorem, non Hieronymum, sed quendam aliū in eius scriptis satis versatum fuisse pro comperto habeo; Multa enim passim in eo inse- G runtur, quæ ab ipso Hieronymo accepta probantur. Post millesimum autem Domini annum conscriptum opus arbitror. Enimuero, cùm in eo sępius de honore atq; obsequio per moniales in Presbyterum exhibendis agatur, non nisi etiam per hęc tempora potuisse conscribi, facile cuipiam conijcere est.

56 Dilectissimo fratri Hieronymo.
57 Dominis Sanctis, & beatissimis.

Vniuseiusdemq; auctoris ambę creduntur Epistolæ, & fortassis illius, qui superiorem ad Moniales (Cornelij iudicio) tractatum edidit.

58 Petitis a me, vt vobis rescribam. Episto- H lam hanc non perpendunt scriptores, Victori° neq; Bellarminus. Baronij verò iudiciū in apparatu ad annales Ecclesiasticos, eiusmodi est [Nec innitimur (inquit) scriptioni illi, quę hactenus Hieronymi nomine ad Chromatium, & Heliodorum scripta vulgata est, licet in ea cōplura veritate constantia reperiantur, quæ a pręditis auctoribus (Epiphanio videlicet, Gregorio Nysseno, & Ioanne Damasceno) sibi vendicent auctoritatem & fidem; tamen non tantùm eam Hieronymi non esse dixerimus, sed auctoris planè vt ignoti, sic prorsus imperiti, qui in ea condenda, & conscribenda non nouit aperta vitare mendacia, dum

A ait illis temporibus, quibus ea acciderunt, fuisse Isachar summum Pontificem, cùm elatios ipsa luce habeatur notum, tunc temporis post Hyrcanum Ananelo ab Herode traditũ pontificium, inde Aristobolo, & iterum Ananelo, Iesu Fabeti post eum, inde Simooi Anano postea, ac demum cæteris, quos per successionem Iosephus singulatim recenset, inter quos vsq; ad cladem Hierosolymorum per Titum illatam, nullus eius nominis reperiatur institutus Pontifex.] Ita Baronius. Cæterùm auctoris antiqui opus esse Caonsius io opere Mariano, Libro primo, capite duodecimo testatur. Tunc editum verò satis simile videtur cùm ex Concilij Ephesini, sub Christi aono B quadringentesimo trigesimo, & proximè sequenti celebrati decreto, Beata semper Virgo Maria, cõtra Nestorij blasphemiã Dei mater conclamata est.

59 Patri Reuerendissimo Damaso:

60 Gloriosissimi Christianæ fides.

61 Venerabili viro Episcoporum eximio:

De Auctore, & fide allegatarum nuper Epistolarum.

CONTROVERSIA XXXIII.

C IN examinanda proposita difficultate Baronij inprimis ex Tomo quinto Annalium Ecclesiasticorum censuram afferam: Secuodò quid in ea corrigendum mihi videatur ex propria sententia explicabo: Tertiò & vltimò idipsum, ex aliorum potius mente, & quomodo eiusdem Baronij in oppositũ constructis argumentationibus fieri satis queat, indicabo.

Igitur circa primùm: Nunc (idem inquit Baronius) nobis de Sancto Hieronymo ab imperitis, & iopostoribus sunt explodẽda mẽdacia, non quæ in scripta, sed quæ irrepserũt in Acta: Dum nonnulli de rebus gestis Sancti D Hieronymi conplura confixere commenta. Equidem (vt puto) sicut fecit olim Presbyter Asianus, qui amore Pauli (vt ex, Tertulliano diximus) Periodos Pauli, & Theclæ confinxit; Ita & isti amore Hieroaymi plura commenti suot: digni sunt, & ipsi, vt eidem ab Ecclesia sententiæ subijcierentur, & pœnę, quam ille tunc iustè irrogatam subire coactus est. Auersatus nanq; semper est candor Ecclesiasticæ veritatis, & pudor Christianæ simplicitatis exhorruit omne, quod fictum, & respuit omne quod commenticium esse conspexit: & exeprata est omnino, atq; acri semper insectata est odio, ac seuera coercuit disciplina omne mendacium cum eius auctore sincera fides,

1 Sed vnde istis istec vt fingerent de Sancto Hieronymo irrepsit in mentem? non aliunde quidem puto, quàm cùm scirent aliorum Sanctorũ Patrum Ecclesiæ Doctorum res gestas ab eruditis viris legi conscriptas, vt Antonij, Athanasij, Basilij, Gregorij Nazianzeni, Chrysostomi, Ambrosij, & Augustini, necnõ Sancti Gregorij Romaoi Ponnficis, haud æquò passi sunt animo, vnius Hieronymi his omnibus haud imparis, sed in aliquibus etiam antereferendi res gestas minimè fuisse memoriæ proditas. Quamobrem diuersi pro ingenij diuersitate diuersa excogitarunt inuenta, dum vel Eusebij, vel Augustini, vel Cyrilli Hierosolymorum Episcopi nomine conscripserunt Epistolas, quibus res gestas ex animi cuiusq; sententia adinuentas, atq; commentas conscriberent. Et ne vllus dubitandi locus esset, eas subintroduxerunt personas, quas ipsi, licet erratores putarint illis vixisse temporibus. Sed ex his ipsis mendaces detecti sunt & inpostores, ex quibus conati sunt videri veraces. Quis enim (amabò te) audiens Cyrilli Episcopi Hierosolymorum oomen ad ista referri tempora, quem aote triginta annos ipsius Sancti Hieronymi assertione constat esse defunctum, non statim indignabundus excutiat? E F

2 Sed & quod ex ipsa inscriptione minimè temporibus congruente, cuncta quę in opere essent arguerentor, erroriq; qui postea mendaciorum polinctor accessit, atq; deliniens foris casurum parietem, ad temporum suffulciendum mendacium satis putauit fore cõsultum, si titulum sic motaret, vt loco Damasi Papæ, poneret Damasum Episcopum Portuensem, & pro Theodosio Imperatore redderet Theodosium senatorem, hoc modo: [Patri Reuerendissimo Damaso Portuensi Episcopo, & charissimo Theodosio Romanorum Senatori, Eusebius &c.] Quis ista non videat, & non sideat adeo inċõcinnè conpositam fraudem; Sicut & cum in multis alijs certam reperiet inposturam: vt eùm ait veste muliebri illum Romæ fugatum, inde profectum esse Constantinopolim, cùm, quæ ex eius scriptis dicta sunt superius te satis monere possint, eo tempore quo ipse recessit ab Vrbe esse profectum recta Hierosolymam, & Gregorium Nazianzenum iam, antequam Romam rediret audiuisse. G H

3 Quid vero dicendnm de Epistolis Augustini nomioe ad eundem Cyrillum Hierosolymorũ Episcopum scripta? Quoties auctor cogit ipsum loqui mẽdacia, vt cũ præter Latinam linguã, quinq; alias Hieronymũ calluisse dicitur, nẽpè Hebreorũ, Gręcorũ, Chaldeorũ, Persarum, atq; Medorum; cum id penitus contratium

A tratium sit his, quæ de se ipse Hieronymus, &
de eodem Augustinus verè testatur: nimirum
nonnisi trium linguarum ipsum habuisse peri-
tiam, videlicet Latinæ Græcæ, & Hebraicæ?
Quid est etiam, quod idem prius effictor tri-
buit Hieronymo, inter alia insignia etiam vir-
ginitatis coronam, cum ipsemet Sanctus Hie-
ronymus ingenuè fateatur se minime virginē,
Ad Pammachium enim cum scribit, hæc ha-
bet: Virginitatem autem in cœlum fero, non
quia habeam, sed quia magis miror, quod non
habeo. Ingenua & verecunda confessio est,
quo ipse careas in alijs prædicare &c. Quid alia
plura ibidem asserta opus est confutare men-
B dacia?

4 Addam pauca de ea quę ordine sequitur
Cyrilli nomine Epistola ad Augustinum, De
miraculis Sancti Hieronymi, Inter alia, quæ
in ea auctor imperitus mendacia confarciuit,
illud maximè præ cæteris intollerabile, cùm
inprudens, dum se putat eum laudare, vitupe-
rat, hæresis adstipulatorem constituens, dum
ait. Tunc temporis vixisse Sabinianum hære-
siarcham, qui duas in Christo assereret volun-
tates, & Sanctum Hieronymum aduersus eum
scripsisse ad Sanctum Augustinum Epistolam.
At quid hoc aliud est, nisi reddere ipsum San-
ctum Hieronymum hæreticum Monthelitam;
C Sabinianum verò, quem clamat hęręsiarcham,
fuisse verum Catholicum? Quid insuper il-
lud, quod mox subditur Siluanum fuisse Archie
piscopū Nazareth cū diutissimè post cōtigerit
Nazareth esse Ecclesiam Episcopalem? Quis
igitur tales æquo ferat animo inposturas?

5 Sed omissis alijs confutatione dignis, quæ
in dictis Epistolis continentur, iam ad aliam
mendaciorum aperiendam cloacam, renitens
licet, inferatur oratio, ad eam inquam, quam in
vita eiusdem Sancti Hieronymi Incertus auctor
extruxit. In quo illud primùm occurrit, quod
admodum consultus ait, ipsum Sanctum Hie-
ronymum Romæ fuisse Præsbyterum ordina-
D tum: Cum testificatione ipsiusmet Hieronymi
(quod suo superius loco dictum est) satis certò
liqueat ipsum initiatum esse Presbyterio Antio
chiæ a Paulino Antiochenæ Sedis Episcopo.
Sed cuius fidei sit, quod ait ipsum mentis, &
corporis custodisse virginitatem iam diximus,
Vel illud quod addit tempore Liberij Papæ
multa ipsum scripsisse volumina, & emendasse
Psalterium, cum eiusdem ipsius assertione San
cti Hieronymi constet hæc esse facta sub Da-
maso. Sed quæ inscitia illa dum Iulianum Pe-
lagianum hæreticum, aduersus quem Sanctus
Augustinus commentarios edidit, Manichæū
fuisse dicit; cùm ex eius scriptis constet ipsum
inprimis aduersatum Manichæis, quorum no-
mine sugillauit falsò Catholicos, dum asserunt E
originale peccatum?

6 Quod verò spuria illa actā Theclæ bapti-
zati Leonis fabula ornabātur, ita & eiusmodi in
discretus Sancti Hieronimi laudator noluit cu-
rati Leonis carere figmento: Credidit vir sim-
plex (nisi & ille finxit) esse verum, quod (vt
ait) ab accolis Bethlehemiticis audiuit accep-
tum. Porrò, vel quæ audiuit non rectè perce-
pit, vel qui narrauit haud rem satis exploratam
visus habuisse, vt Hieronymum pro Gerasimo
dixerit: nam ista ipsa de Leone in Palestina
contigisse Sanctissimo viro Gerasinu Abbati
Sophronius Hierosolymorum Episcopus nar-
rat veram historiam. Id verò rerum ignaro F
de Hieronymo asserendi occasionem tribuisse,
videtur, quod eiusdem Sancti Hieronymi ima-
go, vnà cum Leonis effigie antiquitus cōsue
uerit in Ecclesia pingi, vt potè hieroglyphicum
eius in hæreticis insectandis infracti roboris, &
vehementis in eos instar Leonis rugitus, clamo
ris. Quis nam autem eiusmodi concinnendæ
Hieronymi vitæ auctor fuerit, latet; Scimus ta-
men Petrum Diaconum, Cœnobij Cassinensis
auctorem prodere, eiusdem vitæ Sancti Hiero-
mi, dum hæc ait in libello, quem edidit de *Vi-*
ris Illustribus Monasterij Cassinensis: Sebastia-
nus Beati Benedicti Monachus, Hieronymi
doctoris egregij vitam describens legendam G
Ecclesijs tradidit in qua, quæ a puero institutio,
quale in iuuentute studium, qui in senectute ei
scientia fuerit lucidissimè satis demonstrat.]
Hæc ipse. Num autem ea ipsa vita sit, quæ si-
ne auctore vagatur, haud facile affirmarim.
Absit me hæc sentire, & de venerando Mona-
cho firmiter asseuerare.

Tu verò (Lector) his explosis res gestas
Sancti Hieronymi, non aliundè requiras, quàm
a docto viro Mariano Victurio Episcopo Rea-
tino, qui iam tibi, non aliundè quidem, quàm
ex ipsius Hieronymi scriptis deprompsit. His
tamen emendatis, quæ iure emendanda supe-
rius tibi nostri suggesserunt Annales. Detinui- H
mus te (Lector) longiori mora in his cōfutandis
erroribus. Sed & si fortasse superfluè tibi, ne-
cessario mihi ad cauendam inuidiam sunt inge
sta; ne temerè absq; aperta demonstratione
pro animi arbitrio, ab alijs scripta, & a pluribus
legi solita, tumido exsufflare fastu inperitorū
schola conclamet.] Hæc Baronius sub extre-
mo quadringentesimi vigesimi Domini anni.

At certè quemadmodum non sum ego il-
lius sententiæ, vt præallegata de Vita, Obitu,
& Miraculis Sancti Hieronymi, verè Eusebij
eiusdem discipuli, Sancti Cyrilli, ac Sancti Au-
gustini esse affirmem (in hoc enim & Baronio,
& Bellarmino lubens subscribo) Ita non omnia

A in eis commemorata tanquam falsa penitus damnanda, sed ex eis recipienda esse quanplurima firmiter asseuero, quod erat secundo loco propositum. Et quidem, quis vnquam mendaciorum tam inprudens cõfictor repertus est, qui falsis aliqua interdum vera non commiscuerit? qui aliquod saltem omnibus vulgatissimum monumentum, quò facilius sibi in cęteris fidẽ aucuparetur, aliquandò non intexuerit? Declarant hoc idem ipsi in dies singulos rerum euentus: tueturq; insuper passim & ipse Baronius, dum præsertim Pauli Apostoli res gestas explorans periodos eiusdem, ac Theclę a Presbytero Asiano editos, atq; a Tertulliano, B nec non Hieronymo reiectos idemipse non in omnibus damnandos, quippe qui multa etiam veritati consona conplectantur, scriptis prosequitur.

Recipitur ergo inprimis ex inprobatis ab eo quod tertio superioris Censurę loco damnatur, videlicet: Verè Hieronymum præter tres linguas, Latinam, Græcam, & Hebraicam, alias etiam optimè calluisse. Atq; hoc ipsum euidenter satis capite vigesimo in superioribus commentarijs demonstratum est. Quod item de virginitate eiusdem Hieronymi opponitur, æque non ab antiquis tantùm, sed a recentioribus etiam, Vuillegaq; præsertim in vita eius, C ac alijs propugnatur. Et quod magis hanc ipsam veritatem conprobare videtur est, quòd in nostris Officijs, nuper a Sacra etiam Rituum Congregatione approbatis virgo illis verbis commendatur: Clarus doctor & lux fidelium, orbis decus, candoris lilium.] Cæterùm quis nesciat virginitatis symbolum esse lilium? In sequentia item missæ antea legebatur: [Tu es alter Baptista, Virgo doctor eremita, Martyr sine Sanguine.] Quod æquè in Hymno ad secundas Vesperas repetitur illis verbis: [Baptistæ te dant similem, Vitæ Sanctæ sublimia: Transcendis penè hominem Ob gratiarum grandia.] Et in Antiphona ad Magnificat: [O D Hieronymę inclitę, per quem fulget Ecclesia, virginitate prædite.] Subscribit huic veritati Cornelius Schultingius hisce verbis. [Si quis Beatum Hieronymum, cum Domini nostri Iesu Christi prodromo Sancto Ioanne Baptista comparauerit, is profectò a rei veritate non longe aberrauerit. Nam non modo admirandæ gratiæ similitudine eidem compar extitit, sed etiam ad non inęqualem gloriam in Beatorum sede fuit prouectus. Vterq; celibis vitæ angelica puritate, absq; omni macula & labe inpudicitię præditus, in mágna vitæ asperitate carnẽ spiritui subiecit: affectus, cupiditatesq; omnes strenuè repressit &c.] Idipsum Vincentius Beluacensis in Speculo historiali, libro decimo sexto, capite decimo octauo tradit. Hieronymus (inquiens) Eusebij filius, Romæ puer baptizatus litteris Gręcis, & Latinis, & Hebraicis plenissimè eruditus, Monachorum vitam, & habitum diù tenuit, & semper virgo permanens, & puritate meritis, & abstinentia corporis, omnibus post futuris sęculis eximia sanctitatis exempla reliquit.] Deniq; huiusmet Hieronymi virginitatis non assertor tantùm, sed & aduersus Erasmum propugnator est Albertus Pius Carporum Comes doctissimus & eruditissimus communi sententia vir, cuius & paucula ex libro decimo septimo. De cœlibatu hìc placuit inserere. [Similiter (inquit O Erasme) F detrahens Hieronymo aduersus communem sententiam, quæ illi virginitatis candorem tribuit, irreuerenter, petulanterq; dictum est: Cuius quidem rei nullum testimonium afferre vales, exceptis quibusdam ipsius verbis ad Pammachium scribentis. Quę quidem prima facie id astruere videntur; Sed diligentius inspiciens, & ea conferens cum his, quæ alijs locis scripsit, animaduerti ipsum id non asserere, sed seipsum exinaniendo ad fastum virandum illa verba protulisse. Præsertim verò, quòd plurimum verba illa facerent ad confirmandam ipsiusde virginitate sententiam. Vt enim ipse quodam loco inquit: Maior est fides, potiorq; auctoritas laudantis id quo se ipse carere fatetur, quàm quòd se habere profitetur. Ait enim: G Ingenua & verecunda confessio est, quo ipse careas id in alijs prædicare. Quamobrem, & superius dixerat: Virginitatem autem in Cœlum fero, non quia habeam, sed quod magis miror id quod non habeam: quasi dicat. Virginitatem non tantis laudibus extuli, quia illam me habere profitear; sed tanto magis illã admiror si illa careo. Ad Eustochium enim de custodia virginitatis scribens, inquit. Nobis diuerso tramite incedendum: Virginitatem non tantum efferimus, sed seruamus: nec sufficit sciri quod bonum est, nisi custodiatur attentius, quod electum est, quia illud iudicij est, H hoc laboris: & illud commune cum pluribus, hoc cum paucis. Qui perseuerauerit, inquit, vsq; in finem, hic saluus erit. Et multi vocati, pauci verò electi.] Quid queris? Maius ne testimonium, aut expressius afferri posset? Hæc Albertus, quibus & Baronij sententiæ, atq; argumento satis occurritur. Sed & demũ Sanctorum mos, & humilime de se sentire semper & loqui: Quomodo Paulus se minimum credentium, & maximum omnium peccatorum confessus est. Sanctus præterea Basilius (vt cæteros omittam) se mulierem nunquam cognouisse testatus est, non ideo tamen se virginem aliquando affirmare ausus est; etiamsi

virgi-

In præf. 4. par. Hieron. Confess.

Epist. 50. cap. 8.

Epist. 22. cap. 10.

Matt. 10. Matt. 20.

A virginitatem eundē perpetuò coluisse Breuiarij Romani testimonio declaretur. Iuxta igitur hanc a Sanctis viris retentam consuetudinem, & ipse Hieronymus (quamuis virginitatis possessor) se prçcitatis a Baronio verbis sub dubio ex humilitatis virtute virginē indicauit.

Recipitur item quod quinto loco improbatur; De eiusdem enim Hieronymi ordinatione Romana a Damaso Summo Pontifice iam supra vna, & altera quçstione satis tractatum est; capite videlicet primo, & decimo quarto.

Leonis vltimò conclamata fabula, vti vera, ac certa historia capite vndecimo propugnatur. Hçc sunt, quç mihi ex prçdictis pro certo deligenda videntur; consequenter in allata Baronij censura corrigenda.

Quòd si postremò in cçteris quispiam eidē Baronio neq; subscribere vellet, germanasq; verè Epistolas Eusebij, Cyrilli, & Augustini cōtenderet, Allatis ab eo dubitationibus ita posset occurrere. Verùm quidem esse plurimos ante annos, quàm Hieronymus ex hac vita migraret, Cyrillum Hierosolymorum Episcopum diem clausisse extremum: At Cyrillum in einsmodi Epistolis nuncupatum alterum omnino fuisse eiusdem nominis: Quod & satis expresso probatur indicio. Enimuero, tametsi post Cyrillum Ioannes in eiusdem Ecclesiæ Hiero- C solymitanæ Episcopatu successerit, & sedem tenuerit vsq; ad annum Domini, iuxta eūdem Baronium quadringentesimum decimum septimum, post ipsum tamen ad idem munus, alius nomine Praylius assumptus est, qui & Cyrillus a quibusdam dictus est, quiq; & eandem rexisse Ecclesiam vsq; ad quadringentesimum vigesimum nonum a Scriptoribus traditur. Potuit ergo einsmodi sub Cyrilli nomine Epistola, alterius huiusce Cyrilli, seu Praylij esse, & ad hanc ipsum Augustini æquè proximè sequens Epistola dari. Et quidē quod de Praylio, Cyrillo nuncupato assertum est, nec ipse Baronius dissimulare potuit. Quandoquidem qua- D dringentesimum decimū sextum Domini annum claudens hæc habet. [Tenuit ipse (Ioannes videlicet) sedem illam annis triginta, tot enim numerantur ab obitu S. Cyrilli eius prædecessoris, subrogatus verò in eius locum fuit Praylius. Ita enim nominatus reperitur in litteris Zosimi Papæ, sicut pariter nominat eum Theodoretus, dum ait, Post Ioānem illum admirabilem mortuum, Praylius, qui nomini suo respondebat (ob mansuetudinem scilicet) illius Ecclesiæ regimen capessit. &c.] Ex quibus omnibus, subdit idem Baronius, corrigendum Nicephori Chronicon, vbi loco Praylij, legitur Paulinus Ioannis successor. Vel alij emendandi, qui Prayliū dixerunt Cyrillū: Hçc ipse Baronius, ex quibus satis probabiliter alter E Cyrillus, post alterū qui ab hominib' ante demigrauit, Epistolæ ad Augustinū auctor habetur.

Ad secundum. Quòd Hieronymi obitus tempore *Ecclesiæ Portuensi*, qui Damasi nomine vocaretur, prçesset: quodq; pariter Romç, qui Senatoriæ tunc dignitatis compos foret, qui Theodosius diceretur, non videtur res tāto digna risu, maximè cùm inde nullum sequatur incommodum. Accedit, præcitatam Eusebij Epistolam, vti reuerà eiusdem germanam a tota receptam fuisse antiquitate, cui inter recentiores, & ipse Cornelius adstipulatur dicēs: Epistola quinquagesima nona Eusebij Cremonensis, indiuidui Hieronymi socij esse creditur, F cui Hieronymum totum opus in Hieremiam dedicauit; Sed nomine Damasi in Epigrapha alius, quàm Summus Pontifex, toto Orbe notissimus intelligendus est, ne falso nomine circunferatur. Nam Damasus Pontifex longè ante Sanctum Hieronymū (qui sub sex Pontificibus floruit) obijt.] Ita Cornelius. Sed & Martinus V. in diplomate De Origine Ordinis nostri, numero decimotertio idipsum testatus est. In cuius rei gratiam eiusdem hic volui proferre testimonium. *Volentes* (idem inquit,) & Auctoritate Apostolica statuentes, quod postquam regulam huiusmodi tradideris (o Lupe scilicet) & publicaueris, vt præfertur, ex- G tunc tu, Priores, Monachi Fratres, & personç prædicti, secundum illa vota principalia religionis eiusmodi emittere, profiteri, & viuere teneamini; vosq; & mores vestros tam eidem regulæ, quā etiam illis doctrinæ, & institutis, in quadam Epistola per Sanctum Eusebium discipulum eiusdem S. Hieronymi ad Damasum Episcopū Portuensem, & Theodosum Romanum Senatorē De vita, & doctrina religionis, ac obitu, & miraculis ipsius S. Hieronymi destinata, contentis, nec non per eundem S. Hieronymum dū in extremis ageret suis Monachis pro obseruantia regulari, & vitæ integritate, sanctimoniaq; relictis, cōformare debeatis.] H Hucusq; præfatus Pontifex, qui non tantùm Epistolam Eusebij ad Damasum Portuensem, & Theodosium Senatorem esse declarat, sed in Ecclesia quoq; recipit & approbat.

Deniq; anonymus auctor in vita eiusdem Hieronymi, eum muliebri veste indutū, simul ex Vrbe eiectū haud exprçsse fatetur: (In hoc enim inpegit Baronius,) sed veluti compendiosè historiam stringens, ita scribit. [Ex perdito consilio sine disciplina veste muliebri irridentes ei, tanquam viro luxurioso & iniquo inpetum fecerunt vnanimiter in eum, & eiecerunt eum extra Romanam ciuitatem:] Perinde ac prodere voluerit; Impiorum dolo, per-

A fidiaq; Sanctum virum veste muliebri primùm illusum, mox persecutionum irruente imbre quassatũ, Vrbem relinquere fuisse coactum. Cui verborũ sensui, & ipse Epistola nonagesimanona adstipulatur dicens. [Infamiã falsi criminis inputarunt, sed scio per bonã, & malam famam peruenirl ad regna cœlorum.] Et ad Paulinianum fratrẽ: [Ecce, inquit olla illa, quę in Hieremia post baculum cernitur a facie Aquilonis cœpit ardere, & Pharisæorum conclamauit Senatus, & nullus scriba, vel fictus, sed omnis quasi indicto sibi prælio doctrinarum, aduersum me imperitiæ factio coniurauit.] Itẽ Epistola vigesimaquinta. Quo vsq;, B inquit genus detestabile Monachorum non Vrbe pellitur? non lapidibus obruitur? non præcipitatur in fluctus?

(In præf. lib. de Spiritu S.)

Ad id præterea quod additur: falsum nimirum omninò esse Hieronymum post suum ab Vrbe discessum Constantinopolim ad audiendum admirabilem virum Gregorium Nazianzenum perexisse; Respondetur Auctoris in elucubratione minimè fuisse consilium Hieronymi vitam texere, sed augustissimum tantùm e vita trãsitum, (quemadmodum ex eius initio constat) litteris prodere: Vnde si in pauculis verbis, quæ quasi præfationis loco de eius vita obitèr percurrit circa illarum ordinem C fluctuat, non inpostoris illicò nominè sugillandus est, sed historiæ veritas diligenter examinanda; E Vtrunq; enim & ab Vrbe profectionem, & ad Gregorium Nazianzenum Constantinopolim iter, historiæ veritas tradit. Aliter, si in historijs ad rerum gestarum ordinem adamussìm semper habenda ratio esset, & ex sacrorum etiam librorum conscriptoribus essent, qui damnarentur, quòd asseuerate inpiũ est. Hæc pro Eusebij, ad Damasum Portuẽsem Episcopum, & Theodosium Senatorem Rumanum Epistolæ defensione.

Quod quarto loco aduersus æquè Cyrilli Eipstolam, tanquàm inpiæ hæresis assertricem obijcitur, id manifestò ab hæreticis, ijsq; Monothelitis, qui post centum circiter annos praui dogmatis auctores, & propugnatores fuerunt, ingestum est. F

Deniq; quòd in anonymo Hieronymi Vitę auctore, pro Damaso legatur Liberius, & pro Pelagiano Manichæus, prudentis Lectoris est in re euidentissima librariorum potius incuriam corrigere, non ipsum auctorem culpare: facilimus enim errorũ huiusmodi lapsus est, in ijsq; præsertim codicibus, qui per innumeras antiquariorum manus ex remotissimis sæculis ad nos peruenerunt. Sint in exemplũ, qui Tomo tertio Annalium eiusdem Baronij, Editionis Romanæ, Christi anno 1592 editæ, leguntur errores, videlicet. G

Pagina. 314. B. 11. Constantinus pro Constantio.
Pagina. 688. C. 10. Mezentium pro Auxentio.
Pagina. 712. D. 11. Geminiani pro Semiarriano.

Si igitur in his, alijsq; similibus non est mendacij accusandus ipse Baronius, pari iudicio, in euidentissimis, leuissimisq; dictionis vnius, vel alterius erroribus non est impostor conclamandus Hieronymi vitæ auctor anonymus. Sed de priori Recensione satis.

RECENSIO POSTERIOR.

In qua conplura alia conprærhenduntur, quæ certò Hieronymum conscripsisse ex Commentarijs superioribus liquet, tametsi de ijsdem nulla idcirco in superiori Recensione mentio facta D sit, vel quia temporum iniuria interciderint, vel quia seorsím apud alios legantur auctores. H

1 *Commentarij in Ioannis Apocalypsim.*
2 *Commentarij in Libros Leuitici.*
3 *Commentarij in Hieremiam a capite trigesimo secundo vsq; ad finem libri.*
4 *Commentarij in duas Pauli Apostoli Epistolas ad Corinthios.*
5 *Commentarij in duas eiusdem ad Thessalonicenses.*
6 *Commentarij in Epistolam ad Colossenses.*
7 *Commentarij in duas ad Timotheum.*
8 *Notationes breues in omnes Pauli Apostoli Epistolas propter tyranes.*
9 *De iudicio Salomonis explanatio.*
10 *Commentarij in Abdiam prophetam.*
11 *Tractatus luculenes in septem Psalmos.*
12 *Liber de resurrectione carnis.*
13 *Volumen in quatuor Euangelia.*
14 *Notationes seu Commentarioli in omnes prophetas propter tyranes.*
15 *Liber Vitas patrum inscriptus.*

16 Sup-

A
- *26 Supplementum od Eusebij Chronicon.*
- *27 Quæstiones tres de obscurissimis Sacræ Scripturæ.*
- *28 Opus de locis Scripturæ Sacræ adcorrumpendum proclinibus.*
- *29 Liber de hæresibus.*
- *20 De occasionibus, quibus exemplaria corrumpi & deprauari solent.*
- *21 Ad Paulam & Eustochium quamplurima, & quasi innumera Epistolæ.*
- *22 Martyrologium.*
- *23 Theodosij Imperatoris rerum gestarum latissima historia.*
- *24 Comes, siue Lectionarius, quo singulis diebus Ecclesia in celebratione diuini Officij utitur* B
- *25 Versio eorundem officiorũ, ac Missalis ex Latina in Sclauonam linguam.*
- *26 Versio Euangelij Nazaraeorum.*
- *27 Versio librorum Periarchon Origenis.*
- *28 Versio homiliarum quatuordecim in Hieremiam, & totidem in Ezechielem Origenis.*
- *29 Versio triginta nouem homiliarum in Lucam Origenis.*
- *30 Versio Ecclesiasticæ historiæ Eusebij Cæsariensis e Græco in Latinum.* E
- *31 Versio Chronicorum eiusdem Eusebij Geraeco in Latinum.*
- *32 Versiones Regularum Pachomij, Oriesij, & Theodori Monachorum.*
- *33 Versiones Sacrarum Sentẽtiarum Theodori.*
- *34 Versiones librorum Paschalium Theophili Episcopi.*
- *35 Versio libri de Sacris Misterys, vel de Sacris suppellectilibus Ecclesiæ Dei, eiusdem Theophili.*
- *36 De Pastorali regimine od Cirillũ Tractotus.*
- *37 Versio Commentariorum Alexandri Aphrodisei in Aristotelis philosophiam e Græco in Latinum.* F
- *38 Versio totius Scripturæ Sacræ ex Hebræo in Latinum.*
- *39 Versio eiusdem Sacræ Scripturæ ex translatione Septuaginta e Græco in Latinum.*
- *40 Versiones Homiliarum Origenis in Pentateuchum.*
- *41 Dubitotur on scripserit in Genesim, & Exodum.*
- *42 Dubitatur an scripserit librũ de essentia Dei.*

ANIMADVERSIONES.

C 1 DE eis Cassiodorus antiquissimus, atq; proximus Hieronymi temporibus auctor Libro vnico institutionis diuinarũ lectionum meminit. Vide in hoc ipso opere, capite decimoquinto, numero trigesimoprimo.

2 Citat hosce Hieronymus, de eisq; agitur capite decimonono, numero vigesimoprimo.

3 Res hæc explicata habetur capite decimoquinto, numero decimooctauo.

4 Meminit de his omnibus Cassiodorus
5 } loco præallegato, quos etiã Cõmenta-
6 } rios se diligẽter inquisiturũ scribit, atq;
7 ab amicis sibi transmittendos sperat.

8 Has non tantùm Hieronymum edidisse idem Cassiodorus affirmat, sed & præ manibus D habuisse testatur: allegat insuper eas interdum. Quod ne cuipiam dubitatio subrepat, de Commentarijs eundem Pelagij, Tomo septimo operum eiusdem Hieronymi potuisse fortassis intelligere, hos ipsos ab illis passìm distinguit, vt nullus sit de eisdem ambigendi locus.

9 De ea Animaduersione centesima trigesimaprima.

10 Agit de eisdem Baronius Tomo quarto Annalium, de quibus, & hæc habet: Cœpit ibi (in solitudine scilicet Euagrij) primùm ipse sui experiri vires ingenij, atq; vt pullus aquilæ primo volatu celsa petens culmen propheticæ eminentiæ ausus est penetrare; cui tamen ætate grandiori sublimiora scandẽti, humilia sunt visa; ita vt illa ante elucubrata omnino despexerit, posterioribus priora emẽdans. Fuit hic G Commentarius in Abdiam prophetam, quem cùm iuuenis elaborasset, erubuit postea senex audiens per Italiam circunferri, quem obliuione putabat esse deletum.] Hæc Baronius. De eisdem, & ipse Hieronymus in præfatione in Abdiã sic loquitur: [Si Apostolus proficit, & quotidie præteritorum obliuiscens in priora se extendit, ac secundum præceptum Domini Saluatoris stiuam tenens post tergum non respicit: Quanto magis ego, qui nec dum ad ætatem perfecti viri, & in mensuram Christi veni mereri debeo veniam, quòd in adolescentia mea prouocatus ardore, & studio scripturarum, allegoricè interpretatus sim Abdiam prophetam, cuius historiam nesciebã.] Hucusq; H ipse. Nobis hoc opus excidit, posteriusq; tantùm in eundem prophetam superfuit. Prioris autem ex adnotatis aliàs super duodecim prophetas, Animaduersione vnica, trecentesimus sexagesimus quintus Christi annus conijcitur. Et reuerà, cùm posteriores Commentarij Christi anno trecẽtesimo nonagesimo quinto illic adscripti sint: hiq; posteriores ex eiusdẽ Hieronymi testimonio ante triginta annos scriptis mandati probentur, vtiq; etiam sequitur, eiusmodi anno trecentesimo sexagesimo quinto priores Commentarios elucubratos.

Deniq;

A Deniq;,quod ex hactenus explicatis memoria
dignum videtur, Hieronymi vitę tempus est,
cum eosdem iuuenis adhuc Commentarios
aggressus est. Siquidem absoluerat is tunc tri-
gesimum secundum annum, & proximè se-
quentem incœperat. Quod sanè paulo su-
perius adducto eiusdem testimonio arridet,cū
nec dum in perfecti viri ætatem,& in mensurā
Christi (quæ trigiotatribus annis, & mensibus
æquè tribus definita est) se venisse teste-
tur.

11 Horum pariter mentionem ingerit Hie
ronymus in proprio de scriptoribus Ecclesiasti
cis libro dicens. [In Psalmos scripsi a decimo
B vsq; ad decimum sextum, tractatus septem.]
Ex quibus & editos eosdem intelligimus ante
Domini annum trecentesimum nonagesimum
secundum, cùm eo ipso annus liber conposi-
tus sit. At quoniam eiusmodi in Psalmos tra-
ctatus, medij recensentur inter triginta nouem
homilias Origenis in Lucam, & inter Vitam
Malchi captiui Monachi, (de quorum tempo-
re alibi;) Hinc & eodem tempore, monumen-
tis ipsos mandatos coniectura ducor, trecente-
simo videlicet nonagesimo Domini anno.
Commemorant eosdem, & alij conplures Scri
ptores, præsertim Bellarminus; quanuis in enu
meratione ab eodem Hieronymo differat: eos
C nanq; incipit numerate a Psalmo decimo quar
to, & perducit vsq; vigesimum inclusiuè.

12 Huius operis assertor Augustinus est
Epistola centesima sexagesima prima ad Ocea
num. De hoc etiam capite decimo nono, nu-
mero decimo octauo.

13 Extat de hoc Tomo tertio proprium
Hieronymi testimonium: præfatio videlicet in
idipsum, Damaso Summo Pōtifici inscripta, in
Ordine centesima vigesima tertia. Cusum ab
eo tunc opus est, cum Romæ eundem Pontifi-
cem in Ecclesiasticis causis subleuabat. Nu-
meratur eiusmodi annus trecēsimus octogesi-
mus quartus. De eodem capite decimo nono,
D numero decimo octauo.

14 Harum meminit Cassiodorus prælle-
gato loco, & ipse Hieronymus Epistola quin-
quagesima secunda ad Pammachium, quæ qui
dem Epistola, cùm trecentesimo nonagesimo
in superioribus adscribatur, circa eadem etiam
tempora editæ videntur ipsę Notationes. Do-
lent maximè deflētq; harum iacturam Corne-
lius Schultingius, nec nō Baronius Tomo
quinto, sub extremo anni millesimi
quadringentesimi vigesimi.
De eisdem capite deci-
monono, numero
decimo oc-
tauo.

An Hieronymus scripserit Vitas Patrum. E

CONTROVERSIA XXXIV.

NOn contemnenda inter doctos viros dis-
ceptatio est, an Liber Vitas Patrum in-
scriptus, qui nunc Venetijs sub Christi Domi-
ni anno millesimo quadringentesimo octogesi-
mo tertio inpressus, sub eiusmodi Præfatione
circunfertur, videlicet: [Incipit prologus San
cti Hieronimi Cardinalis Presbyteri in libros
Vitas Patrum Sanctorum Aegyptiorum, etiam
eorum qui in Scithia, Thebaida, atq; Mesopo-
tamia morati sunt, non solum quos oculis vi- F
dit, maximoq; labore conspexit, verùm & quan-
plura a fide dignis relata conscripsit notabili
diligentia. Deniq; aliorum etiam autentico-
rum libellos fideliter e Græco in Latinum tran
stulit, & ab alijs translata pro sui perfectione
huic operi inseruit.] Cuius libri exordium est:
[Benedictus Deus, qui vult omnes homines sal
uos fieri:] dubitatur inquam, an liber huiusmo-
di Hieronymi germanus sit, an potius suppos-
titius.

Qui negatiuam partem tuentur Gennadij
Massiliensis Presbyteri testimonia ex libro de
viris Illustribus, ac primum quidem ex annota-
tis de Petronio adducunt, vbi scribit: [Petro- G
nius Bononiensis Italiæ Ecclesiæ Episcopus,
vir Sanctitate vitæ, & Monachorum studijs ab
adolescentia exercitatus scripsisse putatur Vitas
Patrum Aegypti Monachorum, quas velut spe-
cula, ac normam professionis suæ Monachi an-
plectuntur &c.] Alterùm verò, ex aliquantò
superius recensitis de Euagrio, cùm nimirum,
non ex aliorum sententia, sed ex proprio rem
explicans iudicio hęc habet [Euagrius Mona-
chus, Macarij familiaris discipulus, diuina &
humana litteratura eruditus; cuius etiam liber,
qui attitulatur Vitas Patrum, velut continentis
simi, & eruditissimi viri mentionem facit &c.]
Deniq;, quod magis vrget, ipsius quoq; Hiero H
nymi propria de hoc assertio est; dum nimirū
Ctesiphonti aduersus Pelagianos scribens ve-
ritatem ipsam sic explicare videtur: [Euagrius
Ponticus Hyperborita, qui scribit ad Virgines,
scribit ad Monachos, scribit ad eam, cuius no-
men nigredinis nomen testatur, (idest Mela-
niam seniorem) edidit librum, & sententias
ἀπάθειαν, quam nos inpassibilitatem, vel
inperturbationem possumus dicere, quando
nunquam animus vllo perturbationis vitio
commouetur: & vt simpliciter dicam, vel sa-
xum, vel Deus est. Huius libros per Orientem
Grecos, & interpretante discipulo eius Rufino,
Latinos pleriq; in Occidentem lectitant.

A Qui librum quoq; ſcripſit, quaſi de Monachis:
multoſq́ in eo enumerat, qui nunquam fuerũt,
& quos fuiſſe ſcribit, Origeniſtas, & ab Epiſco-
pis damnatos eſſe non dubium eſt: Ammoniũ
videlicet, & Euſebium, & Euthymiũ, & ipſũ
Euagrium, Or quoq; & Iſidorum, & multos
alios, quos enumerare tædium eſt, & iuxta il-
lud Lucretij.

Ac veluti pueris abſinthia tetra medentes,
Cum dare conantur, prius oras pocula circum
Contingunt dulci mellis, flauoq; liquore.

Ita ille vnum Ioannem in ipſius libri poſuit
principio, quem & Catholicum, & Sanctum
fuiſſe non dubium eſt; vt per illius occaſionẽ
B cæteros, quos poſuerat hæreticos Eccleſiæ in-
troduceret.] Hucuſq; Hieronymus de pre-
fati libri auctore, quæ omnia cum contentis in
eo congruunt, vt propterea certiſſimus eiuſdẽ
auctor Euagrius, & non alius habeatur.

Cæterùm ad oppoſitum, pro affirmatiua
parte Canonis verba faciunt, prima parte. diſ-
tinctione decimaquinta, capite tertio: [Sanc-
ta Romana Eccleſia] videlicet. [Vitas patrum
Pauli, Antonij, Hilarionis, & omnium eremi-
tarum, quas tamen Beatiſſimus ſcripſit Hiero-
nymus cum omni honore ſuſcipimus &c.] Ad
hoc ipſum, & alterum Sanctæ Birgittæ teſti-
monium eſt, libro tertio Reuelationum eius,
C capite vigeſimoprimo; vbi Deiparæ Virginis
ad eam verba eiuſmodi diriguntur. [Iſti tres
ignes longè lateq́; ſe dilatauerunt. Quorum
primus incenſus fuit in eremitis, & religioſis,
ſicut deſcribit Hieronymus, qui Vitas eorum
inſpiratus Spiritu ſancto inuenit mirabiles, &
meritò imitandas &c.] Quo in loco Conſaluº
quoq; Durantus hæc adnotauit, videlicet.
Hac de re latiſſimè Hieronymus primo Tomo
ſuorum operum, vbi deſcribit Vitas Sancti
Hilarionis Abbatis, Pauli primi Eremitæ, San-
cti Malchi Monachi, & aliorum plurimorum.
&c.]

Difficultati reſpondet Bellarminus in libro
D De Scriptoribus Eccleſiaſticis: Tribuitur (in-
quiens) ad vltimum liber De Vitis Sanctorum
Patrum Sancto Hieronymo: ſed ſciendum eſt
eum librum non eſſe vnius auctoris: nam in
prima parte ponuntur Vitæ Monachorum,
quas ſcribit Euagrius Ponticus, de quo ſcribit
S. Hieronymus in Epiſtola ad Cteſiphontem,
ex illis Vitis ſolam primam eſſe veram, quæ eſt
Ioannis Abbatis. Eidem Euagrio tribuit Vitas
patrum Gennadius in ſuo Catalogo ſcriptorũ.
Vitis illis ab Euagrio ſcriptis adiunctæ ſunt,
Vitæ Pauli primi Eremitæ, Hilarionis, & Mal-
chi a S. Hieronymo ſcriptæ: Item Vita Sancti
Antonij ſcripta ab Athanaſio. Item Vita S.
Mariæ Aegyptiacæ a Zoſimo edita: Itẽ mul-
ta ex collationibus Caſſiani.] Hęc Bellarmi- E
ni reſponſio. Sed reuera, quanuis ea vera ſit,
& ipſum is librum optimè examinet, atq; diſ-
cutiat, Gelaſij tamen Summi Pontificis allato
nuper De libris apocryphis decreto minime ſa
tisfacit. Quandoquidẽ, ſi ipſe Gelaſius ſcrip-
turarum, vt dicitur ſolertiſſimus perſcrutator,
cum ſuorum aſſenſu Presbyterorum Cardina-
lium circiter annũ quadringenteſimum nona-
geſimum quartum, inter opera eiuſdem Hie-
ronymi recognoſcit, & approbat Vitas Pauli,
Antonij, & Hilarionis, & omnium eremitarũ,
quas eundẽ ſcripſiſſe teſtatur, quo modo vſque
quaque Bellarmini reſponſio difficultati op-
portuna cenſebitur, quæ inter Vitas patrum ab F
eodem exaratas Hieronymo, Hilarionis tan-
tùm, Pauli, atq; Malchi acta concedit? Alia
igitur via dificultati occurrendum arbitror.
Verùm quidem, atq; certum librum Vitas pa-
trum prænotatum, Hieronymi non eſſe legiti-
mum partum, ſed Euagrij potiſſimum (excep-
tis adnotatis in eo, atq; diſcretis a Bellarmino.)
Cęterùm ab hoc diuerſum fuiſſe aliquando ab
eodem Hieronymo conſcriptum librum De
Vitis Sanctorum Patrum, (in cuius, & exor-
dio Vitæ Pauli, Antonij, & Hilarionis impri-
mis continebantur) declarant eiuſdem Gela-
ſij verba, quibus dicitur. [Vitas Patrum
Pauli, Antonij, Hilarionis, & omnium ere- G
mitarum &c.] Quòd, ne hęc a me excogita-
ta quiſpiam ſuſpicetur, tu ipſe, lector, ad ſe-
quentia decreti verba diligenter attende. E-
nimuero, cùm Gelaſius dixiſſet, [& omnium
eremitarum] protinus intulit [quas tamẽ vir
Beatiſſimus ſcripſit Hieronymus.] Certè ſi li-
ber iſte in quo & Pauli, & Antonij, & Hilario-
nis, & omnium eremitarum vitæ diſcribeban-
tur diuerſus omnino ab Euagrij opere non fuiſ
ſet, non addidiſſet Sanctus Pontifex. [Quas
tamen vir Beatiſſimus ſcripſit Hieronymus.]
Igitur hac iureoptimo vſus eſt cautione, quo-
niam is Origenis, Origeniſtarumq́; omniũ ap-
primè notitia pollebat (ideircò enim & Ori- H
genem, & Rufinum eius interpretem, & alios
cõplures eiuſdem factionis In decreto ipſo re-
iecit, legendoſq́; prohibuit) quorum quia in-
numeri in Euagrij Opere reſpergebantur, lau-
dibuſq́; cumulabantur, ad vtriuſq; Operis, &
Hieronymi, & Euagrij euidentiſſimam diſ-
tinctionem addidit: [quas tamen vir Bea-
tiſſimus ſcripſit Hieronymus.] Porrò h[illegible]
temporum iniuria periſſe compertiſſimum
eſt.

Nec præmit, ſi hoc loco dicatur: Quomodo
ergo Pauli, Hilarionis, atq; Malchi Vitæ ad
nos ſaluæ, atq; integræ peruenerunt, ſi eiuſdem
Hieronymi liber, in quo tam horũ, quàm cæ-

A terorum omnium cõtinebantur, extinctus est? Non premit inquam, cum horum Acta cæteris aliàs eius operibus immixta (quippe quæ diuersis antea temporibus absoluta) integro iacturam patiente volumine, salua perstiterint. Hæc de libro Actorum patrum.

Nunc alia superest difficultas explicanda, a quo nimirum Antonij vita edita sit, cùm idẽ Gelasius in Canone illius auctorem Hieronymum affirmarit: E contrariò verò Victorius Bellarminus, & alij conplures cũ legitimis eiusdem scriptis minime percensuerint? Respondet breuiter Baronius in suis ad Martyrologium Romanum Notis, sub die decima sep-
B tima mensis Ianuarij: Scripsit, inquiens, egregia Antonij Acta S. Athanasius, quæ quidem Euagrius, non ille Ponticus Origenista, sed qui postea præfuit Ecclesię Aotiochenæ, in Latinum sermonem conuertit, vt auctor est Sanctus Hieronymus De Scriptoribus Ecclesiasticis *in Euagrio*. Præstitit hoc ipsm idem Hieronymus postulante Pammachio, vt ipse profitetur ad eundem scribens Epistola centesima prima De optimo genere interpretandi, quam illam esse putamus, quæ habetur præ manibus. Cùmq; vt ipse ait in ea vertenda, more suo, non verba verbis, sed sententias reddiderit sententijs, inde fortasse factum est, vt Gelasius
C Papa eum non tam vertisse, quàm scripsisse Antonij Vitam testetur.] Hæc Baronius quæ pariter Tomo tertio Annalium Ecclesiasticorum sub Christi Domini anno trecentesimo quinquagesimo octauo circa finem repetit. Idipsum sensisse visus est, Victorius in Indice Hieronymi operum, Verbo [Antonius Magnus.]

16 Vbi Eusebius Chronico suo extremam manum inposuit, ibi Hieronymus exorditus, ad sua vsq; tempora illud idem protraxit: ominitum, vt ipsemet in præfatione testatur, Ab anno Constantini Magni vigesimo, (Christi videlicet trecentesimo vigesimo sexto) ad Va-
D lentis sextum, & Valentiniaoi iterum (eiusdẽ Christi trecẽtesimũ septuagesimũ;) sed & quę alia multa in eo ipso Chronico ex diuersis alijs Scriptoribus, deq; suo etiam addiderit, latius explicatur in fine capitis sexti.

17 De quibusnam vero hæ fuerint, explicatur capite decimo quinto, numero 12. 13. 14., & 15.

18 De hoc agitur eodem capite decimo quinto, numero trigesimo septimo.

19 Citat hunc S. Augustinus, vti etiam capite decimo nono, numeto decimo octauo explicatum est.

20 Meminit de eodem ipse Hieronymus in Epistola vigesima octaua ad Lucinum, cuius
testimonium explicatur capite decimoquinto, E
numero trigesimo octauo.

21 Has ipsas cum cæteris suis scriptis numerat in libro De Scriptoribus, sub extremò. de eisdem capite decimonono, numero decimoseptimo.

De Auctore Epistolarum, quæ Martyrologio præfiguntur?

CONTROVERSIA XXXV.

22 CONscripsisse Hieronymum Martyrologium non tantùm Cassiodori tes-
timonio iã capite decimo nono, num. decimo F
octauo explicatũ est, sed ad eã ipsam rẽ omniũ quoq; siuè recentiorum siuè veterum consensus accedit, & testimonium. Dubitatur tantummodo, an quæ præfigi olìm consueuerant Epistolæ Hieronymi sint, an non? Quod ne in Recensione hac, quidpiam siuè de proprijs, siuè de suppositiijs lector desideret, atq; vt veritas æquè dubitationum nebulis expurgata lucidior prodeat, earundem Epistolarum subijcere nunc exemplar opere precium esse duxi. Huiusmodi autem illud est.

Chromatij, & Heliodori Epicoporũ ad S. Hieronymum pro conscribendo Martyrolo-
gio Epistola. G

Domino S. Patri Hieronymo Chromatius & Heliodorus Episcopi in Domino salutem.

CVm religiosissim⁹ Augustus Theodosius Medìolani vrbem esset ingressus, vniuersosq; Italiæ Episcopos ad se inuitasset, & ob eã causam aliquantulorum Episcoporum, qui ex Arriana fece suas animas inquinassent, inquireret, contigit & nostram paruitatem in eodẽ adesse Concilio: in quo cum dicenda dicta essent, & definienda definita; cœpit Christianissimus Princeps S. Gregorium Cordubensis
Ecclesiæ in eo præferre antistitem, quòd omni H
die, siuè non ieiunans, matutinas: siuè ieiunãs, vespertinas explicans missas, eorum Martyrũ, quorum natalitia essent, plurima nomina memoraret. Factumq; est, vt omnes statueremus ad tuam scribere charitatem, vt famosissimos Feriales de archiuio S. Eusebij Cæsareæ Palęstinæ Episcopi inquirens, Martyrum ad nos dirigas facta; vt possimus hoc officium per tuã sanctam industriã melius, perfectiusq; ad honorẽ Dei Martyribus exhibere.] Huculq; ipsi.

Sequitur Hieronymi nomine responsiua ad eosdem Epistola.

A *Beati Hieronymi super eo ipso ad eosdem responsio.*

CHromatio, & Heliodoro Sanctis Episcopis Hieronymus Presbyter. Constat Dominum nostrum Iesum Christum omni die Martyrum suorum triumphos excipere, quorum passiones a Sācto Eusebio Cæsariēse Episcopo scriptas reperimus. Nam Constantinus Augustus, cùm Cæsaream fuisset ingressus, & diceret memorato Antistiti, vt peteret aliqua beneficia Cęsariensi Ecclesiæ profutura legitur respondisse Eusebium: Opibus suis Ecclesiam B ditatam nulla petendi beneficia necessitate compelli, sibi tamen desiderium immobile extitisse, vt quidquid in republica Romana gestū sit erga Sanctos Dei, iudices iudicibus succedentes in vniuerso Orbe Romano, solicita perscrutatione, monumenta publica discutiendo, perquirerent; & qui Martyrum, a quo Iudice, in qua Prouincia, vel Ciuitate, qua die, quaue perseuerantia, passionis suæ obtinuerunt palmam, de ipsis archiuijs sublata, ipsi Eusebio, regio iussu dirigerent. Vnde factum est, vt idoneus relator existens, & Ecclesiasticam historiam texeret, & omnium penè Martyrum Prouinciarum omnium Romanarum trophea dili- C gens historiographus declararet, quatenus omni die sacrificium Dei offerentes eorum nomina meminissent: studentes, qui die ipso, quo sacrificium offerretur, victores Diaboli extitissent, & Martyrij sui triumpho pollentes, atq; ouantes ad regem suum peruenissent Christū. Hac de causa singulorum mensium, singulorumq; dierum festa conscripsimus, vt iubere dignabamini; perennem nostræ paruitatis memoriam fore credentes, cùm diebus omnibus, per tot annorum spacia Sancta Sanctorum nomina fuerint festiuè celebrata. Et quoniam per singulos dies diuersarum prouinciarum, diuersarumq; Vrbium plusquam octingentorū D & nongentorum Martyrum sunt nomina nominata, vt nullus dies sit, qui non intra quingentorum numerum reperiri possit adscriptus, excepto die Kalendarum Ianuariarum: considerans innumerabiles, lectoris animum intra vnum mensem posse lassescere; ne id eueniat breuiter, & succinctè eorum, qui sunt in amplissima festiuitate in suis locis tantùm prę omnibus memoratus sum, vt amputato fastidio vnus de omnibus sufficiat libellus adscriptus. Sanè in prima parte libelli omnium Beatorum Apostolorum festa conscripsimus, vt dies varij non videantur diuidere, quos vna dignitas Apostolatus in cœlesti gloria fecit esse sublimes.] Hactenus fictus Hieronimus.

Porrò ad propositam difficultatem propius E accedentes, germanam vtranq; Epistolam, Chromatij nimirum & Heliodori vnam, alterā ipsius Hieronymi testatus est Beda, auctor septingentesimi vigesimi Christi anni in Retractationibus in Acta Apostolorū, capite primo dicens [: Adstipulatur & liber Martyrologij, qui Beati Hieronymi nomine ac præfatione attitulatur: quanuis idem Hieronymus illius libri non auctor, sed interpres, Eusebius autem auctor extitisse narretur.] Idipsum affirmauit Valfridus Strabo in libro de rebus Ecclesiasticis, capite vigesimo octauo sub extremo dum ait. [Hieronymus Martyrologium, secutus Eusebium Cęsariensem per anni circulum conscrip- F sit, ea occasione ab Episcopis Chromatio & Heliodoro illud opus rogatus componere, quia Theodosius, religiosus Imperator in Concilio Episcoporum laudauit Gregorium Cordubensem Episcopum, quòd omni die missas explicans eorum Martyrum, quorum natalitia essent nomina plurima commemoraret.] Hæc ille. Quæ sanè non alij, quàm eiusmodi epistolarū fundamento vtrunq; innixum scripsisse, nemini dubium est.

Verùm oppositam sententiam omninò accipiendam non solùm Baronius in suo ad Martyrologium Romanum tractatu, capite sexto, & sequenti optimè conuincit: Sed & Bellarmi- G nus, & Schultingius, & Victorius, & quotquot ante eum Hieronymi doctrinam considerauere idipsum a legentibus iudicium ferendum indicarunt, dum easdem Epistolas in cæteris Hieronymi scriptis ita ex horruerūt, vt ne mutire quidem de illis sanius arbitrati sint. Eiusdem sententiæ Ioannes Molanus est in Tractatione de Martyrologijs, quam auctam in Appendice sui Vsuardi secundò editi posuit. Enimuerò preterquam quod eiusmodi Epistolas spurias affirmat: Cassiodori etiam testimonium de præallegata Hieronymi Epistola, primitus Martyrologio affixa, nullo pacto accipiendum esse testimonium contendit: Cuius assertioni & ip- H se Baronius præcitato loco libenter subscribit. Et certè rem ita esse contenti in ipsis Epistolis errores apertè testantur. Viderat quispiam non minus inprudens quam inprobus effictor, germanas a Cassiodoro ad Hieronymi Martyrologiū litteras allegatas, nescio quo casu amissas desijsse, rē propterea laude dignā se facturū autumans duas hasce temerè supponere ausus est Epistolas, nec temporum rationem, nec rerum ipsarum veritatem considerans. Quod vt manifestius reddatur illarum mendacia proponemus.

Absurda

A

Absurda prioris Epistolæ.

SYnodus inprimis Mediolani Theodosij temporibus coacta merum commentũ est, de ea quippe neq; Sanctus Ambrosius in funebri de eodem Theodosio oratione, neq; alijs quispiam, siue sęcularium, siue Ecclesiasticarum rerum scriptor meminit. Gregorius dehine Cordubensis vespertinas ieiunans missas agens in eadẽ laudatur contra Ecclesiæ ritũ & cõsuetudinẽ, quæ in cœna tantũ Domini Feria quinta maioris hebdomadæ teste Augustino Epistola centesima decima octaua ad Ianuarium, missam in Vespere celebrari consueuit. Eiusdem
B praeterea Gregorij, etiam in ieiunij, ac Quadragesimæ diebus Martyrum natalitia celebrandi mos approbatur, qui expressè eiusdem Ecclesiæ consuetudini repugnare ex antiquis comprobatur Canonibus. Vide Concilij Laodicensis caput quinquagesimũ primũ apud martyrum collectas, capite quadragesimo octauo, & trigesimo tertio, quæstione prima.

Absurda posterioris.

SAnctus in ipso Epistolę limine Eusebius celebratur, qui a Hieronymo & Arrianus, & Arrianorum vexillifer perpetuò sugillatur.
C Idem mox a Constantino magno in Cæsareæ Ciuitatis ingressu, vt beneficijs augeatur, expetitur, de quo ne verbum quidem ipse eiusdem semper laudum, atq; rerum gestarum prædicator egregius in Vita, quam de eodem conpusuit. Deniq; singulis anni diebus quanplurimorum Martyrum natalitia ab Ecclesia celebrari posse, vno Kalendarum Ianuariarum excepto die (quasi in illo nullus martyr effectus sit) manifestum mendacium est, ex Martyrologioq; Romano sub eo ipso die oppositum conprobatur. De styli Epistolæ diuersitate ab legitimis Hieronymi scriptis superuacaneum arbitror verba facere, cùm vel ipsi indocti rem
D satis dijudicare queant.

Igitur cùm suppositiciæ supra descriptæ probatæ sint Epistolæ, & nequaquam Eusebius conpendiosè (seu verius) breuissimæ Martyrũ Collectionis, (quã nos Martyrologiũ dicim⁹) sed prolixi alterius, & propè infiniti operis, res eorundem Martyrum, numero penè innumerabilium, stylo potius historico complectentis (sicut sæpius ipsemet, & confictus etiam in Epistola Hieronymus testatur) auctor fuerit, superest, vt primas, certissimo eiusdem Martyrologij primo inuentori cum Cassiodoro Hieronymo deferamus. Postremò de hoc ipso Martyrologij opere ab Hieronymo edito, quan-

uis certus annus ignoretur, probabile tamen E
est circiter Domini annum trecentesimum nonagesimum quintum illud exaratum, cùm eo tempore vtriq; Episcopi, Chromatius Aquileiensis, & Heliodorus Altinensis claruerint. Porrò ante Domini annum trecentesimum nonagesimum secundum minimè fuisse litteris proditum hoc declarat, quòd in serie propriorum scriptorum in libro de Scriptoribus haud referatur.

23 Quoniam in propria ad Eusebij Chronicon præfatione Hieronym⁹, de Theodosij atq; Gratiani Imperatorum rebus gestis historiam satis expressè sequentibus polliceri visus est,
videlicet: [Sciendum etenim est me esse (in B
Eusebij nimium Chronico trãsferendo,) & interpretis & scriptoris ex parte officio vsum.] Et post aliqua: [Quo fine contentus reliquum tempus Gratiani & Theodosij latioris historię stylo reseruaui, non quo de viuentibus timuerim liberè, & verè scribere (timor enim Dei hominum timorem expellit,) sed quoniã debacchantibus adhuc in terra nostra Barbaris incerta sunt omnia.] Hæc ipse. Ex quibus & ipse Baronius Tomo tertio Annalium Ecclesiasticorũ fuisse eundem omnino eiusmodi historiam conplexum arbitratus est: post quippe proximè Hieronymi citata verba, hæc addidit: [Hu-
cusq, Hieronymus: ex quo quidem perspicuũ G
redditur ipsum edidisse chronicon Gratiani, & Theodosij Imperatorum temporibus. At licet huiuscemodi lucubrationis non fecerit mentionem in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis, cum sua in fine operis recenset scripta: idẽ tamen ipse in Epistola ad Oceanum (corrigo hunc locum, & scribe ad Pammachium) De optimo genere interpretandi ingenuè profitetur, dum & dictæ præfationis suæ præpositæ Eusebij Chronico meminit, & ex ea aliqua recitat, nam ait: Cum Eusebij Cæsariensis Chronicon in Latinum verterem, tali inter cætera vsus sum præfatione: Difficile est alienas lineas
insequentem &c. Citat & in Commentarijs H
in Danielem idem Eusebij Chronicon a se translatum.] Hæc Baronius. At quoniam nunc ex Hieronymo ab eodem ingesta Baronio nil prorsus de huiuscemodi Imperatorum historia, nisi tantum de absoluta Eusebij eiusdem a se edita translatione profitentur (perinde ac ipsis legentibus liquet) simplici eius ego assertioni primùm non acquieui: Cæterùm posteaquam super ipsa re ex veterum lectione scriptorum, atq; Cassiodori inprimis testimonium accepi, eidem deinceps Baronio libenter subscripsi. Libro nanq; is institutionis diuinarũ Lectionum, capite vigesimo primo hæc habet. [Ille enim (Hieronymus scilicet) scripsit ad diuinæ

A diuinæ legis nouum lectorem, qui tamen erat litteris sæcularibus eruditus, vt etiam librum de Theodosio principe prudenter, ornateq; confecerit. Ita ipse, cuius testimonio nullũ certius, aut antiqui' adduci adduci potuisse lectori constat. Editum verò opus circiter annũ Christi quadringentesimum vndecimum, vel proximè sequentem hinc probatur, quod eo tempore ex Italia fugati iam Barbari pax Romano præsertim Imperio subsecuta sit; cuius & antea absentia præpeditus Hieronymus cõceptum opus nequiuit absoluere.

24 De eiusmodi opere habetur ex Prolegomenis Iacobi Pamelij in secundo Tomo Li-
B turgicon veritas explicata. Non solum enim a Hieronymo certis pronptum opus, atq; eius hortatu a Damaso Papa in Ecclesiam Romanam illatum affirmat, verum & ad assertionis propriæ plurimos, eosq; probatissimos addu-
Berno auctor 1014 cit testes. Bernonisq; inprimis Augiensis testimonium Libro de Missa allegat affirmantis: Librum De Sacramentis Diui esse Gregorij, Lectionarij vero, siuè Comitis opus Diui Hieronymi.] Id quod capite quinto rursum explicans; Sicut, inquit Sanctũ Gregorium Libri Sacramentorum, & Antiphonarum, ita Beatum Hieronymum credimus ordinatorem Lectio-
Microlg' auctor 1030. narij, vt ipsius testatur prologus in exordio eiusdem Comitis.] Micrologus item Libro
C de Ecclesiasticis obseruationibus, capite vigesimoquinto, nominatim Librum Hieronymo tribuit, hæc scribens. [Liber Comitis, siuè lectionarius, quem Sanctus Hieronymus cõpaginauit, eidem ieiunio post Pentecostem lectiones ad festiuitatem Spiritus sancti pertinentes attribuit. Rursum Rodulphus Tungrensis, cuius & verba in superiori Recensione Animaduersione quinquagesimatertia alla-
Io. de Ianua auctor 1270. ta sunt, subscribit. Consentit, & Ioannes de Ianua in opere quod Catholicon inscribitur, Verbo, Hieronymus: necnon Ioannes Belethus in Rationali diuinorum officiorum capite vigesimoseptimo. Deniq; hoc idem Gulielmus Durantes in suo æquè Rationali diui-
D norum officiorum sequentibus approbat, videlicet. [Euangelia quoq; & Epistolas, & cætera, quæ de nouo, & Veteri, Testamento in Ecclesia leguntur preter cantum, magna ex parte Hieronymus ordinauit: quod opus extemplò idem Hieronymus Romam misit, & a Damaso Papa canonizatum est, & præceptum a cunctis Ecclesijs obseruari, & appropriatum est Damaso propter auctoritatem suã, quam interposuit. Consequenter tamen Beatus Gregorius, & Gelasius orationes, & cantus addiderunt: & lectionibus, & Euangelijs Responsoria coaptarunt.] Ex quibus omni-

F bus Operis eiusmodi, quod Comes dicitur, quod religiosas personas semper comitetur, certus auctor Hieronymus conprobatur.

25 Declaratur istud capite vigesimo in propria Controuersia de multiplici linguarum peritia, qua polluit ipse Hieronymus aduersus Baronij sententiam.

26 De eadem capite decimonono, numero decimo octauo.

27 De ea capite decimoquinto, numero vigesimoseptimo.

28 De eadem capite, decimoquinto, numero vigesimo quinto.

29 De eadem capite decimoquinto, nu-
F mero vigesimosexto.

30 Perijsse opus iam supra capite sexto circa finem explicatum est.

31 De Chronici æquè translatione loco supra allegato paulò superius.

32 De eisdem capite decimo nono, numero decimo octauo.

33 Habentur Theodori nuper inpressæ sententiæ in Editionibus Parisiensi, & Coloniensi post tertium Tomum. Qui hic Theodorus, siuè vt alijs placet Theodorus fuerit neq; ex Hieronymo, neq; ex Gennadio, alioue quopiam ex antiquis haurire potui Scriptoribus. Mihi cum eo idem ominò dicendus videtur,
G cuius, atq; Oriesij Regulas e Græco in Latinum sermonem Hieronymum vertisse nuper obseruaui: fuit enim vterq; Aegypti Monachus, atq; Pachomij discipulus. De vtroq; Gennadius in suo de Viris Illustribus libro: atque de Theodoro præsertim in Vita Pachomij: nec non in libro, Vitas patrum prænotato, secunda parte, § trigesimo tertio, atq; demum in Martyrologio Romano, sub die vigesima octaua mensis Decembris. Fuit, & alter eiusdem nominis, ijsdem prorsus temporibus, Theodorus, Aegypti item Monachus, atq; Antonij discipulus. Sed is in Catalogo scriptorum non recensetur.

H 34 Habentur eiusmodi Theophili libri ab Hieronymo latinitate donati Tomo tertio Bibliothecæ Sanctæ. Editum autem primum ab eodem Theophilo Christi anno trecentesimo nonagesimo nono, secundum vero quadringentesimo primo, tertium quadringentesimo quatro testatur Baronius Tomo quinto. Porrò diuersis eos ab Hieronymo translatos temporibus ex eiusdem scriptis haud obscurè cõijcimus. De primi & secundi versione loquitur Epistola septuagesima octaua cũ scribit. [Rursum Orientalibus vos locupleto mercibus, & Alexandrinas opes primo Romam verè transmitto.] De tertij verò Epistola trigesimaprima ad eundem Theophilum.

[A] 35 Meminit de hoc ab Hieronymo Latinitate donato Baronius Tomo quinto Annalium Ecclesiasticorũ sub anno Christi quadringẽtesimo decimo secũdo hisce verbis: Theophili librum De sacris mysterijs, vel de sacris suppellectilibus Ecclesiæ Dei, eidem Ecclesiæ vtilissimum fuisse potes ex fragmẽto Epistolæ Sancti Hieronymi ad ipsum Theophilum datæ, cũ Commentarium illud e Græco in Latinũ sermonem ab ipso rogatus transtulit intelligere, quòd in Collectione veteri diuersorũ auctorũ legitur verbis istis: In opere tuo vtilitatẽ spectauimus Ecclesiarũ, eruditi testimonijs scripturarum, qua debent veneratione Sancta suscipere, [B] & altaris ministerio deseruire: sacrosq; calices, & sancta velamina, & cætera, quæ ad cultũ Dominicæ pertinent passionis, non quasi inanima, & sensu carentia, sanctimoniam nõ habere, sed ex consortio corporis & sanguinis Domini, eadem qua corpus eius, & sanguis, maiestate veneranda. Suscipe igitur librum tuum, immo meum, & vt verius dicam, nostrũ: Cunq; mihi faueris tuus eris. Tibi enim meũ sudauit ingenium, & facundiam Græcam Latinæ nolui paupertate pensare. Neq; verò, vt diserti interpretes faciunt, verbum verbo reddidi: nec adnumeraui pecuniam, quam mihi per partes dederas; sed pariter attendi, vt nihil desit ex sensibus, cùm aliquid desit ex verbis. [C] Epistolam autem tuam, idcirco in latinum verti, & huic volumini præposui; vt omnes qui legerint, sciant, me non temeritate, ac iactantia, sed præceptis beatitudinis tuæ suscepisse onus vltra vires meas. Quòd an consecutus sim, tuo iudicio derelinquo: certè si imbecillitatem repræhenderis, voluntati veniam cõmodabis. Vale] Hæc tibi sint, lector, pro libro Theophili a Hieronymo translato, qui æquè excidit vna cum integra eiusdem Hieronymi Epistola; qua maiori ex parte temporis edacitate corrosa, vix pauca hæc ab eius faucibus eruta, posteritati sarta tecta relinquimus. [E] Ab Hieronymo versum opus post mox supra commemoratas eiusdem Theophili elucubrationes hinc mihi persuadeo, quòd de eo nullibi in eiusdem Hieronymi, Theophilo simili ex causa datis Epistolis, reperi factam mẽtionem.

Extat in Hæresologia.

[D]

36 De Tractatu meminit Equilinus in suo Sanctorum Catalogo *in Hieronymo*, & nos in Commentarijs capite nono, numero decimo.

37 Citat idem ipse Hieronymus opus Epistola quinquagesimaprima ad Domnionem hisce verbis. [Frustra ergo verti Commentarios Alexandri] vbi & Victorius de Alexandro Aphrodiseo testimonium interpretatur.

[F] 38 Pluribus res ista explicata est capite quarto, numero primo, & capite decimo quinto, numero quinto, & capite decimosexto, numero quarto, quinto, & sexto.

39 De ea capite decimoquinto, numero quarto.

40 Extant hodie in Genesim homiliæ tantùm decem, & septem: In Exodum tredecim: In Leuiticum sexdecim: In Numeros viginti octo: In Deuteronomij librum elucubratæ exciderunt omnes. Creduntur verò ab Hieronymo translatæ omnes (exceptis ijs mea sententia, quæ in Leuiticum sunt, scatent enim Origenis erroribus) præsertim, cùm de alio nõ constet interprete. De eisdem capite decimo quinto, numero decimo. [G]

41 Dubitationem propositam vide capite decimo nono, numero decimo octauo, & capite decimoquinto, numero octauo.

42 De eodem capite decimonono, numero vndecimo. Quibus breuiter adnotatis Animaduersionibus (saluo semper meliori iudicio) finem inponimus ad laudem Omnipotentis Dei, qui est benedictus in sæcula. Amen.

[H]



Grauis-

Grauissimorum Auctorum

DE HIERONYMO ELOGIA,

Quorum nonnulla in ipso opere allata iam, citantur tantùm: aliqua verò subijciuntur, temporis seruato ordine, quò singuli fluerunt.



B *Damasi Summi Pontificis, Auctoris trecentesimi septuagesimi sexti. pag.* 72. b.c.f.g.

Item eiusdem apud Hieronymum Tomo tertio, Epistola centesima quadragesima quarta.

Damasus Hieronymo.

COmmentaria cùm legerem Græco, Latinoq; sermone in Euangelium interpretatione, a nostris, idest, Orthodoxis viris olim, ac nuper scripta, de eo, quod legitur,
Matt. 21. *Osanna filio Dauid* non solum diuersa, sed etiã contra sibimet proferunt. Dilectionis tuę
C est, vt ardenti illo strenuitatis ingenio, abscissis opinionibus, ambiguitatibusq; scrupulosis, quid se habeat apud Hebræos viuo sensu scribas, vt de hoc, sicut & de multis, tibi curæ nostræ in Christo Iesu gratias referant.

Gregorij Nazianzeni, auctoris trecentesimi octogesimi. pag. 130. h.

Epistola Synodi Miluetanæ ad Innocentium Papam, quadringentesimo decimo quarto Christi anno data. pag. 247. b.c.

Augustini, auctoris quadringentesimi decimi ad eundem Hieronymum, ex Epistola centesima secunda, apud eundem Augustinum Tomo secũdo ad Eustochium.

D Scripsi librum ad Sanctum Presbyterũ Hieronymum de animæ origine, consulens eum, quomodo defendi possit illa sententia, quam religiosæ memoriæ Marcellino suam esse scripsit, singulas animas nouas nascentibus fieri, vt non labefactetur fundatissima Ecclesiæ fides, qua inconcussè credimus, quòd in Adam omnes moriuntur, & nisi Christi gratia liberentur, qui per suum Sacramentum, etiam in paruulis operatur, in condemnationem trahuntur. Scripsi alium librum ad eũdem Hieronymum, quomodo illi videatur acipiendum esse, quod scriptum est in Epistola Iacobi. 2. Quicunq; autem totam legem seruauerit, offendat autẽ in vno factus est omnium reus. Sed in hoc dixi etiam, quod mihi videtur: in illo antèm de animæ origine tantùm quid ei videatur, consultatoria quadam disputatione quæsiui: Occasionem quippe cuiusdam sanctissimi, & studiosissimi iuuenis Presbyteri Orosij, qui ad nos ab vltima Hispania, idest ab Oceani littore, solo sanctarum scripturarum ardore inflammatus aduenit, amittere nolui, cui, vt ad Hieronymum quoq; pergeret persuasi. F

Item eiusdem libro decimo octauo de Ciuitate Dei, capite quadragesimo tertio.

Non defuit temporibus nostris Presbyter Hieronymus, homo doctissimus, & omnium trium linguarum peritus, qui non ex Græco, G sed ex Hebræo in Latinum eloquium easdem scripturas litterato labore conuertit.

Item eiusdem. pag. 155. e. 204. d. 925. c. 254. c. d.

Seueri Sulpitij auctoris quadringentesimi decimi, in Dialogo primo de virtutibus Monachorũ Orientalium.

Progressus Bethlehem oppidum petij, quod ab Hierosolymis sex milibus disparatur, ab Alexandria autem sedecim mansionibus abest, Ecclesiam loci illius Hieronymus Presbyter regit: Nam parochia est Episcopi, qui Hierosolymam tenet, mihi iam pridem Hieronymus superiore illa mea peregrinatione compertus, H facilè obtinuerat, vt nullum expetendum rectius arbitrarer. Vir enim præter fidei meritũ, dotemq; virtutum, non solum Latinis, atq; Græcis, sed & Hebræis etiam ita litteris institutus est, vt se illi in omni scientia nemo audeat conparare. Miror autem, si non & vobis per multa quæ scripsit opera conpertus est, cùm per totum Orbem legatur. Nobis verò (Gallus inquit) nimium, nimiumq; conpertus est: Nam ante hoc quinquenium quendam illius libellum legi, in quo tota nostrorum natio Monachorum ab eo vehementissimè vexatur, & carpitur. Vnde interdum Belgicus noster valde irasci solet, quòd dixerit, nos vsq;

ad

A ad vomitum solere saniari. Ego autem illi vi-
ro ignosco, atq; ita sentio de Orientalibus illũ
potius Monachis, quam de Occidẽtalibus dis-
putasse. Nam edacitas in Græcis gula est, in
Gallis natura. Tum ego; Scholastice, inquã,
Galle defendis gentem tuam, sed quæso te,
liber iste, nunquid hoc solum vitium damnat
in Monachis? Imò verò inquit, nihil penitus
omisit, quod non carperet, laceraret, expo-
neret: præsertim auaritiam, nec minus vanita-
tem insectatus est. Multa de superbia, non
pauca de superstitione disseruit: Verè fatebor,
pinxisse mihi videtur vitia multorum. Cæ-
terùm de familiaritatibus Virginum, & Mo-
B nachorum, atq; etiam Clericorũ, quàm verà,
quàm fortia disputanit; vnde a quibusdam,
quos nominare nolo, dicitur non amari. Nam
sicut Belgicus noster irascitur, edacitatis nos
nimiæ notatos, ita illi fremere dicuntur, cùm
in illo opusculo scriptum legunt: Cœlibẽ sper-
nit virgo fratrem, quærit extraneũ.] Ad hęc
& ego: Nimium inquam, Galle progrederis:
caue ne & te aliquis, qui hæc fortasis agnoscit,
exandiat, teq; vnà cùm Hieronymo incipiat
non amare; Nam quia Scholasticus es, non
immerito te versu Comici illius admonebo:
Obsequium amicos, veritas odium parit: Tua
nobis potius vt cœperas Posthumiane, repeta-
C tur Orientalis oratio. Ego, inquit, vt dicere
instituteram apud Hieronymum sex mensibus
fui, cui iugis aduersus malos pugna, perpetu-
umq; certamen. Concitit odia perditorum:
oderunt eum hæretici, quia eos inpugnare nõ
desinit: Oderunt Clerici, quia vitam eorum
insectatur, & crimina. Sed planè eum boni
omnes admirantur, & diligunt: nam qui eum
hæreticum esse arbitrantur, insaniunt. Verè
dixerim. Catholica hominis scientia, sana doc
trina est. Totus semper in lectione, totus in
libris est, non die, non nocte requiescit: aut
legit aliquid semper, aut scribit, quod nisi mi-
hi fuisset fixum animo & promissum, Deo tes-
te, propositam eremum adire, vel exigui tem-
D poris punctum, a tanto viro discedere noluis-
sem. Huic ergo traditis, atq; commissis omni-
nibus meis, omniq; familia, quæ me contra
voluntatem animi mei secura tenebat implici-
tum, exoneratus quodammodò graui fasce,
penitus ac liber regressus Alexandriam, visita-
tis ibi fratribus, ad superiorem inde Thebaidã,
idest, Aegypti extrema contendi. Ibi enim
vastæ parentis eremi solitudines, plurimum fe-
rebantur habere Monachorum.

Sub Cyrilli nomine ad Augustinum. pag. 138. g. h.

Sacrosancta Romana Ecclesia. pag. 277. f. g.

Possidonij auctoris quadringentesimi trigesimi.

E Hieronymus tanta æmulorum laboranit in-
uidia, vt ab ea obrueretur virtus doctrinæ; Id
Palladius sibi a Possidonio in autem dictum
scripsit.

Ioannis Cassiani auctoris quadringentesimi tri gesimi. pag. 114. d. h. 277. e.

Sidonij auctoris quadringentesimi quadragesimi, libro quarto Epistolarum Claudianum commendantis.

Instruit vt Hieronymus, astruit vt Augusti-
nus, consolatur vt Gregorius, vt Ambrosius
perseuerat.

Prosperi Aquitani, auctoris quadringentesimi sexagesimi, in supplemento Chronicorum Eusebij, atq; Hieronymi eiusdem. pag. 277. d. e. F

Item eiusdem in libro de ingratis aduersus Pelagianos.

Tunc etiam Bethlai præclari nominis hospes
Hebræo simul, & Graio, Latioq; venustus
Eloquio, morum exemplũ, mundiq; magister
Hieronymus libris valde excellentibus hostem
Dissecuit: nosciq; dedit, quo turbine veram
Vellent exorta lucem obscurare tenebræ.

Gennadij Massiliensis Presbyteri, auctoris quadringentessimi nonagesimi in Catalogo Virorũ illustrium, in Vita Pauli Orosij.

Paulus Orosius ab Augustino pro discenda
animæ ratione ad Hieronymum missus, rediẽs
G reliquias Beati Stephani primi Martyris, tunc
nuper inuentas primus intulit Occidenti. Me-
minit autem suauissimæ, iucundissimęq; con-
suetudinis suę cum Batissimo Hieronymo Pres
ytero, Paulus Orosius libro septimo historiarũ,
capite quadragesimo tertio.

Gelasij Summi Pontificis auctoris quadringentesimi nonagesimi quarti, in Concilio Romano. pag. 230. b.

Ennodij Ticinensis Episcopi auctoris quingentesimi. pag. 53. h.

Aurelij Cassiodori auctoris quingentesimi trigesimi Institutionis diuinarum lectionum libro primo, capite vigesimo primo.

H Vbicunq; se locus obtulit, Gentilium Bea-
tus Hieronymus exempla dulcissima varietate
promiscuit, totum explicans, totum exornãs,
& per diuersa disputationum genera disertus
semper, & æqualis incedens. Nam cùm ali-
quos magna vbertate libros protendat, tamen
pro dulcedine dictorum suorum semper gra-
tus est. Quem in Bethlehem habitasse otio-
sum non arbitror: nisi vt in terra illa miracu-
lorum ad instar solis, eius quoq; ab Oriente
nobis more lampadis splenderet eloquium. Is
Epistolam suam ad Paulinum, & Senatorem;
& Presbyterum mirificam destinauit, docens
quemadmodum scripturas diuinas, adhibita
cautela perlegeret, vbi breuiter virtutẽ vnius

cuiusq;

A cuiusq; libri Veteris, & noui Testamenti mirabiliter indicauit. Quam si ante reperissem, eloquentiæ ipsius cedens, cootentus fortassè fueram de eadem parte nihil dicere. Sed quia & ille alia, & oos diuersa in opere iam confecto, Domine largiente conscripseramus, credo quod Lector diligens, & in hoc opusculo non inutiliter occupetur. Ille enim scripsit ad diuinę legis nouum Lectorem, qui tamen erat litteris sęcularibus eruditus, vt etiam librum de Thedosio Principe prudenter, ornateq; cōfecerit. Nec illa tēpestate vt datur intelligi, tātos Scriptores suæ partis habuit, quos cum in ordine legere commoneret quoniam illo tem-
B pore milites Christi, in Gymnasio legis diuinæ, salutari adhuc laborant sudore, in quo & ipse postea multa conscripsit.

Item eiusdem, præallegato loco. pag. 132. g. h. 155. e. 264. a.

Gregorij Magni auctoris sexcentesimi. pag. 204. e. 216. c.

Isidori Hispalensis auctoris sexcentesimi vigesimi. pag. 204. e.

Bedæ auctoris septingentesimi quadragesimi. pag. 204. g.

Ionæ Aurelianensis auctoris octingentesimi vigesimi, libro primo de cultu Imaginum.

Claudij Taurinensis Episcopi Iconomachi,
C & Arriani nouitij Sanctæ Ecclesiæ hostis, anima ex duorum animabus priscorum comparata, atq; vni corpori indita, Vigilantij videlicet, & Eusthatij, qui (vt verbis Sedulij vtamur) ambo errore pares, quanquam sint diuersa secuti. Licet enim in plurimis ab alterutro desciuerint, in contemnendis tamen Saoctorum Martyrum reliquijs, eorumq; sepulchris dehonorandis, & nonnullis Ecclesiasticis traditionibus reprehendendis vnum peruersissimè senserunt. Quorum alterius error a Beato Hieronymo, Sanctæ Dei Ecclesiæ Doctore eximio, veritatisq; fidelissimo assertore, & vesani erroris experientissimo execratore strenuè superatus: Alterius verò Gangrensi Concilio per-
D petuo anathemate a Sanctis Patribus est destinatus.

Ioannis Andreæ Bononiensis doctoris, auctoris millesimi trecentesimi, in libro qui Hieronymianum opus dicitur.

Quibus plus profecit Latinorum Ecclesiæ, quàm qui Vetus, & nouum Testamentum, de Græco, & Hebraico, & cæteros ipsius libros sicut Danielem de Chaldaico, & Iob de Arabico, suis in eis præmissis formosis, & vtilibus prologis transtulit in Latinum? Id condoctorum nulli creditur fuisse possibile, cùm non legamus illos multiplicis linguæ esse peritos. Quod esse nō ambigitur Spiritus sancti donū, pro vt in Actibus legitur Apostolorum. Nec E est dubitandum illum Deo magis acceptum, cui plus a Christo donatur.

Petri Pauli Vergerij auctoris millesimi quadringentesimi vigesimi.

Quod si ex me quispiam quærat, quam huius Sancti (Hieronymi videlicet) gloriosi viri primam, potissimamq; laudem existimem: hanc scilicet incunctanter respondebo: quòd meo quidem iudicio, non possit dignè humano ore laudari: Deinde quòd vnoquoq; genere laudum earum, quæ ad doctum, rectumq; hominem, ac planè religiosissimum Christianum pertinent, laudari eximiè de singulis potest. Quòd si iam in eo laudando cœpero lit- F
terarum peritiam commemorare, diuersarum experientiam linguarum, orationis facundiā, rectos fabularum sensus, multam historiarum memoriam, naturalium rerum cognitionem, moraliumq; sermonum, tum verò Scripturæ sacræ, veræq; Theologiæ perceptionem, non videbor fortasā aliquid magnum dicere, quòd hæc ipsa malis etiam hominibus possint aduenire, neq; enim ista bonos faciunt, sed eruditos: Aut si præterea continentiam, fortitudinem, prudentiam, constantiam, mansuetudinem, patientiam, benignitatemq; in illius laudibus recognouero: nec sic quidem fortitan magnopere eum ornare iudicabo, quòd & his G
virtutibus plurimi Gentilium prediti fuere; suntq; hæ laudes, vt debitæ quidē viro bono, ita plane non propriæ homini Christiano. Postremò, si fidem constantem, spem certam, charitatem intensam, omnemq; sanctimoniam, & cęremoniarum cultum, religionisq; studium demonstrauero; nec sic quoq; fortassis laus erit eximia, quòd hęc ipsa debet vnus quisq; de se rectus, fidelisq; Christianus exhibere. At verò si hæc omnia, & quæcunq; his nominibus, aut omnino virtutis nomine continentur, in eo fuisse vniuersa contestor: eaq; ipsa non mediocriter, aut vulgari quodā summotenus modo, sed excellentissimè, atq; inçonparabiliter H
affuisse constet. Nonne hoc diuinum quoddam in homine videri necesse est? Ego sanè, cùm trita esse vulgo vocabula, eruditionem, eloquentiam, fortitudinem, prudentiam, ac charitatem, Et cætera huiusmodi commemoro, talia quædam mihi dicere videor, qualia solent in communi hominum vita reperiri, & non eminentissimas illas virtutes, quas in excellentissimis viris, paucis illis quidem omni ętate fuisse constat. Quamobrem ęgrè ferre soleo, & Latinę orationi indignari, quòd proprijs, atq; exquisitis nominibus, exquisitissimas laudes efferre non licet, quę tantùm penè a cōmunibus distant virtutibus, quantum fermè

A virtus a vitio. Verùm quod orationi deest,
oro suppleat audientis intellectus: & nõ quod
dicam, sed quod dicere velim accipiat: quod
& hinc quoq; licebit intelligere: Nam solent
pauca horum, aut singula quædam, dum in-
tenso gradu cuipiam adsunt magnum virum
constituere: admirabilisq; excellentiæ eum vi-
deri, qui plura ex his sit assecutus. Quid ergo
is debet existimari, qui omnium virtutum, cũ-
ctarum bonarum artium cumulum, non per-
functoriè, sed ad summum in se collegissen
cuius vita totius sanctitatis exemplum, elo-
quentia stupor, doctrina miraculum. Itaq; nõ
tam sanctum nomen habuit, quod quidem de-
B notat ipsum Hieronymi vocabulum, quàm ip-
sam in se habuit sanctitatem. Nam cùm dua-
bus rebus fundata ost in initio sacra religio, pręe
dicatione scilicet Apostolorum, & sanguine
Martyrũ: cumq; quod illi sermone docebant,
hi per carceres, & tormenta, ac deniq; mortẽ
ipsam astruerent; in vtrorumq; locum suo gra
du subierunt Sancti Doctores, qui quod illi
compendiosè docuerant, latius explicarent:
quodq; Martyres sanguine suo testati sunt, hoc
isti vitæ Sanctimonia confirmarent; atq; ad-
uersus omnem hæresim, omnemq; vitiorum
labem, pro fide, iustitiaq; consisterent, ijdem
C & militum vices gerent, & ductorum. Multa
autem, variaq; Hieronymus, vti fortis miles in
hac vita bella sustinuit: cum mundo quippe
bellum gessit, & vicit: Et quando Sacerdos iã
factus, & Summo Sacerdotio dignus habitus,
ab Vrbe cessit: pompisq; sæculi, & omni ambi-
tioni mundanorum renunciauit; Cum carne,
ac Dęmonibus, cùm in illa trans mare vasta
solitudine, quæ vt ipse ait, exusta solis ardori-
bus horridum Monachis habitaculum præsta-
bat, carnem quidem ieiunijs frangeret, spirita-
les autem hostes orationibus effugaret: cùm
improbis atq; æmulis, in quos sæpe per prolo-
gos, sæpe per Epistolas scribẽdo inuectus est:
D Cum hæreticis, quos libris, tractatibusq; scri-
bendis sæpenumero de diuersis conuicit erro-
ribus, disputandoq; vi rationum superauit.
Doctoris ergo nomen vt habet, ita & officium
studiosissimè viuens gessit: præsentes voce, &
exemplis erudiens absentes scriptis. Vtrosq;
verò tam suæ ætatis, quàm posteros volumi-
nibus diuersi idiomatis, varia interpretatio-
ne linguarum, viuorum doctorum eruditio-
nem adiuuans, rudiores historia delectans,
auctores instruens arcanis, sacræ Scripturæ sen
sibus explicandis. Eloquentiam certè iã eius
laudare tentarem, quæ tanquam riuus limpi-
dissimus leniter defluens, & aspectu, & sono
delectat; nisi ipse se multò melius, quàm a me
fieri possit, elegentia sua legentibus commen-
daret: ad quã dignè prædicandã eius ipsi⁹ elo E
quentia opus esset. Nec me deterret quòd dã-
natus fuerit eius studij aliquando Hieronym⁹,
cùm estatica visione tractus, ad Iudicis æterni
tribunal; & quinã esset interrogatus, pro Chris
tiani nomine, quòd inter merùm, trepidatio-
nemq; profitebatur, Ciceroniani sibi nomen
obijci audiuit. Neq; enim res ipsa dãnata est,
sed fortassis eius studium vehementius: sine
qua profectò vix sacræ litteræ, certè non tan-
ta cum voluptate legerentur. Hæc igitur, vt
cæteræ quoq; dotes, quas strictím commemo-
raui; multos acerbissimosq; illi æmulos com-
parauere, quorum vt Improbitati cederet, Ro
ma migrauit, & qui Doctor larè clarissimus F
habebatur, Gregorio Nazianzeno in discipli-
nam se tradidit. Post quæ studia, cum de fre-
quentissima Vrbe recessisset ad eremum se trã-
stulit; & qui in Vrbe omniũ vrbanissima homi-
nes perpessus erat bestiales, in desertissima ere-
mo bestias est expertus humanas, ibiq; leo na-
tura sæuissimus imperium eius pertulit, cùm
hic homo natura mitis in se sæuiret. Roma i-
gitur Bethlehem permutauit, diuitiq; ex Vr-
be non tam pulsus, quàm cedens, elegit ibi pau
per viuere, vbi pauper Christus est natus: &
inde salutem petere, vnde ortus est auctor ipse
salutis. Quid enim aduersus malignitatem tu-
tum vspiam esse poterit, quando tanta virtus G
persecutore non caruit? Quòd si nobis quid
tale accidat, ex eius casu consolari nos ipsos de
bemus, inter ea verò maledicos benefaciendo
vincere, & eorum in nos odium virtute patien-
tiæ, mansuetudinisq; superare: illo præstante
qui viuit, & regnat in sæcula sæculorum.

*Baptista Platina in Vita Damasi primi Ponti-
ficis, auctoris millesimi quadringentesimi septua-
gesimi secundi.*

Pacata Ecclesia, Damasus otio litterario de-
lectatus Vitas Pontificum, qui ante se fuere,
conscripsit, easq; ad Hieronymum misit. Non
destitit tamen & templa, & cultum diuinum
augere. Primus etiã Hieronymi scriptis auc- H
toritatem dedit, cùm prius Septuaginta Inter-
pretum scripta tantummodo in pretio essent.
Nam & Biblia Hieronymi legi cœpta sunt, &
Psalmi eiusdẽ fideliter ex Hebraico traducti,
cùm antea apud Gallus potissimùm incompo-
sitè legerentur.

Eiusdem in Vita Innocentij Primi.

Tempore Theodosij Hieronymus Presby-
ter, in Bethlehem habitans, ingenio ac facun-
dia Christi fidem mirum in modũ auxit, quod
etiam scripta declarant.

Eiusdem in Vita Bonifacij primi.

Bonifacij primi Pontificatum insignem red
didere multi præclari viri, maximè Hierony-

mus

A mus Presbyter, Patre Eusebio, natus Oppido Seridonis, quod a Gothis euersum, Dalmatiæ quondam, Panoniæq; in finibus fuit. Quantum iuuerit iste Ecclesiam Dei, vita, & scriptis, non attinet dicere, cùm vita eius sanctissima omnibus præluceat, & scripta eius ita, & in pretio, & in honore sint, vt nemo magis legatur, ab eruditis pręsertim. Moritur autem Hieronymus in Bethlehem, ætatis suæ anno nonagesimo primò, pridie Calendas Octobris.

Fratris Baptistæ Mantuani Carmelitæ, auctoris millesimi quingentesimi, libro nono Fastorũ.

B AT cũ perspiceres, diuina volumina multis
Deprauata locis, & conceptacula lympha
Vnde bibunt animæ, primum amisisse nitorem
Hanc tua scabriciem vigilans industria longo
Detersit sudore, tuus labor ista fugauit
Nubila, & expulsa fecit vada lympida fece,
Tu sale illius, quo syluestres colocyntas
Incola Carmeli docuit compescere vates,
Fungeris officio, tu raptus ab arbore ramus,
Quo Moses purgauit aquas, fontesq; Sabaot.
Tu velut Alcides contra Symphalica monstra
Hæresiarcharum claua decernis & arcu:
Tu quasi sol lucis genitor iubar elicis almum,
Ignitasq; tuo totum iacularis in orbem
Ore faces, fideiq; fugas a finibus hostem.
C *Tu similis Zephiro, qui pallida nubila, & imbres*
Dissipat, & pulso cælum squalore serenat,
Qui Solem, Lunamq; aperit, Titaneaq; astra.
Qui vitam infundit passis horrentia plantis
Frigora ad Australẽ dũ sol procul exulat urnã,
Ad superos tandem longo iam frigidus æuo,
Vtpote qui stabas annorum in limine centum
Scandis, & æterna frueris dulcedine vitæ.
O Pater ad nostras voces conuertere, & audi,
Prandia iam dudum sumus ad diuina vocati.
Et transire prius per sancta negotia longo
Est opus incessu, sed inertia corporis obstat.
Fasce sub hoc igitur ne deficiamus, adesto
D *Tu cui concessum est, epulis accumbere Diuum,*
Et fer opem posita tanto in discrimine cymba:

Marci Antonij Sabellici, auctoris millesimi quingentesimi, Tomo quarto, libro secundo exemplorum.

Ferunt Hieronymum Stridonensem, Christianæ pietatis lumen, & propugnaculum ingens dicere solitum: Oppida & Vrbes videri sibi tetros carceres, & solitudinem Paradisum. Putas eum sensisse quæ dixerit, quippe qui horridum Siriæ solum, scorpionibus & feris infectum, sacco amictus, humi cubans, aqua & herbis victitans Romanis prætulit delitijs?

Cælij Calcagnini Ferrariensis in Imaginem Sancti Hieronymi.

ECquis in angustę spirantem imagine fixit F
Te pater, incuruumq; genu, impexumq; capillos
Et multa illuuie squallentem, incanaq; menta,
Pallidaq; ore fame, & multo membra horrida tabo
Promentem e sacco, & maculosa nebride cinctum,
Et duro toties plangentem pectora saxo.
Pectora tot fæcunda bonis qua flumine largo
Fuderunt nobis arcana volumina, nobis
Diuinas & opes, priscorum oracula vatum,
Vnde salus, vnde & vita melioris origo
Heu mihi te nimiũ exemplis crudelibus vrges:
Quid malè mulctatum tergus, quid liuida ceruix F
Hæ potuere genæ, flagris fletuq; rigentes?
Quid latera hæc cilicum crudeliter obsita setis
Et spinis implexa? quid enthea pectora tantum
Admisere nefas? quid mens cælestibus hausta
Ausa quid est? tantis quæ digna piacula pœnis
Quam lachrymis, & sollicitis singultibus vsq;
Nocte die crucias. En vix cutis arida mẽbris
Nititur, attritaq; hærent compagine costa.
Nec iam ille es gelidum, qui quondam natus ad Istrum
Arua Palæstino petijsti torrida cancro
Illius tenuis tunc vix agnoscitur vmbra.
Cur tantùm licuit de te tibi? Non ferus hostis G
Hæc ausit, non monstra istis errantia syluis;
Tu monstris sæuoq; in te crudelior hoste.
Parce pater tibi, parce pater: Nos verbera, nos hæc
Flagra decent, quos mille modis rapit impetus amens
Dum cælum toties, superosq; lacessimus vltro.
Hinc vocat ambitio, trahit hinc vesana libido:
Hinc mouet ira suos stimulos, timor inde coercet:
Hinc premit illa animo semper rediuiua voluptas.
Nos ergo exultantem, atq; in diuersa trahentẽ
Castigemus equum, vt spacijs conclusus iniquis H
Et mores ferat, & leges patiatur heriles:
Sed quoniam sine præsidio, sine numine Diuum
Nitimur in cassum, quia vis humana fatiscit
Heus age, & infandos animo miserate labores
Huc ades o Pater, & propius nos aspice nostras,
Atq; tua nobis plaga, tua verbera prosint.

Beati Dardanij. De his, quæ poterat docere idem Hieronymus in deserto.

EN hospes rigidus pulso mea pectora saxo
Ante salutiferi vulnera quinque Dei
Pœnitet admissi, si quid peccauimus olim,
Felix, qui minima labe carere potest:

Pessu-

A *Peſſumus hinc certam nobis ſperare ſalutem,*
Et ſimul æternum conciliare patrem.
Vrbis delicias, humana incendia mentis,
Fugimus & quidquid mollia corda facit.
Antra ideo incolimus viuo pendentia topho,
Quæ prius hirſutis luſtra fuere feris
Nulla hominum ſi non hic ſunt commercia nobis,
At mecum vitæ ſunt benefacta meæ.
Nemo poteſt ſolus, vel ſolis viuere ſyluis,
Diuinus ſi cui pectore feruet amor.
Non volucrum hic deſunt cantus, nec dulcis in-
aſtu
Aura, nec irrigua garrulus amnis aqua.
Viuitur hic paruo, nec me conuiuia tangunt,
B *Et quia nil cupio, nil mihi deeſſe poteſt.*
Sola fames reddit ſtomacho gratiſſima noſtro
Fercula, ponuntur qualiacunq; mihi.
Terra etenim nullo fruges parit alma labore;
Pro molli frondes, ſunt mea ſtrata, toro
Nullius hic nigra tingo loligine famam,
Nec mea corrodit pectora liuor edax.
Nulla meam ambitio vexat, nec gloria mentem
Pendet ab æterno, gloria noſtra, Deo.
Non Venus huc vario ingreditur fucata colore,
Protinus egreditur, ſi qua libido venit.
Securos, placida ſomnos captamus in vmbra,
Nec tuba, nec fures ſomnia noſtra fugant,
Non auri inuigilat loculis, victuq́ parando
C *Mens intenta patri ſola placere Deo.*
Omnia ſunt nihil cæleſtum præter amorem
Quidquid agunt homines concipiuntq́ ſibi,
Sæpe mihi aſſiſtunt manſueto corde leones:
Horrenda aſſurgunt horribileſq́ feræ.
Me ſatis effecit Domini cuſtodia tutum;
Et mea nullius conſcia mens ſceleris,
His tamen in rigidis ſcopulis, domibusq́ ferarum
Fons vbi dat potum, præbet & herba cibum.
Expugnare meum tentat cor blanda voluptas,
Sed ratio ſumma peritat in arce mihi,
At tu qui indulges genio, dulciq́ Lyæo,
Mollibus & plumis mollia membra foues,
Ah miſer, ah quantos patiere libidinus ignes,
D *Si ruit huc cupido dira libido pede.*

Ludouici Vinis de cauſis corruptionis artium, libro ſecundo.

Hieronymus Latinos, Græcos, Hebræos, Chaldæos ſcriptores plures euoluit, accuratius excuſſit; quàm eorum qui poſt eum quiſquā: nempe homo ſumma induſtria preditus, indefatigabili ſtudio, & longa vita vſus.

Eiuſdem libro de conſcribendis Epiſtolis, Capite de auctoribus Epiſtolarum.

Hieronymus ardens, & vehemēs, vt videatur ſemper ad Iudices dicere de cauſa capitali.

Fratris Ludouici Granatenſis Tomo ſecundo Concionum de Sanctis, Concione vnica in feſto Sancti Hieronymi. E

Quid non in Hieronymo mirabile? Quid non amplum atq; magnificum? Alius in eo mirabitur, hebdomadarum inediam, alios vigiliarum diuturnitatem, alius orationum inſtantiam: Ego vero in illo Sanctarum ſcripturarum amorem, & continuum diuinæ ſapientiæ ſtudium, cui ſe totum addixerat, vehemēter admiror. Hoc enim faciebat, vt minima noctis portio daretur ſomno, minor cibo, nulla otio. Hoc autem ſtudio vir Sanctus magnam Eccleſiæ, diuinarumq́; litterarum ſtudioſis lucem prætulit: & quamuis omnibus virtutibus fuerit ornatus, præcipue tamen in B. Hieronymo ſapientiæ donum eluxit, atq; in rectè viuendi ſcientia fuit verſatiſſimus. F

Chriſtoforſoni Angli in præfatione ad Euſebij hiſtoriam Eccleſiaſticam. pag. 155. b.
Melchioris Cani. pag. 155. g.
Ioannis Driedo. pag. 204. h.
Leonis a Caſtro. pag. 263. h.
Maruli. pag. 162. e.
Cornelij Schultingij. pag. 156. b. e.
Mariani Victorij. pag. 184. d. e.

Hieronymi cùm ad morum, tum ad Theologicarum controuerſiarum compoſitionem vſurpata ſententia. G

A Gratiano in prima parte Decretorum, hoc, eſt, in Diſtinctionibus,

Diſtinct. 9. c. Vt veterum. Diſt. 12. c. Illud. Diſt: 25. c. Primum. Diſtinct. 26. c. Vnius. Diſt. 27. c. Vouentibus, & c. Si nupſerit. Diſt. 29. c. Neceſſè. Diſt. 31. c. Si laicus. Diſt. 32. c. Hoſpitiolum. Diſt. 34. c. Quorundam, in medio canonis. Diſt. 34. c. Vidua. Diſt. 35. c. Ab exordio, & c. Luxurioſa, & c. Eccleſiæ, & c. Vinolentum, ibidem. Diſt. 36. c. Si quis vult. Diſt. 37. c. Sacerdotes, c. Nonne, c. Vino, c. Legaor, c. Legimus, H c. Si quis, c. Qui de menſæ. Diſt. 38. c. Si iuxta, c. Eccleſiaſtica. Diſt. 40, c. Non eſt facilè. Diſt. 41. Initio Ecce. Diſt. 42. Citatur Regula Monacharum. Diſt. 43. Initio pudicus. Diſt. 45, c. Recedite. Diſt. 49, c. Sacerdotes. Diſt. 50. c. Et purgabit, c, Cum exaudiero, c, Ieſus filius, c, Quicunq. Diſt. 56. c. Naſci, c. Dominus. Diſt. 76. c. Ieiunium, & c. Vtinā. Diſt. 86. c. Eſau, & c. Qui clementiam. Diſt. 92. c. Cantantes. Diſtinct. 93, c. Illud ex Hieronymo, de Septem Ordinibus Eccleſiæ, & c. Legimus. Diſtinct. 95. c. Olim, c. Ecce ego, c. Eſto.

A

In secunda parte, hoc est, in Causis.

CAusa prima, quæstione prima, c. Iudices, & c. Nunquam, & c. Hi quoscunq; Cau. 1. q. 1. Sic populus, c. Odit. c. Illi, c. Marcion. c. Vide Ibidem, c. Sicut Christus. c. Maledicam, c. O Propheta, c. Sacerdotes. Causa 2. q. 7. c. Non omnes, c. Paulus. Cau. 7. q. 1. c. In apibus. Cau. 8. q. 1. c. Moyses. c. Qui vos, c. Licet, c. Si ergo. c. Audacter. c. Illud, c. Qualis, c. Vereor. Cau. 10. q. 1. c. Quia Sacerdotes. Cau. 11. q. 3. c. Audi, c. Nolite recedere, & c. Nihil, versu: Item Hieronymus, & c. Quomodo. c. si quis dixerit. c. Si quis hominem. c. Quicunq; c. Existimant. c. Si Dominus. Cau. 12. q. 1. c. Clericus, c. Duo sunt. Cau. 12. q. 2. c. Gloria Episcopi. Cau. 13. q. 2. c. Postquam, & c. In præsenti. Cau. 14. q. 3. c. Putant. Cau. 14. q. 5. c. Nemo. Cau. 14. q. 6. c. Fur autem. Cau. 15. q. 5. c. Si quis insaniens, & c. Si quis non iratus: Cau. 16. q. 1. c. Monachus. Si cupis esse. c. Alia causa. c. Ecclesia. c. Sic viuo. c. Si clericat⁹. Cau. 16. q. 2. c. Reuertimini. Cau. 17. q. 1. c. Vouētibus. Cau. 22. q. 1. c. Et iurabunt. c. Et considera. Cau. 22. q. 2. c. Animaduertendum. c. Vtilem. Cau. 22. q. 5. c. Quoties. Cau. 22. q. 3. c. Si quis. Cau. 23. q. 4. c. Qui secundum, ibidem. c. Illo gladium, versu: Porrò illud Hieronymi. Cau. 23. q. 5. c. Quid ergo c. Regum officium. c. Si apud. c. Non solum, c. Non est. c. Qui malos. c. Iudex. c. Homicidas. Cau. 23. q. 8. c. Legi. Cau. 24. q. 1. c. Hæc est. c. Quoniam. c. Odi. Cau. 24. q. 3. c. Qui negligunt. c. Si quis. c. Resecandæ. c. Transferunt. Cau. 26. q. 2. c. Non statim. c. Sed & illud. Cau. 27. q. 2. c. Additur. c. Quapropter. c. Genuit. c. Egressus. Cau. 31. q. 1. c. Quomodo. Cau. 32. q. 1. c. Sicut non omnis. c. Conubia. c. Sicuti femina. Cau. 32. q. 4. c. In eo. c. Liberorum. Cau. 32. q. 5. c. Si Paulus. c. Præcepit Dominus. c. Apud nos. Cau. 32. q. 7. c. Omnes. Cau. 33. q. 3. de pœnitentia, dist. 1. c. Omnis iniquitas. c. Et venit. c. Importuna. c. Qui Sanctus. c. Si agamus. c. Quamobrem. c. Vide benignū. c. Ecclesia. c. Super tribus. c. Secunda, c. Quia. c. Ne fortè. c. Prædixerat. c. Mensuram. Cau. 33. q. 3. de pœnitentia dist. 2. c. Super tribus. c. Firmū. c. Nullus. c. Si enim. Cau. 33. q. 3. dist. 3. c. Septies. c. Totā. c. Acab. c. Sicut ait. c. Nahum. c. Nihil Iudæ. c. Prima consolatio, versu: Item opponitur. c. Quærat, c. Si quando. c. Cùm ita puniatur, Dist. 4. Et c. Hæretici. Cau. 33. q. 4. dist. 7. c. Sciatis. Cau. 33. q. 5. dist. 7. c. Tunc saluabitur. c. Hoc solū. c. Qui sitit. c. Cum caput. Cau. 34. q. 1. & 2. c. Non fiat. Cau. 36. q. 2. c. Tria legitima.

B C D

In tertia parte, hoc est, De Consecratione.

DE Consecratione dist. 2. c. Dupliciter, & c. De hac quidem, & c. Singuli. c. Nec Moyses. c. Accipite. c. Sacerdot. De Consecr. dist. 4. c. Eodem modo. De Cons. dist. 5. c. Non dico. c. Sint tibi ieiunia. c. Non mediocriter. c. Quidquid. c. Ne tales. c. Legimus. c. Nunquam.

Hieronymi eiusdem testimonia a Magistro Sententiarum in libris Atque Sententiarum, atq; in primo potissimum allata.

DIstinct. 6. littera C. Dist. 8. lit. A. & B. Dist. 10. F. Dist. 12. D. Dist. 25. M. Dist. 26. A. Dist. 33. A. & E. Dist. 39. C. Dist. 46. G.

Allata in secundo.

DIst. 2. E. Dist. 7. B. & D. Dist. 11. A. & E. Dist. 12. B. Dist. 14. E. Dist. 15. G. Dist. 18. H. Dist. 25. D. Dist. 28. H. Dist. 33. K. L. M. N. Dist. 36. H. I. Dist. 39. C. Dist. 42. F. Dist. 43. B.

Allata in tertio.

DIst. 2. A. Dist. 5. A. Dist. 7. H. Dist. 10. E. Dist. 36. A. Dist. 37. B. & C. Dist. 39. A.

Allata in quarto.

DIst. 1. C. Dist. 2. F. Dist. 4. B. Dist. 8. D. Dist. 14. A. Dist. 15. A. Dist. 17. A. Dist. 18. E. & F. Dist. 25. A. & C. Dist. 27. G. Dist. 31. E. Dist. 32. D. Dist. 33 B. Dist. 35. A. Dist. 42. I. Dist. 43. . Dist. 48. E. Dist. 50. G.

Hieronymi eiusdem auctoritates a S. Thoma in Theologica Summa, atq; in prima præcipuè parte allegata.

PRima parte, quæst. 19. art. 10. in prima Obiectione, eiusq; solutione. Q. 25. art. 4. in vera decisione. Q. 29. ar. 3. in 3. obiectione, & 3. solutione. Q. 31. in conclusione art. Q. 43. ar. 1. obiec. 2. Q. 61. ar. 3. in prima obiectione, & 1. solut. Q. 70. art. 3. in Conclusione. Q. 89. art. 5. in decisione veritatis, & in Conclusione, & in responsione ad 3. Q. 113. ar. 8. in Conclusione. Q. 115. ar. 5. in resp. ad 1. Q. 117. ar. 1. Q. 117. ar. 2. in responsione ad primum.

E F G H

A

Allegata in Prima Secunda partis.

QVæst.23.ar.1.in obiectione 2.& in resp.
ad 2. obiectionem. Q.72.ar.7. in deci-
sione veritatis,& in resp.ad 2.Q.80. ar.1.in se-
cundo argnmento. Q.99.ar.5. in conclusio-
ne,ex Procemio in Marcum. Q. 102. ar. 2. in
cōelusione. Q.102.ar.6.in resp.ad. 7. Q.103.
ar.4. in resp. ad primum & secundum.

Allegata in Secunda Secunda.

QVæst.1n. art. 12. in conclusinne. Q. 11,
B ar,1. ad primam.Quæst.11.ar.2.ad 3. &
art.3. in conclusione, & art. 4. ad 2. Q. 14. in
conelusione Q.19. ar.12. in conculusione. Q.
23.ar.1.ad 3. Q. 26. ar. 1n. in decisione veri-
tatis, & art. 12. ad 3. Q. 29. art. 3. ad 2. & in
solntinne ad 2. Q.33. ar.2.ad 1.& art.3. ad 1,
& in resp. ad 1.ar.5.in conel.ar.6.ad 2,ar.7.in
concl,ar.8.ad 3.Q.36.ar.2,ad 1.Q.39.in resp.
ad 3. ar.1.Q.43. ar.2.ad 2. ar.7. ad 4.ar.8.ad
ad 2.Q.44.ar.6,ad 1. Q.55.ar.6. ad 2.art.7.in
decisione veritatis. Q.77.ar. 4, ad 3.Q.83.ar.
11 in cōclus.Q.86.ar.2. in cōcl. & in 2,argu-
mento. Q.89.ar.2. in resp. ad 1. & ar.5. in 2.
C argumentn, & ar.6. in primo argumento, &
1.solut.Q.91.in resp.ad.1. ar.1.& ar.2.in 2.ar-
gumento. Q.95.ar.1. in concl.Q 99. ar. 3. ad
3.Q.101.in eonlusione. Q.103.art.1, in deci-
sinne veritatis. Q.109. ad 3. Q.110.ar.4.ad 4.
Q.124. ar.4. ad 1.& ar.5. in decisione verita-
tis. Q.142. ar.2. ad.1. Q.147.ar.1. ad 2.& ar.
3.in dcisione veritatis, & ar. 5. ad 3.& ar.8.ad
3.Q.149.ar.3.da 3.Q.152.ar.5.ad 2.Q.153,
ar.2.ad 2.Q.153.ar.8.ad 2.Q.158.ar.1. ad 1.&
ar.2.ad 4.& ar.3.ad 3.Q.162.ar.4.ad.3.Q.167
ar.1.ad 3.& in conclusione.Q.171.ar.5.ad 2.&
ar.6.in cōclusione.Q.172.ar.3.ad 1.& ad 3.Q.
174.ar.1. ad 1.& in decisione. & ar. 2. ad 3.&
D ar. 6. ad 3.Q. 184.ar.3. in resp. ad primum.
Q.185. ar.2. argumento 3.ar.3. in decisione.
art.6. in resp. ad 2.art.7.argumento.2.Q.186.
ar.3.& ad 3.& ad 6.ar.1.ad 1.Q.187.ar.1.ad 1.
& 2.& ar.2.ad 3.& art.3.in conclusione,& ar.
4.in 1. arg.& in conclusione. ar. 5.in conclusio-
ne,& ar.6. in 2. & in conlusione.Q.188. art.1,
in 3.ar.2. in 2.ar.5. in conclnsione, & decisio- E
ne veritatis.ar. 7.in 3. & in conclusione, & ad
2,& ad 3.& ad 5.ar.8. in 3.& in conclusione.
Q.189.ar.1.ad.1.ar.8.ad 2.ar.9, ad 2.ar.1n.in
conclusione.

Allegata in tertia parte.

QVæst.13.ar.2.ad 1.Q.15. ar.4.in conclu-
sione, & ar.6.ad.1.ar.7.ad 1.Q.16.ar.8.
in conclusione.Q.21.ar.4.ad.1.Q.25. ar. 6. ad
1.Q.27.ar.5.in decisione.Q. 28. ar.1. ad 2. &
ar.3. ad 1,ad 3.& ad 5.Q. 29.ar.1. in 3,& in 4,
& in cōclnsione, ar. 2,in 1, & in 2.Q.3n, ar.2,
in cōclusinne. Q.31,ar.2,ad 1,ar.3, ad 1,ad 2, F
ad 4, & ad 5.Q.32, ar.2.in 2,arg.& in respō-
sione ad 2.Q.35,ar.6,ad 3,& ar.8,ad 1. Q.38.
ar.3, ad 1,ar.6,in 4. & in respon. ad 4. Q.39,
ar.5, ad 2,& ar.8, in conclusione. Q. 40, ar.1,
in cōclusione,ar.3,in decisione veritatis, & in
resp. ad 2, Q.41.ar.4, ad 6,Q.43, ar.3,ad 1,
Q.44,ar.1,ad 4, ar.2, ad 2, & ar. 3, ad 1, & ad
2, Q.45, ar.1. ad 1, ar. 2, in decisione verita-
tis, ar. 3, ad 2,& ad 4,ar.4,ad 4,Q.46, ar.7,in
3, ar.9, ad 1, ar. 10, ad 3,ar.11,in conclnsione.
Q.47, ar.5,in 1. argum. Q.51,ar. 2,in respon-
sione ad 3. Q.53, ar.3, ad 2, Q.80,ar.7, ad 2.
Q.82, ar.4. ad 3, ar.5, in 1,& in resp. ad 1, Q.
84, ar.6, in decisione veritatis. Q.89, ar. 3, in G
2, & ar. 6, in 3. argumento,

Allegata in Tertia partis Supplemento.

QVæst.2, ar.4, in 2, & in respon.ad 2,Q.
6. ar.3, in 1, argum. Q.13, ar.1,in de-
cisione varietatis. Q.15, ar. 3,in 2,Q.17.ar.2,
in. 1,Q.18,ar.4, in 1, Q.21, ar.4,in 2,& ad 2,
Q.40, ar.3, in 1, Q. 41, ar. 3.in 2,Q.48.ar.1.
in 1.Q. 64, ar.1, in 1, & ad 1,Q.66.ar.4, in 1.
& ad 1, Q. 69.ar. 3, in decisinne veritatis bis.
Q. 72,ar. 3,in decis. veritatis, Q.77, ad 3,Q.
78, art. 3, in 2,Q. 88.ad 2. Q.92,ar.2. in de-
cisione veritatis,Q. 93.ar.1.in conelusione. H

Numero sunt omnes quadringenta, & septuaginta dua; a Gratiano videlicet ducenta & octo; a Magistro sententiarum, quinquaginta octo: & a S. Thoma ducenta & sex.

IN.

INDEX.

Testimoniorum Sacræ Scripturæ, quæ passim in ipso Opere afferuntur, obiterq́; explicantur.

19 In-

Ex Psalmis.

88 Po

Ex Prouerbijs.

Ex Ecclesiaste.

Ex Canticis,

Ex Sapientia,

Ex Ecclesiastico.

Ex Isaia.

Ex Hieremia

Ex Threnis.

Ex Baruch.

Ex Ezechiele.

Danie l.

Osee.

Ex Ioel.

Ex Amos.

3 Num.

Ex Ep. Ad Philippenses.

Ex Ep. Ad Colossenses.

Ex 1. Ad Thessalonicenses.

Ex 2. Ad Thessalonicenses.


Ex 1. Ad Timotheum.

Ex 2. Ad Timotheum.

Ex Ep. Ad Titum.



IN-



INDEX

Rerum omnium, ac verborum memorabilium, quæ tam in Commentarijs, quàm in Recensionibus continentur. Ità verò compactus, atq; dispositus est, vt quancunq; materiam, & sententiam requirenti aptissimé demonstret.



A



Ana-

B

C

D

Dia-

E

F

G

H

eadem

L

M

Nabuc-

N

O

P

Q

R

S

Ale-

T

V

Viso

X

Z

FINIS.



COMI,
Apud Io. Angelum Turatum successorem quon.
Hieronymi Frouæ. M.DC.XXIII.

L

M

N

O

P

dine

Q

R

S

Ale-

T

teriora

V

X

Z

FINIS.



COMI,
Apud Io. Angelum Turatum successorem quon.
Hieronymi Frouæ. M.DC.XXIII.

